Hinc sane, divine gravissima primaque haec festa dies, virginitatis lumen ferens in capite, sibique, velut ex illibatis spiritualium Scripturae pratorum floribus, collecto sermo, communem creatis laetitiam proponit, ita dicens: Confidite; Natalitia celebritas est, ac reformatio generis. Modo enim Virgo nascitur, et lactatur, et fingitur se omnium saeculorum Regi Deo mater aptatur. Quae nobis res, ex David cum Davide spiritualementem indixit conventum: illam quidem, tamquam Dei matrem, suam ipsius divinitus concessam proferente nativitatem: hoc autem, generis ostendente felicitatem, ac Dei cum hominibus iucundissime novam cognationem. Papae miraculum! Illa quidem mediam agit sublimitatis Dei, et abiectiois carnis, ac fictoris efficitur mater: hic autem, futurum vaticinatur tamquam praesens, iureque iurando, inclitam a Deo generis ex lumbis perennitatem ac conservationem accipit. Merito igitur festive celebrandum diei sacramentum, Verbique Matri dono offerenda ipsa verba quod praeter Verbum, et quem verbis exhibemus honorem, nihil habeat acceptum. Quando etiam duplex * nobis ex eo lucrum accesserit: ea quidem provehens ad veritatem, ea autem a legali in littera servitute ac conversatione abducens.

*810

1832 [...] Οὐκοῦν ἀγαλλιάσθω τὰ σύμπαντα σήμερον, καὶ ἡ φύσις σκιρτάτω· PG 97, 809
 «Εὐφραινέσθω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι βανάτωσαν δικαιοσύνην· στα-
 λαξάτω τὰ ὄρη γλυκασμόν», καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλιάσιν· ὅτι ἠλέησε Κύριος τὸν
 λαὸν αὐτοῦ, «ἐγείρας κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ»,
 τὴν ὑπεράμωμον ταύτην παρθένον καὶ ἄνανδρον, ἐξ ἧς ὁ Χριστὸς ἡ σωτηρία
 τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡ προσδοκία. Χορευέτω πᾶσα νῦν εὐγνώμων ψυχὴ, καὶ συγ-
 καλείτω τὴν κτίσιν ἡ φύσις, πρὸς καινισμόν ἑαυτῆς καὶ ἀνάπλασιν. Στεῖραι
 συντόνως τρεχέτωσαν· ἡ γὰρ ἄπαις καὶ στεῖρα, τὴν θεόπαιδα Παρθένον ἐπαι-
 δοποίησε. Μητέρες σκιρτάτωσαν· ἡ γὰρ ἄγονος μήτηρ, τὴν ἄφθορον μητέρα
 καὶ παρθένον ἀπέτεκε. Παρθένοι χαιρέτωσαν· ἡ γὰρ ἄσπορος γῆ, τὸν ἐκ
 Πατρὸς ἀρεύστω, ἀφράστως ἀπέτεκε. Γυναῖκες κρατεῖτωσαν· γυνὴ γὰρ ἡ
 πάλαι τῆς ἀμαρτίας τὴν ἀφορμὴν σχεδιάσασα, τῆς σωτηρίας ἄρτι τὴν ἀπαρ-
 χὴν εἰσκεκόμικε· καὶ ἡ πάλαι κατὰκριτος, ἐδείχθη θεόκριτος· μήτηρ ἄναν-
 δρος, ἐκλελεγμένη τῷ Πλάσαντι, καὶ τοῦ γένους ἀνόρθωσις.

Πᾶσα τοίνυν ἡ κτίσις ὑμνείτω καὶ χορευέτω, καὶ συνεισφερέτω τι τῶν
 τῆς ἡμέρας ἐπάξιον. Γενέσθω μία κοινὴ σήμερον οὐρανίων καὶ ἐπιγείων
 πανήγυρις· καὶ συνεορταζέτω πᾶν ὅσον ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον σύγ-
 κριμα. Σήμερον γὰρ τοῦ Παντοκτίστου τὸ κτιστὸν ὀκοδόμηται τέμενος· καὶ

1832 [...] Omnia igitur exsultent hodie, saliatque natura: *Laetetur PG 97, 810*
coelum desuper, et nubes spargant iustitiam: montes stillent dulcedi-
*nem,*¹ et colles exsultationem: quoniam misertus est Dominus po-
 puli sui, *erecto nobis cornu salutis in domo David pueri sui,*² imma-
 culatissima ac viri nescia Virgine haec, ex qua gentium salus et ex-
 spectatio. Ducat nunc choreas grata omnis ac benevola anima: natu-
 raeque ad suae ipsius renovationis reformationisque laetitiam,
 creaturam convocet. Steriles, concite accurrant: nam quae sine filiis
 et sterilis erat, Dei filiam virginem suscepit filiam. Saliant matres:
 mater enim prole carens, matrem intactam et virginem peperit.
 Gaudeant virgines: terra enim non sata cum peperit, qui est sine
 fluxione a Patre, ratione supra quam dici potest mirabili. Plaudant
 mulieres: mulier enim quae olim ansam peccati inconsultius prae-
 buit, salutis nunc primitias intulit: quaeque aliquando rea fuit, nunc
 ostensa est divino probata iudicio: mater viri nescia, Fictori electa,
 ac restauratio generis.

Omnia ergo creata decantent, tripudiantque, ac aliquid diei lae-
 titiae congruum conferant. Una hodie coelestium terrestriumque
 sit communis celebritas, simulque agat festum quidquid in mundo
 et supra mundum coalitionis est. Hodie enim omnium Creatoris

¹ Ioël. III, 18.

² Lc. I, 69.

*812 τὸ κτίσμα, τῷ Κτίστη θεῖον ἐναύλισμα καινοπρεπῶς ἐτοιμάζεται. Σήμερον ἢ πρὶν ἀπογαιωθεῖσα φύσις, ἀρχὴν λαμβάνει θεώσεως· καὶ πρὸς δόξαν ὁ γνοῦς τὴν ἀνωτάτω, μετάρσιος ἀνατρέχειν ἐπείγεται. Σήμερον ἐξ * ἡμῶν ἀνθ' ἡμῶν ἀπαρχὴν ὁ Ἀδὰμ τῷ Θεῷ προσφέρειν, τὴν Μαρίαν ἀπάρχεται, καὶ τοῦ ἔλου φυράματος ἢ μὴ φυραθειῖσα· δι' αὐτῆς ἀρτοποιεῖται, πρὸς τὴν τοῦ γένους ἀνάπλασιν. Σήμερον ὁ μέγας κόλπος τῆς παρθενίας ἀνακαλύπτεται, καὶ τὸν ἄσυλον μαργαρίτην τῆς ἀφθορίας τῆς ἀληθοῦς ἢ Ἐκκλησία νυμφικῶς περιτίθεται. Σήμερον ἢ καθαρὰ τῶν ἀνθρώπων εὐγένεια, τῆς πρώτης θεοπλαστίας ἀπολαμβάνει τὸ χάρισμα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἀντεπάνεισι· καὶ ἦν ἀπημαύρωσε τοῦ κάλους εὐπρέπειαν ἢ τῆς κακίας δυσγένεια, ταύτην ἢ φύσις τεχθείση τῇ μητρὶ τοῦ ὡραίου προσέχουσα, πλάσιν ἀρίστην τε καὶ θεοπρεπεστάτην εἰσδέχεται. Καὶ γίνεται κυρίως ἢ πλάσις, ἀνάκλησις· καὶ ἢ ἀνάκλησις, θέωσις· ἢ δέ, πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐξομοίωσις. Σήμερον ἢ στεῖρα, μήτηρ παρ' ἐλπίδας εὐρίσκεται· καὶ τόκου μήτηρ ἄπατρος, ἐξ ἀγόνων λαγόνων βλαστάνουσα, τὰς γονὰς ἀγιάζει τῆς φύσεως. Σήμερον ἢ εὐπρεπῆς τῆς θείας ἀλουργίδος κατεχρώσθη βαφή· καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν, ἢ πενιχρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀμφιέννυται φύσις. Σήμερον ἢ Δαυϊτικὴ προφητικῶς ἐξεδλάστησεν ὄρηξ, ῥάβδος Ἀαρῶν ἀειθαλλῆς χρηματίσασα, καὶ ῥάβδον δυνάμεως ἡμῶν, τὸν Χριστὸν ἐξανθήσασα. Σήμερον ἐξ Ἰούδα καὶ Δαβὶδ παρθένος κόρη προέρχεται, βασιλείας καὶ ἱερατείας ὑπογράφουσα πρόσωπον, τοῦ κατὰ τὴν τά-

creatum delubrum exstructum est: ac creatura, nova decentique ratione, novum auctori paratur hospitium. Hodie, prius terra exsul facta natura, divinitatem primo accipit; pulvisque ad supremum gloriae apicem * sublimis festivo gradu excurrit. Hodie ex nobis pro nobis Deo Adamus primitias offerens, Mariam primitias facit, iisque quae de tota conspersione nihil inquinamenti senserunt, in panem formatur, ad recreationem generis. Hodie sinus magnus virginitatis retegitur: inviolatumque verae incorruptionis margaritum, pro coniugii legibus, Ecclesia induit. Hodie pura hominum ingenuitas, primae a Deo creationis munus recipit, et ad seipsam revertitur: quemque speciei decorem obscuravit vitiosa ignobilitas, hunc natura natae matri eius qui speciosus est adhaerens, optimam divinissimamque fictionem suscipit: efficiturque fictio reparatio absoluta: reparatio autem, deificatio: illaque, in antiquum efformatio. Hodie sterilis, praeter spem invenitur mater: prolisque sine patre parens, ex non genitalibus lumbis germinans, naturae genituras sacraavit. Hodie divinae purpurae imbutus est color, pauperculaque natura hominum divinam induit dignitatem. Hodie iuxta prophetiam germinavit Davidis surculus, qui virga Aaron semper virens, nobis virgam virtutis Christum floruit. Hodie ex Iuda Davideque puella virgo procedit: regni sacerdotique eius prae se speciem ferens, qui

ξιν Μελχισεδέκ, Ἰακώβου ἱερατεύσαντος. Σήμερον τὸ μυστικὸν τῆς θείας ἱερατείας ἐφοῦδ ἡ χάρις λευκάνασα, Λευϊτικῶ τυπικῶς προεξέφυη σπέρματι· καὶ τὴν βασιλείου ἀλουργίδα, Δαυϊτικῶ Θεὸς ἐπορφύρωσεν αἵματι. Καὶ συνέλονται φάναι· σήμερον ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀναμόρφωσις ἀρχεται καὶ ὁ γηράσας κόσμος θεοειδεστάτην λαμβάνων στοιχείωσιν, δευτέρας θεοπλαστίας προοίμια δέχεται.

1833

Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη τῶν ἀνθρώπων διάπλασις ἐκ καθαρᾶς γῆς καὶ ἀσπίλου δεδημιούργητο, ἠφάνισε δὲ * τὸ προσφυὲς ἡ φύσις ἀξίωμα, συληθεῖσα τὴν χάριν τῶ τῆς παρακοῆς ὀλισθήματι, δι' ἧς ἐξεβρίφημεν τοῦ ζωηροῦ χωρίου, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς ἡ φύσις τὴν ἐπίκληρον ζωὴν ἀντηλλάξατο, κληρὸν ὥσπερ τινὰ πατρῶον εἰς ἡμᾶς καταστήσασαν, ἐξ ἧς ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἐντεῦθεν τοῦ γένους καταφθορά· εἶτα τὴν κάτω χώραν τῆς ἄνω πάντων ἀνθελομένων, πᾶσα μὲν ἀφήρητο σωτηρίας ἐλπίς, ἐδεῖτο δὲ βοηθείας ἡ φύσις τῆς ἀνωτάτω. Νόμος δὲ ἦν οὐδεὶς πρὸς ἰατρειάν τοῦ ἀρρώστῆματος· οὐχ ὁ ἔμφυτος, οὐχ ὁ γραπτός, οὐχ ὁ τῶν προφητῶν πυρίπνοος καὶ διαλλακτῆριος λόγος, οὐχ ὁς τὴν ἀνθρωπίνην οἶδεν ἐπανορθοῦν φύσιν, καὶ οἷς ἀντάχα ῥαδίως ἀνεκομίσθη πρὸς τὴν προτέραν εὐγένειαν. Ἡὐδόκησεν ἄρτι τῶν ὄλων ὁ ἀριστοτέχνης Θεός, οἶόν τινα παναρμόνιον καὶ νεοπαγῆ κόσμον ἄλλον ἀρτιτελῶς ἐπιδείξασθαι, καὶ τὴν ἐγκατασκήψασαν πάλαι τῆς ἀμαρτίας

PG
97, 812
*813

secundum ordinem Melchisedec Aaron sacerdotium gessit. Hodie gratia, mysticum divini sacerdotii dealbans ephod, Levitico typice praetexuit semini ac Deus regiam purpuram Davidico sanguine purpuravit. Utque summa dicam: hodie reformari incipit natura, mundusque veteratus deiformem omnino reformationem accipiens, secundae a Deo fictionis initia suscipit.

1833

Quia enim prima hominum formatio ex terra munda incontaminataque, auctore Deo, exstiterat: * natura vero, inobedientiae lapsu, qua ex loco vitali fueramus eieci, spoliata gratia, cognatam dignitatem obliteraverat: paradisi que deliciis, vitam corruptibilem, velut paternam quamdam in nos devectam haereditatem, ex qua mors, et quae morti comes est corruptio generis, commutaverat: cumque insuper terram omnes praeoptassent coelo, sublata erat omnis spes salutis, supremoque natura indigebat auxilio. Porro nulla lex erat sanandae aegritudini, non innata, non scripta, non ignem spirans sequesterque prophetarum sermo, non si quis conducere novit instaurationi humanae naturae, eorumque aliquid, quibus forte ad pristinam nobilitatem facile posset postliminio reverti. Optimo tandem visum est universorum artificum, ut velut concinnissimum quemdam recensque compactum mundum alium de novo exhiberet; hactenusque grassatam olim peccati luem, ex qua mors est, comprimeret:

PG
97, 811
*814

ἐπιφοράν, δι' ἧς ὁ θάνατος, ἀναχαιτίσαι τέως. Εἴθ' οὕτως ξένην τινὰ καὶ ἀδούλωτον καὶ ὄντως ἀπαθεστάτην ἡμῖν παραδεῖξαι ζώην, τοῖς ἀναγεννωμένοις ἡμῖν δῆπουθεν τῷ τῆς θεογεννησίας βαπτίσματι.

Πῶς οὖν ἔδει ταύτην εἰς ἡμᾶς προελθεῖν τὴν εὐεργεσίαν, μεγάλην τε οὖσαν καὶ παραδοξοτάτην, καὶ νόμοις θείοις ἐμπρέπουσαν; ἢ οὐχὶ Θεοῦ διὰ σαρκὸς ἡμῖν ἐπιφανέντος, καὶ νόμοις φύσεως ἤκοντος, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς, ὡς οἶδε, λόγοις ἐμπολιτεύεσθαι καινοπρεπῶς ἐπινεύοντος; Τίνα δὲ τρόπον τοῦτο εἰς πέρας ἄγοιτο ἄν, ἢ Παρθένου καθαρᾶς καὶ ἀνεπάφου διακονουμένης τῷ μυστηρίῳ πρότερον, εἴτα κυοφορούσης τὸν ὑπερούσιον, νόμῳ τοὺς νόμους ὑπερνικῶντι τῆς φύσεως; Αὕτη δὲ τίς ἂν νοοῖτο, πλὴν μόνης ἐκείνης, τῆς πρὸ πασῶν γενεῶν ἐκλελεγμένης τῷ παγγενέτη τῆς φύσεως; Αὕτη ἐστὶν ἢ Θεοτόκος Μαρία, τὸ θεόκλητον ὄνομα, ἧς ἐκ νηδύος μετὰ σαρκὸς ὁ ὑπερθεος προελήλυθεν, ἦν αὐτὸς ἑαυτῷ ναοποιήσας ὑπερουσίως ἐπήξατο· ὅτι μὴ διέφθορε τὴν νηδὺν ἢ τεκοῦσα, μὴδὲ σποράς τὸ τεχθὲν ἐδεδέητο. Θεὸς γὰρ ἦν, εἰ καὶ σαρκικῶς γεννηθῆναι προείλετο, λοχείας ἄνευ, καὶ ὠδίνων χωρὶς· ὡς ἄν, καὶ τὰ μητέρων ἢ μήτηρ ἐκφύγοι, παραδόξως ἐκτρέφουσα γάλακτι ὃν ἀνάνδρως ἐπαιδοποίησε, καὶ ἢ Παρθένος ἄσπορον ἀποκύουσα γέννημα, μένει παρθένος ἀγενύουσα, σῶα καὶ μετὰ τὸν τόκον τῆς παρθενίας τὰ σήμαντρα φέρουσα· ὧ δὲ τρόπῳ καὶ Θεοτόκος εἰκότως κηρύττεται, καὶ παρθενία

tumque novam quamdam, nec obnoxiam servituti, vereque affectionibus et vitiis vacuissimam vitam, nobis utique divinae regenerationis baptisinate regeneratis, monstraret.

Quo igitur modo par erat, ut magnum illud, et maxime novum ac mirabile, Deique legibus congruentissimum beneficium in nos procederet, nisi Deo nobis per carnem apparente, ac naturae obsequente legibus, nostrisque, ut novit, rationibus, nova decentique ratione annuente vivere? Qui vero ea res ad finem deduceretur, nisi prius munda intactaque Virgo ministraret mysterio, tumque, lege supra naturae leges, eum qui substantia superior est, in utero gestaret? Quenam autem alia virgo haec possit intelligi, nisi quam ante omnes generationes naturae totius creator elegit? Haec porro Maria Dei genitrix est, a Deo illud vocatum nomen, ex cuius processit utero divinissimus ille indutus carnem, quam sibi ipse in templum novum, admirabili plane modo compegit. Neque enim illa uterum corruptit partu, neque ei, ut pareretur, semine opus fuit. Nam erat Deus, quamquam modo carnali, sine tamen coitu doloribusque nasci voluit. Ut plane mater, quae sunt matrum nesciret, mirabiliter lactans, quem sine viro filium procreasset: virgoque, partu edita prole sine semine, virgo casta maneret, post etiam partum integra ferens virginitatis signacula. Quo utique modo, et merito praedicatur Dei-

σεμνύνεται, καὶ γέννησις προσκυνεῖται, καὶ Θεὸς ἀνθρώποις ἐνούμενος, εἶτα σαρκὶ φανερούμενος, τῆς οἰκείας δόξης χαρίζεται τὸ ἀξίωμα. Τῆς γέ τοι πρώτης ἐκείνης ἀράς, εὐθὺς ἢ γυναικεία φύσις τὴν διόρθωσιν δέχεται, ὥσπερ ἐνῆρξατο τῆς ἀμαρτίας, ἀπαρξάμενη τῆς σωτηρίας.

Ἦκε τοίνυν ἡμῖν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸ λοιπὸν τὸ κεφάλαιον· κάλυπτον ἐγὼ σήμερον πανηγυριστὴς καὶ λαμπρὸς ἐστιάτωρ τῆς ἱερᾶς ταύτης πανδαισίας ὑμῖν προελήλυθα, τὴν εὐφρασίαν κοινὴν προτιθέμενος. Βουλευθεῖς, ἔφην, τοῦ γένους ὁ Λυτρωτῆς, νέαν ἀντεπιδείξασθαι * τῆς προτέρας γέννησιν καὶ ἀνά- *816
πλασιν, ὥσπερ ἐκεῖ πρότερον ἐκ παρθενικῆς ἀνεπάφου γῆς, πηλὸν ἀνελόμενος, τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπλαστούργησεν, οὕτω καὶ νῦν ἐνταῦθα τὴν οἰκείαν σάρκωσιν αὐτουργῶν, ἀντ' ἄλλης, ὡς ἂν εἴποιμεν, γῆς, τὴν καθαρὰν τε καὶ ὑπεράμωμον ταύτην παρθένον τῆς ὅλης φύσεως ἐκλεξάμενος, τὸ καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ἐν αὐτῇ καινοποιήσας, νέος Ἀδὰμ ὁ πλαστοουργὸς τοῦ Ἀδὰμ ἐχηρημάτισεν, ἵνα τὸν παλαιὸν ὁ πρόσφατος καὶ ὑπέρχρονος ἀνασῶσθαι. Ἀλλὰ τίς οὐσα, καὶ τίνων ἔφω γονέων, φέρε λέγωμεν ἐπιτροχάδην, τὴν ἱστορίαν ἐπιδραμόντες εἰς δύναμιν.

1834

Αὕτη τοίνυν, τὸ πάντων αὔχημα, θυγάτηρ μὲν ἔφω τοῦ Δαβὶδ, σπέρμα PG
δὲ τοῦ Ἰωακείμ· ἀπόγονος μὲν τῆς Εὐας, γέννημα δὲ τῆς Ἀννης. Ἰωακείμ 97, 816
γάρ, ἀνὴρ πρᾶος, ἐπιεικῆς, καὶ νόμοις ἐνθετραμμένος Θεοῦ, σωφρόνως μὲν βιούς, Θεῷ δὲ προσκατεργῶν, οὕτω δὲ διατελῶν, ἅπαις κατεγῆρα τὸν βίον·

para, et virginitas honestatur, et adoratur partus: Deusque hominibus unitus, adeoque manifestatus carne, suam ipse gloriam tribuit. Siquidem statim muliebris sexus maledictionem primam corrigit, salutis factus initium, qui initium fuerat peccati.

Iam deinceps ad id quod caput est nobis devenit oratio: hincque ego hodie celebrator, splendidusque sacri huius lautissimi epuli convivator, communem vobis apponens laetitiam prodii. Cum enim, ut dixi, generis Redemptor, novam priori * nativitatem et fictio- *815
nem succedaneam voluisset exhibere, quemadmodum illic luto accepto ex illibata virgine terra primum formavit Adam, sic et hic modo, suam ipse incarnationem operatus, pro alia terra, ut ita dicam, munda hac prorsusque immaculata, de natura tota electa Virgine, novoque modo, quod est nostrum ex nobis in ea ficto, novus Adam Adae fictor evasit; ut recens ille et antiquior saeculis, veteri, saluti esset. Quae autem, et quibus esset orta parentibus, age, dicamus succincte, decursa ut licuerit historia.

1834

Nata igitur est universorum gloriatio haec, Davidis quidem filia, PG
Ioacim autem semen: et Evae quidem gentilis, Annae vero proles. 97, 815
Ioacim enim vir mitis, modestus, ac divinis innutritus legibus, cum sobrie vixisset Deoque constans adhaereret, ac sic perseveraret,

ἀκμαζούσης τῆς φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἐχούσης τοῦ γένους ἀντίδωρον. Ἄννα καὶ αὐτὴ φιλόθεος, σάφρων μὲν, ἀλλὰ στεῖρα· φίλανδρος, ἀλλ' ἄτεκνος· καὶ μηδέν, ὅτι πλὴν τὸν νόμον Κυρίου τιμᾶν, ἐμμελέτημα φέρουσα. Αὕτη τῆς στειρώσεως περινυττομένη τοῖς κέντροις ὀσημέραι, καὶ οἷα πάσχειν τὰς ἀτεκνούσας εἰκός, ἐδυσφύρει, ἠνιάτο, ἤσχαλλε, τὴν ἀπαιδίαν οὐ φέρουσα. Οὕτω δὲ λύπη κατεσχημένοι Ἰωακείμ καὶ σύνοικος, ὅτι μὴ παῖς ὑπῆν ἐκείνοις τοῦ γένους ἐπίκουρος, τέως μὲν τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς οὐκ ἀπεσβέσθη τελείως ἢ θρουαλλίς· εὐχὴ δὲ ἦν ἀμφοτέρωθεν, παρασχεθῆναι τέκνον αὐτοῖς εἰς ἀνάστασιν σπέρματος. Καὶ δὴ τὴν ἐξάκουστον Ἄνναν παραζηλοῦντες ἑκάτεροι, τῷ ἱερῷ προσανείχον· λιταῖς τε τὸν Θεὸν ἐξεμείλισσον, δοῦναι λύσιν τῇ ἀτεκνίᾳ, καὶ καρπὸν τῇ στειρώσει, οἳ οὐ πρότερον ἀνῆκαν, πρὶν τοῦ ποθουμένου τύχωσι. Καὶ δὴ καὶ τετυχήκασιν. Οὐ γὰρ μεθῆκε τῆς ἐλπίδος τὸ δῶρον ὁ τοῦ δώρου δοτῆρ. Οὕτω γὰρ ποτνωμένοι καὶ λιπαροῦσι τὸ Θεῖον, ἐπέστη θᾶπτον αὐτοῖς ἢ μὴ βραδύνουσα δύναμις· καὶ τὸν μὲν εἰς καρπογονίαν, τὴν δὲ εἰς παιδοποιίαν ἐνεύρωσε· καὶ τοὺς ἐξηραμμένους τέως τῶν γεννητικῶν ὀργάνων πόρους, ἱκμάσι σπερμογονίας ἐπινοτίσας, ἐξ ἀγόνων γονίμους εἰργάσατο. Καὶ δὴ λοιπὸν ἐξ ἀκάρπων τε καὶ ξηρῶν, ὡς ἐξ ἐνύγρων ξύλων καρπὸς εὐκλεῆς, ἢ πανάμωμος αὕτη Παρθένος ἡμῖν ἐξεβλάστησε. Καὶ λέλυτο δὴ

consenuerat orbis filiis, natura quidem vegeta, cuius tamen vigori non responderet donum generis. Sed et Anna Dei amans, sobria quidem et continens, sed sterilis: viri amans, sed carens liberis; nec aliud quam ut legi Domini honorem haberet, animo cogitans, stimulantibus per dies sterilitatis aculeis, et, ut par est affici quibus non sunt proles, moleste ferebat, tristabatur, dolebat, non ferens filiorum orbitatem. Cum sic autem Ioacim uxorque tristarentur, quod filius deesset, qui familiae adesset, nondum tamen scintillam spei exstinxerant: utrinque vero, ut ad suscitandum semen filius praeberetur, orabant. Ambo itaque Annam illam imitati, factam voti compotem et exauditam, assidui in templo erant, Deumque votis supplicibus, ut orbitatem solveret, fructumque sterilitati concederet, provocabant. Nec prius contentionem remiserunt, quam sint facti compotes voti. Et vero evaserunt voti compotes. Non enim spei neglexit donum ipsius doni auctor. Sic namque quiritantibus, ac Deo supplicantibus, ocius adfuit non tarda virtus: illique ad fructus editionem, huic ad prolem suscipiendam vires addidit: hactenusque siccatis genitalium organorum meatibus, infuso fecunditatis humore, ex non genitalibus, genitales ac fetificos reddidit: a iam ex infecundis arentibusque, ceu irriguis arboribus, generosus nobis fructus Virgo haec immaeculatissima germinavit. Sunt soluta

τὰ δεσμὰ τῆς στειρώσεως, καὶ γόνιμος ἢ εὐχὴ παρ' ἐλπίδας ἐδείκνυτο, καὶ παιδοτόκος ἢ ἄγονος, καὶ καλλίπαις ἢ ἄτεκνος.

Ἐπειδὴ δὲ προῆλθεν ἐκ τῆς ἀγόνου μητρὸς ἢ ἐκ μήτρας τὸν στάχυν τῆς ἀφθαρσίας ἐκφύσασα, τῷ ναῷ ταύτην, τῆς ἡλικίας τὸ πρῶτον ἄγουσαν ἄνθος, οἱ τεκόντες προσαγαγόντες ἀνέθεσαν. Ἦς ὁ τὴν ἐφημερίαν τότε τῆς ἱερατείας ἐπιτελῶν ἱερεύς, τὰς παρθενικὰς ὡς εἶδε χορείας ἐπίπροσθεν προπορευομένας τε καὶ συνεφεπομένας, ἤσθη τε καὶ λίαν ἐγεγῆθει, ὡς τῶν ἐν ἐλπίδι ἤδη τὰς θείας ἐναργεῖς ἐκβάσεις τεθαμμένας· καὶ οἷόν τι σεπτὸν καλλιέρημα, τὸ θεῖον ἀνάθημα τῷ Θεῷ καθιέρωσεν, εἰς * αὐτὰ τὰ τῶν ἁγίων ἄδυτα τοῦτο *817 τὸ μέγα τῆς σωτηρίας θησαύρισμα καταθέμενος· ἐν οἷς τὴν παῖδα, λόγοις οἰονεὶ θαλάμοις νυμφικοῖς ἐμβατεύουσαν, ἀμβροσίαν σιτεῖσθαι τροφήν, ἕως ὁ τῆς μνηστείας ἐπέστη καιρὸς, ὃς πρὸ παντὸς αἰῶνος διώριστο αὐτῷ τε τῷ ἕξ αὐτῆς φύντι δι' εὐσπλαγγίαν ἄρῆτον, καὶ τῷ πρὸ πάσης κτίσεως καὶ χρόνου καὶ διαστήματος, θεϊκῶς αὐτὸν φύσαντι, καὶ τῷ συμφυεῖ καὶ συνθρόνῳ καὶ προσκνητῷ αὐτοῦ Πνεύματι· ὧν ὡς μία θεότης, οὕτως καὶ φύσις καὶ βασιλεία μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη, μηδὲ τινὶ που πρὸς ἑαυτὴν διαλλάττουσα, πλὴν τῇ τῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων ἰδιότητι. Διὰ τοῦτο χορευῶν πανηγυρίζω καὶ σπένδομαι· καὶ τῇ Μητρὶ τοῦ Λόγου προσάγω δῶρον ἑόρτιον, ὅτι μοι τῆς εἰς Τριάδα πίστεως τὸ κεφάλαιον ὁ τόκος ταύτης ἐγνώ-

sterilitatis vincula, ac praeter spem oratio genitalis apparuit: infecundaque, prolis parens, ac filiis orba, prolem habens.

Quoniam autem ex infecunda matre prodierat, ex cuius vulva immortalitatis spica prodiit, eam parentes cum primum floreret aetatis florem, in templum ductam Deo donarium fecerunt. Is autem qui id temporis sacerdotii peragebat vicem, ut tum praeuentium tum pone sequentium virginum vidit tripudia, gavisus est, ac plurimum exsultavit, velut qui eorum quae essent in spe, divinos iam eventus manifestos aspiceret: nec aliter divinum Deo donarium, ac acceptissimam * dignamque veneratione hostiam litavit, magno hoc *818 salutis thesauro in ipsis sanctorum penetralibus deposito, ubi puella sermonibus, ceu sponsalibus inambulans thalamis, ambrosia pasceretur esca, usque dum venisset definitum ante saeculum omne coniugii tempus; tum ipsi, qui ex ea, misericordia inenarrabili natus est, tum ei qui divine ante creatum omne et tempus et spatium, ipsum genuit, tum cognato eademque sede consistente ac adorando eius Spiritui; quorum sicut una divinitas, ita et natura et regnum; nulla divisione, neque abalienatione aliave differentia, excepta quam principum hypostaseon proprietates facit. Propterea tripudio festum ago atque delibor, Verbiq; matri offero festivum munus, utpote cuius mihi proles, quod fidei Trinitatis caput est notum fecerit.

ρισε. Τοῦ γὰρ ἀνάρχου Λόγου καὶ Υἱοῦ τὴν οἰκείαν σάρκωσιν αὐτουργοῦντος, καὶ ὁ γεννήσας Πατὴρ συνευδοκῶν φαίνεται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προσηγοῦν, καὶ τὴν νηδὺν ἀγιάζον τῆς συλλαβοῦσης τὸ ἀκατάληπτον.

PG
97, 817

Ἄλλ' ὥρα νῦν τὸν Δαβὶδ ἐρωτῆσαι· τί πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ὁ τῶν ὄλων διομνύς ἔφη Θεός; Ἄγε δὴ οὖν ὑμνογράφε· ἴθι προφήτα· τίνασσε τὴν κινῦραν, κίνει δὲ τὰ κρούσματα· λέγε τρανώς, τί σοι ὤμοσε Κύριος; Τί μοι ὤμοσε Κύριος; «Ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος μου θήσῃς ἐπὶ τὸν θρόνον μου». Τοῦτό μοι ὤμοσε, καὶ οὐκ ἠθέτησεν. Ὡμοσε, καὶ τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους ἐσφράγισεν. «Ἄπαξ ὤμοσα, φησίν, ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβιδ ψεύσομαι; τὸ σπέρμα αὐτοῦ μενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός». Ταῦτα ὁμωμοκῶς, ἐξεπλήρωσεν· ἀδύνατον γὰρ ψεύσασθαι Θεόν. Ἴδού δὴ οὖν ὁρᾶτε, κατὰ σάρκα Χριστὸς ἐμὸς Υἱὸς κηρυττόμενος· καὶ Κύριος ἐμὸς καὶ Υἱὸς προσκυνούμενος ἄδεται, καὶ πάντα τὰ ἔθνη αὐτῷ προσκυνεῖ· ὁρῶσι γὰρ αὐτὸν παρθενικοῖς ἐνθρονιζόμενον θρόνοις. Ἴδού καὶ ἡ Παρθένος αὐτῆ, τῶν ἡμῶν ἄρτι μηρῶν ἐξέφυ· ἧς ἐκ νηδύος ὁ πρὸ αἰώνων, πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων σαρκωθεὶς προελήλυθε, καὶ τὸ τῶν αἰώνων ἀνεκαίνισε σύγκριμα.

1835

Verbo enim aeterno et Filio suam sibi formante et assumente carnem, etiam Pater qui genuit manifestatur, ut una complacens et probans, et Spiritus sanctus ut assectans comesque, ac eius quae incomprehensibilem utero habuit, sanctificans uterum.

PG
97, 818

Verum tempus modo est ut Davidem percontemur, quid ad ipsum cum iuramento Deus omnium dixerit. Age igitur, canticorum scriptor: adesto, propheta: agita pulsaque citharam: move musica instrumenta: dic palam, quid tibi iuravit Dominus? Quid mihi iuravit Dominus? *Ut ponat de fructu lumbi mei super sedem meam.*¹ Hoc mihi iuravit, nec fecit irritum. Iuravit sermonesque operibus obsignavit firmavitque: *Semel, inquit,*² *iuravi in sancto meo, si David mentiar? Semen eius in aeternum manebit: et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum; et testis in coelo fidelis.* Iuramenta haec opere adimplevit, oracula haec confirmavit: *Impossibile enim est mentiri Deum.*³ Ecce ergo videte; qui secundum carnem Christus meus praedicatur filius, meus Dominus et Filius canitur adoratus, eumque adorant omnes gentes; vident enim virginalibus collocatum sedibus. Ecce et virgo haec ex meo iam prodiit nata femore, ex cuius alvo processit indutus in fine saeculorum carnem, qui est ante saecula, saeculorumque renovavit coalitionem.

1835

¹ Ps. CXXXI, 11.² Ps. LXXXVIII, 36-38.³ Hebr. VI, 18.

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἡμεῖς δέ, ὁ τοῦ Θεοῦ λαός, δῆμος ἅγιος, σύστημα ἱερὸν, χορεύσωμεν πάτρια, τιμήσωμεν τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν· ἕκαστος κατὰ τὸ δοθὲν αὐτῷ χάρισμα, συνεισφερέτω τῇ πανηγύρει ἐπάξιον δῶρον. Οἱ πατέρες, τὴν εὐκληρίαν τοῦ γένους· αἱ μητέρες τὴν εὐτεκνίαν· αἱ στεῖραι, τῆς ἁμαρτίας τὸ ἄγονον· αἱ παρθένοι, τὴν διπλῆν ἀφθορίαν, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος· αἱ ὑπὸ ζυγόν, τὴν ἐπαινετὴν συμμετρίαν. Εἴ τις πατὴρ ἐν ὑμῖν, μιμείσθω τὸν τῆς Παρθένου πατέρα. Κἂν ἄπαις ᾦ, τρυγάτω γόνιμον τὴν εὐχὴν, ἐκ φιλοθέου βίου ταύτην καρπούμενος. Εἴ τις μήτηρ θηλάζουσα, συγχαίρετω τῇ * Ἄννη θηλαζούσῃ παιδίον κατ' εὐχᾶς μετὰ στείρωσιν. Εἴ τις στεῖρα καὶ ἄγονος καρπὸν εὐλογίας οὐκ ἔχουσα, προσίτω πιστῶς τῷ θεοδότῳ τῆς Ἄννης βλαστῶ, καὶ ἀποκειράσθω τὴν στείρωσιν. Εἴ τις παρθένος ἀγνέουσα, γενέσθω μήτηρ τοῦ Λόγου, λόγῳ κοσμοῦσα τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν. Εἴ τις ὑπὸ ζυγόν, προαγέτω κάρπωμα λογικόν, ἐξ ὧν δι' εὐχῆς εὐπορίσατο. « Ἐπιτοαυτὸ πλοῦσιος καὶ πένης, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύται μετὰ νεωτέρων », ἱερεῖς καὶ Λευῖται, βασιλίδες καὶ ἄρχουσαι, πάντες ὁμοῦ καὶ πᾶσαι λαμπροφορήσωμεν τῇ νεάνιδι καὶ μητέρι τοῦ Θεοῦ καὶ προφήτιδι, ἐξ ἧς ὁ προφήτης, ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐπεδήμησε, Χριστὸς ὁ Θεός, ἡ ἀλήθεια. Φθάσωμεν ταῖς προτρεχούσαις παρθένοισ· εἰς αὐτὰ τὰ τῶν ἁγίων συ-

*820

Et haec quidem ita. Nos autem Dei populus, plebs sancta, sacer conventus, tripudio celebremus paterna: vim mysterii honoremus: quisque pro concessa gratia congruum solemnitati munus conferat. Patres generis felicitatem: matres, liberorum fecundam probitatem: steriles, peccati infecunditatem: virgines, duplicem, incorruptionem, animae, inquam, et corporis: coniugatae, moderationem laudabilem. Si quis in vobis pater, Virginis sibi patrem imitandum proponat. Quamquam prole careat, vitae Dei amantis fructum, * orationem nempē, ceu fetum semenque vindemiet. Si qua mater lactans, Annae post sterilitatem lactanti pro voto puellam congaudeat. Si qua sterilis et infecunda fructum benedictionis non habet, concessum divinitus Annae germen conveniat et sterilitatem deponat. Si qua virgo casta, efficiatur Verbi mater, verbo animae statui ornatum conferens. Si qua sub iugo, rationale sacrificium offerat de iis quae per preces abundant. *Simul in unum dives et pauper, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus,*¹ sacerdotes et Levitae, reginae et feminae principes, universi simul universaeque festive praeluceamus iuenculae, et Dei matri ac prophetissae, ex qua advenit quem Moses scripsit propheta, Christus, Deus Veritas. Veniamus ad templi vestibula, una curramus cum virginibus praecurrentibus, ipsa simul

*819

¹ Ps. CXLVIII, 12.

νέλθωμεν Ἁγία. Ἐκεῖ γὰρ τὰ σπάργανα, μετὰ γέννησιν, μετὰ μαζόν, μετὰ νηπίασιν εἰς ἄνθους ὥραν ἤδῳσι. Παστάδος δίκην ἡτοίμασεν αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ θρεπτήριον, φυλάζας ἑαυτῷ τὸ σεβάσμιον. Διὰ τοῦτο παρθένοι χορεύουσιν, αἱ πλησίον αὐτῆς προοδοποιοῦσαι τὰ μέλλοντα. Ἐνθεν, αἱ τῆς Σιών θυγατέρες ὡς βασιλίδος προτρέχουσαι, εἰς ὁσμὴν τῶν μύρων αὐτῆς προεξάρχουσιν. Αὐτόθεν καὶ ὁ ναὸς οὗτος τὰς ἱεράς διαπετάσας ἀνήρπισε πύλας, ἵνα τὴν βασιλειον τοῦ παντός ὑποδέξῃται δόξαν. Τότε δὴ, τότε τὰ τῶν ἁγίων ἀνεψύγνυτο ἅγια, τὴν πανάγιον τοῦ Ἁγίου μητέρα εἶσω τῶν ἀδύτων ἐγκολπωσάμενα. Τροφή δὲ ταύτη πρόσφατος, καὶ τρέφει τέως ἀχειροδότως τὴν τρέφουσαν, ὁ μετ' ὀλίγον τῷ ταύτης τρεφόμενος γάλακτι. Καὶ γίνεται τιθηνὸς τῆς παρθένου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέχρις ἀναδείξεως αὐτῆς ἐν τῷ Ἰσραὴλ. Ὅτε δὴ καὶ τῆς μνηστείας ὁ καιρὸς ἐπεφάνη, καὶ τὴν ἐκ Δαβὶδ, ὁ τοῦ Δαβὶδ Ἰωσήφ ἐμνηστεύσατο, καὶ τοῦ Γαβριὴλ τὴν φωνήν, ἀντι σποραῖς εἰσεδέξατο· καὶ γέγονε κυοφόρος, οὐ πειρασθεῖσα κοίτης· καὶ γεγέννηκεν υἱόν, ὃν οὐκ ἔσπειρε πατήρ· καὶ μεμένηκεν ἀγνή, μὴ συληθεῖσα τὴν νηδύν· σῶα καὶ μετὰ τὸν τόκον φυλάζαντος αὐτῇ τοῦ τεχθέντος τῆς παρθενίας τὰ σήμαντρα. Οὗτός ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς Ναζωραῖος, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

adeamus Sancta sanctorum. Illic enim post nativitatem, post ubera, post infantiam, panni in floris speciem decoremque pubescunt. Et Deus instar thalami educatorium paravit, sibi ipsi servato quod venerabile est et angustum. Hinc ducunt choreas quae illi proximae virgines, futurisque praestruunt. Hinc filiae Sion reginam praecurrentes, in odorem unguentorum eius praeueunt. Hinc et illud templum sacras revolvit fores, ut regalem universi susciperet gloriam. Tunc sane, tunc temporis patuerunt Sancta sanctorum, Sancti matre sanctissima intra adyta sinu recepta. Porro recens illi alimonia est, haecenusque alit sine manu alentem, is qui brevi post lacte eius alendus est. Fitque Spiritus sanctus nutritius Virginis usque ad ostensionem eius in Israël. Quando scilicet apparuit coniugii tempus, ac Ioseph Davidis filius ex Davide ortam in uxorem duxit, eaque seminis loco, verbum Gabrielis suscepit: concubitusque expers gestavit in utero, ac filium genuit non satum patre: mansitque casta non violato utero, post etiam partum servante ei quem peperit virginitatis signacula, Christo nimirum Iesu Nazareno, qui in mundum venit. Is est Deus verus et vita aeterna, cui cum Patre et sancto Spiritu, gloria, honor, et adoratio, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

- 1836 Oratio II. In Nativitatem B. V. Mariae.¹ [...] Νῦν δὲ οὐδὲν ἀπᾶλλον ἢ παρέλκον ἡγοῦμαι, μικρὸν ἐν παρεκβάσει γινόμενον ἐπ' αὐτὴν τοῦ γένους εὐκληρίαν, ἧς ἡ παρθένος κατάγεται, μεταβιδάσαι τὸν λόγον, κάκεινα διεξελθεῖν, ἃ καὶ λέγειν εἰκός, καὶ οἷς ἂν ἡ παροῦσα πανήγυρις ἤδεται. "Ἦδεται δὲ τοῖς, δι' ὧν ἡ παρθένος, ἐξ ἧς ὑπερουσίως ἤκεν εἰς ὑπαρξίν χρονικὴν ὁ ὑπέρθεις, ἐκ σπέρματος οὔσα Δαυὶδ ἀναφαίνεται, ὅσα τε καὶ οἷα περὶ αὐτῆς ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἡμῶν λαλήσας Θεός, διὰ πάσης ὁμοῦ τῆς Γραφῆς ἀριδῆλως προαναπεφώνηκεν.
- 1837 [...] Ἀγέσθω τοίνυν εἰς μέσον ἡμῶν Ἰακώβ ὁ τῆς ὑψηλῆς κλίμακος διορατικώτατος θεατῆς, καὶ πρὸ τούτου Ἀβραάμ ὁ πατριάρχης, εἰς ὃν καὶ πρὸς ὃν αἱ ἐπαγγελίαι. Τοῦτον γὰρ καὶ Ματθαῖος τῆς κατ' αὐτὸν εὐαγγελικῆς συγγραφῆς ἐναρχόμενος προὑπέταξεν, τὸν Δαυὶδ προαναθεὶς τῷ συγγράμματι. Ἐφ' * ὃν καὶ τὴν γενεαλογίαν κατάγων, ὡς ἔχει γενέσεως ἕκαστος, ἀμοιβαδὸν ὑπεστόμισεν, ἐκεῖθεν αὐθις ἐναρμόδιως ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ ὑπολαβὼν τοῦ Δαυὶδ τὸν ἀπόγονον. Οὕτω τὴν ἐκ Δαυὶδ ἀνατείλασαν, εἶτα Θεῷ προτοίμασθεῖσαν ἐπικαίρως παρέδειξε μνηστευθεῖσαν τῷ ἐκ Δαυὶδ Ἰωσήφ ὡς

- 1836 Oratio II. In Nativitatem B. V. Mariae.¹ [...] Nunc autem neque dissonam, neque a proposito dissidentem rem facturum me esse arbitror, si, parva interiecta digressione, ad ipsam faustam generis originem, ex qua Virgo deducitur, sermonem revocem, atque illa explanem quae et dicere convenit, quibusque vester consessus maxime gaudet. Gaudet vero iis quibus Virgo, ex qua divinissimus Filius naturam vincente modo ad hanc temporariam vitam prodiit, Davidico exorta esse semine demonstratur; atque iis omnibus, qualicumque sint, quae qui nobis per legem et prophetas locutus est Deus, de ipsa toto divinae Scripturae decursu manifeste praenuntiavit.
- 1837 [...] Age itaque, in medium nobis afferatur Iacobus excelsae illius scalae acerrimus contemplator: imo ante illum Abrahamus * patriarcha, in quem et ad quem promissiones factae sunt. Hunc enim et Matthaëus, cum evangelicam enarrationem suam ordiretur, ordine praeponit, Davide tamen ante omnes in conscriptione commemorato. Ad quem et generis originem referens, ut uniuscuiusque generatio sese habeat, vicissim descripsit, atque illinc rursus usque ad Iosephum Davidis pronepotem generationis historiam concinne subtexens, virginem e Davidica stirpe exortam, atque gignendo Deo praeeparatam Iosepho ex Davide oriundo, utpote eius contribulem, fuisse nuptam opportune, demonstravit, quandoquidem

¹ Oratio haec est reapse Andreae Cretensis. Cf. Lau. 171. Halkin mentionem facit *etiam* Io. Damasceni. Cf. BHG, III, 31.

ὁμόφυλον, ὅτι μὴ θέμις τὸ παλαιὸν ἀναμίγυσθαι φυλῇ φυλῆν, ἢ σκῆπτρω σκῆπτρον ἐπιφυλλίζεσθαι.

Οὕτως δὴ τοίνυν ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις ἐκ γῆς Χαρρῶν ὑπὸ Θεοῦ μετανάστης καλούμενος, ἤγετο τευξόμενος τῶν ἐπαγγελιῶν, ὧν οὐπω μικρὸν ὅσον προειλήφθη τὰ σύμβολα· σύμβολα γὰρ τῶν μελλόντων τὰ πάλαι τελούμενα. Καὶ τῆς μὲν ἐλπίδος τῶν διαθηκῶν οὐ διεψεύσθη, τῆς κληροδοσίας δὲ τῆς γῆς μὴ διαμαρτήσας τετύχηκε. « Σοὶ γάρ, καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω, φησί, τὴν γῆν ταύτην πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἐν γὰρ τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς ». Τῷ ὄντι γάρ, ὡς καὶ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ δοκεῖ, « τῷ Ἀβραάμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεός, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς μείζονος εἶχεν ὁμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, λέγων· Ἡ μὴ εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Καὶ οὕτω, φησί, μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας ». Πῶς δέ, καὶ τίνα τρόπον αἱ πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαι πρὸς πέρας διέβησαν, ἔνθεν ἂν μάθοις, μετὰ τῆς ἀληθείας σκοπούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ πάλαι χρηματίσας Θεός, ὅτι « Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεται σοὶ σπέρμα· καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὁ ἐπήγγελται δυνατός ἐστι πληρῶσαι· καὶ κατενόησε μὲν τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρ-

nefas fuit antiquitus tribum tribui commisceri, et unius tribus sceptrum sceptro alterius inseri.

Magnus igitur patriarcha e terra, cui nomen Charran, a Deo exire iussus, ad promissiones assequendas ducebatur, quarum nondum signa ulla quantulacumque ante acceperat; signa enim futurorum ea sunt, quae multo ante tempore praemonstrantur. Neque tamen testamentorum spe decidit, sed terrae quae sibi in sortem data est, nulla deceptione compos est factus. *Tibi enim, et semini tuo* (ad eum inquit universorum Deus) *dabo terram hanc; nam in semine tuo benedicentur omnes tribus terrae.*¹ Revera enim, ut divino etiam Paulo videtur: *Abrahae promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iuravit per semetipsum dicens: Nisi benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te. Et sic,* inquit, *longanimiter ferens adeptus est reppromissionem.*² Quomodo vero, et qua via quae ipsi promissa sunt, reipsa evenerint, hinc cognosces, si rem ut vere sese habet consideres. Postquam enim ad eum dixit, qui olim responsa dabat Deus; *In Isaac vocabitur tibi semen, certissime sciens quod quae promisit, potens est adimplere, quamquam cognosceret corpus suum iam viribus esse effectis (centum eequidem annos natus erat), et*

¹ Gen. XII, 3 et 7; XXII, 18.

² Hebr. VI, 13-15.

χων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρα»· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοῦς δόξαν τῷ Θεῷ. [...]

Καὶ μοι παρίτω νῦν Ἰακώβ ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις, ἐπὶ καιροῦ τὰ περὶ 825
Χριστοῦ διεξιῶν. Ἐν οἷς τὰ μέλλοντα τοῖς υἱέσι προγράφων, τὸν Ἰούδαν εἰσάγει, καὶ προαναζωγραφεῖ πως ἐν αὐτῷ μυστικωτέρῳ τινὶ χρωματουργίᾳ τοῦ Χριστοῦ τὴν εἰκόνα· ὡς ὁρᾶσθαι μὲν, οἷόν τι σῶμα τὸν Ἰούδαν κατὰ τὸ αἰσθητὸν λαμβανόμενον, τὸν δὲ Δαυῖδ, οἷόν τι χρῶμα κατὰ θεωρίαν νοούμενον. Προέσται γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν εἰκὸς τοῦ σκοποῦ περιέπεσθαι, τῆς μὲν Ἰούδα φυλῆς τὸν Δαυῖδ ἀνευρίσκουσιν, ἐκ Δαυῖδ δὲ τὸν Χριστὸν καταγόμενον. Τούτου δὲ δεικνυμένου σαφῶς, καὶ τὴν Παρθένον εὐρήσομεν ἐκ γένους οὖσαν Δαυῖδ τοῦ ἐξ Ἰούδα βλαστήσαντος, εἴπερ γεννῶτο τὸ γέννημα ὁμογενές, καὶ ὁμόφυλον, δεῦρο δὴ τοίνυν διέξιθι. [...]

Ἡμῖν δὲ δὴ τῆς μιᾶς ἄρτι μελήσει φυλῆς δι' ἧς ἀποδεικνύναι ῥάδιον 828
τὸν κατὰ σάρκα ἐκ Παρθένου φόντα Χριστόν, τῆς Ἰούδα κατηνέχθαι φυλῆς, ὅπως εἰκαῖον ἅπαν ἐμπραγῆ στόμα μὴ ὁμολογοῦν ἐκ σπέρματος Δαυῖδ τὸν Χριστόν ἐληλυθέναι. [...]

«Σκύμνος λέοντος, Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου ἀνέθης· ἀναπεσὼν 832

*pene emortuam vulvam Sarae,*¹ de divina tamen promissione nequam ambegit, sed dans gloriam Deo fide roboratus est. [...]

Iam vero accedat modo Iacobus patriarcharum et ipse magnus, 826
ut opportune quae ad Christum referuntur nobis edisserat. Ubi quae filiis suis eventura essent praescribens, Iudam inducit, atque in ipso mysticis quibusdam coloribus Christi imaginem repraesentat atque depingit, ita ut inde appareat, Iudam quidem veluti corpus iuxta id quod sensu attingitur accipi: Davidem vero, veluti colorem quemdam iuxta mentis speculationem intelligi. Hinc siquidem nobis licebit convenienti ratione scopum ipsum affectari; dum Davidem ex tribu Iuda exsistere reperiemus, ex Davide vero Christum deduci. Cumque hoc perspicue demonstraverimus, Virginem quoque ex progenie Davidis, qui ex Iuda germinavit, devenisse cognoscemus, siquidem ex eadem stirpe, eademque tribu generationem nacti sint. [...]

Iam vero nobis deinceps de una tantummodo tribu missis caeteris 827
verba facere propositum erit, unde facili negotio ostendi possit, Christum secundum carnem e Virgine natum, e tribu Iuda oriundum esse, atque temerarium quodvis os obstruatur, quod fateri nolit, Christum e semine Davidis profluxisse. [...]

Catulus leonis Iuda, ex germine, fili mi, ascendisti; requiescens 831

¹ Rom. IV, 19; IX, 10.

ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν;» Εὐγε τῆς προφητείας. «Σκύμνον» φησὶ «λέοντος». Τίνα τοῦτον, ἢ Χριστὸν προδήλως τὸν ἐκ βασιλικοῦ καταγόμενον σπέρματος, λέγω δὴ τοῦ Δαυΐδ; Καὶ ἀπεικὸς οὐδὲν λέοντα μὲν νοῆσαι τὸν Δαυΐδ, ὡς χαρακτηριστικὸν τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος, σκύμνον δὲ λέοντος, τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα κατὰ σάρκα Χριστόν, ὡς δηλοῖ καὶ τὰ ἐξῆς τῆς προφητείας. «Ἐκ βλαστοῦ» γὰρ φησίν, «υἱέ μου ἀνέβης». Βλαστὸν δέ, τίνα ἂν κυρίως ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦ νοήσης, ἀγαπητέ, ἢ δῆλον μόνην αὐτὴν τὴν ἁγίαν, καὶ τῶν ἁγίων ἀπάντων ἁγιωτέραν, τὴν ὅλην ὅλω φανεῖσαν καθαρὰν τῷ σκηνώσαντι σώματί τε καὶ πνεύματι; Μαρίαν λέγω, τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὴν Δαυιδικὴν ὄρημα, τὴν ῥάβδον τοῦ Ἰεσσαί, τὸν ἀειθαλῆ τοῦ Ἰούδα βλαστὸν, ἐξ ἧς ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, ὁ ὑπερκόσμιος, ὁ προκόσμιος, συναΐδιος τῷ γεννήσαντι, σαρκικῶς ἐξεβλάστησε.

Θαυμάσειε δ' ἂν τις τὸ ἀκριβὲς τῆς προῤῥήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἁγιστείαν τοῦ γένους τῆ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου προσηγορίᾳ σαφῶς ἀπεφῆνατο, προστέθεικε τὸ «Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης», ἵνα εἴπη τὸ παρὰ τοῦ Ἰεσσαίου καλῶς εἰρημένον· «Ἐξελεύσεται, λέγοντος, ῥάβδος ἐκ τῆς ρίζης

accubuisti ut leo, et quasi leaena: quis suscitabit eum? ¹ O praeclaram sane praesagationem! *Catulum dixit leonis.* Quem itaque leonis nomine nisi Christum luculenter innuit, qui ex regio semine, videlicet Davidico deducitur? Neque etiam absurdum est, si leonem Davidem intelligas, quandoquidem dignitatis regiae typus est leo. *Catulum leonis Christum accipe, ex ipso secundum carnem exortum; quem admodum etiam consequentia vaticinii verba plane declarant. Ex germine enim, inquit, fili mi, ascendisti.* Germen vero quem alium proprie esse ex eo quod consentaneum est, dilectissimi, reputabitis, nisi nimirum solam hanc sanctam Virginem, sanctisque omnibus longe sanctiorem, quae tota pulchra, tota munda visa est ei qui totus in illa et corpore et spiritu habitavit? Mariam, inquam, magnum profecto, omnique veneratione dignissimum et nomen, et rem, Davidicum ramum, virgam Iesse, germen Iuda, semper viride, semperque floridum, ex qua altissimus Dei Filius, qui ante mundum erat, aequalique cum eo qui ipsum genuit, aeternitate fruebatur, secundum carnem germinavit.

Iure autem miretur quispiam praedictionis huiusce diligentiam singularem. Ubi enim generis propinquitatem leonis, et catuli appellationem perspicue demonstravit, illud addidit: *Ex germine, fili mi ascendisti*, ut illud idem plane diceret, quod pulchre Isaias dixit: *Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet* ² quod

¹ Gen. XLIX, 9.

² Isa. XI, 1.

Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναθήσεται» ὁ δὲ τρανωῶς εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Παρθένον ἀνάγεται. Βλαστὸς γὰρ κυρίως μὲν ὁ Δαυΐδ, ῥάβδος δὲ προδήλως αὕτη, ἄνθος δὲ Χριστὸς ἐκλαμβάνεται. Καθάπερ αὐτὸς ἐν τῇ τῶν Ἀσμάτων πυκτῇ τὴν ἑαυτοῦ συμβολικῶς ἀρωματίζων εὐώδη προσηγορίαν. «Ἐγὼ γάρ, φησίν, ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρίνον τῶν κοιλάδων». Ὅτι δὲ βασιλεύς, καὶ βασιλέων ἀπάντων ἐπικρατέστατος ὁ Χριστός, οὐδ' αὐτὸς ὁ προφητεύων ἠγνόησεν. «Ἀναπεσὼν γάρ, φησίν, ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος, τίς ἐγερεῖ αὐτόν;». Τὸ βασιλικὸν ἅμα, καὶ φοβερόν, καὶ ἀπρόσιτον ἐν τοῦτοις παραδηλῶν, καὶ τῆς θεϊκῆς ἐξουσίας τὸ ἀπειροδύναμον. [...]

«* Οὐκ ἐκλείπει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἠγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν». Βαβαὶ τῆς προγνωσεως! Οὐ διεψεύσθη τῶν πεφασμένων οὐδέν. Δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς κυρίως τῆς Δαυιδικῆς ὀσφύος ἡ Παρθένος ἐξέφυ. Ἦς βλαστὸς ὁ Χριστός, ἠγούμενός τε αὐτὸς καὶ ἄρχων, καὶ «πνεύματα ἀρχόντων ἀφαιρούμενος». Εἴη ἂν αὐτὸς ὡς βασιλεύων ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας πέρας οὐκ εἰσδεξάμενος. Προκαθήρητο μὲν γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων βασιλεία, καὶ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας· ναί, προδήλως περιγραφεῖσα μέ-

*833

sane Christum atque Virginem manifeste respicit. Radix enim proprie David; virga procul dubio Maria est; flos vero Christus. Quemadmodum ipsemet in quadam Canticorum pagina suam ipsius nuncupationem quibusdam veluti adoramentis in quibus arcana significatio lateret, conspergens: *Ego, inquit, flos campi, et lilium convallium.*¹ Regem vero, regumque omnium potentissimum esse Christum, neque ipse Iacob, qui praesagium effatus est, ignoravit. Nam *requiescens, ait, accubuisti ut leo, et quasi leaena; quis suscitabit eum?* Quibus verbis regalem simul, terribilemque atque inaccessibilem divini imperii potestatem, contra quam vires suas nemini experiri licet, significare visus est. [...]

* *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit exspectatio gentium.*² Proh insigne atque immortale praesagium! Nullam non partem eorum quae vates praedixit, comprobavit eventus. Demonstravimus enim hucusque dictis e Davidicis lumbis Virginem enatam esse. Cuius germen Christus est, dux simul et princeps, et *spiritum principum auferens*. Atque ipsi sane in domo Iacobi in aeternum regnare contigit, regnumque nancisci, quod omni fine careret. Iamdiu enim ante Christi adventum de medio sublatum fuerat iudaeorum regnum; quod stare debuisse clare constat usque ad Iechoniae tem-

*834

¹ Cant. II, 1.

² Gen. XLIX, 10.

χρι τῶν Ἰερχονίου χρόνων, καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα πικροτάτης ἀπαγωγῆς. Οὐ μὴν δὲ ἐνέλιπε τὸ γένος, ἕως Χριστοῦ τιμώμενόν τε καὶ περιδεχόμενον, καὶ τῆς βασιλικῆς εὐγενείας διασῶζον τὰ ἀπομόργματα. Λεῖπεται δ' οὖν νοεῖν τὸ « Ἔως ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν », τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτόθεον, καὶ αὐτοκύριον. Ὅν ἡμῖν παναγία αὕτη Παρθένος, τὸ Δαυιδικὸν στέλεχος, παρθενικῶς παρθενικαῖς ὠδίσις ἀπέτεκεν. [...]

PG
97, 841

Ἄλλ' ἐπὶ τὴν γενέθλιον αὐθις ἀναδράμωμεν ἑορτὴν, καὶ τῇ Ἄννῃ μικρὸν ὥσπερ ἐπιθαλάμιον ἀνακρουσάμεθα μέλος. Νῦν μὲν κυφοροῦση παῖδα θεόσδοτον, ἐπαγγελίας ἐνέχυρον, νῦν δὲ τικτοῦση γόνιμον εὐχλὴν μετὰ στείρωσιν τῆς ὑπὲρ νοῦν ἐκφανεστάτης Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίας. Ἄξιον γὰρ τοιοῦτον ἀποτεκνοῦσαν βλαστὸν ἀνευφημεῖσθαι, καὶ θείας ὄντως ἐπιφωνήσεως ἀξιοῦσθαι. Πρόκειται γοῦν οἷόν τις νυμφῶν ὁ τῆς Ἄννης κοιτῶν παιδοποιίας καὶ παρθενίας ὑπογραφόμενος πρόσωπον, τὸ μὲν τῆς τεκούσης, τὸ δὲ τῆς τεχθείσης· ὧν ἡ μὲν ἄρτι τὴν λύσιν τῆς ἀπαιδίας ἐδέξατο, ἡ δὲ μικρὸν ὕστερον, τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστίας τὸν τοκετὸν ὑπερφυῶς ὑποστήσεται. Εἰκότως οὖν ἡ θεόληπτος Ἄννα φαιδρά, καὶ γεγανθυμένη τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει διαπρυσίως βοᾷ· Συγχάρητέ μοι, λέγουσα, βλαστὸν ἐπαγ-

1838

pora, acerbissimaeque in Babylonicam captivitatem deductionis. Verumtamen usque ad Christum nequaquam genus defecit, cui honoris nonnihil atque observantiae semper delatum est, regiaeque nobilitatis sigillum, ut asservaretur, commendatum. Restat igitur ut illud interpretemur, *Donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium*; Christus nempe Dei Filius hic est, et ipse Dominus. Quem omnibus sanctitatis numeris absoluta Virgo haec e Davidico emissa stipite virgineum in modum, virgineoque peperit puerperio. [...]

PG
97, 842

Iam vero ad natalitiam diei celebritatem revertamur; et Annam aliquantisper tamquam nuptiali carmine proludentes collaudemus. Nam et filiam a Deo datam, promissionis arrhabonem utero gestavit, eamque obtentam precibus post sterilitatem peperit, quae Deum supra humanae mentis captum manifestissimum hominibus factum, eumque illis conversantem gignere valuit. Par siquidem est eam, quae tale edidit germen, summis laudibus evehi divinisque excipi acclamationibus. Videtur igitur veluti thalamus esse Annae cubiculum duarum insignium feminarum nominibus inscriptum, videlicet genitricis et genitae, quarum altera sterilitatis dedecore modo liberata est, altera vero paulo post Iesum similem nobis divinitus factum inenarrabili ratione pariet. Iure itaque divino accepto munere Anna, laetitia gestiente animo, magnis vocibus, ut ab omnibus audiatur, exclamat: Congratulamini mihi, inquit, quae pro-

1838

γελίας ἐξ ἀκάρπου τεκούση γαστρός, καὶ καρπὸν εὐλογίας κατ' εὐχὰς ἐκτρεφούση μαζῶ. Ἐξεδυσάμην τὸ στερώσεως, καὶ τῆς εὐτεχνίας τὸ φαιδρὸν ἠμφιασάμην προκάλυμμα. Συγχαίρέτω μοι σήμερον ἡ ἐξάκουστος Ἄννα, ἡ τῆς Φενένας ἀντίθετος, καὶ τῶ κατ' αὐτὴν ὑποδείγματι τὸ περὶ ἐμὲ παράδοξον ἐπικροτεῖτω θαῦμα. Χορευέτω καὶ Σάρρα πρεσβυτικῶς ἀνασιρτῶσα, καὶ τὴν ἐμὴν ὑπογράφουσα μετὰ στείρωσιν κύησιν. Ὑποφωνεῖτωσαν ἅμα στεῖραι καὶ ἄγονοι τὴν ἐπ' ἐμοὶ θαυμαστωθεῖσαν οὐρανόθεν ἐπίσκεψιν. Εἰπάτω δὴ καὶ πᾶσα μήτηρ, καὶ γόνιμος, εὐλογητὸς ὁ δοὺς εὐχὴν τοῖς εὐχομένοις, καὶ διανοίξας πόρους ἀγόνου μήτρας, καὶ βλαστὸν ἐξ ἀκάρπου γονῆς χαρισάμενος τὴν ὑπερθαύμαστον αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα. Ἦς ἡ νηδὺς οὐρανός, ἐν ᾗ ἐσκήνωσεν ὁ μηδαμοῦ χωρητός.

Συνωδὰ δὲ τούτοις καὶ ἡμεῖς αὐτῇ τῇ καλουμένη στεῖρα ποτέ, νῦν δὲ μητρὶ γενομένη τοῦ παρθενικοῦ θαλάμου, τὴν εὐφημίαν προσάξωμεν. Εἴπωμεν μετὰ τῆς Γραφῆς πρὸς αὐτὴν, εἴπωμεν· Ὡς μακάριος ὁ οἶκος Δαυὶδ, ἐξ οὗ προελήλυθας! καὶ ἡ νηδὺς, ἐν ᾗ κιθωτὸν ἀγιάσματος Θεὸς ἐτεκτόνευσε! τὴν αὐτὸν ἀσπόρως κηῆσασαν. Οὕτως σὺ μακαρία, καὶ τρισμακαρία, ἡ θεομακάριστον βρέφος ἐγκυμονήσασα, Μαρίαν τὸ πολυτίμητον ὄνομα, ἐξ

missionis germen ex alvo sterili procreavi, et benedictionis fructum, ut in votis erat, papillis meis enutrivī. Tristem exui sterilitatis vestem, laetumque accepi fecunditatis indumentum. Congratuletur mihi hodie celebris illa Anna, Phenennae aemula; et incredibile miraculum quod mihi quoque exemplo consimili obtigit, plausibus prosequatur. Choreas ducat et Sara seniliter exsiliens, meoque conceptui amota sterilitate subscribat. Adsint simul et reliquae steriles quae liberos non pepererunt, mecumque divinae beneficentiae munus exalitent; quo mirum in modum visitare me Dominus dignatus est. Dicat et mater omnis, quae filios peperit; benedictus, qui petita dedit petentibus, sterilisque ventris aperuit ianuam, fructumque ex infecundo semine largitus est, suam scilicet ipsius secundum carnem praecellentissimam matrem, cuius profecto uterus coelum factus est, quandoquidem qui nullo loco excipi potest, is in eo contubernium habuit.

Consonas itaque hisce laudes et nos persolvamus ei, quae sterilis olim vocabatur, nunc autem virginei thalami mater effecta est. Dicamus ad eam una cum sacris paginis, dicamus: Quam felix domus Davidis, ex qua provenisti! Quam felix venter tuus, in quo sanctificationis arcam fabricatus est Deus! Illam videlicet, quae sine semine ipsum conciperet. Vere quidem beata es, ac ter beata, quae divinis muneribus cumulata puellam genuisti, Mariam, inquam, magnum illud nomen, omni laude omnique honore prosequendum;

*844 ἦς ὁ Χριστὸς τὸ τῆς ζωῆς ἐχρημάτισεν ἄνθος, ἦς καὶ ἡ πρόοδος ἐνδοξος, καὶ ἡ ὠδὸν ὑπερκόσμιος. Συγχαίρομέν σοι καὶ ἡμεῖς, ὃ πανολβία τὴν γὰρ πάντων ἡμῶν ἐλπίδα θεοδώρητον ἐπαγγελίας ἀπεκύησας γέννημα. Μακαρία εἶ ἀληθῶς, καὶ μακάριος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. * Μακαρίζονται διὰ σοῦ καὶ γυναῖκες ἀποβαλοῦσαι τὸ ἄγονον, καὶ γενόμεναι μετὰ στείρωσιν γόνιμοι. Γλῶσσα δὲ πιστῶν μεγαλύνει σου τὸν βλαστόν, καὶ λόγος ἅπας εὐφρόσυνος αἰνεῖ σου τὸν τοκετόν. Ἄξιον γὰρ ὄντως, καὶ διαφερόντως ἐπάξιον εὐφημεῖσθαι τὴν ἐκ θείας ἐπιφροσύνης ἀξιωθεῖσαν χρησιμοῦ, καὶ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον ἡμῖν ἀποτεκοῦσαν καρπὸν, ἐξ οὗ ὁ γλυκὺς Ἰησοῦς προελήλυθεν, ὅλος ὢν γλυκοσμός, καὶ ὅλος ἐπιθυμία, καὶ τῶν ὀρεκτῶν ἀπάντων ἔσχατον ὀρεκτόν. Οὗ εἶπωμεν, ὑπὸ τὴν σιανὴν αὐτοῦ ζησόμεθα, καὶ ὑπὸ ταῖς αὐτοῦ διαναπαυσόμεθα πτέρυξιν. Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ διὰ νόμου, καὶ προφητῶν κηρυττόμενος, Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ Θεός, ἡ Χάρις, καὶ ἡ Ἀλήθεια· ὃς ἦλθεν ἀμαρτωλοὺς σῶσαι, καὶ πάντας ἀνακαλέσασθαι πρὸς τὴν ἀρχαίαν εὐγένειαν. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις παρὰ πάντων ἡμῶν ἀναφέρεται, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
97, 844Oratio III. In Nativitatem B. V. Mariae.¹ Πάλιν ἐορτῇ, καὶ πάλιν

1839

ex qua Christus vitae flos erupit: cuius et incrementum gloriosum, et praeclarissimum puerperium. Gratulamur tibi et nos, o beatissima, *843 * nostram siquidem omnium spem divinitus datam, promissamque prolem edidisti. Beata profecto es, ventrisque tui beatus fructus. Per te mulieres, quae numquam genuerunt, prolem concipiunt, fecundaeque post diuturnam sterilitatem fiunt. Fidelium lingua germen tuum extollit, omnisque sermo exsultantibus animis partum tuum collaudat. Nam dignum est, maximeque dignum faustis eam vocibus celebrare, quae divinae Providentiae consilio digna habita est coelestis oraculi responsione; quae talem tantumque nobis protulit fructum, ex quo dulcis Iesus exortus est, omni dulcedine dulcior, totus desiderabilis, omniumque desiderabilium ultimum desiderabile. Sub eius umbra nos fore victuros, eiusque sub alis mortem obituros statuamus. Ipse procul dubio est, quem lex et prophetae praedicarunt, Christus Iesus, qui Deus est, Gratia est, Veritas est; quique peccatores salvos facere venit, omnesque ad pristinam generis nobilitatem revocare. Ipsi gloria, et honor, et cultus a nobis omnibus defertur, cum Patre, qui principium non novit, eiusque Spiritu, qui vitam elargitur, nunc, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
97, 843Oratio III. In Nativitatem B. V. Mariae.¹ Rursum festum, et

1839

¹ Oratio haec est vere S. Andreae Cretensis. Cf. Lau. 171. Halkin mentionem facit etiam Io. Damasceni. Cf. BHG, III, 78.

πανήγυρις, καὶ πάλιν ἐγὼ δεξιὸς ἐστίατωρ, πανηγυρίζων τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν, καὶ συγκαλὼν ἅπαντας πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐστίασιν, ἧς ἡ Θεοτόκος ἐξάρχουσα, τῆς τρυφῆς τὸν χειμάρρου, τοὺς ἑαυτῆς ἐστιᾶ δαιτυμόνας. Ἐν ᾧ ὑμεῖς, ὁ Χριστοῦ μελισσών, ἐνθέως περιϋπτάμενος, καθάπερ ἐκ τινων σίμβλων, ἀποστάζων γλυκασμόν, οἷα κηρία μέλιτος οἴκαδε συλλεξάμενοι χωρεῖτε. Καὶ τίς ἂν ἔλοιτο τοιαύτης ἀπολειφθῆναι τρυφῆς, τῶν μάλιστα γευσάμενων ἤδη τῶν ταύτης καλῶν; Εἰ γὰρ τραπέζης ὄψοις πολυτελεῶς εὐθηνουμένης οὐ πρὶν ἀφεστᾶσί τινες, εἰ μὴ καὶ πέρα τοῦ κόρου τῆς τρυφῆς ἀπολαύσειεν, πῶς οὐ λίαν δοκεῖ καταγέλαστον, πρὶν γευσθῆναι τῶν τῆδε μυστηρίων βασιλικῆς ἀποπηδῆσαι τραπέζης; Βασιλεῖος γὰρ καὶ βασιλίδος ἐκ βασιλικοῦ καταγομένης σπέρματος ἡ ἐστίασις. Δεῦρο γοῦν αὖθις, ἀγαπητοί, τὸν ἡμέτερον ὑποδέξασθε λόγον, πρὸς ἐκεῖνον ὑμᾶς τὸν σκοπὸν ἐπανάγοντα, ὃν ἐν τοῖς φθάσασιν εὖ μάλα κατεστρωκῶς, τῆς Δαβιτικῆς ῥίζης σαφῶς ὑμῖν τὸν Χριστὸν ὑπηγόρευσα. Τοῦτου δὲ δεικνυμένου, καὶ ἡ κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσα, τῆς αὐτῆς οὐσα ῥίζης φυτὸν εἰκότως ἀναφανήσεται. Καὶ μοι λίαν παρέλκον εἶναι δοκεῖ, δευτέραν λύσιν ἐπαγαγεῖν, τῆς ῥηθείσης ἐμφαντικωτέρας, πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἀληθείας, περιεργότερόν πως καὶ πλατύτερον πρὸς

νίας ὁ τύπος ὁ ἄγραφος· τῆς ἁγιαστίας τὸ πέταλον· τὸ τῶν δῆλων λόγιον. Χαίροις, ἡ νόμου μεσίτις καὶ χάριτος· τὸ παλαιᾶς καὶ νέας τῶν διαθηκῶν ἐπισφράγισμα· τὸ πάσης προφητείας ἐκφανέστατον πλήρωμα· ἡ ἀκροστιχίς τῆς θεοπνεύστου τῶν Γραφῶν ἀληθείας· ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἐμψυχός τε καὶ καθαρῶτατος τόμος, ἐν ᾧ ἀφθέγγως, ἀγράφως, αὐτὸς ἐγγραφεὺς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος καθ' ἡμέραν ἀναγινώσκεται. Χαίροις, ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως, καὶ πέρας τῶν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελιῶν, καὶ προρρήσεων· τὸ προκεκηρυγμένον τῆς θείας δόξης ἁγιασθήριον· ἡ εὐπροσδόκητος τῶν ἔθνων σωτηρία. Χαίροις, ἡ ἀληθῶς κλιμαξ τοῦ Ἰακώβ· τὸ καπνιζόμενον ὄρος· ἡ κιβωτός τοῦ ἁγιάσματος· ἡ πάντοθεν κεκαλυμμένη χρυσίῳ, τῷ διαυγάζοντι πνεύματι· ἡ χρυσήλατος στάμνος, Χριστὸν τὸ μάννα τὸ οὐράνιον φέρουσα, καὶ τροφήν τὴν τοῦ παντὸς ἀκέρητον. Χαῖρε, δι' ἧς τὸ « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα », χώραν οὐκ ἔχον ἔτι, πρὸς τὸ ἐν ἀγαλλιάσει τίκτειν μεταπεποιήται. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », δι' ἧς ἐν ἐπιγνώσει κράζει τὰ ἔθνη πιστεύοντα· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν ». « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ μυστικὴ καὶ Θεοφύτευτος ἄμπελος· ἡ ἐν τοῖς κλήτεσι τοῖς Ἐκκλησίας εὐκληματοῦσα, καὶ τὸν πέπειρον βότρυν ἡμῖν τῆς ἀφθαρσίας ἐκ μήτρας κυπρίζουσα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ

virginitatis typus, sanctitatis bractea, rationale manifestationum. Salve, legis ac gratiae mediatrix, veteris novique testamenti obsignatio, totius prophetiae perspicua plenitudo, inspiratae a Deo veritatis Scripturarum acrostichis, Dei ac Verbi animatus ac mundissimus tomus, in quo, sine voce ac scripto, inscriptor ipse Deus ac Verbum quotidie legitur. Salvesis, reformationis nostrae primitiae, Deique ad nos promissionum ac praedictionum limes: praedictum olim divinae gloriae sanctuarium, exspectata gentium salus. Salve, vera scala Iacob, mons fumigans, arca sanctificationis; illa, inquam, undique circumtectata auro, nimirum illustrante Spiritu sancto; urna ex auro ducta, Christum, coeleste illud manna, portans, orbisque universi immortalem escam. Salve, per quam illud, *In tristitiis paries filios*,¹ non habens amplius locum, in partum in exultatione mutatum est. *Benedicta tu in mulieribus*: per quam credentes gentes in agnitione clamant: *Benedictus qui venit in nomine Domini; Deus Dominus et illuxit nobis*.² *Benedicta tu in mulieribus*, mystica ac sata a Deo vitis, in Ecclesiae collectis coetibus eluxurians, maturumque nobis botrum incorruptionis e vulva efflorens ac germinans.³ *Benedicta tu*

¹ Gen. III, 16.

² Ps. CXVII, 26, 27.

³ Eccli. XXIV, 13.

θεογεώργητος ἄρουρα, ἡ τὸν ἄσπορον καὶ ἀπότιστον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄστα-
 χυν ὡς ἐν θημονίᾳ τῇ κοιλίᾳ βαστάσασα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ
 ὄντως ἐπιθυμητὴ γῆ, ἐξ ἧς τὸν πηλὸν ὁ κεραμεὺς τοῦ χώματος ἡμῶν ἀνε-
 λόμενος τὸ * συντριβὲν σκεῦος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνενεώσατο. « Εὐλογη- *868
 μένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ νέα Σηλών, ἐν ἧ ἀνεπαύσατο ἡ νοερά κιβωτὸς τῆς
 ἐνσαρκώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· καὶ μὴν, « καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα σωμα-
 τικῶς κατόκησε τῆς θεότητος ». — « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », τὸ θεῖον
 ὄντως Δαβὶρ, ἐν ᾧ οἱ Θεοφόροι τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας μυσταγωγοὶ τὸ χρη-
 ματιστήριον ἔχοντες, τῶν θείων ἀποκαλύψεων, ἐχρησματοῦντο τὰ μέλλοντα.
 « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ νοητὴ Βηθλεέμ, ἡ θέσει καὶ φύσει τοῦ τῆς
 ζωῆς ἄρτου νοερώτατος οἶκος, καὶ γενομένη καὶ λεγομένη. Ἐνοικήσας γὰρ
 ὡς οἶδεν ἐν σοί, καὶ τῷ ἡμετέρῳ συμφυραθεὶς ἀφύρτως φυράματι, ὄλον ἑαυ-
 τῷ τὸν Ἀδὰμ ἀνεζύμωσεν, ἵνα ἄρτος γένηται ζωηρὸς καὶ οὐράνιος. « Εὐ-
 λογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ τῆς νομικῆς καὶ σικιδῶδους ὑπερκειμένης σκηνῆς,
 ἐξ ἧς μέγας Βεσελεὴλ Χριστὸς ὁ Θεός, « ἡ χάρις », ἀχειροτεύκτως ἑαυτῷ ναὸν
 ἐτεκτῆνατο, τὴν ἐμψυχουμένην αὐτοῦ σάρκα, τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ Πνεύματος.
 Καὶ οὐδ' ἄν, εἴ τι καὶ φῶμεν, ἀγαπητέ, τὸν ἐπιθαλάμιον αὐτῇ κατ' ἄξιαν

in mulieribus, arvus ille a Deo cultus, quae vitae nobis spicam, nullo
 satam semine, partuque nihilominus editam, velut in areae cumulo
 in utero gestasti. *Benedicta tu in mulieribus*, terra vere desiderabilis,
 de qua figulus, nostri aggeris lutum tollens, vas peccato * contritum *867
 reparavit. *Benedicta tu in mulieribus*, nova illa Selon, in qua spi-
 ritualis arca incarnationis Dei ac Verbi requievit; sed et *plenitudo*
omnis divinitatis corporaliter inhabitavit.¹ *Benedicta tu in mulie-*
ribus, divinum revera Dabir, in quo deiferi sanctae Ecclesiae doctores
 divinarum revelationum oraculum habentes, futurorum responsa
 accipiebant. *Benedicta tu in mulieribus*, spiritualis illa Bethleem, quae
 voluntate pariter ac natura, spiritualis omnino domus panis vitae
 effecta sis ac nuncupata. In te enim, qua ipse novit ratione inha-
 bitans, ac inconfuse nostrae commixtus massae, totum sibi Ada-
 mum fermentavit, ut panis vivus ac coelestis fieret. *Benedicta tu in*
mulieribus, quae legali atque umbratili figurae emines, ex qua ma-
 gnus ille Beseleel,² Christus, inquam, Deus, ille, *gratia*, templum
 sibi nulla manuum opera condidit, animatum scilicet corpus suum,
 principali arte Spiritus sancti. Nec vero, quidquid tandem dicamus,
 charissime, nuptiale pro meritis canticum ei absolvemus, donec

¹ Coloss. II, 9.

² Exod. XXXI, 2.

συμπληρώσομεν ὕμνον, εἰ μὴ καὶ τῶν ἀπὸ Γραφῆς λειμώνων αὐτῇ τὰ ἄνθη μυστικῶς ἐρανισάμενοι, τὸν τῶν ἐγκωμίων ἀναπλέξωμεν στέφανον.

Οὐκ ἔστι γάρ, οὐκ ἔστιν, ὅπου μὴ διὰ πάσης ὁμοῦ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς περιερχόμενος ἴδοι τις ἂν αὐτῆς κατεσπαρμένης ποικίλως τὰς ἐπισημασίας, ἃς εἰ κατὰ σαυτὸν τῷ φιλοπόνῳ τῶν λόγων παραγυμνώσειας, εὐρήσεις ἂν ἐκτυπώτερον ὅσῃν παρά Θεοῦ τὴν δόξαν ἐνεκολπώσατο. Θεά γὰρ αὐτὴν πολυσήμοις ὀνόμασι καλλυνομένην, καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς ἐμφαντικῶς δηλουμένην, ὡς, ὅταν φέρε εἰπεῖν, παρθένον αὐτὴν ὀνομάζει· νεάνιδα, προφήτιδα, εἶτα παστάδα, οἶκον Θεοῦ, ναὸν ἅγιον, δευτέραν σκηνὴν, τράπεζαν ἁγίαν, θυσιαστήριον, ἰλαστήριον, χρυσοῦν θυμιατήριον, Ἄγια ἁγίων, Χερουβὶμ δόξης, στάμνον χρυσοῦν, πλάκας τῆς Διαθήκης, ἱερατικὴν ῥάβδον, σκῆπτρον βασιλείας, διάδημα κάλλους, κέρας ἐν ᾧ τὸ μύρον τῆς χρίσεως, ἀλάδαστρον, λυχνίαν, ἀτμίδα, λαμπάδιον, θρυαλλίδα, ὄχημα, θάμνον, πέτραν, γῆν, παράδεισον, χώραν, ἄρουραν, πηγὴν, ἀμνάδα σταγόνα, * καὶ ὅσα ταύτην οἱ κλεινοὶ τοῦ Πνεύματος ὑποφῆται, κατὰ τὴν ἐν συμβόλοις μυστικὴν ἐποπτεῖαν προβλεπτικῶς ὀνομάζουσιν· οἶον, βάτον μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ Μωϋσῆς: « Διαβὰς ὄψομαι τὸ ὄραμα τὸ μέγα τοῦτο· τί ὅτι καίεται ἡ βάτος, καὶ οὐ κατακαίεται; » Ῥάβδον δέ, ὡς ὅταν Ἑσαίας φησὶν· « Ἐξελεῖσεται ῥάβδος

etiam ex Scripturae pratis mystice ei flores corrogantes, encomiorum coronam texamus.

Nusquam enim est; nusquam est, inquam, ubi Scripturam divinitus inspiratam lustrans, non varie perspersa eius nomina quis videat: utque apud te ipse studiosa exercitatione discutias, clarius expressum inveneris, quantam, donante Deo, gloriam sit complexa. Vide itaque multimodis eam honestatam nominibus, multisque Scripturae locis perspicue declaratam: ut cum v. gr. nominat virginem, iuvenulam, prophetissam: tum nuptialem thalamum, domum Dei, templum sanctum, secundum tabernaculum, mensam sanctam, altare, propitiatorium, thuribulum aureum, Sancta sanctorum, Cherubim gloriae, urnam auream, tabulas Testamenti, virgam sacerdotalem, sceptrum regni, diadema pulchritudinis, cornu olei unctionis, alabastrum, candelabrum, vaporem, lucernulam, ellychnium, vehiculum, dumum, petram, terram, * hortum, locum, arvum, fontem, agnam, guttam, ac si qua alia incliti Spiritus sancti interpretes, pro mysticae in symbolis inspectionis ratione, eam prophetice nominant. Puta, rubum, ut cum Moyses ait: *Vadam, et videbo visionem hanc magnam; quamobrem ardeat rubus, nec comburatur?*¹ Virgam autem, ut cum Isaias dicit: *Egredietur virga de radice*

¹ Exod. III, 3.

ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναθήσεται ». Ῥίζα καλεῖται· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτὸν ἔθνη ἐλπιούσι ». Γῆ ἁγία· « Μωσῆ, Μωσῆ, λύσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ἡ γὰρ γῆ, ἐφ' ἧς σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί ». Γῆ ἐπιθυμητή· « Καὶ ἐξουδένωσαν γῆς ἐπιθυμητὴν ». Γῆ ἀνατέλλουσα [ἀλήθειαν]· « Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε ». Θαιμάν· « ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμάν ἤξει ». Ὅρος· « Καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασίου, δασέος. Ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν. Ὅρος δὲ ἠὺδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ ». Ἐλαία· « Ἐγὼ δέ, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ». Κιβωτός· « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· σὺ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος σου ». Θρόνος· « Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ ». Πύλη· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς με· Ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἐσται, οὐκ ἀνοιχθήσεται· καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη ». Σιών· « Ἦξει ἐκ Σιών ὁ ῥυόμενος· ἀπο-

*Isse, et flos de radice ascendet.*¹ Appellatur radix: *Et erit radix Isse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.*² Terra sancta: *Moses, Moses, solve calceamentum de pedibus tuis: terra enim in qua stas, terra sancta est.*³ Terra desiderabilis: *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.*⁴ Terra veritatem produciens: *Veritas de terra orta est.*⁵ Thaemam: *Deus a Thaemam veniet.*⁶ Mons: *Et Sanctus de monte umbroso, ac condenso.* Abscissus est lapis de monte sine manibus.⁷ Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.⁸ Oliva: *Ego autem quasi oliva fructifera in domo Dei.*⁹ Arca: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae.*¹⁰ Thronus: *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum; et plena omnis domus gloria eius.*¹¹ Porta: *Et dixit Dominus ad me: Porta haec clausa erit; non aperietur, et vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingredietur et egredietur per eam: Et erit clausa porta.*¹² Sion: *Veniet ex Sion qui*

¹ Isa. XI, 1.

² Isa. XI, 10.

³ Exod. III, 5.

⁴ Ps. CV, 24.

⁵ Ps. LXXXIV, 12.

⁶ Habac. III, 3.

⁷ Dan. II, 45.

⁸ Ps. LXVII, 17.

⁹ Ps. LI, 10.

¹⁰ Ps. CXXXI, 8.

¹¹ Isa. VI, 1,3.

¹² Ezech. XLIV, 2.

στρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιών ἡρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῶ ». Μήτηρ καλεῖται: « Μήτηρ Σιών ἔρεϊ: Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγενήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὑψιστος ». Καί: « Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς με; » Φορεῖον: « Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῶ ὁ βασιλεὺς Σαλομών ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου ». Κλίνη: « Ἴδου ἡ κλίνη τοῦ Σολομῶντος: ἐξήκοντα δυνατοὶ κύκλω αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ ». Κεφαλὴς: « Καὶ ἶδον, καὶ ἶδου χεὶρ ἐκτεταμένη πρὸς με, καὶ ἐν αὐτῇ κεφαλὴς βιβλίου, καὶ ἀνείλησεν αὐτὴν ἐνώπιον ἐμοῦ, καὶ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὀπίσθεν: καὶ εἶπε πρὸς με: Ὑἱὲ ἀνθρώπου, κατάφαγε τὴν κεφαλίδα ταύτην ». Βιβλίον: « Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦτα, λέγει ὁ Θεός, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου, ὃ ἐὰν δώσουσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες αὐτῶ: Ἀνάγνωθι ταῦτα: καὶ ἔρεϊ: Οὐ δύναμαι ἀναγῶναι: ἐσφράγισται γάρ ». Τόμος: « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς με: Λάβε σεαυτῶ τόμον καινοῦ μεγάλου, καὶ γράψον εἰς αὐτὸν γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομήν ποιῆσαι σκύλων: παρέστι γάρ ». Λαβίς: « Καὶ ἀπεστάλη πρὸς με ἐν τῶν Σεραφίμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, * ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἤψατο

*872

*liberet, et avertat impietates a Iacobo.*¹ *Elegit Dominus Sion; elegit eam in habitationem sibi.*² *Mater: Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.*³ *Et: Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?*⁴ *Ferculum: Fecit sibi rex Salomon ferculum de lignis Libani.*⁵ *Lectulum: Lectus Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortibus Israel.*⁶ *Capitulum: Et vidi, et ecce manus extenta ad me, et in ea capitulum libri; et expandit illud coram me, et erant scripta in eo anteriora et posteriora; et dixit ad me: Fili hominis, comede capitulum istud.*⁷ *Liber: Et erunt vobis verba haec, ait Deus, ut verba libri signati; quem si dederint ipsum homini scienti litteras, dicentes: Lege haec; et dicet, Non possum legere: signatus est enim.*⁸ *Tomus: Et dixit Dominus ad me: Sume tibi volumen novi magni, et scribe in eo hominis stylo, ut velociter depraedationem faciat spoliolorum: prope est enim.*⁹ *Forceps: Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe sumpsit de altari, et tetigit*

¹ Isa. LIX, 20.² Ps. CXXXI, 13.³ Ps. LXXXVI, 5.⁴ Lc. I, 43.⁵ Cant. III, 9.⁶ Cant. III, 7.⁷ Ezech. II, 9.⁸ Isa. XXIX, 11.⁹ Isa. VIII, 1.

τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἴδου ἤψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ ». Παρθένος· Ἐἶδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουςι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Προφῆτις· « Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν, καὶ εἶπε Κύριος πρὸς με· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Ταχέως σκύλευσον· ὀξέως προνόμεισον· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκύλη Σαμαρίας ». Βασίλισσα· « Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῶ διαχρούσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη ». Πλησίον· « Ὁλη καλὴ ἡ πλησίον μου· ὅλη καλὴ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Ἀνάστα, ἐλθέ, ἡ πλησίον μου νόμφη· δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου· ἐλεύσῃ, καὶ ἐλεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς πίστεως. Κηρίον ἀποστάζουσι χεῖλη σου, νόμφη, μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου· καὶ ὁσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὁσμὴ τοῦ Λιβάνου ». Ἀδελφὴ· « Τί ἐκαλλιώθησαν ὀφθαλμοί σου, ἀδελφὴ μου, νόμφη ». Κῆπος· « Κῆπος κεκλεισμένος· πηγὴ ἐσφραγισμένη ». Θυγάτηρ· « Ἄκουσον, θυγάτηρ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου ». — « Πολλὰ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον· πολλὰ ἐποίησαν δύνα-

*os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, * et peccata tua circum-* *871
*purgabit.*¹ *Virgo: Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*² *Prophetissa: Et accessi ad prophetissam, et in utero concepit, ac peperit filium; et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Cito spolia; velociter depraedare: quia antequam sciatur puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariae.*³ *Regina: Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata.*⁴ *Proxima: Tota pulchra es, proxima mea, tota pulchra, et macula non est in te. Surge, veni, proxima mea sponsa; veni de Libano: Venies, veniesque a principio fidei. Favum distillant labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua; et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.*⁵ *Soror: Quam pulchri facti sunt oculi tui, soror mea sponsa.*⁶ *Hortus: Hortus conclusus, fons signatus.*⁷ *Filia: Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui; et concupiscet rex pulchritudinem tuam.*⁸ *Multae filiae acquisierunt divitias; multae fecerunt virtutem: tu autem*

¹ Isa. VI, 6, 7.

² Isa. VII, 14.

³ Isa. VIII, 3, 4.

⁴ Ps. XLIV, 10.

⁵ Cant. IV, 7, 11.

⁶ Cant. IV, 10.

⁷ Cant. IV, 12.

⁸ Ps. XLIV, 11, 12.

μιν· σὺ δέ, ὑπέρκεισαι, καὶ ὑπερῆξας πάσας ». Μεμνηστευμένη· « Ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριήλ ἀπὸ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἣ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαρία ». Νεφέλη· « Ἴδου Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἦξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ». Ὅρασις· « Ἴδον ὄρασιν πυρός, καὶ τὸ φέγγος αὐτοῦ κύκλω, ὡς ὄρασις τόξου, ὅταν ᾗ ἐν τῇ νεφέλῃ ἐν ἡμέρᾳ ὑετοῦ· οὕτως ἡ στάσις τοῦ φέγγους κύκλωθεν· αὕτη ἡ ὄρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου ». Ἥλεκτρος· « Καὶ ἴδον ὡς ὕψιν ἠλέκτρον· ὄρασις πυρός, ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλω, ἀπὸ ὀράσεως ὀσφύος, καὶ ἔως κάτω ». Ἡμέρα, νύξ· « Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεῦγεται ῥῆμα· καὶ νύξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γινῶσιν ». Οὐρανός· « Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος· ἴδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ ». Ἀνατολή· « Αἰ βασιλεῖαι τῆς γῆς, ἄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ Κυρίῳ τῷ ἐπιβεδηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς ». Δύσις· « Ὀδοποιήσατε τῷ Κυρίῳ τῷ ἐπιβεδηκότι ἐπὶ Δυσμῶν· Κύριος ὄνομα αὐτῷ ».

*emines; supergressa es universas.*¹ Desponsata: *Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph, de domo ac familia David: et nomen virginis Maria.*² Nubes: *Ecce Dominus sedebit super nubem levem, et veniet in Aegyptum, et concutientur manufacta Aegypti.*³ Visio: *Vidi visionem ignis: et splendor eius in circuitu, velut visio arcus, cum fuerit in nube in diebus pluviae; sic statio splendoris per gyrum. Haec visio similitudinis gloriae Domini.*⁴ Electrum: *Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum: a visione lumbi, et usque deorsum.*⁵ Dies, nox: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.*⁶ Coelum: *De coelo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum.*⁷ Coelum coeli Domino.⁸ Oriens: *Regna terrae; cantate Deo; psallite Domino, qui ascendit super coelum coeli ad Orientem.*⁹ Occasus: *Iter facite Domino, qui ascendit super Occasum: Dominus nomen illi.*¹⁰ Sol: *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse*

¹ Prov. XXXI, 29.

² Lc. I, 26, 27.

³ Isa. XIX, 1.

⁴ Ezech. I, 28.

⁵ Ibid. 27.

⁶ Ps. XVIII, 3.

⁷ Ps. XXXII, 13.

⁸ Ps. CXIII, 16.

⁹ Ps. LXVII, 33, 34.

¹⁰ Ibid. 5.

Ἡλιος· «Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκῆνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ». Πόλις· «Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὄρμηματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ· ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται». Πλίνθος· «Καὶ σύ, υἱὲ ἀνθρώπου, λάβε σεαυτῷ πλίνθον· καὶ ποιήσεις αὐτὴν πρὸ προσώπου * σου, καὶ γράψεις ἐν αὐτῇ πόλιν [Ἱερουσαλήμ], καὶ δώσεις ἐπ' αὐτὴν περιοχὴν». Τόπος· «Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἡ οἴκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἀνέλαθέ με πνεῦμα, καὶ ἤκουσα κατόπισθέν μου φωνὴν σεισμοῦ μεγάλου· Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ». — «Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκῆνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ». Πόκος· «Καταθήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγῶν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν». Γυνή· «Εὐλογημένη σύ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου». — «Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον». Μακαρία· «Μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ

*873

*tamquam sponsus procedens de thalamo suo.*¹ *Civitas: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: Deus in medio eius, et non commovebitur.*² *Later: Et tu, fili hominis, sume tibi laterem: et pones eum ante faciem tuam, et describes in eo civitatem Ierusalem; et dabis super eam obsidionem.*³ *Locus: Quam terribilis est locus iste: non est hic aliud, nisi domus Dei; et porta coeli.*⁴ *Et assumpsit me spiritus; et audivi post me * vocem commotionis magnae: Benedicta gloria Domini, de loco suo.*⁵ *Si dederō somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem: et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.*⁶ *Vellus: Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut gutta stillans super terram.*⁷ *Mulier: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.*⁸ *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.*⁹ *Beata: Beata quae credidisti, quia perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino,*¹⁰ *et: Beatus venter qui te portavit, et*

*874

¹ Ps. XVIII, 6.

² Ps. LXXXVI, 3; Ps. XLV, 5, 6.

³ Ezech. IV, 1, 2.

⁴ Gen. XXVIII, 17.

⁵ Ezech. III, 12.

⁶ Psal. CXXXI, 4, 5.

⁷ Psal. LXXI, 6.

⁸ Luc. I, 42.

⁹ Galat. IV, 4.

¹⁰ Luc. I, 45.

παρὰ Κυρίου ». Καί· « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας ». Μαρία· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ »· καί· « Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἶπε Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γενόμενον Ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Καὶ εἶπε Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ Πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου ».

PG
97, 873

Καὶ τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιο τὴν εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀρθεῖσαν, ὡς καὶ Μητέρα γενέσθαι Θεοῦ· τὸ παραδοξότατον ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα; Καὶ μοι πεισθέντες, ἐπ' αὐτὴν ἀναδράμωμεν τῆς ἐορτῆς τὴν ἐξάρχουσαν, ἔν' ὅθεν ὁ λόγος μικρὸν ἀποβάς, ἐπαναζεύξῃ πάλιν. Φέρε τοίνυν, τῶν τῆς ἡμέρας ὑμνωδιῶν ἐφαπτώμεθα, καὶ μικρὰ τοῖς συνειλεγμένοις προσδιαλεχθέντες, τὴν ὁρμὴν τοῦ λόγου διαναπαύσωμεν. Ἐδεῖτο τοιγαροῦν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῷ πατρῷῳ προολισθήματι συντριβεῖσα, τοῦ διαπλάσαντος ἢ ἀνορθώσαντος·

1843

*ubera quae susxisti.*¹ Maria: *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Dominum. Et: Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur; et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Et ait Maria ad angelum: Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? Et ait angelus ad eam: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: et ideo quod orietur Sanctum, vocabitur Filius Dei.*² *Ait autem Maria: Magnificat anima mea Dominum: et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.*³

PG
97, 874

Quis vero non miretur eo celsitudinis provectam, ut etiam Dei Mater efficeretur; quae plane summe admirabilis, novaque res est, ac auditio? Ac mihi credite, ad ipsam recurramus festae diei antistitam, ut unde sermo paululum abscessit, eodem denuo revertatur. Age igitur, aggrediamur diei hymnodiam, ac ubi modicum quid adhuc collectam turbam fuerimus affati, orationis cursum sistamus. Egebat itaque natura humana, antiquo primi parentis collisa lapsu, eo qui

1843

¹ Luc. XI, 27.² Luc. I, 30-35.³ Le. I, 46, 47.

καὶ φωνῇ σιγῶσῃ μέγα πρὸς τὸν Κτίστην ἐβόα· « Ἰνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν; » Γεγονώτερον δὲ διὰ τῶν προφητῶν ὕδρυτικῶς ἐποτινῆτο· « Ποῦ εἶσι, λέγουσα, τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Τί οὖν « ὁ θελητῆς τοῦ ἐλέους; » Οὐχ ὑπερεῖδεν, οὐκ ἀνεβάλετο· οὐκ εἰς μακρὰν τὰ παραγγέλματα παρέτεινε. Ποῖα δὲ ταῦτα; « Οὐ μὴ σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μὴ σε ἐγκαταλείπω ». Ὁ καὶ τοῖς μαθηταῖς ὕστερον ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανούς ἀνατρέχων, ἐξ ὧν οὐ διέστηκεν, ἔφασκεν· « Οὐκ * ἀφήσω ὑμᾶς ὄρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς ». Τοῦτο καὶ πρὸ τῆς ἀφράστου ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διὰ προφητῶν ἀριδῆλως ὑπέσχετο. Ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ἤδη καιρὸς ἐκάλει πέρας ἐπιθεῖναι τῷ ἐπαγγέλματι· ὅρα τί ποιεῖ, ὁ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, τοῦ ἡμῶν φυράματος, πραγματευόμενος. Οὐ θύραθεν εἰσκεικόμικεν ὄργανον· οὐκ ἐξ ἐτέρας οὐσίας ἀνεμόρφωσε σκεῦος· ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ὡς ἂν τις φαίη ζύμης ὑποσπάσας συρμάδα, τίμιον ἑαυτῷ, καὶ τῆς τοιαύτης ὄντως ὑπεραῤῥήτου συμπήξεως, ναὸν ἐτεκτῆνατο· ἐν ᾧ περ αὐτὸς ὁ πρῶτος καὶ μόνος Ἄρχιερεὺς τε καὶ Βασιλεὺς, οἰκονομικῶς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερουργήσας πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καταλλαγὴν, ὄλην ὑμῶν τὴν οὐσίαν ὑπερουσίως, καὶ κατ' οὐσίαν ἐκ τῆς ἀνθρώπου

*876

reformaturus ac instauratus esset; ac silente voce, altum ad Creatorem clamabat: *Ut quid, Domine, recessisti longe?*¹ Penetrabilis vero per prophetas lugubrem in modum quiritabatur: *Ubi sunt misericordiae tuae antiquae, Domine, sicut iurasti David in veritate tua?*² Quid igitur ille *qui vult misericordiam?*³ Non contempsit, non distulit, non in longum promissiones remisit. Quas illas? *Non te deseram, neque derelinquam.*⁴ Quod etiam postea discipulis dixit, cum a terra in coelum reverteretur, unde * non discesserat: *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.*⁵ Hoc quoque ante ineffabilem suam incarnationem per prophetas pollicitus est. Cum haec ergo sic haberent, iamque vocaret opportunum tempus ut promissioni finem imponeret, vide quid agat, nostrae ipse salutis, massae, inquam, nostrae, negotium agens. Non aliunde invexit instrumentum; non ex substantia alia vas reformavit; sed ex eodem ipso luto, atque, ut ita dicam, ex eadem massa, ceu quisquillas ac purgamenta attrahens, pretiosum sibi, adeoque supra modum arcanae ac mirabilis compactionis templum, aedificavit: in quo primus ipse ac solus Pontifex, Rexque, dispensatione, nostram cum Patre suo reconciliationem pro more sacerdotii peragens, totam nostram substantiam, altiori supra

*875

¹ Ps. IX, 22.² Ps. LXXXVIII, 50.³ Osee VI, 6.⁴ Iosue I, 5.⁵ Io. XIV, 18.

ούσιας ἀνέλαθεν. Ἐμνήσθη τοιγαροῦν τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων ὁ Θεός· κτίσμα γὰρ αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· κ' Ἐμνήσθη τῶν οἰκιτιμῶν αὐτῷ τῶν ἀπ' αἰῶνος », ὁ τῶν αἰῶνων Κύριος, ἐμνήσθη τῆς διαθήκης ἧς πρὸς ἀνθρώπους διέθετο. Ἐμνήσθη, καὶ μνησθεὶς οὐχ ὑπερέθετο· ἀλλ' αὐτίκα τὴν εὐεργεσίαν ἐπήγαγε. Μνησθεὶς γὰρ τοῦ Δαβίδ, καὶ ὢν αὐτῷ διωμόκει πρότερον, ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν ἀναστήσειν, ἐν ᾧ τὸ πεπτωκὸς τοῦ ἡμετέρου γένους σκηνῆς δίκην ἀνωκοδόμησε ποίημα, παράδοξον ἐπὶ παραδόξῳ θαύματι, συνεισκεκόμικε θαῦμα.

Καὶ δὴ τῆς σῶφρονος Ἄννης πολλῶ τῷ τῆς ἀνίας ἄχθει κατησχημένης· μάλα δέ, καὶ τοῦτο συνεύνου πικρῶς πιεζομένου τῆς ἀτεκνίας χάριν· ἀφοτέρων ἔλυσε τὴν στέρησιν ὁ Θεός· λιταῖς τε, τούτων ἐπικαμφθεὶς, δίδωσι τῇ στείρᾳ γονήν, ἣν προέσπειρεν εὐχή· καὶ τῷ συνεύνῳ καρπὸν, ὃν ἐβλάστησεν ἐλπίς, καὶ ἄνθος ἀειθαλὲς τοῖς ἀποξηρανθεῖσι τῆς ἀπαιδίας τῷ καύσωνι· καὶ γίνεται γόνιμος ἢ πρότερον ἄγονος, καὶ κληματὶς ἀναθάλλουσα, ἢ βλαστὸν οὐκ ἐκφύουσα. Καὶ τί ταύτης ἔσται τῆς παιδοποιίας αἰδεσιμώτερον; Τί δὲ παραδοξότερον, τοῦ βλέπειν Μητέρα Θεοῦ, διανοιγείσης μὲν, οὐ διαφθαρείσης δὲ τὴν νηδύν, ἐκ νεοσπόρου γαστρός, καρπὸν ἀγνείας ἐκφύουσαν, καὶ παρθένον ἐκ στείρας ἀγόνου βλαστάνουσαν; Ἴνα τί γένηται; Ἴνα τῷ κατ'

substantiam modo, substantiali nihilominus, ex hominum substantia accepit. Itaque recordatus est Deus creatorum ab ipso. Quippe gentes omnes eius sunt creatura: *Recordatus est miserationum suarum, quae a saeculo sunt*,¹ Dominus ipse saeculorum: recordatus est testamenti quod cum hominibus pepigit. Recordatus est; nec recordatus distulit, sed mox beneficium induxit. Recordatus enim Davidis,² ac eorum quae iureiurando olim promisisset, fore ut Christus ex eius semine exurgeret, in quo collapsum nostri generis opus, tabernaculi instar reaedificaret,³ novum insolensque miraculum, novi ac insolentis miraculi comes invexit.

Cum itaque sobria ac casta Anna, gravi moeroris angore teneatur; cum primis autem, quod etiam coniux, ob prolis carentiam amare vexaretur: amborum Deus sterilitatem solvit, eorumque supplicibus inflexus votis, sterili quidem fetum tribuit, quem ante precatio sevisset; marito autem tribuit fructum, quem spes germinasset; ac demum, infecunditatis aestu exustis aridisque, sempiterni viroris florem concedit: fitque deinceps fecunda parens, quae prius erat infecunda; vitisque semper virens, quae germen non edidisset. Quid porro ea prolis susceptione venerabilius? Quid vero ampliosem habens admirationem, quam ut Dei Matrem, ab experte seminis utero,

¹ Ps. XXIV, 6.

² Ps. CXXXI, 11.

³ Amos IX, 11.

αὐτὴν ὑπεραίροντι θαύματι τὸ τῆς τεκούσης πιστώσεται. Ἡ μὲν, ὃ μὴ πρό-
 τερον τῆ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐγνώριστο, ἀπάτορα τόκον ἐξ ἀλοχεύτων
 ὠδίνων τῆ φύσει παρὰ τὴν φύσιν εἰσήγαγεν, ὑπερφυεῖ δυνάμει τὸν τῆς φύ-
 σεως αὐτουργὸν ἐν μήτρᾳ παιδοποιήσασα· καὶ γέγονε μήτηρ, τὰ μητέρων
 φυγοῦσα· καὶ τὸ βρέφος οὐκ εἶχε πατέρα καλεῖν ἐπὶ γῆς, ὅτι μὴ σπορᾶς
 μεσιτευούσης συνείληπτο, μηδὲ φθορᾶς ὑποδραμούσης ἢ τεκοῦσα γεγέννη-
 κεν· ἢ δέ, καίπερ πολλὰ τῶν ἐν στειρώσει προλαβόντων ἔχουσα τὰ ὑποδείγ-
 ματα, κατὰ πασῶν ὑπερνικῶσαν ἔσχε τὴν ψῆφον. Εἰ γὰρ * καὶ πατριάρχαις *877
 συνώκουν ὡς σύνευνοι, τῆς μὲν ὁμοίας εἰκότως θαυμαστοποιίας ἠξίωονται λῦ-
 σαι καὶ αὐταὶ τῶν δεσμῶν τῆς στειρώσεως· ναὶ γὰρ, τῆς ἱερογενοῦς ταύτης
 παιδὸς προειλήχσαν εἶναι προμήτορες· ἀλλ' αἱ μὲν πορρωτάτω που καὶ λίαν
 ἄποθεν τοῦ κατὰ τὴν θείαν οἰκονομίαν θαύματος τὸ συγγενὲς ἔχουσιν· ἢ δέ,
 ὕστερον μὲν, ἐπὶ καιροῦ δέ, καὶ πρὸς αὐτῶ γε τῶ πέρατι τῶν καιρῶν, ὅτε
 δὴ καὶ αὐταῖς ἐφέστηκε θύραις, ὃ τὴν δραχμὴν τὴν βασιλικὴν· λέγω δέ τὴν
 καθ' ἡμᾶς ἐπιζητῶν εἰκόνα· ἵνα τὸν χοῦν ἐν ᾧ πρότερον ἀποκέκρυπτο, τῆ
 ἀνακαθάρσει τοῦ θεοτελοῦς ἐναποσμήξῃ Πνεύματος· κάκειθεν ὥσπερ ἐν ἐαυ-
 τῷ φιλανθρώπως τὴν ἀνθρωπίνην ἀναμορφώσεται φύσιν.

1844

Τίς οὖν ὁ χοῦς ἐν ᾧ τὸ καθ' ἡμᾶς εὐγενὲς ἀποκέκρυπτο; Ἡ δὴ ἄλλον αὐ-

PG
97, 877

aperto quidem, sed non corrupto, castitatis fructum proferre videa-
 mus, ac virginem ex infecunda ac sterili femina germinantem? Quor-
 sum haec? Nimirum, ut excellenti eius miraculo, Matris miraculum
 confirmaret. Altera quidem, quod necdum humano generi innotuerat,
 partum sine patre, cui nullus coitus praevisset, naturae praeter na-
 turam invehens, ipsum naturae Auctorem altiori supra naturam
 ratione in vulva concepit, estque effecta mater, cum ea quae sunt
 matrum vitasset; nec infans habebat patrem vocare super terram,
 qui nulla semente media conceptus fuisset, * ac quem parens, ut nulla *878
 subiisset corruptio, genuisset, altera autem, quamquam olim steri-
 lium plurium exempla habens, in omnes tamen singularis praeroga-
 tivae calculum reportavit. Quamquam enim etiam cum patriarchis
 coniugii iure habitarunt, similique et ipsae miraculo ab eiusmodi
 sterilitatis vinculis absolvi non incongrue meruerunt: etenim fuerunt
 sacrae huius puellae olim aviae: remotissime tamen, ac valde procul
 cognatione ad divinae oeconomiae miraculum habuerunt: haec autem,
 postea quidem, at opportune, subque ipso termino temporum: cum
 scilicet ipsis prope instaret ianuis, qui regiam drachmam quaereret;
 humano, inquam, generi impressam imaginem, ut pulverem, in quo
 primum illo delituisset, defici Spiritus emundatione detergeret:
 atque ut inde in se ipse naturam humanam benigne instauraret.

1844

Quisnam ergo pulvis ille in quo ingenuitas nostra delituisset?

PG
97, 878

τόθεν τάχα, κὰν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, ὅτι τὸν χοῦν ἐκεῖνον ἐξ οὗ διεπλάσθημεν πρότερον, καὶ ἀνεπλάσθημεν ὕστερον, ἀνερευνήσας ὁ πλάσας ἡμᾶς, τὸ ζητούμενον εὔρε; Τί τοῦτο; Τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον, ὅπερ συγκεχωμένον ἴδε τοῖς πάθεσιν ὁ κατ' οὐσίαν ἀπαθής. Τὸν χοῦν τὸν ἐν Ἀδάμ ἀνερεύνα. Ὁ δὲ χοῦς ἐν ᾧ τὸ ζητηθὲν εὐρέθη, γῆ μὲν ἦν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁμοιόμορφος σώματος, ἔχουσα χώραν τὴν παρθενικὴν ὑπεράγιον μήτραν. Ταύτην γὰρ εὔρεν ἄρουραν ὁ ζωαρχικὸς ὑμῶν στάχυς, ἐν ἣ σποράς ἄνευ καὶ γεωργίας χωρίς, ἐκφύσας ὑπερφυῶς ἀνεβλάστησεν. Οὗτος ὁ χοῦς· οὗτος ὁ στάχυς· τοῦτο ἡ χώρα τῆς γῆς, ἐν ἣ καινοπρεπιῶς ἀνεπλάσθημεν, καὶ δι' ἧς, ὁ χοῦς ὁ ἡμέτερος ἀναμορφωθείς, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπανῆλθεν ἀξίωμα.

Ἴδες ὅσα τῆς Ἄννης ὁ τοκετὸς ἐμπεριέχει μυστήρια· ὅπως τε τῷ καθ' ὑπεροχὴν θαύματι, τῆς κατ' αὐτὴν ἐνδόξου παιδοποιίας, τὰς πρώην στείρας ὑπερηκόντισεν; Οἷας τε Παρθένος κόρη θεόκλητος, ἡ ὑπεράμωμος αὐτῆ Μαρία, κυοφορίας ἤξιωται. Καὶ τίς γυναικῶν ἄλλη, τοιούτοις καὶ τοσοῦτοις ἐνδόξοις ἀποθανυμάζεται πώποτε; Οὐκοῦν ἐπειδὴ πρὸς τοσοῦτον ὕψος ὑπεραρθῆναι περιωπῆς ὁ ἡμέτερος ἀσθενεῖ λόγος, καὶ προσωτέρω χωρεῖν οὐκ ἔχει, μικρὰ ἄττα τῇ Μητρὶ τῆς χαρᾶς αὔθις ἐπιχαιρετίζοντες, εἴπωμεν. Καλὸν γὰρ αὐτῇ, τὸ τῆς χαρᾶς προσεπιλέγειν ἐπίφθεγμα. Χαῖρε, κεχαριτω-

Nonne ex dictis perspicuum habetis, tametsi non dicamus ipsi, ut plastes noster, illum pulverem, ex quo prius formati fuimus, ac postmodum reformati, scrutans, quod quaerebatur invenerit? Quid illud? Utique imaginis exemplar, quod vidit passionibus obrutum, his qui per naturam ab omni immunis passione agit. Scrutabatur illum Adami pulverem. Porro pulvis ille, in quo inventum est quod quaerebatur, terra quidem erat nostro similis corpori, cuius locus, virginalis sanctissima vulva est. Hunc enim invenit arvum vivifica nostra spica, in quo sine semente, ullave cultura, eximia quadam ratione enascens germinavit. Hic pulvis; haec spica; haec terrae regio, in qua nova quadam ac decenti ratione fuimus reformati; ac per quam noster reformatus pulvis, antiquam dignitatem postliminio recepit.

Vides quam multa Annae partus complectatur mysteria, ut excellenti miraculo editae ab ipsa gloriosae prolis, omnes olim steriles superaverit? Qualem vero puella Virgo, a Deo vocatum nomen, perquam immaculata haec Maria, prolem utero meruerit suscipere? Quaenam autem alia mulier, talibus totque unquam gloriae insigniis admirationem habuit? Postquam ergo nostra oratio imbecillior est, quam ut ad tantum considerationis culmen attolli queat, nec habet quo ulterius progrediatur, pauca rursus avere iubentes gaudii Matrem, ac gaudio salutantes, dicamus. Praestat enim ut gaudii ei acclamationem orationis epilogo adhibeamus. Gaude, aveque gratiosa;

μένη· χαῖρε, δεδοξασμένη· χαῖρε, χαροποιὸν τῆς πάντων σωτηρίας ἀνάθημα. Χαῖρε, τὸ χρυσοῦν ἀληθῶς τῶν νοητῶν ἀρωμάτων θυμιατήριον, ἐν ᾧ τὸ νοερὸν θυμίαμα συντεθὲν ὁ Χριστὸς ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἐν πυρὶ τῇ θεότητι, τῆς ἐμψυχωμένης αὐτῷ καὶ νοεραῖς σαρκὸς τὸ εὐῶδες, ἀσυγχύτως, ἀμερίστως, ὑπέδειξε· χαίροις ἢ ἀχειρότευκτος σκηνή, καὶ Θεότευκτος, εἰς ἣν ἀπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων μόνος ὁ Θεὸς καὶ πρῶτος ἀρχιερεὺς εἰσελήλυθεν, τὴν ὑπὲρ πάντων ἐν σοὶ κρυφιομύστως ἱερουργήσων λατρείαν· τὸ τῶν ἁγίων δεύτερον καταπέτασμα, ἐν ᾧ τὸ κοσμικὸν ἰλαστήριον, καὶ τὸ τῶν Χερουβὶμ ὑπέριμον ἀποσκίασμα, * ὅσῳ καὶ αὐτὸν τὸν αὐτῶν ἄδυτον *880 Κύριον, ἔνδον νηδύος ἐπὶ παραπετάσματι συνεκάλυπτες ἐγγάστριον φέρουσα· ἢ ἐπτάλυχος καὶ ἐπτάκαυτος τῶν ἐπτά χαρισμάτων λυχνία, ἐπτά ἐπαρυστρίσι καταστραπτομένη τοῦ Πνεύματος· ἢ ἀκατάσβεστος θρυαλλὶς τοῦ φωτός τοῦ πάντα φωτίσαντος, ἣν ἐπιτρέφει μυστικῶς τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον. Χαίροις θυσιαστήριον, ἐν ᾧ μυστικῶς ὁ Ἄμνός τὸ ζωηρὸν ὀλοκάρπωμα Χριστὸς ἀναφέρεται· ἢ θεόμυστος τράπεζα τῆς ὑπὲρ νοῦν ἱερουργίας, ἐφ' ἣν ὁ ἐξ οὐρανῶν ἄρτος Χριστός, ὁ ὑπὲρ πάντων Ἄμνός ὡς θυμίαμα καὶ ἱερεῖον ζωοθυτούμενον τέθυται, ζωοποιοῦν τοὺς μετέχοντας· τὸ πάσης μύστου λατρείας κειμήλιον, ἐν ᾧ Θεὸς σαρκὶ σφαγιάζεται, καὶ ἀγιάζει τὰ σύμπαντα,

gaude, glorificata; gaude, salutis universorum gaudere praestans anathema. Salve, aurea vere spiritalium aromatum acerra, in qua spiritale thymiamma Christus, ex divina pariter ac humana natura compositum, in igne, deitate, inquam, animatae suae ac intellectu praeditae carnis fragrantiam, inconfuse, indivise ostendit. Salve, non manu factum, ac factum a Deo tabernaculum, in quod semel in consummatione saeculorum, solus Deus ac primus Pontifex ingressus est, ut in te, * sacra ac arcana ratione, munus sacrum pro universis obiret; sanctorum alterum velamen, in quo mundiale propitiatorium, ac praeclara Cherubinatorum obumbratio,¹ quanto etiam ipsum adytorum Dominum, intra uterum, gestans utero in velamento operuisti: candelabrum lychnuchorum ac lucernarum septem,² nempe donorum septem, infusoriis illustratum Spiritus sancti; lucerna inexstinguibilis, luminis omnia collustrantis, quam alit mystice oleum unctionis. Salvesis, altare in quo Agnus Christus vivum sacrificium spiritualiter offertur, divinae mensa initiationis, mentem omnem superantis sacri ministerii, super quam panis ille coelestis Christus, Agnus ille pro omnibus tamquam hostia victimaque vivus mactatus, immolatur: vivificans omnes qui percipiunt ac sumunt; mystici totius cultus cimelium, quo Deus carne mactatur, ac universa sanctificat, spiritalique ratione

¹ Hebr. IX, 2 et 5.

² Zach. IV, 2.

καὶ μυστικῶς ἀνθρώποις ἐπιδημῶν ἐνοικίζεται, καὶ μετέχεται, καὶ ἀνέχεται
 χερσὶν ἁμαρτωλῶν ἀνελίττεσθαι· χεῖλεσί τε πηλίνοις προσάγεσθαι, καὶ εἰς
 τὸν χοῦν τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἀναχεῖσθαι, κινώμενος, οὐ διαπνεόμενος. Ὡ τῆς
 ἀφράστου κενώσεως! Ὡ τῆς χρηστότητος! ὅτι διὰ γυναικὸς ὁμοφύλου ταῦτα,
 καὶ συγγενοῦς, ὑπὲρ φύσιν καὶ θέσιν Θεὸς ἡμῖν ἐχαρίσατο· γυναικὸς, ἧς τὸ
 μὲν τῆς ψυχῆς κάλλος ἀπειράκις ἀπείρως εἰς τοῦτον ἐξήρται, ὅπως καὶ Χρι-
 στὸν αὐτὸν τὸ ἀμήχανον κάλλος εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ταύτης κάλλους ἐλθεῖν,
 καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ἐλέσθαι δευτέραν γέννησιν, καὶ ἀπατορίαν· οὕτω δὲ καὶ
 τοῦ σώματος εὐπρεπῆς ἢ κατάστασις, καὶ πρὸς τοσοῦτον καθαρότητος φθά-
 νουσα, ὅσῳ καὶ αὐτὴν χωρῆσαι τὴν ἀσώματόν τε καὶ ἀπερίληπτον τῆς ὑπερ-
 ουσίου φύσεως μεγαλειότητα, δι' ἐνὸς τῶν τριῶν αὐτῆς ὑποστάσεων.

PG
97, 880

Αὕτη ἐστὶν ἡ Θεοτόκος Μαρία, τὸ κοινὸν ἀπάντων τῶν Χριστιανῶν κα-
 ταφύγιον· ἡ πρώτη τοῦ πρώτου πτώματος τῶν προγόνων ἀνάκλησις· ἡ πρὸς
 ἀπάθειαν τοῦ πεπονθότος γένους ἐπάνοδος· τὸ κατὰ τὴν βάτον Μωσέως πρό-
 παλαι μυστικῶς σκιογραφούμενον ὄραμα· ὁ πόκος τοῦ Γεδεῶν, ὃν ἐκεῖνος
 συμβολικῶς νοτισθέντα ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ψεκάσιν ἀψοφητὶ θεασάμενος, εἰς
 θαῦμα τρέψας τὸ δράμα, τὸν ὑετὸν εἰς σημεῖον, τῷ ἱερεῖῳ συνετεκμήρατο·
 ἡ θεοποιικίλτος τοῦ Δαβὶδ ἄλουργίς, ἡ τὸ τῆς σαρκὸς πρόσλημμα, οἶονει πορ-

1845

cum hominibus conversans, in eis inhabitat, ac percipitur, sustinetque, ut versetur peccatorum manibus: atque ut labris lateis admoveatur, et in nostrae carnis pulverem refundatur, commixtus, non vaporatione evanescens. O ineffabilem exinanitionem! O bonitatem! Quando nobis haec Deus per contribulem, ac eiusdem generis feminam, supra naturam ac gratiam concessit: per feminam, inquam, cuius animi quidem decor usque adeo immensum provexit, ut Christus ipse immensus ille decor, in eius decoris desiderium actus sit, secundamque ex ea nativitatem elegerit, eamque adeo sine patre: sed et corporis in tantum formosa species, tantaque praestans puritate, ut ipsam quoque incorpoream, ac incomprehensibilem superessentialis naturae maiestatem, per unam trium ipsius personarum capere licuerit.

PG
97, 879

Haec Maria Dei Genitrix est, commune Christianorum omnium perfugium; prima primi lapsus primorum parentum reparatio; vitiati hominum generis ad tranquillum, ac vitio expertem, immortalemque statum revocatio; mystice olim adumbrata rubi Moysi visio;¹ Gedeonis vellus,² quod ille symbolo humectatum e coelo exili pluvia sine strepitu videns, quod gerebatur in miraculum vertens, ac pluviam in signum, certam rei coniecturam sacrificio fecit: divino opere

1845

¹ Exod. III, 3.² Iudic. VI, 38.

φυρῖδα τῷ Θεῷ τοῦ Δαβὶδ σαρκωθέντι προσάξασα· ὁ Χερουβικὸς θρόνος, ὁ ὑπερμεγέθης, ὁ πύρινος, ὁ μετέωρος, τὸν Βασιλέα Κύριον Σαβαώθ ἐγκόλπιον φέρουσα· τὸ ὑπέρθυρον τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀδύτων, οὗ τὰ Σεραφίμ εἰστήκει συνεπτυγμένα ταῖς πτέρυξι· ταῖς μὲν τὰς ὄψεις, ταῖς δὲ τοὺς πόδας, ταῖς δὲ ἰπτάμενα, μέγα κέκραγε τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον ὕμνον, τῆς ἀστέκτου δόξης τὴν θέαν οὐ φέροντα. Ἡ πύλη τῶν οὐρανῶν, δι' ἧς ὁ μόνος ὁ τῶν οὐρανῶν Δεσπότης διώδευσε, μηδενὶ μετ' αὐτὸν ἢ πρὸ αὐτοῦ βατὴν * παραχωρήσας *881 τὴν εἴσοδον. Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ, οὐρανέ· σὲ γὰρ μιμησαμένη, τὸν ἐν σοὶ μὴ χωρούμενον Κύριον, ἀστενοχώρητος ἐχωρήσε. Χόρευσον ἐπ' αὐτῇ, γῆ· ἢ γὰρ αὐτῆς κυοφορία τὴν σὴν οὐρανῶσασα θέσιν, οὐρανίους τοὺς ἐπιγείους εἰργάσατο. Κροτεῖτω καὶ θάλασσα τῆς Παρθένου τὸ θαῦμα. Χριστὸς γὰρ ὁ τόκον τὸν ἑαυτῆς ὑπελθὼν μετὰ σώματος, τὴν τῶν ὑδάτων ὑγρὰν οὐσίαν ἠγάσσε βαπτισθεὶς ἐν τοῖς ὕδασι. Πᾶσα τοίνυν ἢ κτίσις χαιρέτω καὶ χορευέτω, καὶ χεῖρας ἐπικροτεῖτω. Ἐγενήθη γὰρ σήμερον ἡμῶν νεανίς, ἐξ ἧς ἢ σωτηρία, καὶ δι' ἧς ἢ παγκόσμιος λύτρωσις Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος, « ὁ ὢν, καὶ ὃς ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος », καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας· παρ' ᾧ καὶ τὸν ἡμέτερον ὡς ἂν ἐκ μεγάλου τοῦ παρθενικοῦ λόγου πελάγους κατείρανα διαναπαύσωμεν λόγον· Θεῷ, τῇ Τριάδι, τῷ ἐν Πατρὶ, καὶ αὐτῷ τῷ

varia Davidis purpura, assumptam carnem purpurae instar Deo Davidis incarnato tribuens: thronus Cherubicus, praemagnus ille, igneus, sublimis, quae Regem Dominum Sabaoth sinu gestet: ¹ superliminare coelestium adytorum, ubi Seraphim alis tecta, qua faciem, qua pedes, aliisque volantia, magnum illud ac terribile canticum stando clamant, quod importabilis gloriae aspectum non ferant. Coelorum porta, per quam solus transivit coelorum Dominus, ² nemini ante postve pervium concedens ingressum. Laetare, * coelum, super illa: te enim imitata, Dominum quem non capis, nihil in aretum cogens capere meruit. Gestis, tellus, super ea; eius enim conceptus, coelestem tuum locum ac situm reddens, eos qui erant terreni coelestes effecit. Mare etiam miraculum Virginis plausu celebret: Christus enim eius partum corpore subiens, udam aquarum substantiam aquis ipse intinctus sanctificavit. Universa itaque creatura gaudeat, ac ducat choros, plaudatque manibus: quippe hodie nata nobis est iuvenula, ex qua est salus, ac per quam mundi totius redemptio, Christus Iesus, Deus et Verbum, *qui est, et qui erat, quique venturus est*, ³ et manet in saecula; in quo etiam, tamquam e magno virginalis sermonis mari appulsum sermonem nostrum finiamus: Deo, qui Trinitas est, atque

¹ Isa. VI, 1.

² Ezech. XLIV, 2.

³ Apoc. I, 4.

Υἱῶ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῳ, μίαν ἐν τρισὶν ἁγιαστείαις προσανατείνοντες δόξαν καὶ τιμὴν καὶ προσκύνησιν νῦν, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους ἅπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
97, 881

1846

*884

Oratio V. In Annuntiationem B. V. Mariae. Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρὰ, λύουσα τὴν πρῶην ἄράν. Ἐπέστη ὁ πανταχοῦ, ἵνα τὰ πάντα πληρώσῃ χαρᾶς. Ἐπέστη δὲ πῶς; Οὐ δορυφόρους ἔχων, οὐ στρατιάς ἀγγέλων συνεπαγόμενος, οὐ κομπάζων τὴν πρόοδον, ἀλλ' ἡσυχῇ καὶ ἡρέμα· τοῦτο ποιῶν, ἵνα λάθῃ τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, ἵνα τέχνη σοφίας παριδεύσας τὸν ὄφιν, καὶ τὸν δράκοντα φενακίσας τὸν νοῦν, τὸν Ἀσσύριον, τὸν πᾶσαν ὑφ' * ἑαυτὸν δουλωσάμενον τὴν ἀνθρωπίνην εὐγένειαν, ἀρπάσῃ τὸ λάφυρον. Οὐκ ἀνασχομένης αὐτοῦ τῆς ἀπειρομεγέθους περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας τοσοῦτον ἔργον ζημιωθῆναι, τὸν ἀνθρωπον, δι' ὃν οὐρανοὺς ἐκαμάρωσε, γῆν ἐστερέωσεν, ἀέρα ἐξέχεε, θάλασσαν ἤπλωσε, καὶ τὴν φαινομένην ἅπασαν ἐτεκτῆνατο κτίσιν. Διὰ τοῦτο Θεὸς ἐπὶ γῆς, Θεὸς ἐξ οὐρανοῦ, Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, Θεὸς ἐν γαστρὶ Παρθένου φερόμενος, ὁ πανταχοῦ μὴ χωρούμενος. Ἐντεῦθεν ἡ ἀνθρώπου φύσις χαρᾶς προίμια δέχεται, καὶ ἀρχὴν λαμβάνει θεώσεως. Ἐντεῦθεν τὸν ἑαυτῆς ἀποκειραμένη τῆς ἁμαρτίας πολυφάνταστον πλοῦτον, νυμφοστολεῖται τῷ Κτίσαντι. Ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ πρώτη διάπλασις, νέαν ἀνάπλασιν δέχεται· καὶ ὁ γηράσας κόσμος τὴν ἐξ ἁμαρτίας παλαιώσιν ἀποτίθεται. Ἀλλ' « Εὐφραινέσθω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ νεφέλαι βρανάτωσαν

in Patre, ipsoque Filio, cum Spiritu sancto adoratur, unam in trina sanctitate offerentes gloriam, honoremque, ac adorationem, nunc et in infinita omnia saecula saeculorum. Amen.

PG
97, 882

1846

*883

Oratio V. In Annuntiationem B. V. Mariae. Advenit hodie gaudium universorum, pristinas nobis diras diluens. Advenit qui ubique est, ut gaudio omnia impleat. Qua porro ratione advenit? Nullo certe satellitio stipatus: non secum ducens angelorum exercitum: non suam iactans expeditionem, sed quiete ac submisse: ita agens, quo lateat principem tenebrarum; quo prudenti arte illaqueato * serpente Assyrioque dracone, illa nempe astutia ac genio, qui humanam omnem ingenuitatem suae subiecerat servituti, decepto, spolia rapiat. Nimirum, non ferente immensa eius in nos misericordia, tantum opus, hominem dico deperire cuius gratia coelos testudinario velut opere inflexisset, terram fundasset, aërem diffudisset, explicasset mare, ac naturam omnem obtutui obiectam fabricatus esset. Propterea Deus in terra, Deus e coelo, Deus inter homines, gestatus Deus Virginis utero, quem nullus usquam locus caperet. Hinc humana naturae gaudii praeludia percipit, ac prima capit deitatis consortia. Hinc inani specie plurimum ludentibus ac fallacibus resectis abdicatisque suis illis peccati divitiis, Creatori ut sponsa ornatur. Hinc prima illa nostra

δικαιοσύνην. Σταλαξάτω τὰ ἕρη γλυκασμόν, καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλίασιν », ὅτι ἐλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Σήμερον γάρ « τὸ ἀποκεκρυμμένον πρὸ τῶν αἰώνων μυστήριον » φανεροῦται, « καὶ ἀνακεφαλαίωσιν ἐν Χριστῷ τὰ σύμπαντα δέχεται ». Σήμερον ἡ δημιουργὸς τῶν ὄλων ἐξουσιαρχία, τὴν προβουλεύμενην αὐτῇ τῆς τῶν ὄντων ποιήσεως, πρὸς πέρας ἄγει βουλήν, ἵνα τὴν καθ' ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς προεπινοηθεῖσαν τῷ ἀρχηγῷ τῆς κακίας βουλήν διακρούσῃται. Διὰ τοῦτο χορεύουσιν ἄγγελοι, συγχαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὁ σύμπας ἀνανεούμενος πρὸς ἑαυτὸν ἐπανέρχεται κόσμος. Τίς νοῦς, ποία δὲ ταῦτα χωρήσει γλώττα; μήτε γε λόγος ἐκφράσαι δυνήσαιτο, ἢ ἀκοὴ δέξασθαι;

Εἰκότως οὖν ἡ παροῦσα πανήγυρις φαιδρὰ καὶ γεγαννημένη συγκεκριθήσεται σήμερον, τὴν παγγενεστάτην τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἐορτάζουσα πρόσληψιν. Τίς οὔσα καὶ ποταπή; Τῆς μὲν κτίσεως ἀπάσης εὐφρόσυνον, * τοῦ δὲ γένους ἀνόρθωσις. Οὐκοῦν χαρᾶς εὐαγγέλια σήμερον. Θεοῦ φιλο- *885
 θρωπίας μηνύματα· παγκοσμίου σωτηρίας χαρμόβουνα. Πόθεν, καὶ παρὰ τί-
 νος, καὶ πρὸς τίνα ἦκοντα; ἐξ οὐρανοῦ, καὶ « παρὰ Θεοῦ, καὶ πρὸς παρθένον
 μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ». Τίς ἡ παρθένος; Τίς ὁ ἀνὴρ; τίνα δὲ τούτοις ὀνό-

creatio fictioque, fictione nova recreatur, mundusque veteratus contractam peccato vetustatem exuit. Enimvero, « Laetetur coelum de super, et nubes spargant iustitiam. Stillent montes dulcedinem, et colles exsultationem »; quoniam misertus est Dominus populi sui. Hodie enim manifestum efficitur « sacramentum a saeculis absconditum; omniaque pariter in Christo velut capite repetuntur ac instaurantur ». Hodie creatrix universorum, suprema auctoritate decernens potentia, praeconceptum olim creationis rerum consilium ad finem perducit, illud in nos a principio excogitatum malorum auctori submotura consilium. Quamobrem tripudiant angeli, congaudent homines, universusque simul mundus instauratus, ad seipsum redit. Quae mens, vel lingua haec possit capere? Tantum abest ut potuerit sermo eloqui, vel aures suscipere.

Merito igitur laeta nobis ac exsultans praesens hodierna die solemnitas indicta est, agiturque festus conventus, humanae consper-
 sionis universalissimam assumptionem gaudio celebrans. * Quae *886
 vero eiusmodi ac quanta festivitas? Plane totius creaturae laetitia, ac
 generis emendatio. Sunt ergo faustae hodie nuntiationes, divinae benignitatis propensiorisque in hominum genus studii significationes, mundi totius salutis festa gaudia. Undenam vero, et a quo illa veniunt, et ad quem diriguntur? Nimirum e coelo atque a Deo, et ad virginem desponsatam viro.¹ Quae illa virgo? Quis ille vir? Quaeve

¹ Le. I, 26-27.

ματα; Τῆ μὲν, Μαρία· τῷ δέ, Ἰωσήφ. Ἀμφοτέροι δὲ ἦσαν « ἐκ γένους Δαβίδ ». Τίνος ταῦτα διακονοῦντος, καὶ ὅθεν ἤκοντος; τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ ἐξ ὑψίστου ἀποσταλέντος εἰς διακονίαν τοῦ θαύματος. Ἔδει γὰρ τοῦ Ἑψίστου τὸν λειτουργόν, ἐκ τῶν ὑψίστων ἐπὶ γῆς καταπτάντα, παράδοξον ἐπὶ παραδόξοις τοῖς πράγμασι διακοσμίσαι μυστήριον. Τί τοῦτο; τοῦ Κυρίου συγκατάθεσιν, τὴν ἀρρήτον τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας φανέρωσιν, τὴν ἀπ' αἰῶνος κεκαλυμμένην τῆς θείας βουλῆς καὶ προγνώσεως ἔκφασιν καὶ βεβαίωσιν. Ἀλλὰ ποῦ ταῦτα, καὶ πότε, καὶ ὅτου χάριν; « Εἰς Ναζαρέτ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, καθ' ὃν Ἰωάννης συνείληπτο », ἵνα τὸν ἐρχόμενον κηρύξῃ ἐγγάστριον. Ὅθεν ὁ Γαβριὴλ πρὸς τὴν ἐπίγειον παστάδα, τῶν αἰθερίων καταπτὰς ὑπερφῶν, ἐπέστη τῇ Ναζαρέτ, καὶ τῇ Παρθένῳ προσελθὼν, τῆς ἀφράστου οἰκονομίας ἀψοφητὶ διηκόνει τὸ μήνυμα. Τοῦτο τῆς πρὸς ἀνθρώπους θείας καταλλαγῆς τὸ μυστήριον. Τοῦτο πανηγυρίζομεν σήμερον, τὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους συνάφειαν, τὴν τοῦ προσλήμματος θέωσιν, τὴν τῆς εἰκόνος ἡμῶν ἀναμόρφωσιν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν, τὴν εἰς οὐρανοῦς ὕψωσιν καὶ ἀνάθεσιν.

Διὰ τοῦτο χαρᾷ χαίρει τὰ σύμπαντα σήμερον, καὶ πᾶσα τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡ νοητὴ διακόσμησις, ταῖς θείαις περὶ ἡμᾶς καταλλαγαῖς ἐπισπένδεται. Φίλον γὰρ αὐταῖς πρὸς Θεὸν ἡμῶν ἐπανόρθωμα, καὶ ἡ πρὸς

hisce nomina? Illi quidem, *Maria*; huic vero *Ioseph*. Ac erant ambo *ex stirpe David*. Quonam haec peraguntur ministro, et unde is venit? Nimirum, archangelo Gabriele in stupendae rei ministerium de altissimis misso. Decebat enim ministrum Altissimi, de altissimis in terram devolantem, inauditum illud, atque sui admiratione res admirandas cunctas longe superans, perferre sacramentum. Quodnam illud? Quo se nobis Dominus inclinavit: arcanam illam divinae in nos dispensationis manifestationem, divini consilii ac praescientiae occultam a saeculo declarationem ac confirmationem. Ubi autem haec, et quando, ac cuius gratia? *In Nazareth civitate Galilaeae, mense sexto a concepto Ioanne*; ut venturum in utero existentem praedicaret. Itaque Gabriel ab coelestibus ad terrenum cubiculum devolans, supervenit Nazareth, accedensque ad Virginem, inenarrabilis dispensationis nuntio, pro sui ministerii ratione, sine strepitu defunctus est. Hoc illud est divinae cum hominibus reconciliationis sacramentum. Hoc illud, quod festis hodie gaudiis colimus: Dei, inquam, cum hominibus affinitatem, assumptae naturae deificationem, nostrae imaginis reformat ionem, demutationem in melius, exaltationem in coelos ac ascensionem.

Quapropter cuncta hodie pariter gaudent gaudio, ac universi coelestium virtutum spirituales ordines, Dei ad nos conciliationi et ipsi conciliati accedunt. Iueundissima enim ipsis est nostra ad Deum

τὴν ἀμείνω κατάστασιν πρόβδος καὶ ἀνάβασις. Καὶ γὰρ εἰσι λίαν συμπαθεῖς καὶ φιλόανθρωποι, ἅτε « εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενοι τῶν μελλόντων κληρονομεῖν σωτηρίαν ». Τοιγαροῦν ἀγαλλιᾶσθω τὰ σύμπαντα σήμερον, καὶ ἡ φύσις σκιρτάτω. Ὁ οὐρανὸς γὰρ ἐξανοίγεται, ἡ γῆ τὸν Βασιλέα τοῦ παντός ἀφανῶς ὑποδέχεται. Ναζαρέτ τὴν Ἑδὲμ μιμουμένη, τὸν τῆς Ἑδὲμ φυτουργὸν ἐγκολπάζεται. Ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν, τῷ μόνῳ πόνος ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντι μνηστεύεται. * καὶ Γαβριὴλ τῷ μυστηρίῳ διακονεῖ, καὶ τῇ Παρθένῳ ὑποφωνεῖ τὸ « Χαῖρε », ἵνα τὴν χαρὰν ἣν ἡ προμήτωρ ἀπώλεσεν, ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἀδάμ ἢ ἐκ Δαβὶδ ἀνατείλασα, δι' ἑαυτῆς ἀνασώσῃται. Σήμερον ὁ τῆς δόξης πατὴρ εἰς οἶκτον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐλθὼν, τὴν ἐν Ἀδάμ φθαρεῖσαν φύσιν, ἰλέψω κατοπτεῦει τῷ βλέμματι. Σήμερον τῶν αὐτοῦ παναγάθων σπλάγγων ὁ τῆς εὐσπλαγγίας δοτὴρ ἀνακαλύπτει τὴν ἄβυσσον, καὶ διοχετεύει τῇ φύσει τὸν ἔλεον, ὡς ὕδωρ πολὺ καλύψαι θαλάσσας. Ἐπρεπε γὰρ τῷ « ἐξ οὐ, καὶ δι' οὐ, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε », ἐλέψω τῆς καθ' ἡμᾶς ἀρχαίας ἀρᾶς τὴν καταδίκην ἀμείψασθαι. δόξῃ τε τῇ ἑαυτοῦ παραδοξάσαι τὴν ἀδοξήσασαν ἐν Ἀδάμ φύσιν, καὶ ἀληθεῖα τὴν τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους ἐπίκρισημον συμβουλήν ἀποσεισασθαι, ἧς ἔργον ἡ πρώτη παράβασις, τοῦ Ἀδαμιαίου πλάσματος τὸ παράπτωμα.

*888

cum emendatione reversio, progressioque ad meliorem statum atque provectorio. Valde quippe misericordes sunt, propensiorique studio in hominum genus, velut « missi in eorum ministerium, qui sunt futuri haeredes salutis ». Cuncti itaque pari exsultent gaudio, ac saliat natura. Quippe coelum totum panditur, terra universi Regem clanculum suscipit: Nazaret, Edem illam imitata, ipsum qui Edem plantavit sinu complectitur. Pater ille misericordiarum, solus ipse soli nato ex ipso, * ac unigenito, humanam naturam longissime a coeli principatu submotam, et a terris citimam, sponsam tradit; ac Gabriel sacramenti ministrum agens, Ave¹ illud submurmurat Virgini, quo gaudium a prima parente amissum, ipsa per se, orta ex David filia Adae, incolume restituat. Hodie gloriae pater misertus humani generis, naturam in Adamo corruptam, propitiis aspicit oculis. Hodie viscerum misericordiae largitor, suorum misericordiae optimorum viscerum revelat abyssum, ac velut aquam multam ut operiat maria misericordiam in naturam derivat. Decebat quippe ut is, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia constant, veteris noxae nostrae condemnationem misericordia commutaret, suaeque ipsius gloriae accessione naturam gloriosam redderet, quae in Adamo gloriam amisisset; ac patris mendacii praeceptum in ruinam consilium illud, cuius opus prima sit transgressio, figmenti, inquam, Adae hominisque prolapsio, depelleret.

*887

¹ Lc. I, 28.

Οὐ δὴ χάριν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Δαβὶδ ὁ Θεοπάτωρ προέψαλλεν. «Ἐλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν». Τί ταῦτα λέγων, ἢ τάχα τὸν τοῦ Υἱοῦ κατ' εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς περὶ ἡμᾶς ἔλεον, καθ' ὃν ἐλεήσας ἡμᾶς ὁ τοῦ ἐλέους δοτῆρ, ἐγένετο καθ' ἡμᾶς δίχα μόνου τοῦ πτώματος, ἵνα λυθῇ τὸ παράπτωμα, καὶ πεσόντας ἡμᾶς ἀναστήσῃ τοῦ πτώματος, καὶ ἀναπλάσῃ τὸ πταῖσαν δίχα συντρίψεως. Ἀλήθειαν δέ, τὴν οὐ κατὰ φαντασίαν αὐτῶ γενομένην πρὸς ἀνθρώπους φανέρωσιν. Οὐ γὰρ κατεσχηματισμένην, ὡς ἂν τις φαίη, τὴν ἐξ ἡμῶν ἐποίησατο πρόσληψιν, ἀλλ' ὡς ὄντως ἀληθεία, φιλανθρώπως ἅμα καὶ κατὰ ἀνθρώπους, ἐκ τῆς ἀνθρώπων οὐσίας οὐσιωθεὶς ὁ ὑπερούσιος· καὶ ὄλων ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ θεώσας τὸ πρόσλημμα, οὔτε τὴν οἰκονομίαν ἐφάντασε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς σαρκὸς ἐπιστώσατο, ἀλωθήτου μεινάσης αὐτοῦ τῆς θεότητος πάσης ἐκστατικῆς ἀλλοιώσεως. Ἐπεὶ οὖν «Ἐλεος καὶ ἀλήθεια κατὰ τὴν προφητείαν συνήντησαν», οἰκίτως ἄρα «Δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν». Δικαιοσύνη μὲν, ἢ κατὰ τοῦ ἀδικήσαντος τοὺς πρωτογόνους ἐξενεχθεῖσα ψῆφος. Πότε, καὶ παρὰ τίνας; Σήμερον, καὶ παρὰ τοῦ ὑψίστου Πατρὸς. Καθ' ἣν ἐδικαίωσεν ὁ φύσει φιλόανθρωπος ἐν ἴσῳ τοῦ ἡμετέρου * σχήματος τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ Υἱὸν ἐπιφανέντα, κατακρῖναι τὸν ἀντικείμενον. Εἰρήνη δέ, ἣν ἐξείληνης ἡ

*889

Hinc plane rex magnus Dei parens David olim cecinit: *Misericordia et veritas occurrerunt invicem: iustitia et pax osculatae sunt.*¹ Quid his aliud volens, quam utique Filii in nos secundum beneplacitum Patris misericordiam, qua misericordiae largitor similis nobis factus est, peccato dumtaxat excepto; quo solveretur delictum, lapsosque a casu ipse erigeret, atque vas prolapsione confractum, ab omni immune contritione novum fingeret? Veritatem autem, ipsius ad homines manifestationem non inani visione factam dicens. Non enim velut figuram ac simulatam, ut quis dixerit, a nobis carnem assumpsit: sed plane veritate, tum singulari in hominum genus studio ac misericordia, tum qualis vere hominum est, ascita sibi substantia, qui maior substantia est, omniumque nostrum assumptam naturam deitatis consortio in seipso donans, neque oeconomiam visione gessit, et carnis veritatem astruxit, eius interim deitate ab omni velut statu movente mutatione illaesa. Quoniam igitur, iuxta prophetae oraculum, *Misericordia et veritas occurrerunt invicem*, merito sane *Iustitia et pax osculatae sunt*. Iustitia quidem, * nempe prolata in eum qui primos parentes deceptor laessisset, sententia. Quando, et a quonam? Hodie, et a Patre altissimo. Iuxta quam, qui natura benignus est et misericors iuste decrevit ut Filius suus unigenitus, in eadem nobiscum naturae forma apparens, adversarium condemnaret. Pax autem,

*890

¹ Ps. LXXXIV, 11.

τῶν ἀγγέλων χοροστασία, τῇ τοῦ Εἰρηνάρχου Υἱοῦ κατὰ σάρκα γεννήσει ὁμοφώνως ἀνύμνησεν· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ λέγουσα, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία ». Δόξα, ἣν ἐδοξάσθη παρὰ Χριστοῦ τὸ ἀνθρώπινον, τῶν οὐρανίων ἀψίδων ὑπεράνω γενόμενον, καὶ πάσης ὑπεραρθὲν ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Εἰρήνη δέ, ἣν αὐτὸς ἐμεσίτευσε συνάψας τοῖς ἐπὶ γῆς τὰ οὐράνια, καὶ ξένην τρίβον τῆς εἰς οὐρανούς ἀνόδου τοῖς ἐπὶ γῆς ἐχαρίσατο. Εὐδοκία δέ, ἣν αὐτὸς εὐδόκησεν ὁ Πατήρ, τὸν Υἱὸν αὐτὸν ἀγαπητὸν ἀποστείλας πρὸς τοὺς κατακρίτους ἡμᾶς, ἵνα τὴν εὐδοκηθεῖσαν ἐν αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς σωτηρίαν, ὡς ὁμοθελῆς τοῦ Πατρὸς, εἰς ἡμᾶς ἐκπληρώσῃ. Τοῦτο ὁ νῦν πανηγυρίζομεν· τοῦτο σήμερον καὶ Γαβριὴλ ἐγχειρίζεται τὸ ἐπίταγμα, καὶ μεσιτεύει θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι, καὶ πάσης καταλλαγῆς ἡμερᾶ τῇ Παρθένῳ πρῶτος εὐαγγελίζεται.

1847

Τῶν γὰρ οἰκτιρμῶν ὁ πατήρ, οἰκτεῖρας τὸ γένος ἡμῶν, ἤδη τῷ τῆς ἀμαρτίας καταφθαρέν ὀλισθήματι, ἐμνήσθη τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ μὴ φέρων εἰς τέλος ἡμᾶς ἀπολλυμένους ὄρᾳν, πρῶτον μὲν τὸν ἐν γράμματι νόμον πλαξί λιθίναις ἐγγεγραμμένον ταῖς Μωσέως χερσίν ἐνεχείρισεν. Ὡς δὲ μηδὲν « ὁ νόμος ὁ γραπτὸς ἐτελείωσε », πνευματοφόρους ἀνδρας ἀπέστειλε, τοὺς διορατικοὺς λέγω προφήτας, πάσας παραδεικνύοντας τὰς ὁδοὺς

PG
97, 889

quam subito chorus angelorum pro Filii Principis pacis natiuitate in carne, una de coelo celebravit voce, dicens: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas.*¹ Gloria quam a Christo genus humanum est consecutum, quod euectum sit supra coelorum orbes, ac supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, ut habet magnus Apostolus, elatum. Pax, quam ipse sequester et medius conciliavit, arcta quadam necessitudine terrenis iungens coelestia, quaque novam quamdam viam redeundi in coelos, positis in terra hominibus donavit. Bona demum voluntas, qua Pater ipse dilectum Filium suum ad nos reos beneplacito misit; quo is, velut una Patris voluntate, quam Pater salutem beneplacitam in eo habuisset, probassetque, in nobis expleret. Hoc illud est quod nunc diei festo conventu celebramus. Hoc et Gabriel hodie creditum mandatum exsequitur; mediusque Dei et hominum, totius reconciliationis pignora primus Virgini fauste annuntiat.

1847

Pater siquidem misericordiarum misertus humani generis, quod iam prolapsione in peccatum periisset, recordatus operum manuum suarum, nec ferens ut in finem pereuntes videret; primum quidem tabulis lapideis inscriptam legem in manus Moysi tradidit. Postquam vero « lex scripta nihil ad perfectum deduxisset ac consummasset », viros misit divino Spiritu afflatos: perspicaces, inquam, ac videntes

PG
97, 890¹ Le. II, 14.

Θεοῦ τὰς εὐθείας. Ὡς δὲ βύοντες τὰς αἰσθήσεις οἱ πρὸς οὓς ἀπεστάλησαν, οὐδὲν ἤττον ὁμοίως διέκειντο, οὐδ' οὕτως, ἡμῶν τὸ πλάσμα περιεῖδεν ὁ Πλάστης· ἀλλ' ἐκ τῶν ὑπεραγάθων αὐτοῦ καὶ παναμώμων κόλπων, τὸν ὁμόθρονον αὐτοῦ καὶ ἰσοσθενῆ καὶ ἰσάγαθον ἐξαναστάντα Ἰῖόν, ἐξαπέστειλεν εἰς τοὺς ἀναξίους ἡμᾶς, « εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰῶνων κατήνησε »· κρίνας μᾶλλον τὴν τῶν προσκεκρουκότων σωτηρίαν ἐργάσασθαι, ἢ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον τῆς εἰς τὸ πλάσμα περιεῖδειν ἐργασίας κατόρθωμα. Ἐνὶ τοίνυν τῶν πρωτίστων ἀγγέλων διακονῆσαι τῷ μυστηρίῳ θεοπίστας, τοιαδε, οἶμαι, τῷ τῆς οἰκείας μεγαλειότητος διεκελεύσατο νεύματι. Δεῦρο, λέγων, ἄπιθι, Γαβριήλ, εἰς Ναζαρέτ, πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἐν ἣ κόρη παρθένος οἰκίζεται, μεμνηστυμένη ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ. Μαρία τῇ παρθένῳ τὸ ὄνομα. Εἰς Ναζαρέτ, φησί. Διὰ τί; Ἴνα τὸ τῆς παρθενίας θεοχαρίτωτον κάλλος, καθάπερ ῥόδον ἐξ ἠκανθωμένης χώρας ὁ Παντοκράτωρ ἐκλέξῃται· καὶ διὰ τὴν * προφητείαν· « Ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται ». Τίς; Ὁ τῷ Ναθαναήλ ὕστερον Ἰῖδος Θεοῦ καὶ Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ κηρυττόμενος. Ἀμέλει τοι, καὶ εἴθισται Γαβριήλ ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ μυστηρίοις διακονεῖν, ὡς ἐν τῷ Δανιὴλ ἔγνωμεν.

*892 Ἄπιθι τοίνυν εἰς Ναζαρέτ πόλιν τῆς Γαλιλαίας· καὶ τῆδε φθάσας, σπουδῆ τοῦτο πρῶτον πρόσειπε τῇ Παρθένῳ, τὸ τῆς χαρᾶς εὐαγγέλιον, ὃ προαπαύ-

prophetas, qui Dei vias rectas omnes docerent. Verum cum illis ad quos missi erant, obturatis sensibus suis, nihil melius affecti essent, nec sic tamen fictionem nostram plastes ille despexit; sed ex benignissimo sanctissimoque sinu suo, eiusdem secum maiestatis et potentiae et bonitatis Filium suum suscitans, ad indignos nos misit, « in quos fines saeculorum devenerunt »: satius fore existimans ut eorum qui offendissent operaretur salutem, quam ut tale ac tantum creationis specimen, opusque suum despiceret. Uni ergo ex praecipuis angelis, quem sacramenti huius ministerio praefecisset, talia, ut puto, maiestatis suae nutu mandavit, Heus, inquit, vade Gabriel Nazareth in civitatem Galilaeae, in qua puella virgo habitat desponsata viro cui nomen est Ioseph; virgini autem nomen est, Maria. Nazareth? inquit. Curnam? Quo gratissimum Deo virginitatis decus, velut rosam e spinoso loco sibi Omnipotens deligeret: ob etiam prophetiam, *Quoniam Nazaraeus * vocabitur.*¹ Quis ille? Quem postea Nathanaël Dei Filium et Regem Israëel esset praedicaturus. Caeterum, et id moris Gabrieli est, ut divinis sacramentis vicariam ponat operam, quemadmodum novimus ex Daniele.

*891 Abi igitur Nazareth civitatem Galilaeae, quo cum cito perveneris, illud primum quod Eva amiserat fausti gaudii, salutaturus Virgini

¹ Matth. II, 23.

λεσεν Εὐα· καὶ μὴ δὴ θορυβήσης αὐτῆς τὴν ψυχὴν· Χαρᾶς γάρ, οὐ λύμης τὸ μήνυμα· θυμηδίας, οὐκ ἀθυμίας ὁ ἀσπασμός. Ποία γὰρ ἦν καὶ ἔσται ταύτης χαριεστέρα χαρὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, τοῦ κοινωνὸν γενέσθαι θείας φύσεως, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ, ἐν μετ' αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὸν τῆς ἐνώσεως, εἴτ' οὖν ὑποστάσεως λόγον; Τί δὲ θαυμασιώτερον, τοῦ βλέπειν Θεοῦ συγκατάθεσιν, μέχρι καὶ τῆς ἐν μήτρᾳ γυναικὸς κυοφορίας φθάνουσιν; ὧ παραδόξων πραγμάτων! Θεὸς ἐν μορίοις γυναικὸς, « ὁ τὸν οὐρανὸν θρόνον ἔχων, καὶ ὑποπόδιον τὴν γῆν ». Θεὸς ἐγγάστριος, ὁ ὑπερουράνιος, καὶ τῆς πατρικῆς ἀιδιότητος σύνθρονος. Καὶ τί τούτου παραδοξότερον, ἀνθρωπώμορφον ὁρᾶσθαι Θεόν, μὴ ἐκστάντα τῆς οἰκειᾶς θεότητος; τὴν τε ἀνθρωπίνην φύσιν ὁρᾶν ὅλην συνημμένην τῷ πλάσαντι, ἵνα ὅλος ὁ ἀνθρωπος θεωθῆ, ὁ πρῶτος πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν;

1848

[...] « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Ὁ πρὸ σοῦ, μετὰ σοῦ σήμερον, καὶ μετ' ὀλίγον, ἐκ σοῦ· τὸ μὲν αἰδίως, τὸ δὲ χρονικῶς. Βαβαὶ τῆς ἀμετρήτου φιλανθρωπίας! Βαβαὶ τῆς χρηστότητος! Οὐκ ἠρέστη τῆς χαρᾶς τῷ μηνύματι, εἰ μὴ καὶ τὸν τῆς χαρᾶς αὐτουργὸν ἀνηγόρευε, τῷ τῆς Παρθένου κηρύματι. Τὸ γάρ· « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », αὐτὸν παρεῖναι τὸν Βασιλέα προδήλως μηνύει, ὅλον ἐν αὐτῇ σωματούμενον, καὶ τῆς οἰκειᾶς δόξης οὐκ ἐξιστάμενον.

PG
97, 893

nuntia, ac vide ne animum eius turbaveris. Gaudii enim, non tristitiae annuntiatio est: voluptatis, non moeroris animi salutatio. Quodnam enim vel fuit, vel unquam illo maius futurum sit gaudium humano generi, ut divinae naturae particeps efficiatur, utque unum cum Deo, necessitudine ad ipsum, secundum unionis, adeoque subsistentiae rationem evaserit? Quid vero dignum magis admiratione, quam ut Deus se nobis ad usque feminae praegnantis uterum inclinaverit? O res inauditas! Deus in membris feminae « Cui coelum sedes est, terra autem scabellum pedum »: Deus in utero, qui coelo altior est, quique Patri coaeternus assidet. Quid vero sit magis novum, quam ut Deus humana forma conspicuus videatur oculis, nec quidquam tamen de propria ei deitate decedat; sicque humana natura suo cernatur fitori conserta, ut totus homo, qui primus corruebat sub peccatum, divinitatem induat?

1848

[...] *Ave, gratiosa, Dominus tecum.*¹ Qui te antiquior est, tecum hodie est, paulo post futurus ex te: alterum quidem, aeternitate; alterum, tempore. Papae, immensam humanitatem et clementiam! Papae, bonitatem illam! Non habuit satis ut gaudii significationem ederet, nisi et virginis partu ipsum gaudii auctorem praedicaret. Illud siquidem, *Dominus tecum*, ipsum adesse Regem clare significat; qui totus in ea corpus induerit, nec propria gloria quidquam excederet.

PG
97, 894

¹ Le. I, 28.

*896

« Χαῖρε, κεχαριτωμένη ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Χαίροις, τὸ τῆς χαρᾶς ὄργανον, δι' οὗ τὸ τῆς ἀρᾶς ἐλύθη κατάκριμα, καὶ τὸ τῆς χαρᾶς ἀντεισῆχθη διακαίωμα. Χαῖρε, ἀληθῶς εὐλογημένη· χαῖρε, λελαμπρυσμένη· χαῖρε, κεκαλωπισμένον τῆς θείας * δόξης ἀνάκτορον· χαίροις, ἱερότευκτον τοῦ βασιλέως παλάτιον· χαῖρε, νυμφών, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐνυμφεύσατο τὴν ἀνθρωπότητα· χαίροις, ἐκλεγομένη Θεῶ πρό γεννήσεων· χαίροις, τὸ θεῖον πρὸς ἀνθρώπους διαλλακτῆριον· χαίροις, θησαυρὸς τῆς ἀκηράτου ζωῆς· χαίροις, οὐρανέ, τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης ὑπερουράνιον οἴκημα· χαίροις, Θεοῦ τοῦ μηδαμοῦ χωρητοῦ, ἐν σοὶ δὲ μόνῃ χωρητοῦ, χωρίον εὐρύχωρον· χαίροις, γῆ ἁγία παρθενική, ἐξ ἧς ὁ νέος Ἀδὰμ ἀβρόβητο θεοπλαστία ἐχρημάτισε, ἵνα τὸν παλαιὸν ἀνασώσῃται· χαίροις ζύμη ἁγία θεοτελής, ἐξ ἧς ὅλον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀνεζυμώθη τὸ φύραμα, καὶ ἐξ ἐνὸς σώματος Χριστοῦ ἀρτοποιηθέν, εἰς ἐν συνῆλθε τὸ παράδοξον σύγκριμα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Ὁ εἰπών· « Γενηθήτω φῶς· Γενηθήτω στερέωμα », καὶ τὰ καθεξῆς ἅπαντα τῆς αὐτοῦ δημιουργικῆς μεγαλειότητος ἔργα. Χαίροις, τῆς ἀκαταλήπτου χαρᾶς γεννήτρια· χαίροις ἡ νέα τῆς δόξης κιβωτός, ἐν ἣ ἀναπέπαιται τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταπτάν. Κιβωτός, ἐν ἣ τὸ ἁγίασμα τῆς καινοπρεποῦς δόξης, ὁ κατὰ φύσιν ἅγιος, ἐν τῷ παρθενικῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ, τῷ τῆς ἐνσαρκώσεως λόγῳ παραδόξως ἑαυτῷ συνέπηξεν· οὐχ ὅπερ ἦν μεταβαλὼν· ἀτρεπτος γάρ· ἀλλ' ὁ οὐκ ἦν προσλαβὼν· φιλόανθρωπος γάρ. Χαῖρε,

*895

*Ave, gratiosa, Dominus tecum, Avesis, gaudii organum, per quod soluta est dirarum condemnatio, eiusque loco inducta gaudii iustificatio. Ave, vere benedicta, ave, illustris, ave, magnificum divinae gloriae templum: avesis, molitionis sacrae * Regis palatium: ave, thalame, in quo Christus humanam sibi naturam desponsavit: ave, Deo electa antequam aliqua nascerentur: avesis, divina cum hominibus reconciliatio: avesis, thesaure vitae immortalis: avesis, coelum, coelo altius Solis gloriae domicilium: avesis, Dei qui nusquam capi possit, at possit in te sola, bene capax locus: avesis, sancta virginalis terra, ex qua novus ille Adam, ineffabili a Deo fictione, veteri recuperando novus Adam factus est: avesis, fermentum sacrum Deo perfectum, quo tota massa humani generis conspersa, ac quo ex uno Christi corpore in panes formata, in unam coivit novam concretionem. Ave, gratiosa, Dominus tecum. Ille, inquam, qui dixit: Fiat lux; fiat firmamentum, ac reliqua deinceps creantis magnificentiae eius opera. Avesis, incomprehensibilis gaudii parens: avesis, nova gloriae arca, in qua Dei Spiritus descendens requievit. Arca, inquam, in qua is qui per naturam sanctus est, novae gloriae sanctificationem sibi ipse in virginali naturae officina, sacramento incarnationis, admirabili ratione compegit: non mutato abiectoque quod esset, ut qui immutabilis sit; sed assumpto quod non erat, tamquam studio in humanum*

στάμνος χρυσῆ, τὸν τὸ μάνα γλυκάναντα φέρουσα, καὶ μέλι ἐκ πέτρας Ἰσραὴλ τῷ ἀγνώμονι σχεδιάσαντα. Χαίροις, ἡ Σεραφικὴ τοῦ μυστικοῦ ἄνθρακος λαβίς· χαίροις τὸ νοερὸν τῆς διορατικῆς προγνώσεως κάτοπτρον, δι' οὗ τῆν περὶ ἡμᾶς ἀπειροδύναμον τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν, οἱ κλεινοὶ τοῦ Πνεύματος ὑποφῆται μυστικῶς, ἐφαντάσθησαν. Χαίροις, διόπτρα προβλεπτικῆ, δι' ἧς τὸν ἐρχόμενον ἄνωθεν μετὰ δόξης ἀνίσχοντα Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης, οἱ τῷ ἀμειδεῖ σκιαζόμενοι τῆς ἁμαρτίας σκότει δεξάμενοι, κατακράτως περιελάμφθησαν. Χαῖρε, τὸ πάντων προφητῶν καὶ πατριαρχῶν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῶν ἐξιχνιάστων τοῦ Θεοῦ προγνώσεων ἀψευδέστατον κήρυγμα.

« Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ * εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Καὶ εἰκότως εὐλογημένη. Εὐλόγησε γάρ σε ὁ Θεὸς τὸ αὐτοῦ σκῆνωμα, ὅτε τὸν ὑπερπλήρη τῆς πατρικῆς δόξης ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν αὐτὸν καὶ Θεόν, ἐν τελειότητι τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε φύσεων, ἀπεριλήπτως ἐκουφόρησας. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ τὸν οὐράνιον θησαυρόν, « ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοί », ἐν τῷ ἀσύλῳ τῆς παρθενίας σου ταμείῳ, ἀστενοχωρῆτως χωρήσασα. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, « ἧς ἡ κοιλία θημονία ἄλλωνος »· ὅτι καρ-

genus propensiori. Ave, aurea urna eum ferens, qui manna dulce fecit, quique mel e petra ingrato Israëli subitario velut apparatu elicuit. Avesis, Seraphica forceps carbonis mystici: avesis, perspicacis acutiorisque praescientiae speculum, quo incltyti spiritu prophetae ac interpretes, Dei ad nos infinitae virtutis demissionem mystice secretiusque ceu imaginati perceperunt. Avesis, dioptra perspectiva, qua ii qui in tristi peccatorum umbra tenebris obsiti essent, venientem ortum de coelo cum gloria suscipientes iustitiae Solem, mirabiliter illustrati sunt. Ave, prophetarum omnium patriarcharumque gloriatio, nec non impervestigabilium Dei praescientiarum ac decretorum verissima praedicatio.

* *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*¹ Ac vere quidem benedicta. Nam benedixit te Deus suum tabernaculum, quando paterna gloria eximie plenum, hominem Christum Iesum eumdemque Deum, ex quibus ac in quibus perfectus constat naturis, incomprehensa ratione utero gestasti. *Benedicta tu inter mulieres, quae coelestem thesaurum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi,*² in tuae virginitatis inviolato velut promptuario libere complexa es. Vere tu benedicta, cuius *venter acervus areae,*³

¹ Lc. I, 42.

² Col. II, 3.

³ Cant. VII, 2.

πὸν εὐλογίας, τὸν στάχυν τῆς ἀφθαρσίας Χριστόν, ἀσπερμάντως, ἀγεωργήτως ἐτελεσφόρησας, πολύχουν ἄμητον, μυριοπλάσιον, χιλιάδας εὐθνουμένων τῷ γεωργῷ τῆς ἡμῶν σωτηρίας προσάξασα. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, ἡ μόνη πασῶν μητέρων προετοιμασθεῖσα μήτηρ τοῦ Κτίστου σου, καὶ τὰ μητέρων λαθοῦσα. Ὅτι μὴ τῆς παρθενίας τῆς σῆς τὸ ἐξάριετον μητρῶαις ὠδῖσι διέφθορε, τοῦ παρθενικοῦ σου βλαστοῦ τὰ τῆς ἀγνείας σου σῶα συντηρήσαντος σήμαντρα. Σὺ ὄντως εὐλογημένη, ἡ μόνη ἀνάνδρωσ κυοφορήσασα τὸν τοὺς οὐρανοὺς ἐκτανύσαντα, καὶ τὴν γῆν τῆς παρθενίας σου ξενοπρεπῶς οὐρανῶσαντα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἡ μόνη τὴν εὐλογίαν κληρωσαμένη, ἦν εἰς τὰ ἔθνη διὰ τοῦ Ἀβραάμ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, ὡς μόνη τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν χρηματίσασα μήτηρ· δι' ἧς κράζει τὰ ἔθνη· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου ». Καί· « Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πληρωθῆσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο ».

« Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἦν « μακαρίζουσι γενεαί », ἦν δοξάζουσι βασιλεῖς· ἦν προσκυνοῦσι δυνάσται· « ἧς πρόσωπον λιτανεύουσιν [οἱ πλοῦσιοι] τοῦ λαοῦ· καὶ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς » ἐπόμεναί τε καὶ προσεζέρχουσαι, « εἰς ναὸν βασιλείως » συνελάνουσιν. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἦν

quoniam fructum benedictionis Christum immortalitatis spicam, sine semine ac nullo hominum excolente, messe copiosa et innumerablem ac multis laetantium millibus humanae salutis colono adductis, absolutum fructum produxisti. Tu vere benedicta, quae sola matrum Creatori tuo mater praeparata, quae sunt matrum nescivisti. Haud enim eximia illa tua virginitas materno partu violata est, virginali germine tuo integra conservante tuae castitatis signacula. Revera benedicta tu, quae sola sine viro eum utero concepisti, qui expandit coelos, ac mirabili ratione tuae virginitatis terram coelum fecit. *Benedicta tu in mulieribus*, quae sola benedictionem velut haereditate es consecuta, quam Deus per Abraham gentibus promiserat. Vere tu benedicta, ut quae sola benedicti pueri Iesu Christi ac Salvatoris nostri fueris mater, per quam gentes clamant: *Benedictus qui venit in nomine Domini*;¹ et: *Benedictum nomen gloriae eius in aeternum: et replebitur gloria eius omnis terra: fiat, fiat*.²

Benedicta tu in mulieribus: quam generationes beatam dicunt, quam reges glorificant, quam adorant principes: *cuius vultum divites plebis deprecantur: virginesque post eam*,³ qua sequentes, qua praeceuntes, *in templum regis* una contendunt. *Benedicta tu in mulieri-*

¹ Lc. XIX, 38.

² Ps. LXXI, 19.

³ Ps. XLIV, 13, 15.

Ἡσαίας ἰδὼν προφητικοῖς ὄμμασι, « Προφήτιδα καὶ Παρθένον » ὠνόμασε, « πλίνθον » τε αὖ, καὶ « τόπον, καὶ * ὄρασιν, καὶ κεφαλίδα βιβλίου », καὶ ταύτην « ἐσφραγισμένην » ἀναφανδὸν ἐκάλει. Εὐλογημένη σὺ ἀληθῶς, ἦν Ἰεζεκιήλ ... « ἀνατολήν » προηγόρευσε, « πύλην τε συγκεκλεισμένην, ὑπὸ μόνου δὲ διοδευομένην Θεοῦ, καὶ πάλιν συγκεκλεισμένην ». Σὺ μόνη ἀληθῶς, εὐλογημένη ἦν « ὄρος ἐώρα μέγα » Δανιήλ, ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνὴρ· καὶ « ὄρος κατάσκιον » Ἀμβρακούμ ὁ θαυμάσιος· « ὄρος τε Θεοῦ, καὶ ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος δ' εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ », ὁ προπάτωρ σου καὶ βασιλεὺς προφητικῶς ἐμελώδησεν. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν », ἦν Ζαχαρίας ὁ θεοπτικώτατος, « λυχνίαν χρυσῆν » ἐώρα [« ἐπτὰ λύχνους, καὶ] ἐπτὰ ἐπαρυστρίσι » κατακαλυνομένην, εἴτ' οὖν τοῖς ἐπτὰ τοῦ θείου Πνεύματος περιλαμπομένην χάρισμασι. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, ὁ νοητὸς τοῦ ζωηροῦ ξύλου τῆς σωτηρίας παράδεισος, ἡ αὐτὸν τῆς Ἐδέμ τὸν φυτουργὸν ἔνδον ἔχουσα Χριστόν, τυπικῶς ἐν σοὶ θεωρούμενον· ὃς ἀρρήτων δυνάμει ποταμοῦ δίκην, τοῦ ζωοτόκου σου μήτρας ἐκπορευόμενος, τέταρσιν ἀρχαῖς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς οἰκουμένης καταρδεύει τὸ πρόσωπον· « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Καρπός, ἐξ οὗ φαγὼν Ἀδάμ ὁ πρωτόπλαστος, ἔμεσε τὴν ἀρχαίαν κατάποσιν, δι' ἧς τὸ τῆς ἀπάτης εἰσεδέξατο δέλεαρ. Καρπός, ἐξ οὗ πηγάζει γλυκασμὸς τῆς πικρᾶς τοῦ ξύλου γεύσεως, ἀποκαθαίρων τὴν ἀνθρωπότητα. Ὁ πηγᾶς

*bus, quam Isaias videns propheticis oculis, Prophetissam et Virginem appellavit; laterem * item, et hortum, visionemque, et libri capitulum, idque sigillo consignatum perspicue vocavit. Vere benedicta tu quam Ezechiel Orientem praenuntiavit, et portam clausam, per quam Deus solus transeat, et quae iterum clausa maneat. Sola tu vere benedicta: quam montem magnum vir desideriorum Daniel vidit, Habacucque ille admirabilis montem umbrosum: quam praeterea avus tuus David, Montem Dei, montem pinguem, montem coagulatum, montem in quo beneplacitum sit Deo habitare in eo, propheticè decantavit. Benedicta tu in mulieribus: quam Zacharias in divinis perspicacissimus vidit aureum candelabrum, lucernis septem, et septem infusoriis splendidum, nempe septem divini Spiritus charismatibus undique collustratum. Vere tu benedicta, vitalis ligni salutis paradisi spiritalis, quae ipsum Edenis satorem Christum in te velut figuratum expressumque intus habeas; Christum, inquam, qui ineffabili virtute, instar fluminis, ex fecunda vulva tua egressus, quatuor velut initiis orbis terrae faciem fluentis Evangelii irriget. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Fructus, inquam, de quo comedens Adam protoplastus, veterem illam sorbitionem qua deceptionis escam admisisset, evomuit. Fructus, unde amari gustus ligni illius dulcoratio depurgandae humanae naturae ceu fonte manat. Fructus, inquam,*

ποταμηφόρους ἐν ἐρήμῳ λιμνάσας τῷ Ἰσραὴλ ἀλητεύοντι, καὶ τὴν Μερρῶν γλυκάνας, καὶ ἄρτον ἐπομβρήσας, ξένην τροφήν καὶ ἀνήροτον. Εὐλόγημένος ὁ καρπός, ὁ τὰ ἀτεκνοῦντα ὕδατα καὶ πικρά, δι' Ἐλισσαίου πότιμα δέξας καὶ γόνιμα τῇ προσχύσει τοῦ ἁλός. Εὐλόγημένος ὁ καρπός, ὁ ἐξ ἀκηράτου βλαστοῦ τῆς παρθενικῆς νηδύος, οἷα πέπειρος ὑπερφυῶς περκάσας ἐξεκύρισε βότρυς. Εὐλόγημένος ὁ καρπός, ἐξ οὗ πηγαὶ βρούουσιν « ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζῶν * αἰώνιον ». Καρπός, ἐξ οὗ ζωηρὸς ἄρτος, τὸ Κυριακὸν ἀναφέρεται σῶμα· καὶ ἀθανασίας κρατῆρ, σωτήριον ἀναδείκνυται πόμα. Εὐλόγημένος ὁ καρπός, ὃν ἀγιάζει πᾶσα γλῶσσα « ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων », τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ἐν Τριάδι ἀγιαστικῆς Θεότητος, ἐν τῷ ταυτῷ τῆς οὐσίας αὐτὸν συνεισφέρουσα, τῇ δὲ τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων ἰδιότητι προσωπικῶς ἀφορίζουσα. « Εὐλόγημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλόγημένος ὁ καρπός τῆς κοιλίας σου ».

*901

PG
97, 901

« Ἡ δέ, φησίν, ἐπὶ τῷ λόγῳ διαταράχθη, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος ». Διαταράχθη, φησίν, οὐκ ἀπιστία τινὶ βληθεῖσα τὸν νοῦν· ἄπαγε· εὐλαβεῖα δὲ μᾶλλον τῇ πρὸς τὸ ξένον τοῦ ἐπιφθέγματος· δόξασα δῆθεν κληδονισμόν τὸ φαινόμενον· οὐδ' ὅπερ πρότερον Ζαχαρίας ἐν τοῖς ἀδύτοις ἀπιστήσας, ὑπέστη· δι' ἣν ἐκ τῶν γεννητικῶν ἐπὶ τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐπιτιμίαν ἐδέξατο, καὶ ἀφωνία τὴν ἀτεκνίαν ἠλλάξατο.

1849

qui fontes in flumina stagnantes erranti Israël in deserto eduxit, aquasque Mara dulces reddidit, ac panes, novum alimenti genus, nec terra aratro scissa paratum pluit. Benedictus fructus ille, qui steriles et amaras aquas per Elisaeum potabiles et fecundas salis insperione effecit. Benedictus fructus, qui ex incorrupto * virginalis uteri germine, ceu iam maturus, eximie nigricans botrus effloruit. Benedictus, ex quo scaturiunt fontes *aquae salientis in vitam aeternam*. Fructus ex quo vitalis ille panis, corpus, inquam, Dominicum producit, immortalitatisque calix, salutaris potio exhibetur. Benedictus fructus, quem sanctum omnis lingua celebrat *coelestium, terrestrium et infernorum*, trina unitate sanctificantis in Trinitate Deitatis una ei tribuendo identitatem essentiae, hypostaseon autem uno imperio dominantium proprietate, personaliter distinguendo: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*.

*902

PG
97, 902

*Illa autem, inquit, turbata est in sermone, et cogitabat qualis tandem esset illa salutatio.*¹ Turbata est, inquit: non incredulitate aliqua animum feriente atque pulsante, absit; sed cautione magis ob novitatem acclamationis, tamquam visio malum utique videretur omen: ac neque ei quod Zachariae accideret, ubi prius in templi penetralibus incredulus fuisset, cum poena a genitalibus translata organo ad vo-

1849

¹ Lc. I, 29.

Ἄλλ' οἷα πάντα καθαρῶστα μέρου, καὶ τῆς πίστεως πρὸς θεῶτα ἐπιμα-
 ξίαι, εἴηεν συνθηλαίε ἀλευθριάστα, καὶ τῆ τῶν οὐρανόιου ἐλευσὶ θεωρίαι
 τὸν νοῦν ἐθέτατα πρῶταίον, τὸν ἐκ τοῦ ἀπτασμοῦ γενόμενον χυτῆ κατὰ
 φυγῆν εἰσαδέξατο τέρχην. Καὶ γὰρ ἦν, κτήν, ὡς τὸ εἰλὸς ἀπαφρησίαιστων
 οἴστων, ἐνδοιάσαι μὲν παρκαρῆμα, λογισμῶ δὲ πρότερον βαθυκότι τὸ λαχθὲν
 ἀνακρίνασαν, μὴ πρὸς τὸ τυχθὲν εἰς ἄν τις φαίη, μηδ' ὀπερισκέπτους τὴν
 ἐκλήν ὑποταχθὲν τῷ λαλοῦντι. Ἦσαν σαρῶς ἔργον ὁ εὐαγγελιστῆς ἐπιστημῆ-
 κται. * εἰπὼν ἂν δὲ διελογίζετο * τῷ κριτηρίῳ τῆς καθαρῆς ὡσανεὶ δια-
 νοίας τὸ λογισθὲν διακρίνουσα, τῶ μὴ ἀκρίτως τὸ βρῆθὲν παραδέξασθαι. 1001
 « Πρῶτος ἀνοῦσα εἶη, ὁ ἀπακαρῶς οὐτως ». Βίαιός γὰρ αὐτῆν εἰργασίαι
 οἴστων καὶ θεωρητῆρα λαλοῦν, μηδὲ τῶν ἐν Γραφῆς ἀμοιρῶν ἐπιθεῖων ἀπηγγεμά-
 των ὡς παραπέμψαι τὸν νοῦν χυτῆαι πρὸς τὸ τῆς προμήτορος πτόμα, εἰ ἐκ
 τῆς ἀπάτης ἐνδομηθεῖσται ἐλίθημα, καὶ ὅσα σπουδῆτορα τοῖς παλαιοῖς
 προίστόρηται. Οἷα ἀπεικὸς οἶον αὐτῆν διελογίζαμένον ὁ εὐαγγελιστῆς συ-
 νεγράψατο· ἀλλ' ἴνα καὶ τὸ ἀγγέλου ὅσον πρῶτην χυτῆ παραδείξη, καὶ τὸ
 τῆς γνώσεως ἀφραπέαι ται καὶ πάτρων τέθειται, ὡσανεὶ καὶ τὸ ἀφρέμειστων.
 Τῆς γὰρ τοῦ καλοῦ κριτεως μῆτω διακρίσεως τῆ παραδέξασθαι τῆς τοῦ
 λογισμοῦ διακρίσεως, οὐ δεῖ συγκαταδέσθαι τὴν πρόδρασην.

calia, elingui silencio sterilitatem pristinam commutavit. Imo vel
 omni culpa vacans, atque ab omni viri congressione consuetudine
 libera, ac caelestium rerum immutatae contemplationi solita deligere
 animam, incusam a salutatione turbationem eiusmodi mente suscep-
 pit. Par enim erat, decebatque ut velut inconsiderate ne quasi respon-
 sionis inops confestim quidem dubia haereret; tumque accedente
 prius ratione, sermonem discernens ac iudicans, non temere, ut sic
 dicam, leviusque ac inconsideratius aures * loquenti accommodaret. 1002
 Quotiescum sapienter admodum adnotavit Evangelista, dicens:
Illi autem cogitabat; pro munusculis mentis velut tribunali probans ac
 examinans quod cogitaret, ut ne quod dicebatur sibi temere arripere,
Qualis, inquiens, esset ista salutatia. Nam lit verbo simile, cum esset
 ingenua, ac Davidis filia, haud fuisse ignaram eorum quae Scripturis
 sacris enarrata habentur: ut cogitationes suas statim converterit ad
 primae parentis lapsum, secum animo volvens deceptionis causam,
 ac reliqua huius generis veterum historicarum monumentis prodita.
 Non immerito igitur evangelista cogitabundam scripsit: sed eo posuit,
 ut et sagacitatem quantum haberet, et stabilem ac firmam scien-
 tiam nihilque velut vagam et errantem, ostenderet. Nondum enim
 honesti iudicio ad rationis et iudicii metam profecto, haud conveniebat
 esse ratam salutationem habere.

Πλὴν ὅτι τῆς ψυχῆς τὸν τάραχον καταστεῖλαι σπουδάζουσα, λόγον μὲν οὐ προήκατο· μόνω δὲ τῷ σχήματι μικρὸν ὅσον ὑπενδοιάσασα, διεδείκνυ τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, τὸ τοῦ ἥθους εὐσταθές, ἀντὶ φωνῆς ὑποστήσασα. « Ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος » λέγουσα· Μὴ μόνη γυναικῶν ἐγὼ καινοτομήσω τὴν φύσιν; Μὴ μόνον ἐμὲ δυνατὸν κυοφορῆσαι καρπὸν μὴ συνελθοῦσαν ἀνδρὶ; « Ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος ». Τίς ὁ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ πόθεν εἰσελθὼν εἰσκεκόμικε ταύτην; Ἄνθρωπον λογίσομαι τὸν φθεγγόμενον; Ἄλλ' ὡς ἀσώματος φαίνεται. Ἄγγελον αὐτὸν νομίσω; ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος φθέγγεται. Τί τὸ ὀρώμενον ἀγνοῶ, καὶ πρὸς τὸ λαλούμενον ἀπορῶ. Τί οὖν ὁ Γαβριήλ; Ὡς μόνον ἤσθετο τῆς κόρης τὸν τάραχον, πρὸς μηδὲν ὅλως διανοηθεὶς, αὐτίκα φωνὴν ἐπαφίησι, καὶ φησι· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Πρότερον αὐτῆς τὸν φόβον διέστειλεν, εἶθ' οὕτως πρὸς τὸ θαρρῆεῖν διανέστησε· « Μὴ φοβοῦ, λέγων, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ », ἣν ἀπώλεσεν Εὐα. « Χάριν » εἰπὼν, ἔλυσε τὸ τῆς γνώμης ἀμφίβολον, καὶ τὸ δόξαν εἶναι τέως ἀμφίβολον. Διὰ τῆς ἐπαγωγῆς τοῦ· « Εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ », πιθανῶς ἐξεκρούσατο τῆς Παρθένου τὸν φόβον. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ ». Οὐκ ἀπατηλὸς ὁ τρόπος· οὐ πλανῆσαι σε ἤκω· οὐ πάλιν συρίζων ὄφεις λαλεῖ, οὐκ ἀπὸ γῆς φωνῶ σοι. Ἐκ τῶν ὑψίστων ἤλθόν σοι

Caeterum quia eam animi turbationem suppressere studebat, minime quidem locuta est; sed solo habitu modicum aliquantum subdubitabunda, quo esset animi statu ostendebat, morum compositione vocis loco suffecta. *Qualis esset ista salutatio*: velut diceret: Num sola ego inter mulieres novum naturae modum inducam? Mene solam possibile est fructum utero gestare, nulli viro congressam? *Qualis esset ista salutatio*. Quis ille aut unde ingressus, qui id mihi nuntii attulit? Num hominem putabo eum qui loquitur? Verum apparet tamquam vacans corpore. Angelum censebo? Verum loquitur instar hominis. Quid sit quod videam ignoro, et ad auditum sermonem haesito. Quid ergo Gabriel? Cum primum puellam turbatam sensisset, ad nihil aliud respiciens animo, statim emittit vocem, et ait: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum*.¹ Prius timorem repressit, tumque ad fiduciam excitavit: *Ne timeas*, inquit, *invenisti enim gratiam apud Deum*; nimirum gratiam quam Eva amiserat. Dicendo *gratiam*, solvit quicquid sententia videbatur habere ambiguum, quodque haecenus visum erat insidiosum. Adiectione illa: *Invenisti gratiam apud Deum*, omnem virgini metum diserte excussit. *Ne timeas, Maria*. Non sunt fraudulentum mores, non veni fallendi animo, non iam serpens sibilans loquitur, non tibi terrenus nuntius adsum. De altissimis veni, laetum tibi apportans nuntium; nec quo-

¹ Lc. I, 30.

κομίζων τὸ εὐαγγέλιον· καὶ οὐχ ἀπλῶς εὐαγγέλιον, ἀλλὰ χαρᾶς εὐαγγέλιον.
« Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ ». Οὐ χλεύης ὁ ἀσπασμός, οὐ λύπης τὸ μῆνυμα.

1850

« Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ »· ὁ τῆς χαρᾶς ἀπάσης δοτῆρ, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου
Σωτῆρ. Μετὰ σοῦ, ὁ τῶν πατρικῶν κόλπων μὴ χωρισθεῖς, ἐν δὲ τῇ μήτρᾳ
τῇ σῇ συλληφθεῖς. Κεχαριτωμένην σε εἶπον, ἵνα τὴν * χαρὰν τοῦ ἐν σοὶ μυ-
στηρίου μηνύσω. Κεχαριτωμένην σε εἶπον, ὡς αὐτὴν ὄλην τὴν χαρὰν δεξα-
μένην ἐν μήτρᾳ σου, καὶ στολὴν ὄντως χαριτωθεῖσαν τῇ τῶν θείων χαρισμά-
των λαμπρότητι. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », προσεφώνησα, ἵνα τὴν ἐξουσίαν
τοῦ προδραμόντος ἐν σοὶ καταμηνύσω. « Κύριος γὰρ καὶ Θεὸς ἐξουσιαστής,
ἄρχων εἰρήνης » αὐτός ἐστι, « καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατὴρ », καὶ σοῦ
τῆς Παρθένου Υἱός, καὶ πάντων Σωτῆρ. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ » ἡ χάρις
καὶ ἡ ἀλήθεια μετὰ σοῦ· Κύριος μὲν τοῦ νόμου, τῆς δὲ χάριτος πατὴρ, καὶ
τῆς ἀληθείας πηγὴ. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Ὁ πάσης
κυρείας ἐξουσιάρχης· ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων Υἱός, ὁ ἀνάρχων ἐξ αὐτοῦ
γεννηθείς, καὶ ἐν χρόνῳ ἐκ σοῦ σαρκωθείς· ὁ ἄνω ὄλος σὺν αὐτῷ ἐγκόλπιος,
κάτω ὄλος μετὰ σοῦ ἐγγάστριος. Αὐτός ἐστι μετὰ σοῦ, καὶ ἐν σοὶ. Προφθά-
σας γὰρ εἰσεπήδησε, καὶ τὴν σὴν ὑπέδυν νηδύν, καὶ γέγονεν ἐν σοὶ χωρητός,
ὁ κατὰ φύσιν ἀχώρητος. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ
Θεῷ ». Χάριν, ἣν οὐκ ἐδέξατο Σάρβρα, ἣν οὐκ ἔγνω Ῥεθέκκα, καὶ Ῥαχὴλ

PG
97, 904

*905

vis modo laetum nuntium, sed plenum gaudii laetum nuntium. *Ne timeas, Maria.* Non irrisionis haec salutatio est, non tristitiae annuntiatio.

1850

*Dominus tecum:*¹ qui totius gaudii largitor est, et mundi totius
Salvator. Tecum est, qui a sinu paterno non fuit separatus, et in tuo
utero fuit conceptus. Gratosam te appellavi, ut * in te sacramenti
gaudium significarem. Gratosam te dixi, velut quae ipsam totam
gratiam utero susceperis, stolamque divinorum splendore charisma-
tum vere gratiosam. Acclamavi, *Dominus tecum*, ut eius potentiam
significarem, qui in te praecucurrit. Is enim Dominus est et *Deus*
potens, princeps pacis, et saeculi futuri pater, tuusque Virginis Filius,
et universorum Salvator. *Dominus tecum:* gratia et veritas tecum:
legis quidem Dominus; gratiae vero Pater, ac fons veritatis. *Ne timeas, Maria; Dominus tecum.* Is, inquam, qui omnis dominationis
potestatem habet: Patris luminum Filius, ex ipso ab aeterno genitus,
ac in tempore ex te carne natus. Qui totus superne in sinu Patris,
totusque inferne in tuo utero est. Ille ipse tecum et in te est. Praeoc-
cupans enim insiliit, ac ingressus tuum uterum, in te locum qui ca-
peret invenit, qui per naturam loco capi non potest. *Ne timeas, Maria,*
invenisti enim gratiam apud Deum. Gratia, inquam, quam Sara non

PG
97, 903

*906

¹ Lc. I, 28.

οὐκ ἐγνώρισεν. « Εὖρες χάριν », ἧς ἡ ἐξάκουστος οὐκ ἠξιώται Ἄννα, οὔτε Φενάννα, ἡ ταύτης ἀντίθετος. Ὅσον, αἱ μὲν ἐξ ἀτέκνων μητέρες πεφήνασι, συναποδαλοῦσαι τῇ παρθενίᾳ τὴν στείρωσιν· σὺ δὲ μετὰ τοῦ εἶναι μήτηρ, καὶ τὸ παρθενεύειν ἀναφαίρετον ἔξεις. « Μὴ τοίνυν φοβοῦ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Χάριν, ἣν οὐδεὶς εὔρε τῶν ἀπ' αἰῶνος, ὡς σὺ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο χάρις τοιαύτη παρὰ Θεοῦ τὸ ἐξαίρετον ἔχουσα;

« Εὖρες τοίνυν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν ». Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Πρῶτον αὐτῇ τὸ τῆς ἀπορίας ἐπελύσατο πρόβλημα, εἶθ' οὕτως τὸν τῆς ἐρμηνείας συνεισήγαγε λόγον. Καὶ ὅρα πόσα ἐν ὀλίγῳ ποιεῖ. Καταστέλλει τὸν φόβον, προμηνύει τὴν χάριν, ἐρμηνεύει τὴν κύησιν, προφητεύει τὸν τόκον, ὀνοματογραφεῖ τοῦ τικτομένου τὴν κλησιν. Οὐχ ἴσταται δὲ μέχρι τούτων ὁ λόγος αὐτῷ· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας παραδειχθῇ τοῦ κυήματος, ἐπήγαγεν αὐτίκα· « Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει * ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος ». Εἶδες ὅπως τῆς Παρθένου παρυφείλετο τὸν φόβον; Εἶδες εἰς ὅσον αὐτῆς τὴν ψυχὴν παρεθάρρυνεν; Υἱὸν γὰρ εἰπὼν Ὑψίστου, καὶ πατέρα τοῦ τεχθησομένου τὸν Δαβὶδ ὀνομάσας, ἐπτέρωσεν αὐτῆς ὅλον παραχρῆμα

*908

accepit, quam non cognovit Rebecca, quam Rachel nescivit. *Invenisti gratiam*, quam nec celebris illa Anna, nec eius adversaria Phenenna consequi meruit. Nam hae quidem, ex sterilibus factae sunt matres, virginitate una cum orbitate amissa: tu autem, ut mater sis, virginitate tamen frueris semper illaesa. *Ne timeas ergo, invenisti enim gratiam apud Deum*. Gratiam invenisti, quam nullus a saeculo, sicut tu, invenit. Quae enim eiusmodi a Deo eximia gratia sit?

*Invenisti itaque gratiam apud Deum: Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.*¹ Papae miraculum! Primae ei quaestionis dubium solvit, tum vero sermonis expositionem adiecit. Ac vide quanta brevi peragat. Pellit timorem, praenuntiat gratiam, declarat conceptum, partum vaticinatur, nasciturae prolis nomen praescribit. Nec vero finem hic verborum facit; sed ut magnitudo quoque potentiae infantis ostendatur, statim addidit: *Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit super domum Iacob in aeternum, et regni*
*907 ** eius non erit finis.*² Vides qualiter Virgini ademerit metum? Vides quanta eius animum fiducia auxerit? Vocans enim Altissimi Filium, ac Davidem nominans pueri patrem, statim totam eius mentem

¹ Lc. I, 31.

² Lc. I, 32, 33.

τὸν νοῦν, ὡς δηλοῖ τὰ ἐπόμενα. Καὶ ὄρα τῆς Παρθένου τὴν σύνεσιν. Ὡς γὰρ ταῦτα ἐπύθετο, καὶ τῆς καθ' ὑπεροχὴν τοῦ θείου θελήματος ἐξουσίας ἔργων τὸ ἄτρεπτον· «Ἐφη πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Ἐξέτα μοι, φησὶν, ὑπισχνῆ, ὑπερβαίνοντα τὴν φύσιν ἐπαγγέλλῃ. Ἄπειρος τυγχάνω γάμου· μεμνήστευμαι γάρ, ἀλλ' οὐ νενύμφευμαι. Μνηστῆρα μόνον, ἀλλ' οὐκ ἄνδρα τὸν Ἰωσήφ ἐπίσταμαι. Σύνοικος ὁ μνήστωρ, ἀλλ' οὐ σύνευνος. Ἄσπορος ἢ γαστήρ, ἀλλ' οὐκ ἀρόσιμος. «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Μὴ γὰρ ἐμὲ μόνην ἢ φύσιν, φησί, μητέρα δείξει γάμου χωρὶς; Μὴ μόνη παρὰ τὴν φύσιν ἐγὼ ξένην τῇ φύσει γέννησιν συνεισάξω; Οὐ πρόεβη γάμος, οὐ πεῖραν ἔσχον ἄνδρός. Οὐ γὰρ ἔγνω τὸν Ἰωσήφ· Φύλαξ, οὐκ ἀνὴρ ἐγνωρίσθη μοι. «Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο;»

1851

Ἀποκρίνεται ταχὺ Γαβριήλ, καὶ τὸ παχὺ τῆς πεύσεως τῷ ὕψει τῆς ἀντιφράσεως ἀπολεπτύνει, καὶ φησι· Τί τοιαῦτα λέγεις, ὃ πανολβία; Τί τοιαῦτα προβάλλῃ ῥήματα; Ἐγὼ οὐρανόθεν ἦλθον, κοιμίζων σοι τὸ καινοπρεπὲς τῆς συλλήψεως. Οὐκ ἀπὸ γῆς φωνῶ σοι· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», εἰπὼν· καὶ σύ· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;» διαπορεῖς; Ἐγὼ τὸν τὴν ἐμὴν προφθάσαντα παρουσίαν εἰς τὴν σὴν κοιλίαν εὐαγγελίζομαί σοι, καὶ σύ περὶ ἄνδρός διαλέγῃ μοι, καὶ τῆς κάτω γεννήσεως, καὶ λέγεις, πῶς ἔσται σοι; Ἐννόησον, πῶς

PG
97, 908

erexit, quemadmodum declaratur sequentibus. Vide autem Virginis prudentiam. Ut enim haec audivit, summamque divinae voluntatis ac decreti immobilitatem cognovit, *Ait ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*¹ Rem mihi novam, inquit, polliceris. Ea mihi annuntias, quae superant naturam. Nuptias ego nullas experta sum: desponsata enim sum, at minime viro collata. Sponsum tantum, non virum Iosephum cognosco. Contubernalis procus, et non eodem mecum cubili. Uterus genitale semen nescit, sed est incultus. *Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco?* Num enim, inquit, me solam natura matrem sine nuptiis exhibebit? An sola ego praeter naturam, incognitum naturae partus modum inducam? Non sunt pe-ractae nuptiae: non sum experta virum; nec enim cognovi Iosephum. Custodem cognovi, non virum: *Quomodo ergo fiet istud?*

1851

Respondet protinus Gabriel, et interrogationis crassitiem, contrariae responsionis subtilitate extenuat, dicens: Quid, o beatissima haec dicis? Quid talia fundis verba? Coelitus ego adveni, novum tibi conceptionis modum annuntians. Non terrenus tibi loquor. Dixi, *Dominus tecum: tu vero, Quomodo fiet istud*, ceu ambigendo opponis? Hunc tibi ego annuntio, qui meam praesentiam suo in tuum uterum illapsu occupavit. Tu vero mihi de viro, ac ceu terreno partu disseris, aisque: *Quomodo fiet istud? Quomodo fiet? Cogita quomodo virga*

PG
97, 907¹ Lc. I, 34.

ἡ ῥάβδος ἐξήθησε· πῶς ἡ πέτρα τὸ ὕδωρ ἀπέτεκε, πόθεν ἐγκυμονήσασα· πῶς τὸ τῆς βάτου πῦρ ὑπεισήλθεν ἐν τῇ θάμνῳ, μὴ φλέξαν αὐτήν. Εἰ τούτοις μὴ ἀπιστεῖς, μηδὲ ἐμοὶ ἀπίσται. Ὁ γὰρ ταῦτα κάκεῖνα ποιῶν, εἷς ἐστίν, ὁ ἐν γαστρὶ σου φερόμενος. Ξένῳ τοίνυν παρὰ τὴν φύσιν θεσμῶ, τοῦ ἐν σοὶ κυθηέντος γενήσῃ τροφός. Οὐχ ὡς Ἐλισάβετ, οὐχ ὡς Ἄννα ἢ σὲ τεκοῦσα. Ἐκεῖναι γὰρ ἐνσπερμαθεῖσαι γεγόνασι μητέρες, σὺ δὲ ἄνανδρος παιδοποιήσεις τὸν ἄσπορον εἰσοικισθέντα σοι. Καὶ εἰ τὸν τρόπον ἐπιζητοῖς, καὶ τοῦτόν σοι λέξω σαφῶς.

*909 « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἵψίστου ἐπισκιάσει σε ». Οὐ γὰρ ἐκ θελήματος σαρκὸς ὁ τικτόμενος ἔσται. Οὐ μεσιτεύσει σαρκὸς ἡδονὴ Μητρὸς Θεοῦ τοκετῶ· τῶν γὰρ τῆς φύσεως ὄρων * ὑπερανέστηκε. Καὶ εἰ τοῦ κατὰ φύσιν παντελῶς ἐστέρηται, τὸν γοῦν ὑπερφυᾶ λόγον ἐπικρατέστερον τοῦ κατὰ φύσιν σχόντα. Οὐκ οὖν πάθος περὶ τὴν κάτω κύησιν, ὅ τι ἔχει συναεῖ, μηδὲ περὶ τὴν ἄνω γέννησιν ἐπηκολούθησε. « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἵψίστου ἐπισκιάσει σε ». Ὅρα ποῦ τὸ τῆς Τριάδος φανεροῦται μυστήριον. Πνεῦμα γὰρ ἅγιον εἰπῶν, οὐκ ἄλλο ἢ τὸν παράκλητον ἔφη. Δύναμιν δὲ τοῦ Ἵψίστου, προφανῶς τὸν Υἱὸν ὑπογράφει. Τῇ γὰρ τοῦ « Ἵψίστου » φωνῇ, τὸ τοῦ Πατρὸς συνεισφέρεται πρόσω-

floruit: quomodo petra, et quo feta ceu partu, aquam edidit: quomodo ignis rubi arbusta pervasit, nec tamen rubum combussit. Quae illis habeas fidem, ne mihi eam abrogaveris. Qui enim haec illaque facit, unus ipse est, quem tu utero gestatura sis. Nova itaque praeter naturam lege conceptae proles mater eris. Non sicut Elisabeth nec ut Anna quae te peperit. Illae enim virili perfusae semine matres factae sunt, tu autem sine viri opera eum es editura, qui nullo praeiacto semine in te habitavit. Sin vero etiam modum ambigis, hunc quoque tibi aperte dicam.

*910 *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*¹ Non enim ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, quem annuntio nasciturus est. Nulla carnalis voluptas partui illi * Deiparae intermedia futura est: naturae quippe terminos superat. Quod si naturali prorsus ratione est destitutus, fit sane consequens, ut eximiam quamdam et naturali potioem rationem obtineat. Nulla ergo temporali partu corruptio futura est, qualis semper humano partui comes existit, nec vero aliqua aeternam nativitatem consecuta est. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Vide qualiter manifestetur Trinitatis mysterium! Dicendo enim Spiritum sanctum, non alium dixit quam Paraclitum. Per virtutem autem Altissimi, aperte Filium innuit. Nam voce hac, *Altissimi*, Patris

¹ Lc. I, 35.

πον. Τὸ δέ· «Ἐπισκιάσει σε», ἐκεῖνο δοκεῖ μοι λέγειν ὕπερ, οἶμαι, πρότερον Ἀμβρακίου διορατικοῖς ὄμμασιν ἐνιδών, «ὅρος κατάσκιον» τὴν παρθένον ἐκάλει· μονονουχὶ τὴν ἐπισκιάσασαν αὐτὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν ὑπογράφων, σκηνοπηγίαν ἄρρήτον αὐτουργοῦσαν ἐν αὐτῇ τῷ τῆς ἐνσαρκώσεως λόγῳ, καθ' ὃν ἀχειροτομητῶς τὸν ναὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ κατὰ τὴν ἔρημον τῶν παθῶν τῆς παρθένου νηδύϊ πάσης προσύλου καθαρευούσης μετασίας καὶ προσπαθείας, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἐξῆς.

Φησὶ γάρ· «Διὸ καὶ τὸ γενόμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ». Τὸ γὰρ ἐξ ἁγίου Πνεύματος δι' ἁγίου Πατρὸς ἀπερινοήτως διαπλασθὲν προαιώνιον βρέφος, δικαίως ἅγιον ἔσται, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, ὡς τοῦ Ὑψίστου πεφηνῶς συναΐδιος λόγος. Δέδεικται, τοίνυν σαφῶς τῇ Παρθένω, τί καὶ πόθεν, καὶ οἷον τὸ ἐν αὐτῇ κυθέν, καὶ ἐξ αὐτῆς, καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἔσται τὸ τεχθησόμενον. Ἴν' οὖν ἐκτυπώτερον αὐτῇ καὶ τρανώτερον διασαφηνίσῃ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, τῆς Ἐλισάβετ συνεισάγει τὴν κύησιν. Ὡσανεὶ λέγων, ὅτι Ὁ μήτραν παρ' ἐλπίδα γόνιμον ἐν γήρα δεῖξαι δυναθεῖς, καὶ παρθένον κυοφόρον ὑπὲρ λόγον δεῖξει πρόδηλον. Διὸ ἐπάγει·

1852

«Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα». Τούτων ἡ παρθένος ἀκού-

PG
97, 909

pariter persona infertur. Illud autem *obumbrabit tibi*, id mihi videtur dicere, quod olim puto perspicacibus oculis intuitus Habacuc, *montem umbrosam*,¹ virginem appellavit: vix non suis coloribus pictam exhibens ipsam obumbrantis Spiritus virtutem, quae ipsa admirabile quodam in ea velut tabernaculum, pro incarnationis ratione excitaverit: iuxta quam, velut in deserto quodam affectionum, mundo illo alienoque ab omni vitiosa terrenorum affectione virginis utero, non manufactum templum illud corporis extruxit, ut ex sequentibus liquet.

Ait enim: *Ideoque et quod nascetur sanctum vocabitur filius Dei*.² Nam qui ex Spiritu sancto per sanctum Patrem incogitabili ratione prae-aeternus existens formatus est infans, merito sanctus erit, et Filius Altissimi vocabitur, velut liquido Altissimi coaeternum Verbum existens. Clare igitur Virgini ostensum est quidnam, et unde, ac quale esset quod in ipsa et ex ipsa conceptum fuisset, quodque nasciturus, Dei Filius esset. Quo autem etiamnum manifestius certiusque sermonis ei vim declararet, Elisabethae quoque conceptionem inducit. Ac si dicat: Qui provecta senectute praeter spem omnem, matricem prolificam reddere potuit, utique virginem quoque altiori supra rationem modo gravidam effecturus est. Unde subdit:

1852

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.³ Ubi virgo

PG
97, 910

¹ Habac. III, 3 (sec. LXX).

² Lc. I, 35.

³ Lc. I, 37.

*912 σασα, μᾶλλον δὲ τῷ τοῦ ἐνοικοῦντος φωτὶ διαυγασθεῖσα τὸν νοῦν, ἀσμένως τε διατεθεῖσα τῇ θυμηδία τοῦ ἐπαγγέλματος, ὅλη θυμῆρης * γέγονε. Καὶ οἶον ἢ Γραφὴ τὸν Δαβὶδ ὑπογράφει, χαρίεσσα τὴν ψυχὴν μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν ἀνεφάνη, ἅτε ἡσθεῖσα τῷ θαύματι, καὶ τὸν ἀσπασμὸν ἀσμενίσασα. Καὶ γὰρ ἦν χαρᾶς ἀφράστου μεστὸν τὸ λαλούμενον. Εὐμαρῶς μάλα καὶ λίαν σαφῶς ὁ Γαβριὴλ τὴν Παρθένον παρέπεισεν ἀσμενίσαι τὸ θαῦμα, ἐπαγαγὼν τό· « Οὐκ ἀδυνατήσῃ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα ». Τί οὖν φησι τὸ Εὐαγγέλιον; « Εἶπε δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Εἶδες σύνεσιν; Εἶδες καταστολῆς κοσμίας ὑπερβολήν; Ἐπειδὴν ἔγνω μαθοῦσα τοῦ τόκου τὴν σύλληψιν, τοῦ τοκετοῦ τὴν γέννησιν, τίς καὶ τίνας ἔσται υἱός, καὶ ὅστις κληθήσεται, καὶ τίνας θρόνου διάδοχος, τίνων τε βασιλεύσει, τέλος, οὐκ ἔξω βασιλείας ὁ τεχθησόμενος, ἀντιχαροποιὸν ἀφῆκε φωνήν· « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Ἐκεῖνο σαφῶς λέγουσα· Ἰδοὺ, ἐτοίμη πρόκειμαι, καὶ κωλύσον οὐδέν. Ἡ ψυχὴ πρόθυμος, ἢ γαστήρ εὐκαιρος· ἀνέπαφος γάρ, μόνω τηρουμένη τῷ Πλάσαντι. « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου » πρὸς ὑπακοὴν εὐπειθής, πρὸς δουλείαν εὐτρυνής, πρὸς ὑποδοχὴν ἐτοίμη. « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Ἐπειδὴ γὰρ πάντα, φησί, ὡς οἶόν τε ἦν, εὖ [τῇ] τέως ἀπήγγειλας, ὅλον τὸ τελούμενον

*911 ista audisset, seu potius inhabitantis Spiritus illustrante iumine animo perspexisset nuntiique iucunditate velut avida * atque alacris facta esset, iucunda tota, ipsaque specie gratiosissima reddita est. Ac quemadmodum Scriptura Davidem commemorat, gratiosa animo iucundaque, venusto quoque obtutu apparuit: velut nimirum impensius delectata miraculo, et salutatione placite accepta. Revera enim gaudii inenarrabilis plenus sermo erat. Admodum facile ac plane perspicue Gabriel virgini persuasit ut libens miraculum amplecteretur, subiuncto illo: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.*¹ Quid igitur ait evangelicus sermo? *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*² Vidistine prudentiam? Vidistine gravis modestiae excellentiam? Posteaquam enim de prolis conceptione, deque filii nativitate edocta cognovisset, quisnam, inquam, et cuius filius futurus esset, quove esset nomine appellandus, et cuius successurus throno, ac in quo regnaturus, ac denique fore ei assertum regnum, gaudii plenam vocem vicissim respondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Velut nimirum palam dicat: Parata sum, nec est quidquam quod impediatur. Est animus alacris, venter

¹ Lc. I, 37.

² Lc. I, 38.

χαρᾶς καὶ δόξης τῆς ἀνωτάτω πεπλήρωται. «Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». Εὔγε τῆς ἀφράστου οἰκονομίας! Εὔγε τῆς χάριτος! Ὑπέρευγε τῆς ἀνάρχου καὶ βουλῆς καὶ προγνώσεως. Ὅντως Πνεῦμα ἅγιον ἐνώκησε τῇ Παρθένῳ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασεν αὐτήν, κατὰ τὴν προωρισμένην βουλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρόγνωσιν.

«Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος», φησί. Τὸ κελευσθὲν αὐτῷ δῆλον ἀποπληρώσας λειτουργήμα. Ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἀλλ' οὐκ ἀπέστη ὁ Κύριος. Ὁ μὲν γὰρ ἐμπερίγραπτος, κἂν ἀσώματος· ὁ δὲ ἀπερίγραπτος, κἂν ἐν σώματι καὶ γαστρὶ Παρθένου χωρούμενος. Καὶ ὁ μὲν, τὸν ἐρχόμενον προκατήγγειλεν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ Παρθένου κυοφορούμενον· ὁ δέ, τὴν ἡμετέραν οὐσίαν ἀναλαβὼν, εἰς ἑαυτὸν ἀνεμόρφωσεν, ἀποδοὺς τῇ φύσει τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ πρῶτον ἀξίωμα, ὃ δι' * ἀπροσεξίαν τῶν πρωτογόνων ἀπόλεσε. Καὶ ἀναγαγὼν, «συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου ἐν τε τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι». Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ

*913

opportunos, quippe intactus est, suo integer servatus Conditore. *Ecce ancilla Domini*: ad obediendum facilis, ac obsequium sedula, ad susceptionem parata. *Fiat mihi secundum verbum tuum*. Postquam enim omnia, inquit, bene hactenus quantum poterat fieri nuntiasti, totum quod geritur, gaudio plenum est ac suprema gloria. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Euge dispensationem admirabilem! Euge gratiam tantam! Supra modum euge aeternum illud consilium, ac praescientiam! Vere Spiritus sanctus in Virgine habitavit, ac virtus Altissimi, iuxta praefinitum Dei consilium, praescientiamque ei obumbravit.

Et discessit angelus ab ea, inquit.¹ Ubi nimirum iniunctum ministerium implevisset. Discessit ab ea angelus, Dominus tamen ab ea non recessit. Ille enim quamvis vacet corpore, attamen circumscriptus est ac definitus: hic vero, quamquam in corpore, et Virginis inclusus utero, incircumscriptus est. Ac ille quidem, eum qui esset venturus, conceptum ex Virgine propter humanam viri salutem praenuntiavit; hic vero nostram assumptam substantiam in seipso * reformavit, restituta naturae imagine, ac quam primorum parentum segnitie amisisset, pristina dignitate: subvehensque, «consedere fecit in coelestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, ac omne nomen quod nominatur in hoc saeculo, et in futuro». ² Ipsi gloria, et potestas, et honor, et adoratio, eum aeterno Pa-

*914

¹ Lc. I, 38.

² Ephes. I, 21.

ἡ τιμή, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
97, 1045

Oratio XII. In Dormitionem B. V. Mariae. I. Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκου κατειλήφατε τέμενος, δεῦρό μοι, λιπαρῶ, συναπεμύνασθαι σήμερον περὶ τὸν λόγον κάμνοντι, καὶ πρὸς τὸ ὕψος καὶ βάθος ἀμηχανοῦντι τοῦ θαύματος. Εἴθ' οὕτως συναναθάνας ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κεφαλίδος, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύψωμεν, καὶ λόγων ἐπιταφίων ἀκούσωμεν.

1853

*1048

libus oculis, quodnam illud sit spectaculum, ac quanta pulchritudo, quanam item theologia, in speciei Deum delectantis laudes effusa. Lucidum itaque ac plane decorum spectaculum, quod id temporis Deo afflatis viris illuxit, ut equidem explico, illustrissima fuit virginalis tabernaculi ceu a Deo effulgentia, quam Deiparae corpus illud, ceu vitae principium totumque luminosum viderunt. Corpus, inquam, supra nos ac humanam sortem, et nostram; quo nobis diviniore vitae principium, primitias nostras quas sibi ipse mirabiliter ex virginali utero velut subitario opere conflavit, vitae principium faciens, vitae princeps auctorque Iesus, concessit. *Quod si delibatio sancta*, iuxta Apostolum, *plane et massa: et si radix sancta, utique et rami*.¹ Est ergo Deiparae corpus vitale ac ceu vitae initiativum, quod ipsam totam deitatis vitalem vitaeque initiativam plenitudinem in se suscepit. Corpus, inquam, pretiosum virginitatis monile, praecellens coelum, Deo culta terra, delibatio massae humani ex Adam generis in Christo deitate donatae, simillima principis speciei atque decoris representatio; arcanorum Dei iudiciorum a Deo obsignatus thesaurus; domicilium virtutum; spiritalis mirabilium divinae in nos dispensationis sermonum liber; inexplicabilis profunditas inevacuatae plenitudinis eius, *qui omnia implet in omnibus*;² turris firmissima absconditae spei; incorruptionis intellectum superantis thesaurus;

¹ Rom. XI, 16.

² Ephes. IV, 10.

νάρχου Λόγου στολή, τὸ ἐπίγειον τοῦ οὐρανοῦ Βασιλέως παλάτιον, τὸ περιώνυμον τῶν θείων πρὸς ἡμᾶς συναλλαγμάτων ἐργαστήριον, ἡ παναρμόνιος τῆς θεϊκῆς ἐνσωματώσεως ὕλη, ὁ θεοτελής τοῦ παντουργοῦ καὶ ἀριστοτέχνου πηλός, ἐξ οὗ καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς ὀλικῶς καὶ ἀληθῶς εἰς οὐσίαν ἐλθὼν ὁ ὑπερούσιος οὐσιώθη.

Καὶ ὦ μακαρίων ὄντως ὀμμάτων, καὶ χειλέων τῶν ὑμνηκότων αὐτά! Τίς δ' ἂν ἐκεῖνα τὰ μυστικὰ θεάματα γλώσση διερμηνεύσειε; Τίς ὁ τοῦ νοητοῦ φωτὸς τὸ φανότατον ὄχημα; Ἐκεῖνη ἡ λαμπὰς ἦν, δι' ἧς τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον ἡ φύσις ὑπὲρ φύσιν ἐδέξατο. Ἐκεῖνη τὸ νοερὸν ἐστὶ κάτοπτρον τοῦ πατρικοῦ ἀπαυγάσματος. Ἐκεῖνης τῇ λαμπρότητι τὸν πρὸ *ἑωσφόρου Θεὸν ἐνελάμφθημεν· αὕτη ἐστὶν ὁ θρόνος ὁ ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος, ἐν ᾧ Κύριος Σαβαώθ καθήμενος, τῷ διορατικωτάτῳ τῶν προφητῶν Ἡσαΐα τεθέατο. Αὕτη τὸ βασιλικὸν ὑπάρχει τοῦ οὐρανοῦ γένους ἀξίωμα, τὸ πάσης ἱεροθύτου λατρείας ἁγιαστήριον, τὸ νοερὸν τῶν θείων ὀλοκαυτωμάτων θυμίαμα, ἡ λαβὴς τοῦ καθαρτικοῦ ἄνθρακος, ἡ Λευϊτικὴ βάβδος, ἡ ρίζα τοῦ Ἰησοῦ, τὸ Δαυϊτικὸν σκῆπτρον, ἡ μήτηρ τοῦ πλάσαντος, ἡ τίθη τοῦ τρέφοντος, ἡ πύλη τῆς Ἀνατολῆς Χριστοῦ, τοῦ ἐξ ὕψους ἀνατολῶν ἀνατείλαντος, ὁ βραχὺς κόλπος τοῦ τὸ πᾶν περιέχοντος, τὸ ἄσπιλον ἔνδυμα τοῦ ἀμνοῦ

regia Verbi principium omne superantis stola; terrenum coelestis Regis palatium; celebris divinatorum cum hominibus contractuum officina; congruentissima divinae humanationis materia; divine perfectum eius qui omnia efficit optimique artificis lutum, ex quo more humano propter homines, ex toto vereque ad substantiam accedens qui substantiam superat, substantiam indutus est.

Ac plane beatos revera oculos labiaque eorum, qui haec celebraverunt! Quae vero lingua mystica illa ac sacratiora spectacula interpretari queat? Quodnam autem illud spiritualis lucis perspicuissimum vehiculum? Fuit haec lampas illa, per quam iustitiae solem altiori supra naturam ratione natura suscepit. Haec intellectuale speculum est paterni *splendoris. Eius nos claritate, Dei qui ante luciferum est claritate sumus illustrati.¹ Haec sublime illud solium est et elevatum, in quo sedens Dominus Sabaoth, prophetarum acutissimo Isaiiae visus est.² Haec, coelestis generis regalis dignitas, totius sacri cultus et sacrificii sanctuarium, spiritualis divinatorum holocaustatum thymiamata, forceps carbonis expiatorii, virga Levitica, radix Iesse, sceptrum Davidicum, Fictoris mater, alentis nutrix, porta Orientis Christi, Orientis ex alto orientis, angustus sinus omnia complectentis, vestis sine macula Agni pariter et Pastoris, vitula iugi expers saginati

¹ Ps. CIX, 3.

² Isa. VI, 1.

καὶ ποιμένος, ἡ ἀπειροζυγος δάμαλις τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ, ὁ καθαρῶ-
 τατος πόκος τῆς οὐρανίου δρόσου, ἡ παρθένος γῆ τοῦ τὸν Ἀδάμ ἀναπλά-
 σαντος, ὁ οὐρανὸς τοῦ τὴν γῆν οὐρανῶσαντος, τὸ μέγα τῶν προφητῶν ὄραμα,
 ὁ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως φαντασθέντες οἱ ἅγιοι, τὰς μυστικὰς θεοπλα-
 στίας συμβολικῶς ἐδιδάσκοντο, καὶ τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας ἐτυποῦντο μυ-
 στήριον. Ὁ μέγας ἐν μικρῷ κόσμος τοῦ τὸν κόσμον οὐκ ὄντα παραγαγόντος
 πρὸς ὑπαρξίν, τὸν τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ἄγγελον.

Ἄλλὰ τὴν οὕτω τετιμημένην καὶ λελαμπρυσμένην Θεῶ, τῷ πάντων γε-
 νεσιάρχῃ καὶ συνοχεῖ τῶν ὄλων, πῶς οὐκ ἦν ἀποθαυμάζειν ἐπὶ κλίνης κει-
 μένην ὀρώντας, τῶν σωματικῶν ἀποπαυθεισῶν αὐτῇ τότε δυνάμεων; Τοῦτο
 γάρ, οἶμαι, δηλοῖ φάσκων ὁ ἱεροφάντης· « Τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα
 τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας ». Καὶ γὰρ ἦν δέους μεστὸν τὸ ὀρώμενον· ἡ ζωη-
 φόρος, νεκρόφορος· ἡ θεόμιλος, ἄφωνος· ἡ ὡς ἐν κιβωτῷ τῇ μήτρᾳ τὴν ζωὴν
 δεξαμένη, νεκρὰ καὶ ἄπνους ἐπὶ κλίνης κειμένη. Ἄπερ εἰ καὶ ξένα τῆς φύ-
 σεως, ἀλλ' οὐκ ἀθαύμαστα. Μυστήρια γὰρ ἦν ἐκεῖ νοητά, τῷ γε νοητῶς
 ὀρᾶν δυναμένῳ τὰ θεῖα· τόκος καὶ παρθενία, λόγοι προνοίας καὶ κρίσεως,
 ὑπεροχῆς καὶ ὑφέσεως, μεγέθους καὶ ταπεινώσεως. Ἐκεῖ σωματοειδὲς ἀμαυ-
 ροῦν τοῦ ἡλίου τὰς λαμπηδόνας. Ἐκεῖ θνητότης ἀείζωος, τὰς τῶν ὀρώντων
 ὄψεις περιαυγάζουσα. Πλοῦτος ἐκεῖ τὸν οὐρανὸν ὄλον πληρῶν καὶ τὰ ἐπί-

vituli, mundissimum vellus coelestis roris, terra virgo instauratoris
 Adae, eius coelum qui terram et coelos fecit; magna illa propheta-
 rum visio, quam multifarie multisque modis sancti imaginantes,
 sacratiores divinas imagines symbolice docebantur, magnumque
 dispensationis sacramentum figuraliter intelligebant. Magnus ille
 in parvo mundus, eius qui mundum ex nihilo creavit, suae ipsius
 magnificentiae nuntium.

Enimvero qui non mirarentur, qui sic Deo omnium auctori
 omniaque continenti, honoribus praelatam, lecto iacentem aspicerent,
 extinctis plane viribus corporis? Hoc enim doctorem sacrum iis
 verbis significare arbitror: « Infinitae virtutis bonitatem imbecillitatis
 thearchicae », hoc est divinae, ac Dei matris, et velut principii. Plane
 enim erat timore plenum spectaculum. Vitae mater exportata mor-
 tua; ut assueta Dei colloquio muta esset, et quae velut in arcam Vitam
 in vulva suscepisset, mortua et sine spiritu iaceret in lecto. Ac licet
 essent res eiusmodi praeter naturae modum, haud tamen minus
 admirationem habebant. Quippe illic sacramenta erant mentis oculo
 aspectabilia, si quis mentalibus oculis divina videre potis erat.
 Nempe partus atque virginitas, Providentiae rationes atque iudicii,
 excellentiae et deiectionis, magnitudinis et humilitatis. Solis illic
 fulgores obscurabat corporea species. Illic immortalis mortalitas
 intuentium collustrabat facies. Divitiae illic totum coelum ac terram

γεια. Θεάμα καινὸν καὶ πάντων θεαμάτων ἀξιολογώτατον. Τί τοῦτο τὸ μη-
 τρόθειον σκῆνος ἐπὶ στιβάδος κείμενον, ἐξ οὗ Θεὸς ἀγαλματοφορῶν τὸ ἡμέ-
 τερον ἀνδρικῶς προελήλυθε, καὶ τὸ κεφάλαιον, ἐν ᾧ τῆς ἀπογαιωθείσης φύ-
 σεως ἀναμορφωθὲν ἐθεώθη τὸ φύραμα; Καὶ ἡ μὲν θεὰ τοιαύτη καὶ οὕτως
 ἔχουσα· καὶ τάχα γε κρείττων, ἢ ὡς αὐτοὶ μετρίως συνδιεξήλθομεν. Ὁ ὕμνος
 δὲ τίς; καὶ τὰ ὑμνούμενα οἷα; Χριστὸς παρήτω καὶ διδόντω λόγον ἡμῖν, ὡς
 Λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις, καὶ τὸν ἡμέτερον ὀδηγεῖτω νοῦν, ἐπὶ τὰ φανὰ
 *1072 τῶν θείων ὑμνοφιδῶν ἀπαυγάσματα· οἷς τρανοῦσθαι * ἡμῶν εἴη διαπαντὸς τὴν
 διάνοιαν, καὶ ὑπ' ὧν ἐλλαμφοθείμεν τε καὶ συγκρατηθείμεν ἐν αὐτῷ Χρι-
 στῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ
 καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
 Ἀμήν.

PG
97, 1072

Oratio XIII. In Dormitionem B. V. Mariae. II. Μυστήριον ἡ παροῦσα
 πανήγυρις, ὑπόθεσιν ἔχουσα τῆς Θεοτόκου τὴν κοίμησιν, καὶ λόγων ὑπερ-
 αἰρούσα δύναμιν. Μυστήριον, οὐ παρὰ πολλοῖς μὲν ἤδη τελούμενον, παρὰ
 πᾶσι δὲ νῦν καὶ τιμώμενον καὶ στεργόμενον. Καὶ τοῦτο ἡμῶν ἐστὶν ἡ πανή-
 γυρις, ἡ τοῦ μυστηρίου φανέρωσις, ἢ τ' οὖν ἐξάπλωσις. Εἰ καὶ προκρίνειν
 ἐθέλουσα τῶν λόγων τὴν σιωπὴν, ὑπὸ τοῦ πόθου βιάζεται, καὶ μικρὸν ὅσον
 αὐτοῖς ὑπενδίδωσι τοῦ λέγειν παραχωροῦσα· καίπερ οὐκ ἔχουσι τὸ θαρρῆειν,

1856

replebant. Erat spectaculum novum, atque inter spectacula omnia
 maximi habendum. Quantum illud ut Dei matris tabernaculum, ex
 quo Deus humanam indutus imaginem virique processisset specie, ca-
 putque illud, in quo sumptae e terra naturae reformata conspersio
 divinitatem induisset, capulo depositum prostaret? Ac quidem
 eiusmodi fuit spectaculum, et ita habens, aut forte etiam augustius,
 *1071 quam * nobis modice enarrare licuerit. Caeterum quale et quantum
 fuit canticum, qualiave cantico celebrata? Adsit Christus, ac nobis
 sermonem praebeat, tamquam ipse Sermo et sapientia et virtus, seque
 nostris mentibus ducem ad praeclaros divinatorum canticorum splen-
 dores exhibeat: quibus se utinam semper explicet noster animus et
 cogitatio, quibus etiam illustremur ipsi ac conservemur, in ipso
 Christo Domino nostro, cui cum Patre omnipotenti, ac vivifico Spiritu
 gloria sit et potestas, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
97, 1071

Oratio XIII. In Dormitionem B. V. Mariae. II. Sacramentum est
 hodierna celebritas, cui ratio et argumentum Dei Genitricis dormitio,
 vimque totam sermonis superat. Sacramentum est, hactenus qui-
 dem paucis celebratum, quod tamen omnes honori ac desiderio ha-
 beant. Nostra porro solemnitas et celebris conventus, sacramenti
 declaratio, sive explicatio est: ac quamvis libens silentium verbis
 anteponat, vim tamen faciente desiderio, etiam modicum aliquan-

1856

οὐδὲ τὴν ἑαυτῶν ἀγνοοῦσιν ἀσθένειαν, ἢ ὅπως ἂν μετρίως ἀφοσιώσωνται τῆς μακρᾶς σιωπῆς τὸ ἀπόρρητον. Πανηγυριστέον οὖν τὸ δῶρον, ἀλλὰ μὴ συγχωστέον· μὴ ὅτι πρόσφατον ἔχει τὴν εὐρεσιν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν εὐπρέπειαν. Οὐ γὰρ ἐπείτοι τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν οὐ διέγνωστο, ἤδη καὶ σιωπᾶσθαι ἄξιον· ἀλλ' ὅτι μὴ πάντη διέφυγε, κηρύττεσθαι ὅσιον. Οὐκοῦν γενέσθω μία κοινὴ σήμερον οὐρανίων καὶ ἐπιγείων πανήγυρις, καὶ ἀγγέλοις συνευφραινέσθωσαν ἄνθρωποι, καὶ πᾶσα γλῶσσα χορευέτω καὶ προσαδέτω τῇ Θεοτόκῃ τὸ «χαῖρε». Τοῦτο γὰρ καὶ Γαβριὴλ πρότερον ἐποιεῖτο τοῦ μυστηρίου προοίμιον, ὅτε τὸ πάσης θεολογίας ἐκφανέστατον, ἢ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστία, κατ' οἰκονομίαν ἄρρητον, ἐν τῷ παρθενικῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ καινοπρεπῶς διεπλάττετο. Καὶ χρή γε πάλιν ἡμᾶς ὥσπερ τι γέρας ἐξαιρετόν τοῦτο τῇ Βασιλίδι τοῦ γένους προσαγαγεῖν χαριστήριον· ὅτι δὴ πρέπει καὶ μεταστάση λέγειν αὐτῇ τὸ «χαῖρε». Μόνη γὰρ ἡμῖν τὴν χαρὰν εἰσοικίσασα, τὴν λύπην ἐξήλασε τῆς προμήτορος. «Σάλπιξωμεν οὖν σάλπιγξιν ἐν Σιών· ἀναλάβωμεν ψαλτήριον καὶ κιθάραν». Ἄσωμεν τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, ἄσωμεν οὐκ ἐπιθαλάμιον, ἀλλ' ἐπιτάφιον ἀνακρουόμενοι μέλος. Φιλοπευστήσει δ' ἂν τις εἰκότως τῶν λίαν ἐπεσκεμμένων· Ὅτου δὴ χάριν * τῆς Σιών ἐπεμνήσθης, ὧ τῆς παρούσης ἱερᾶς ὑμνολόγε φαειρότητος; Ἄλλ' οὐκ ἀσκόπως, φαίην ἂν πρὸς αὐτόν· Ὡ οὗτος, τῆς παναγεστάτης ἐμνήσθην Σιών· ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ μέγα τοῦτο μυσταγωγῆται τῆς Θεοτόκου μυστήριον.

*1073

tulum cedens, quamquam non habentibus fiduciam, ac nec propriam ignorantibus infirmitatem, aut quam modice longae taciturnitatis arcano defuncturi simus, loqui permittit. Festo ergo conventu ac laetitia publica celebrandum donum, non tenebris obruendum: non obruendum, inquam, velut recens inventum, sed quod ad suum illum decorem redierit, celebrandum. Non enim quo nonnulli maiorum perspectum minus habuerint, etiam modo sileri debuerit, imo quod non prorsus effugerit, sancte fuerit celebrandum. Sit ergo unus hodie coelestium terrestriumque communis festus conventus, parique laetitia cum angelis homines gaudeant, ac lingua omnis saliat, et *Ave* illud Deiparae accinat. Hoc enim etiam Gabriel olim sacramenti fecit exordium, cum dispensatione ineffabili, quod theologiae totius et divinorum clarissimum est, divina Iesu in hominem fictio, novum decora ratione formaretur, in virginali naturae officina. Ac omnino operae pretium est, ut nunc iterum, ceu praecipuum honorarium, munus hoc offeramus Reginae hominum. Plane enim congruit, ut vel migranti dicamus *Ave*: quippe sola conciliato gaudio parentis primae fugavit tristitiam. *Clangamus tuba in Sion,¹ assumamus psalterium et * ci-*

*1074

¹ Ioël II, 15.

Ἐν ταύτῃ τὰς κατακλίσεις τῶν ἱερῶν γονάτων τοῦ πανάγνου σώματος, αἱ πρὸς τοῦδαφος κατεστρωμέναι πλάκες διωλύγιον ἀνακράζουσι· ἐπεὶ καὶ ταύτην εἶχε παρ' ὄλον αὐτῆς τὸν τῆς παροικίας καιρὸν ἐνδιαίτημα· κάκεισε τοῖς φυσικοῖς λειτουργήσασα νόμοις, τοῦ βίου τὸ πέρας ἐδέξατο, λαθοῦσα κἀνταῦθα τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, ὡς ἐν τῷ τίκτειν ἀπέδρα τὰ μητέρων· ἡ ἀγιώνυμος, ἡ θεόκλητος, ἡ ὑπεράμωμος, ἡ δόξης καὶ χάριτος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἀναπιπλάσα, τῷ μεγαλείῳ τῆς θεοπρεποῦς αὐτῆς μεταστάσεως· ἥς εἰ καθεξῆς ἅπαντα βουληθεῖν ἐπεξελεθεῖν τῷ διηγῆματι, ὑπαρξιν, ἡ σύλληψιν, ἡ γέννησιν οὐκ ἂν εὖροιμι καιρὸν τῷ λόγῳ σύμμετρον, ἡ λόγου δύναμιν παρισουμένην τοῖς πράγμασιν. Ὅτι μὴ πάντα συντεμεῖν εἰς ἅπαξ οἶόν τε τὰ ἐκείνης σεμνολογήματα· λέγω δὲ τὴν εὐκληρίαν τοῦ γένους, τὸ κατ' ἀμφοτέρα τῶν τεκόντων ἐπίσημον, αὐτόθεν τὸ ἱερατικόν, τὸ βασιλικόν ἐντεῦθεν ἀντανισχόντων ἀξίωμα, τὴν ἀπαιδίαν, τὴν στείρωσιν, τὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἐντεύξεις, τὰς ἐπισύχους θυσίας, αἷς τὸν Θεὸν ἐλιπάρουν, ἐκέτευον, ἡντιθέλου, τὰ τῆς στειώσεως ὑπαλλάξαι δεσμά· γονίμους ἐξ ἀγόνων δειχθῆναι τοὺς ἄπαιδας· δοτὸν ἐξ ἀκαρπίας ἐκφύσαι καρπὸν. Εἶτα στειώσεως ἕκστα-

tharam;¹ canamus Dei Genitrici, canamus, non nuptiale sed funebre pulsantes melos. Fuerit vero, qui admodum perspicax et accuratus dicere aveat, quaeratque: Cuiusnam vero gratia, sacrae huius laetitiae sacer orator, meministi Sion? Cui ego ad rem haudque ab scopo responderim: Heus tu, memini sanctissimae Sion, quod in ea doctissimus magnum hoc Dei Genitricis sacramentum. In ea stratae ad pavimentum tabulae, sacrorum castissimi corporis genuum recubitus, clara constantique voce clamant. Toto enim incolatus sui tempore eam habuit domicilium, illicque naturae obsecuta legibus, finem vitae accepit: vel hic tenebrarum latens principem, quemadmodum in partu evitarat quae sunt matrum propria: illa, inquam, sacra nomine, illa a Deo vocata, immaculatissima illa, illa denique, quae augusti sui transitus magnificentia, coelum terramque gloria et gratia replevit; cuius res omnes si narrando velim ordine prosequi, nimirum esse, conceptionem, nativitatem haudquaquam occurrat tempus quod sermoni sufficiat, aut sermonis vis, quae res exaequare possit. Non enim omnia eius praeconia velut compendio in unum contrahi possunt: nempe claritudo generis, parentum utrinque nobilitas, hinc sacerdotalem, illinc regiam pari gloria retinentium dignitatem; orbitas prolium, sterilitas, supplices ad Deum pro ea preces, crebra sacrificia, quibus flagitabant Deum, supplicabant, obsecrabant, ut sterilitatis

¹ Ps. LXXX, 3.

σιν, ἐπαγγελίας συμπλήρωσιν, καὶ μικρῶ πρὸ τούτων, τὰ δι' ὄνειρων θεά-
 ματα, τὰ καθ' ὕπαρ ἀκούσματα, ὅσα κοινῶς ἅμφω καὶ ἰδίως, κρείττους
 ὄψεως ἐπιφροσύναις θεοκλυτούμενοι, κατ' ἔλλαμψιν θείαν ἐχρησμοφδοῦντο οἱ
 ἄγιοι. Πρὸς ἐπὶ τούτοις, τὸ γόνιμον, τὴν εἰς γένεσιν πρόοδον, τὰ σπάργανα,
 τὴν εἰς τὸ θεῖον ἀνάκτορον ἄφιξιν, ὡς ἀνετέθη Θεῶ τὸ καλλιέρημα, ὡς ἐν τοῖς
 ἀδύτοις οἶα χρυσοῖς θαλάμοις ἐποικομένη, τροφῆς * ἀμβροσίας, οὐ κοινῆς *1076
 μετελάμβανεν. Εἶτα οὖν ἐντεῦθεν τὴν ἀναγωγὴν, τὴν ἐκ παιδὸς αὐξήσιν,
 τὴν μεθηλικιώσιν, καὶ τῆς ἐντελοῦς ὀλοκληρίας ὑπάρχει μηνύματα, οἷς ὡς
 θεμιτὸν ἠβῶσα, τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀναλόγως ἐπαντείνεται. Ἐὼ λέγειν τὰ ἐν
 τῇ κρυφίᾳ τῆς ὑπεραγνώστου κυοφορίας μυστήρια, τὰ μετὰ τὴν ὑπερφυᾶ καὶ
 ἄρρητον τῆς Ἰησοῦ θεοφανείας ἀπότεξιν, ὡς φέρε εἰπεῖν, τὴν ἀφθορίαν, τὴν
 ἄνευ λοχείας ὠδῖνα, τὸ ἄσπιλον, τὴν ἀσυλίαν τοῦ παρθενικοῦ θησαυρίσματος,
 τὴν ξένην ἐν θαύμασι γαλουχίαν, τὴν νομικὴν κάθαρσιν, τὰς ἐν τῷ ἱερῷ προ-
 φητείας, αἷς ὑπὸ προφήτῃ νομοδόχῳ καὶ θεοδόχῳ τῷ Συμεῶν, ἐχρησμοφ-
 δεῖτο τὰ μέλλοντα. Εἶτα ἐξῆς, τὰς διώξεις, τὴν ἐπ' Αἴγυπτον φυγαδείαν,
 τὴν ἐξ Αἴγυπτου παλινοδίαν, τὰς περιφοράς, τὰς ἐν γῆ διατριδάς, τὰ πρὸ
 τοῦ σταυροῦ ὄνειδῆ, τὰς ἐπὶ τῷ σταυρῷ ἀνίας, τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν δείγ-
 ματα, καὶ τέλος, τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῇ τὸν βίον πεπραγμένα καὶ πεφασμένα,

mutaret vincula, ut ex infecundis, qui prole destituti essent, fecundos
 praestaret, ut concessum a sterilitate fructum liceret procreare. Tum
 vero, sterilitatis excessus atque mutatio, impleta promissio pauloque
 anteriores visiones per somnia, auditae vigilantibus voces, quotquot
 Sancti, tum communiter ambo, tum quisque privatim ceu * Numinis *1075
 familiari afflatu, prae visu certiora, illustrante Deo, responsa refere-
 bant. Ad haec item fecunditas, processus ad ortum, panni, adventus
 in Dei templum, ut Deo ceu hostia consecrata sit, ut sacris adytis
 tamquam aureis invecta thalamis, ambrosiam et divinam escam
 sumeret, non communem perciperet; tum vero sublimis hinc contem-
 platio, ab statu puerili provectionio, aetatis mutatio, ac si qua sunt con-
 summatae perfectionis indicia, quibus quantum liceret velut pube-
 scens, ad ea quae superant naturam, congrua ratione ac proportione
 contenderit. Mitto dicere sacramenta in conceptionis ignotissimae
 occulta ratione, post item divinae Iesu apparitionis eximiam ineffabi-
 lemque editionem, puta, incorruptionem, partum absque muliebribus,
 incontaminatum inviolabilemque virginalium thesaurum, lactis novo
 miraculo copiam, expiationem legalem, editas in templo prophetias,
 quibus propheta, legis Deique susceptore Simeone vaticinante, futu-
 rarum rerum oracula susciperet. Tum deinceps toleratas persecu-
 tiones, fugam in Aegypto, ex Aegypto regressionem, viae circuitus,
 moras in terra, probra praeceuntia cruci, molestias sub ipsum crucis
 tempus, secuta a cruce signa, ac ei demum, per vitam eiusmodi gesta

τὸν ἀκηλίδωτόν τε καὶ ἄχραντον, καὶ πάσης ἀπίεως ὑπερπλήρη καθαρω-
 τάτης ἀγνότητος, ὃν ὁ κόσμος χωρεῖν μὴ δυνάμενος, ἀφερμηγεύειν τε τῷ
 λόγῳ μὴ καρτερῶν, ἀνέκφορον ὡς ἄνπερ « βασιλέως μυστήριον » διὰ τέλους
 τετήρηκε· μόνους γνωρίσας τοῦ μυστηρίου τούτου τὰ ἀπομόργματα, τοῖς τὰ
 θεῖα θείως συγκρίνειν δεδιδαχμένοις, οἷς ὡς μάλα κεκαθαρμένοις τῇ πρὸς
 τὸ Θεῖον ἐγγύτητι, δι' ἀφθεγξίας καὶ ἀγνωσίας ὑπεραφθέγκτως, ἡ ὑπερά-
 γιος τὸ νοερόν ἀνακαλύψασα δέρος, μέρος τι παρέδειξε τῆς ἔνδον κρυφιομύ-
 στου λαμπρότητος. Εἴη δὲ καὶ ἡμᾶς τοὺς ὅσοι τῇ παρουσίᾳ λαμπροφορίᾳ
 περιελάμφθημεν, τῆς ὑπερφαοῦς ἐκείνης φωτοφανείας ἀξιοθέντας, καθαρῶς
 ἰδεῖν ἢ μετρίως γοῦν δέξασθαι τὴν ἀκτίνα τῆς μυστικῆς ἐποπτείας, καὶ ταῦτα
 μυηθῆναι σαφῶς, εἰ καὶ μὴ τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν ὑπεράφραστον βίον· ἄγνωστα
 γάρ· ἀλλὰ τῶν οἷς προκαθεζόμεθα σήμερον, τοὺς λόγους ἐκδιδαχθῆναι καθ'
 ὅσον οἶόν τε. Δεῦρο γοῦν, ὧ φίλοι μύσται τοῦ λόγου, καὶ συνερασταὶ τῶν
 καλῶν καὶ φιλοθεάμονες. Καλῶ γὰρ ὑμᾶς μεγάλῳ καὶ ὑψηλῷ κηρύγματι·
 τοῦ λόγου τὴν ἐποψίαν ἀναπετάσαντες, συμβολικοῖς ἔτι κεκαλυμμένην ὑφά-
 σμασι, τὴν ἔνδον εὐπρέπειαν ὑμῖν διαδείξωμεν, * τοῦ ἡλίου τὰς λαμπηδόνας
 ὑπερπηδοῦσαν τῷ κάλλει τῆς ἀγλαίας. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος,
 καλὸν οἶμαι πρότερον ἐνίους τῶν τῆδε προασφαλίσασθαι, ὡς ἂν μὴ τυχόν

*1077

*1078

dictaque; vitam, inquam, sine macula et impollutam, omnique immen-
 sum purissima sanctitate plenissimam: quam mundus haudquaquam
 valens capere, ac neque sermone sustinens explicare velut *sacramen-*
tum regis,¹ ad extremum in vulgatam servavit, iis tantum, ceu quae-
 dam expressa signa et characteres sacramenti aperiens, qui divina
 quadam ratione novissent comparare divina: quibus, velut accessu
 ad Deum valde purgatis, sanctissima illa, tacite ignotoque modo spi-
 ritualibus revelatis exuviis, partem aliquam occulti intus sacri splen-
 doris, velut obiter ostendit. Utinam vero etiam ipsis, quotquot prae-
 sentis diei splendida luce illustrati sumus, lucentissima luminis illius
 apparitione dignis habitis, mysticae inspectionis illius radium, mundo
 obtutu videre * liceat, aut certe vel modicum capere, atque haec
 palam discere; ac sin minus, quae spectant ad ineffabilissimam illam
 vitam; sunt enim ea ignota: at saltem eorum, quibus praesidemus
 hodie, quantum res sinit, doceri rationes. Adeste ergo, amici auditores,
 unaque bonorum ac spectaculi spiritualis amantes. Vos enim magno
 sublimique voco praeconio; sermonis explicata facie, symbolicis hactenus
 oblecta involucris, positum intus decorem, solis fulgores venustate
 gratiae exsuperantem ostendam. Cum porro hucce oratio provecta
 sit, operae pretium arbitror, ut ante omnia praemoneam, ut ne qui

¹ Tob. XII, 7.

ἀνίπτοις, τὸ δὴ λεγόμενον, ἢ ἀνάγνοις ποσὶ τοῖς ἀγίοις προσβάλλοιμεν· ὅτι μὴ πᾶσιν ἐπίσης εἰσιτητὸς ἢ βατὸς ὁ τῶν ἀγίων χώρος· πλὴν τοῖς διὰ καθαρότητα νοῦ τῶν ὑλικῶν πάντων ὑπεραναβᾶσι, καὶ πάντα περάσασιν ὅσα ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· οἷς ἂν μάλιστα καὶ ἡ παναγεστάτη τοῦ Θεοῦ σκηνὴ τὰς διεξόδους ἀναβρίπτουσα, παραχωρεῖ φιλοτίμως τὴν εἴσοδον, καὶ τῆς νοητῆς πανδαισίας, ἐφ' ἣν ἐστιάθημεν, φιλοφρόνως ἐπιδαψιλεύεται τὰ ὀψώνια. Εἰ γὰρ τοῖς πρὸς τῷ Σινᾷ μὴ κατ' ἀξίαν ὄρει προσθῆναι τολμηρῶς αὐτομολοῦσιν, ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, καὶ δειμάτα, καὶ σαλπίγγων ἤχοι, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις ἐνέσκηπτον, ὡς δὲ καὶ τοῦ ἱεροῦ τῶν τοίχων ἐφάπτεσθαι τοῖς πολλοῖς οὐκ ἦν ἀσφαλές, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι δευτέρων τοίχων τῶν ἕξωθεν· ἦν δὲ διὰ σπουδῆς καὶ μέγα τὸ προκαθαίρεσθαι τῆς τῶν ἀγίων ἐπαφῆς, καὶ τῶν ἱερῶς τελουμένων προδιαστέλλεσθαι· καὶ ταῦτα τῇ σικῆ λατρεύουσιν ἔτι, καὶ τῶν τυπικῶν παραπετασμάτων ἐξηρητημένοις· πρόσην ἂν μάλιστα δέον, τοὺς τῆς ἀληθείας τὸ φῶς ἔναυλον ἔχοντας, σπουδῆν ἐπιδείκνυσθαι, τῇ μεγαλοπρεπεῖ ταύτῃ καὶ ὑπερμεγέθει τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων σκηνῇ προσφοιτᾶν ἐπειγομένους· πρὸς ἣν ὑπεραγνώστως, ὑπὲρ νοῦν, ὑπεραρρήτως, εἰς κένωσιν ἑαυτὸν καθεὶς ἐπεδήμησε, καὶ μήτραν παρθενικὴν ὁ μηδαμοῦ χωρητὸς ἀστενοχωρήτως ἐσκήνωσεν, ὅλην δι' ὅλου τὴν ἐν γενέσει φύσιν ὑπερ-

forte illotis, quod dicitur, profanisve pedibus, sacra invaserimus. Non enim aequè omnibus accessus perviusque est sanctorum locus; sed iis tantum, qui mentis puritate, concreta materiae omnia supergressi sunt, transieruntque si qua cadunt sub sensum: quibus maxime sanctissimum Dei tabernaculum transeuntibus auram faciens, magnifice ingressum concedit, ac spiritalis, omni dapum genere, in quo epulaturi invitamur, instructi convivii cibos, larga manu perbenigne largitur. Nam si iis, qui ausu temerario, minus digni montem Sina¹ adire praesumerent, fulgura ingruebant, fulminaque, ac terrores, sonitusque tubarum, et voces terribiles; ut nec plerisque, murorum templi accessus tutus erat, eoque fuerit opus, externo alio murorum ambitu:² eratque sanctum magnumque, ut priusquam sacra contingerent, mundarentur, sibi que sacris operaturi praevia cautione prospicerent, idque, cum umbrae adhuc servirent, atque a figuralibus velamentis penderent: quam rogo maximo studio eniti debuerint, apud quos veritatis lumen inhabitat, qui ad magnificentum hoc ac praegrande donorum Dei tabernaculum accedere festinent: ad quod nimirum occultissima ratione, supra quam vel ceperit animus, vel lingua enarraverit, sese demissione evacuans peregrinatus sit, ac Virginis uterum, qui nusquam potest capi, ut capiente non arctaretur,

¹ Exod. XIX, 12.

² Ezech. XL, 17; XLII, 7 s.

βάσαν τῇ καθαρότητι, κάντεῦθεν ὡσπερ ἕκ τινων ἱερῶν ἀδύτων, τὴν ἑαυτοῦ μεμυσταγωγῶνκε σάρκα. Τίς; Ὁ ἀπροσδεής, καὶ ὄλην πρὸς ἑαυτὸν ἀνατεθεὶς τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ θεοτυπώτῳ σκηνηῖ, ὁ νόμος ἅπας, καὶ οἱ προφῆται, πραγματιωδῶς ἐκπεπλήρωνται· καὶ ταύτῃ, τὰ σικιώδη τῶν τυπικῶν προχαραγμάτων ἡμαυρώθη μορφώματα, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ. Τούτων δὲ ἱκανῶς τῷ λόγῳ προπαρεσκευασμένων, ἄγε δὴ τῶν τύπων ἀφέμενοι, ἐπ' αὐτὴν ἀναδράμωμεν τὴν ἀλήθειαν· μᾶλλον δὲ τοῖς ἀδύ- τοις προσδάλωμεν.

PG
97, 1077

Μέχρι γὰρ τίνος, τοῦ λόγου τοῖς προαυλίοις ἐνδιατρίβοντες, τὸ πρὸ τῆς εἰσόδου κάλλος θαυμάζομεν, ἐξόν καὶ συνεισιέναι τῇ Μητρὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὸ κάλυμμα διασχόντας εἰς τὰ τῶν ἁγίων Ἄγια παρακύψαι, καὶ μνηθῆναι τὰ μείζω καὶ τελεώτερα; Εἰ γὰρ τὰ προαύλια [τῶν ἁγίων τοιαῦτα, καὶ τὰ προπύλαια] * τοῦ ναοῦ οὕτω σεμνὰ καὶ ὑπέρογκα, ὡς τῇ ὑπερβολῇ τοῦ κάλλους, τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς περιαστράπτειν, πηλίκος ἂν εἶη τῶν ἀδύτων ὁ χῶρος, καὶ τῶν ἀθεάτων καὶ ἀνεμβάτων τὰ ἐνδότατα, ἃ μόνοις τοῖς ὄμμασιν ἐκείνοις καὶ χεῖλεσίν εἰσι θεατὰ καὶ ῥητά, τοῖς τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένοις ἐκφαντικώτατα, καὶ τῷ ἄνθρακι τῆς Σεραφικῆς λαβίδος κεκαθαυμένοις, καὶ εἰς ἄκρον ἀπαθείας ἐλάσασιν. Εἴτοι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε,

1857

*1080

tabernaculi instar inhabitaverit: uterum, inquam, omnem omnino in ortu positam, eximia sua munditia superantem naturam: ac inde ceu ex sacris quibusdam penetralibus, suam ipsius initiavit docuitque carnem. Quis ille? Qui nimirum nullo indiget, totamque nihilominus sibi ascivit extremam humanam vilitatem. In hoc designato fictoque a Deo tabernaculo, lex tota et prophetae re ipsa completa sunt, eaque umbratiles figuralium designationum formae, speculis veritate solutis, obscuratae sunt. His porro ita velut ad sermonis praeludia satis enarratis, age modo, missis figuris, ad veritatem ipsam accurramus, atque adeo adyta penetremus.

PG
97, 1078

Quamdiu enim velut in sermonis vestibulis haerentes, praeambulum ingressui decorem miramur, quibus liceat cum Sermonis Matre una ingredi, disiectoque velo in Sancta sanctorum paulisper intueri, ac maiora doceri et perfectiora? Cum enim tanta sint sanctorum atria, tantoque decore et * mole templi vestibula, ut mentis oculos, excellenti perstringant pulchritudine, quanta, rogo, fuerit maiestate adytorum locus, intimaque inaspectabilium inaccessibiliumque penetralia, iis solis et oculis conspecta, et labiis efferenda, qui in speculo Domini gloriam clarissime contemplantur,¹ quaeque Seraphicae forcipis carbone mundata sunt: ² ac iis demum qui summam affectionum

1857

¹ II Cor. III, 18.² Isa. VI, 6.

καλῶ συμβούλω, τοῖς μὲν τῆς σαρκὸς πάθεισι χαίρειν εἰπόντες, πάσης τε προσύλου φιλίας καὶ τῆς κάτω συγχύσεως ὡς οἶόν τε καθαρεύσαντες, εἶτα τῆς ἄνωθεν προιούσης θείας καὶ μακαρίας ἐλλάμψεως τὸ φῶς περιθέμενοι, τῇ Θεοτόκῳ συντρέχετε. Λελαμπρυσμένους γὰρ ἤδη καὶ πράξει, καὶ λόγῳ, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἀρετῶν πάντοθεν ἀποστίλθοντας, καὶ Χριστὸς αὐτὸς ἢ καθαρὰ τελετή, τὸ ἀεῖζων φῶς· ὁ ἐξ Ἡλίου τοῦ Πατρὸς ἀναρχῶς καὶ ἀνεκφοιτήτως, ὡς ἐκ φωτὸς ἀκτὶς ἀπαστράπτων ἥλιος, βούλοισι' ἂν ἡμᾶς εἰς ταυτὸν ἀχθέντας μυστικῶς ἐστιᾶσαι. Καὶ δείκνυσι τοῦτο σαφῶς, ἐξ ὧν τὴν αὐτοῦ μητέρα ἀειπάρθενον, ἥς ἐκ νηδύος ὑπεραῤῥήτως ἐμορφώθη Θεὸς ὧν τὸ ἡμέτερον, σήμερον τῶν ἀπὸ γῆς χωρίων ὡς βασιλίδα τῆς ἀνθρωπείου μεθίστητι φύσεως· ἀκήρυκτον ὡσπερ, οὐ μὴν ἀκοινώνητον καθόλου καταλείψας τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Ἐπει μὴδὲ παρὰ τοὺς ὄρους οἱ περὶ ἡμᾶς πεπήγασι ἀνωθεν, μήτε ξένῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῶ πρὸς γένεσιν ἤκτο ἢ ἐβίω, παρ' ὅσον ἡμῖν ἐν τοῖς ὑπὲρ γῆν χωρίοις ἐπεχωρίαζεν ἢ πανάγιος. Εἰ καὶ τὸν ὑπερφῶ λόγον ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις κἂν τούτῳ διάφορόν πως ἔσχηκε. Κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς καὶ βιώσασα καὶ κύησασα· καὶ τέλος, τῶν τῆδε μεταστᾶσα· καὶ ὄντως ὄλους ὑπερνικήσασα τοὺς ἐν γενέσει, τῷ μεγαλείῳ τῆς φύσεως. Ἄλλ' ἐπίωμεν ἤδη τῷ καιρῷ τὰ εἰκότα συνεορτάζοντες· πάντα γὰρ εἰς κалὸν τῇ πανηγύρει συντρέχει καὶ συναγάλλεται. Ἴδε γάρ, πᾶς ὁ τῶν ἐμῶν λόγων ἀκροάτης, οἷα νῦν τὰ ὀρώμενα· ἢ βασιλίσις τῶν φυλῶν, ἢ τῶν πι-

vacuitatem attigerunt. Quare si quo modo recte consulenti morem geritis, carnis quidem affectionibus vale remittentes, mundique, quam potest maxime, a carnali omni amicitia, infimaeque confusione, divinae deinceps beataeque procedentis illustrationis desuper affulgente lumine, cum Deipara cucurreritis. Iam enim et actione claros et sermone, omnique parte virtutum decore fulgentes, etiam Christus ipse, munda illa initiatio, lumen illud semper vivum, ipse, inquam, a Patre Sole, tamquam radius a luce, Sol absque principio egressuque refulgens, in unum congregatos, mystice epulari velit. Ac palam ostendit eo quod Matrem suam semper virginem, e cuius utero, ipse Deus existens, humanam induit formam, hodierna die ceu Reginam humani generis, a terrenis sedibus transfert, sacramenti virtute, velut quidem obscuriori, ut tamen non omnino incommunicabilis relicta sit. Nihil enim hic praeter terminos nobis a principio constitutos; nec sanctissima, nova et praeter naturam, aut nata est aut vixit lege, quamdiu inter homines super terram versata est, quamquam ut in aliis, in hoc quoque mirabilem rationem velut diversam, habuit, vita partuque, ac demum transitu ab humanis, supra humana, universisque revera ortum habentibus naturae magnificentia superatis. Enimvero, iam tempori congrua pariter celebraturi procedamus. Quippe fausta omnia diei festo occurrunt, parique laetitia exsultant. Vide enim

στῶν ἐκκλησία· τῇ βασιλίδι τοῦ γένους, ὑπὸ βασιλεῖ Θεῷ τῷ πανηγέμονι πρὸς τὰ τῶν οὐρανῶν βασίλεια, βασιλικῶς ἀναλαμβάνομένη, σήμερον πομπεύει, καὶ δωροφορεῖ παρ' ἑαυτῆς πᾶν ὅτι κάλλιστον καὶ τερπνότατον. Ἡ τὸν χοῦν οὐρανώσασα, τὸν χοῦν ἀποδύεται, καὶ τὸ ἀπὸ γενέσεως ἀποτίθεται κάλυμμα, καὶ τῇ γῆ τὸ συγγενὲς ἀποδίδωσιν. Ἡ τὸ ζῆν προξενήσασα, πρὸς παλίνζωον ἀνατρέχει μετὰστασιν, καὶ τόπον εἰσοικίζεται ζωαρχικὸν ἀνάλωτον, πάσης προσύλου καὶ ἐμπαθοῦς διφικισμένον θέσεώς τε καὶ σχέσεως· καὶ τέλος τῶν φαινομένων αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἐπανίσταται, καὶ τῷ νοητῷ νοητῶς συμμετέρχεται, λόγοις οἷς οἶδεν ὁ προσυνδήσας· καὶ λύσας, εἶτα συνδήσας· εἰ μὴ *1081 τολμηρὸς ἐγὼ καὶ τῶν ἀνεφίκτων * ἀπτόμενος. Οἷς ἀπιστεῖτω μηδεὶς, τὸν Ἥλιαν, καὶ τὸν Ἐνώχ ἐνθυμούμενος· οἱ ἐπειδὴν τῶν ὀρωμένων ὑπεράνω πεφῆνασι, μύσαντες τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενοι, ὁ μὲν ἐπιδίφριος, ὁ δὲ μετάρσιος ἀνηρπάσθησαν· οὐ διαζευχθέντων αὐτοῖς τῶν μερῶν· οὐ διαλυθέντων· ἀλλ' εἰς δεῦρο τῶν ὄρων παραθέντων αὐτοῖς τῆς ζωῆς, οὗς ἡμῖν ἢ τὰ ὅλα σοφῶς διορίζουσα περιέπηξε Πρόνοια· παρ' ἧς καὶ τὰ πάλαι καὶ νῦν ἐμφερῶς ἅμα καὶ καταλλήλως τυποῦται καὶ διεξάγεται. Καὶ εἰ μικρά γε ταῦτα πρὸς παράδειγμα τῆς ὑφ' ἡμῶν ὑμνουμένης, ἀρκέσει γοῦν αὐτῇ ἑαυτῇ τὰ οἰκεῖα συγκρίνουσά τε καὶ προσεικάζουσα. Σκοπητέον

quisquis meos audis sermones, quanta sint quae videntur: tribuum regina, Ecclesia, inquam, fidelium, hodierna die, Reginam humani generis, omnium Rege ac praeside Deo, regio apparatu in coelorum regiam assumente, triumpho deducit, ac si quid pulcherrimum, et laetissimum habet, dono offert. Hodie, qua pulvis coelesti gloria elatus est, pulverem exuit, inditumque ab ortu velamen deponit, ac terrae, quod terrae cognatum est, reddit. Vitae auctrix ad novam migratione excurrit vitam, locumque vitae immortalis, a carnali omni et vitiosa affectione seiunctum, ingreditur: ac demum, quod oculis conspicuum est corporalibus abstractum, una cum spiritu, velut spiritaliter *1082 abit, quibus novit * rationibus, is qui olim ambo devinxerat, quique iterum a solutione, devinxit: nisi ego, inconcessa praesumens, temerarius sum. Ac nemo fidem abnuat, qui Eliam et Enoch cogitet. Ii, quod rebus subiectis oculis superiores visi essent, ubi sensus clausissent, ac carne et mundo excessissent, alter quidem curru subvectus, alter sublime elatus rapti sunt: ¹ non partium invicem disiunctione resoluti, sed vitae terminis, quos nobis fixit Dei providentia, quae sapienter diffinit omnia, veteraque et nova accurate pariter congrueque designat atque gubernat, ad hanc usque diem prolatis. Sin vero haec modica videantur, ad eius exemplum cuius celebramus nomen, ipsa sane sibi sat erit, sua ipsius comparans ac assimilans.

¹ IV Reg. II, 11; Gen. V, 24.

δὲ εἰ μεῖζον ἐν θαύμασιν εὐρεθήσεται, τοῦ παραδόξως ἐν αὐτῇ τελεσθέντος. Νόμος ἤλω φυσικὸς ἀτονήσας ὀψὲ καὶ μόλις πεσών. Οἴχεται πρὸς ἀργίαν ὀλοσχερῇ καὶ ἀνατροπῇ ἢ πικρὰ τοῦ θανάτου καταδίκη. Λέλυται τῆς ἀρᾶς ἡ δύναμις. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἐνίκησέ τις τὰ πάλαι διορισθέντα παρὰ Θεοῦ· μὴ οὐχὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος, τοῦ μεταποιοῦντος πάντα καὶ μεταπλάττοντος, τῷ οἰκείῳ τῆς ἀγαθότητος νεύματι. Πρέπει δ' ἂν ἀραρότως αὐτῷ, καὶ τὰ νῦν ἐπὶ Μητρὶ καινουργῆσαι. Δείξει γὰρ οὕτω μὴ μόνον Μητέρα κατὰ φύσιν οὔσαν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς οἰκονομίαν πιστώσεται, καθ' ἣν μάλιστα τοὺς ἑαυτῶν μυστικωτέρους λόγους, τῷ καθ' ὑπεροχὴν ὑπεραίρομεν τρόπῳ· καθ' ἣν ὁ ζωαρχικὸς εἰσπηδήσας Λόγος τὴν αὐτῆς ἀπερίληπτον ὑπέδη νηδύν, καὶ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀναλαβὼν ὑπερουσίως ἡμῖν ὑπέσχετο. Διὰ τοῦτο τὰ πάλαι μὲν ἐπ' αὐτῇ τελεσθέντα, πρὸς ἡμῶν δὲ νῦν εὐφημούμενα, κἂν παράδοξά πως εἶναι δοκεῖ, καὶ τῶν ἐμφύτων ἀνωκισμένα δεσμῶν, κατὰ γοῦν τὸν ὑπερφῶ τῆς ἀφράστου κυσοφορίας λόγον, εἰκότως ἂν ἐπ' αὐτῆς τὴν ἀναφορὰν εὐεπίδατον ἔξει. Αὐτὸς οὖν ἦν ἄρα καὶ τηλικάδε παρῶν ὁ Λόγος, καὶ νόμῳ παύσας τὸν ἀπλεονέκτητον τοῦ θανάτου νόμον. Ἦν οὖν θέαμα καινὸν ἀληθῶς καὶ λογισμοῖς ἀνεπίδατον· γυνὴ τῶν οὐρανῶν ὑπερβᾶσα τὴν φύσιν τῇ καθαρότητι, τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀδύτων σκηνοδοατοῦσα τὰ ἅγια Παρθένος, αὐτὴν ὑπερνωκίῶσα τῶν Σεραφίμ τὴν φύσιν τῷ τῆς θεογονίας θαύ-

Vide enim an maius miraculum possit inveniri, quam quod mirabili ratione in ea consummatum fuit. Viribus tandem minuta naturae lex superata est, vixque aliquando concidit. Abit omnino cassa versaque in contrarium, amara mortis damnatio. Soluta est vis maledictionis. Enimvero nullus superaverit Dei olim decreto statuta, ne ipse quidem qui esset Deus natura, quique suae ipsius bonitatis nutu, omnia immutat atque transformat. Congruit autem ut res Matris, qua suas ratione, molitus sit. Sic enim non tantum suam probaverit Matrem, verum etiam oeconomiae ex ea veritatem astruxerit: qua maxime spiritaliores sermones nostros, modi excellentia superextollimus; qua vitae auctor Verbum insiliens, amplissimum eius uterum subivit, assumptamque humanam naturam, altiori nobis supra naturam modo sustentavit. Quamobrem, etsi olim in ea consummata ac clara a nobis impresentiarum fama celebrata nova videantur, ac naturae legibus superiora, merito tamen, nulloque negotio, spectata mirabili partus ratione, licuerit in eam referre. Ipsum itaque Verbum et praesens per id tempus fuit, ac lege mortis legem violari nesciam abolevit. Erat ergo plane novum spectaculum, quodque rationis vim excederet, ut nimirum mulier, quae coelorum naturam puritate supergressa esset, coelestium adytorum sancta, tabernaculum devehens, ac corpore penetraret; ut virgo, Dei partus miraculo Seraphicam

ματι, τῇ πρώτῃ φύσει, Θεῷ τῶ πάντων γενεσιουργῷ, πλησιάζουσα· Μήτηρ, αὐτὸ τεκοῦσα τὸ ζῆν, ἐφάμιλλον τῷ τόκῳ τοῦ βίου τέλος προΐσχυουσα, καὶ τὸ θαῦμα Θεοῦ καὶ πίστεως ἄξιον. Ὡς γὰρ τικτούσης ἡ νηδὺς οὐ διέφθαρτο, οὕτω θανούσης ἡ σὰρξ οὐ διόλωλεν. Ὡ τῶν θαυμάτων! Ὁ τόκος διέφυγε τὴν φθοράν, καὶ ὁ τάφος τὴν διαφθοράν οὐ προσήκατο· τῶν γὰρ ὁσίων οὐχ ἄπτεται. Τίς ἢ ἀπόδειξις, εἶπω βούλεσθε; καὶ μὴ μοι τῶν παρόντων ἐπισκωπτέτω τίς πως τὸ μνῆμα κενόν. Προσερήσομαι γὰρ ὑμᾶς· Πῶς ὁ νεκρὸς *1084 ἀφανής; Πῶς οὐκ ἐν σοροῖς τὰ ἐντάφια; εἰ μὴ τὴν διαφθοράν * ἀπέδρα τὸ τυμβευθέν· εἰ μὴ μετετέθη ὁ θησαυρός. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐκ ἀψευδῆς ἡ μετάθεσις, ἐπεὶ καὶ τᾶλλα συνέδραμε· ψυχῆς διάστασις ἀπὸ σώματος, σαρκὸς ἀπόθεσις, συνθέσεως λύσις, μερῶν διάζευξις, ἀνάλυσις, ἐπίζευξις, σύμμηξις, καὶ πρὸς τὸ ἀφανὲς ὑποχώρησις; Ὁ γὰρ τάφος ἔστηκε μέχρι καὶ δεῦρο κενός, μαρτυρούμενος καὶ μαρτυρῶν τὴν μετάθεσιν. Οὐκ οἶδα εἰ τε τῶν μερῶν αὐθις συνενεχθέντων εἰς ἓν συνθέματος σύγκριμα· φιλοσοφήσω γὰρ τι περὶ τούτων μικρόν· οὕτω τάχα τοῦ Δημιουργοῦ κατ' εὐδοκίαν ἄρρητον ἐπινενοηκός τις τιμῆσαι τὴν τεκοῦσαν· εἴτε τοῦτο θατέρου θάτερον ὑπερκύψαντος, καὶ τοῦ μὲν ὑπερόριον, τοῦ δὲ μεθόριον μετὰ τὴν ἀπ' ἀλλήλων διάζευξιν εἰληκός τις κατάστασιν· ἢ ξένης τινὸς καὶ παρηλλαγμαμένης ἀκολουθίας, ὑπερφυῶς ἐπ' αὐτῇ συνδραμούσης, ἔν' ἣ πρὸς ἀλήθειαν καινὰ τὰ κατ' αὐτὴν

vincens naturam, primae illi naturae, Deo, inquam, universorum auctori, se propius adiungeret; ut Mater quae vitam peperisset, aequalem partui vitae finem, miraculumque Deo et fide dignum praetenderet. Ut enim minime corruptus est parientis uterus, ita nec interit defunctae caro. O mirandas res! Partus omnino corruptionem effugit; nec sepulcrum illam a morte extremam corruptionem * 1083 admisit. Haud enim ea Sancta attigerit. Vultis ut eius rei probationem edicam? Ac, quaeso, astantium nemo monumentum vacuum ullo modo irrideat. Quaeram enim, quomodo defunctae corpus obscurum? Quomodo sepulcralia absunt oculis, nisi quod fuit tumulatum, corruptionem effugit, nisi thesaurus translatus est? Sin autem sic habet, qui non vera translatio, quando etiam concurrerunt alia; nimirum animae a corpore divisio, carnis depositio, compositionis solutio, disiunctio partium, resolutio, coniunctio, compactio, ac denique in obscurum subductio? Quippe hactenus sepulcrum vacuum manet, ipsum testimonium habens, quodque translatae testimonio sit. Haud novi satis, an partibus in unam compositionis concretionem iterum coeuntibus; nam et in istis nonnihil philosophabor, ut ita forte arcano suae voluntatis consilio cogitarit opifex Deus parentem honorare: aut certe altera alteri eminente, atque ita ut a mutua illa disiunctione, altera velut extrariam et ultra fines, altera confinem sedem sortita sit: aut denique novo aliquo ac immutato ordine, mirabiliter

ἅπαντα, τὸν ὑπερφυᾶ προσφυῶς ἐπιδεχόμενα Λόγον, ὡς λόγου παντὸς καὶ γνώσεως ὑπερκείμενα. Ἐπὶ ταύτην ἡμᾶς τὴν πνευματικὴν πανδαισίαν συγκαλεῖται τῶν λόγων, ἢ κατὰ σάρκα Μήτηρ τοῦ Λόγου· πρόκειται δὲ αὕτη βασιλείος τράπεζα καὶ λόγων ὑπόθεσις σήμερον ἡμῖν, θεοτελῶν μυστηρίων εὐθηνουμένη καὶ πλήθουσα. Ἡ δὲ τοσαύτη λαμπροφορία τῶν φιλεόρτων τὰς ὄψεις περιαιγάζουσα, ὅση καὶ δύναμιν ὑπερσχύουσα λόγου, τῆς ἡμέρας κατακαλλύνει τὸ πρόσωπον. Ταύτης ἀγῶ σήμερον ἐστιάτωρ ὁ ξένος καὶ ἔπηλυς, καὶ τῶν ὑψηλῶν θεαμάτων ὑπὲρ ἀξίαν ὑψηγητής. Καὶ μὴ τις πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς ἡμετέρας ἀπιδῶν εὐτελείας, ἀνανεύσει πρὸς τὴν ἐστίασιν, ὅτι μὴ πρὸς ἡμῶν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς ἡτοίμασται τῆς Θεοτόκου τῶν ἐνθεαστικῶν δὴ τούτων θεωρημάτων τὰ μυστικὰ διηγήματα· ὧν ἐπειδὴ πλήρης ἡ τράπεζα, τοὺς πνευματικούς δαιτυμόνας προτρέπουσα, ἴωμεν κατ' ἀξίαν τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὰ βᾶθη τοῦ Πνεύματος. Ἄρτι γὰρ τὴν Σοφίαν ἢ τὴν Σοφίαν αὐτὴν κατὰ σάρκα γεννησαμένη προσφυῶς μιμουμένη, ὄλην ἑαυτὴν οἶα τράπεζαν ἡτοίμασμένην μυστικὴν καὶ οὐράνιον τοῖς τὰ θεῖα νοητῶς μιμουμένοις, φιλοφρόνως εἰς εὐωχίαν προτίθεται· οὐ θύματα σφάττουσα, ἢ κρατῆρι προνάουσα πόματα, οἷά πέρ ποτε ἦσαν ἐκεῖνα τὰ μακάρια θύματα, καὶ ὁ κρατῆρ ἐκεῖνος, ὁ τοῦ θεοτελοῦς νέκταρος δοχεύς, ἀλλ' αὐτὰ προδήλως

in ea concurrente, ut revera eius res omnes novitatem haberent, ac velut propriam a natura, rationem supra naturam eximiamque, tamquam rationem omnem et scientiam superantes, reciperent. Ad illud nos instructissimum sermonum epulum, Sermonis illa carne Mater invitat; ipsaque nunc regalis mensa et sermonum materia, perfectorum a Deo sacramentorum ubertate exuberans, proposita est. Tanta porro illa splendoris claritas, et quae etiam vim sermonis longe superet, festi amantium vultus collustrans, diei hodiernae faciem recreat. Sum ego huius hodie convivii, peregrinus ille et hospes, susceptor: resque sublimes supra quam dignus sim, habeo enarrare. Ne quis tamen nostram exilitatem respiciens, convivium fastidiosus respuat: non enim nos, sed ipsa Dei Genitrix, harum utique divinarum rerum mysticas enarrationes, ceu convivii lege instruxit: quibus plena mensa, spirituales convivas provocante, eamus iuxta quod Spiritum decet, ad spiritus profunda. Iam enim quae Sapientiam carne genuit,¹ Sapientiam ceu domestice imitata, totam se, velut instructam mysticam coelestemque, divina initiatis, mensam, ad lautas epulas perbenigne proponit: non mactando hostias, aut etiam calice profluendo pocula: quales quondam erant beatæ illae hostiæ, ac calix ille quo illud divine consummatum nectar susceptum est: sed ipsa * palam, *1086

¹ Prov. IX, 1.

τῶν περὶ αὐτῆς μυστηρίων τὰ ὑπερφυῆ καὶ θεῖα τῶ ὄντι θεάματα· ἐφ' ἃ δὴ μάλιστα τοὺς συνειλεγμένους προτρέπουσα, τῆς ἐορτῆς ἢ ἐξάρχουσα, τὸν μὲν τῆς Σοφίας οἶκον ἡλικίος ἐστίν, αὐτόθεν ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ὑποφαίνει· δείκνυσι δέ πως καὶ τράπεζαν ἑαυτὴν ὑπεράγιον, ὡς αὐτὸν ὅλον τὸν ζωοποιὸν ἄρτον, τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν, τὴν αἰώνιον ζωὴν, τὸν συνοχέα

*1085 * τῆς κτίσεως, ἐν μήτρᾳ οἰκονομικῶς, ἐκ ζύμης τοῦ Ἀδαμαίου φυράματος ἄρτοποιηθέντα βαστάσασα· τὸν τοὺς ἱερῶς προσιόντας αὐτῶ, πρὸς καινοτέραν ζωὴν ἐπανάγοντα καὶ θεοτελεῖς ἐργαζόμενον, ᾧ δὴ τρόπῳ καὶ ἀνακαθαίρει τούτους καὶ ἀθανατίζει, τοὺς κατὰ μέθεξιν τῆς πρὸς αὐτὸν τῶ ὄντι καινοπρεποῦς κοινωνίας οἰκειουμένους αὐτῶ. Ἄ δὲ τοὺς ἐραστάς ἐστιᾶ προδῆλως ταῦτά ἐστι· τὰ δι' ὧν ὁ βίος ἐκεῖνος συνέστηκεν· ὁ ὑπερφερῆς τε καὶ ἄρρητος· καὶ οὐ μὴδὲν τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἐστὶν ὑψηλότερον· καθ' ὃν ὁ πάσης θεολογίας ἐπέκεινα, δι' ἀπορρήτου κενώσεως, οἴκτω τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονίας καμπτόμενος, ἅτε προαγωγεὺς τῶν ὅλων, εἴλετο δεύτερον μέχρι καὶ τῆς ἡμῶν συγκαταβῆναι πτωχείας· καὶ τῶ ἡμετέρῳ συμπλακῆναι φυράματι· « συμμετασχεῖν τε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός »· ὁ ἀπροσδεῆς, ὁ ὑπερπλήρης, ὁ πλούσιος, ὁ μὴ κατ' ἕκστασιν τῆς ὑπερουσίας θεότητος τὴν εἴσω περ οἰκεῖν ἐλόμενος ὑπαρξίν, ἀλλ' ἀκεραίους ἑαυτῶ φυλάξας καὶ μετὰ τὴν ἄφραστον ἔνωσιν τοὺς λόγους τῶν συνελθόντων, μηδεμιᾶς δήπουθεν ἐν μέσῳ χωρηθείσης συγχύσεως ἢ διαιρέσεως

eximia plane divinaque, eius sacramentorum spectacula: ad quae maxime, ipsa festi initium collectos adhortans, statim quidem ex seipso quanta sit domus Sapientiae, ostendit; seque vero ceu praesanciam mensam exhibet: tamquam nimirum ipsum totum vitalem panem, Dominum Deumque Iesum Christum, aeternam illam vitam rerum conservatorem, ex Adami massa in panem formatum dispensatione mirabili in ventre portaverit: illum, inquam, qui sancte ad eum accedentes, ad novam quamdam vitam subvehat, ac divine consummet: quo scilicet et emundet et faciat immortales, si qui novae eximiaeque ad ipsum communionis participatione vere ei conciliantur. Haec plane, quibus palam amantes convivantur, quibus nimirum consistit illa vita: vita, inquam, praecellens atque arcana, et qua nihil in creatis sublimius occurrat: qua, inquam, qui theologiam totam omnemque de Deo rationem superat, exinanitione ineffabili, quae eius in hominem cura est et misericordia, velut universorum auctor, ad nostram usque paupertatem iterum inclinare se voluit, nostraeque massae commisceri, ac simili nobis ratione, nobiscum *participare carne et sanguine*;¹ is, inquam, qui nullius eget, plenissimus ille; ille dives, qui non excessu a substantiali divinitate, quam intra ascivit, voluit habitare substan-

¹ Hebr. II, 14.

ὁ μὴδ' αὐτοῖς ἀγγέλοις γνωρίσας, καὶ τοῖς ὑπερκοσμίοις τῶν ἐν οὐρανοῖς ταγματῶν στρατιάρχαις, ὃ τί ποτέ ἐστὶν αὐτὸ τὸ τελούμενον, πλὴν ἐνὶ τῶν πρωτίστων ἀγγέλων, διακονησαμένῳ τῇ σωτηρίῳ προόδῳ τοῦ καινοῦ μυστηρίου. Ταύτη γὰρ ὁ ἀσώματος σωματωθεὶς, διὰ μέσου νοδὸς ἡμῖν καὶ σαρκὸς προσωμίλησεν, ἐν' ὅλος ὅλῳ ἐγγραθεὶς τῷ ἡμετέρῳ φυράματι, ὅλον ἡμῶν ἀνανεώσῃ τὸ πρόσλημμα. Αὕτη μὲν ὡς κατ' ἐμὴν ἐπιστήμην καὶ οἶον κατὰ τὸ πρόχειρον, ἢ νοερά τῆς θεομύστου σοφίας τράπεζα. Τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ μυστικῶς ἱεροτελούμενα θεοπαράδοτα ὄργια· οἷς εἰκότως ἐπισημήνασθαι χρὴ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς παρούσης ἡμέρας μυστήρια, καθ' ἣν ἡ Θεομήτωρ οὐδὲν τῶν κατὰ φύσιν θεσμῶν παραμείψασα, νόμῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ἐλειτούργησε, καὶ ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς ὄροις ἡμῖν τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν συνεπέρανε, θαύματος πλήρη καταλιποῦσα τῷ βίῳ καὶ γέννησιν καὶ μετάστασιν. Εἴ τι γοῦν καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐπ' αὐτῇ πρὸς τῆς θείας ὠκονόμηται φύσεως, θαυμαζέτω μηδεὶς, πρὸς τὸ ἄφραστον ἀφορῶν τοῦ τελεσθέντος καινοπρεπῶς μυστηρίου, πάσης ἀπειρίας ἀπειράκις ἀπείρως ἐξηρημένου. Καὶ εἶεν δὴ ταῦτα δι' ὅλου συνεπτυγμένα καὶ ἄβρότητα, καὶ τὸν οἰκεῖον λόγον ἀκίνητον * ἔχοντα. Ἡμεῖς *1088 δὲ τῆς παναγεστάτης τοῦ ζωαρχικοῦ σκήνους ἐντυμβεύσεως τὴν ἀνάμνησιν, λαμπροὶ λαμπρῶς ἐορτάσωμεν· ἐφ' ἣν ἅμα τῷ φαινομένῳ πᾶν τὸ νοούμενον,

tiam, sed qui post etiam ineffabilem unionem, concurrentium integras rationes sibi ipse retinuit: nimirum, nulla aut confusione aut divisione intellecta media; qui neque etiam angelis coelestiumve ordinum mundo superiorum principibus, uno dumtaxat primato angelorum excepto, quo ministro novum salutis sacramentum processum habiturum esset, quid rei gereretur aperuit. Sic enim qui incorporeus est, indutus corpus, se nobis socium, mente carneque media adiunxit: ut totus, nostrae toti massae immixtus, assumptam naturam totam instauraret. Quod capio, ac velut in promptu dixerim, ea est spiritualis initiatae Deo sapientiae mensa. Eiusmodi quoque sunt, et tradente Deo, mystice in ea celebrata sacra orgia ac caeremoniae, quibus etiam merito diei huius sacramenta accesserint; qua nimirum Dei Mater, nihil mutatis naturae legibus, latae in * nos legi obsecuta est, vitamque carnalem iisdem atque ipsi terminis conclusit; nativitate pariter et morte, plenis miraculo, saeculo relictis. Si quid itaque, etiam altius quam pro conditione humana, Deo dispensante in ea gestum fuit, nemo miretur, qui ad sacramenti, omnem infinities infinite infinitudinem exsuperantis, magnifice novam consummationem respiciat. Ac vero fuerint illa clausa omnino atque arcana, et quibus propria ratio constet immota. Nos vero sanctissimae vivifici tabernaculi tumulationis memoriam toto laeti celebremus splendore, magnificaque laetitia: cui celebrandae spiritualia omnia cum corporeis, si qua et

ὅσον τε οὐράνιον, καὶ ὅσον ἐπίγειον ἐς ταυτὸν ἀθροιζόμενον, τὴν Βασιλίδα γεραίρει καὶ προπομπεύει τοῦ γένους ἐπίπροσθεν· ἐξ οὗ καὶ κοινὸν ἰλαστήριον, τοῦτο δὴ τὸ ἐξ αὐτῆς ἀχειροτομήτως ναοποιηθὲν δεσποτικὸν καὶ σωτήριον προσεκτέησάτο σῶμα, τοῦ πάσης ἐμφύτου καὶ νοεῶς κινήσεως συμμετασχόντος ἡμῖν, μόνης τῆς ἀμαρτίας χωρίς. Ὡ τοῦ θαύματος! Ἡ Θεὸν τὸν ἀπειρομεγέθη περιγραφῆς ἀπάσης διωρισμένον, ἐν μικρῷ χωρίῳ τῆς ἑαυτῆς νηδύος ὑπερουσίως χωρήσασα, σήμερον ἐν περιγράφτῳ κλίῳ διφρεύουσα, χερσὶν ὀσίων κηδεύεται. Ἡ κόλποις τοῖς ἑαυτῆς ἐνθρονίσασα τὸν νῶτοις Χερουδικοῖς ἐποχοῦμενον, ἐν κόλποις πέτρας ὑπογλυφείσης τυμβεύεται· καὶ ἥς τὸν τόκον ἐθαύμασαν ἄγγελοι, ταύτης τοῦ σκήνου ἐξάρχουσαι σήμερον ἀποστολικαὶ χορεῖαι προπέμπουσι. Καὶ τίς ἂν τῶν ἐκεῖσε τελεσθέντων τοὺς λόγους διερμηνεύσειε; Τίς κατ' ἀξίαν τῷ μυστηρίῳ συνεπαρθείη; Τίς πτερῶσει τὸν νοῦν ὡς συναναπτῆναι τῷ θαύματι, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ παθεῖν κοινωνίαν; Τίς, ἵνα τὸ μετριώτερον εἶπω, τάχα δὲ καὶ τῶν δευτέρων, τὴν περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς συγκρίματος ῥοήν τε καὶ ἀπορῥοήν διαγράφουτο; Πρὸς ἣν ἡ φύσις ἀμηχανοῦσα, καὶ τῷ ἀλήπτῳ τῆς περὶ αὐτὴν ἐκπληττομένη συστάσεως, εἰς θαῦμα τρέψασα τὴν ὀρμήν, τὰ τοῦ Δαβὶδ ἐνθεαστικῶς πρὸς τὸν τῶν ὄλων Θεὸν ἀποφθέγγεται· «Ἐθαυμαστώθη ἡ γυνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν». Μονουοῦχι τὴν περὶ ἡμᾶς ἀποθαυμά-

coeli habent et terra, pariter congregata, Reginam honore prosequuntur, triumphoque, generi praemittunt: ex quo etiam commune illud propitiatorium; quod, inquam, ex ipsa sine manu in templum exstructum est Dominicum et salutare, illius habuit corpus, qui totius a natura et spiritalis motus, uno dumtaxat dempto peccato, nobiscum particeps fuit. O miraculum! Quae Deum infinita magnitudine incircumscripsum omnino modica uteri sui capacitate mirabiliter complexa capere potuit, sanctorum hodie manibus, circumscripto angustoque lectulo insidens, iusta recipit. Quae suo ipsius sinu Cherubimorum humeris inequantem illum velut sede locavit, in cavatae petrae sinu, tumulo ponitur: ac cuius partum angeli mirati sunt, huius hodie tabernaculum apostolici chori pompa deducunt atque efferunt. Quis porro eorum quae illic celebrata sunt rationes, exposuerit? Quis mente, velut pennas assumpserit, ut sublime petens miraculum, volatu assectari contendat, eiusque communionem vehementius afficiatur? Quis demum, ut quod minus est loquar, vel forte etiam ex secundi illis, illam humanae concretionis fluxionem defluxionemque descriperit? Cui intelligendae impar natura, stupensque sui status incomprehendam obscuritatem, contentione in miraculum versa, velut Numinis afflatu, Davidica illa universorum Deo proloquitur: *Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, et non potero ad*

ζουσα σύμπηξιν, ἢ σύνθεσιν, ἢ ἔμπαλιν, τὴν εἰς τὰ μέρη διάζευξιν· ἀλλ' ἤδη μὲν τοι καὶ τὸ περὶ τὴν Βασιλίδα ταύτην, τὴν ἄχραντόν τε καὶ περιώνυμον αὐτοῦ Μητέρα δυστέκμαρτον ἀποθειάζουσα θαῦμα ὁ κοινῶς τε ἡμῶν καὶ ἰδίως αὐτῆς γνωριζόμενον· αὐτῷ μόνῳ ὡς παντουργῷ καὶ τῶν τοιούτων ἐξεργαστῆι, πρὸ τῶν αἰώνων διέγνωσται. Τοῦτο ἡμῶν ἢ διάπλασις· τοῦτο ἡμῶν ἢ σύμπηξις, ἢ λύσις, ὃ καὶ πανηγυρίζομεν σήμερον. Ἔνθεν ἐγὼ συστελλόμενος, φοβῶ τε τιμῶν τὸ μυστήριον, τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν προφητῶν Ἡσαΐα συμφθέγγομαι· « Ὡ τάλας, λέγων, ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαί· ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχων », τολμῶ τι περὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμιάντου, καὶ πάσης ἀγιότητος ὑπερπλήρους εἰπεῖν, καὶ λόγοις ταύτην ἐπιταφίους ἐγκωμιάζειν ἐπιχειρῶ, ἧς νεφέλαι μὲν περικυκλοῦσι τὴν κατὰ θεορίαν ἐπίθασιν, ὁμίχλη δέ τις νοερά περικέχεται ταῖς * περὶ αὐτὴν λογικαῖς ἀνελίξεσιν, οὐκ *1089 ἐῷσα τρανῶς ἐκφανθῆναι τὴν συνεπτυγμένην τοῦ μυστηρίου κατάληψιν ἦν Θεοῦ μόνου κατ' ἀξίαν ἐγκωμιάζειν ἐστί, τοῦ λόγοις οἷς οἶδεν αὐτὸς τὰ ἐπ' αὐτῇ δεδρακότος μεγαλουργήματα· μὴ τι οὖν ἐμοὶ τῷ χαμαὶ κειμένῳ, καὶ τὰ ἐν ποσὶν οὐδὲν ὅτι πλέον εἰδῶτι, δι' ἔνδειαν τῆς περὶ τὰ καλὰ προαιρέσεως· οὐ δὴ ποτε οὖν τὰ παρ' ἀξίαν εἰπεῖν αἰσχυρθήσομαι, καὶ εἰ μὴ τὰ κατ' ἀξίαν λέγειν οὐκ ἔχω; Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸ κατὰ δύναμιν οὐκ ἀπόβλητον, τῷ

eam:¹ velut non tantum demiretur humanam concretionem seu compositionem, eiusve rursum in partes disiunctionem: quin enimvero, et iam ipsum, in Regina hac immaculata illa illustrissimaque ipsius Matre, arduum miraculum oraculo celebret: quod palam et nobis * commune eique proprium, soli illi ut universorum auctori, rerumque *1090 eiusmodi artifici, ante saecula cognitum est. Haec nostra formatio est, haec compactio, haec solutio, quam et celebri hodie conventu colimus. Hinc ego spiritus contrahens, ac timore honorem sacramento habens, cum vocalissimo prophetarum Isaia pronuntio: *O miser ego, quia compunctus sum: quia homo cum sim, et immunda labia habens*,² de munda illa et immaculata, ac totius sanctitatis plenissima, audeo aliquid loqui, eamque praesumo epitaphio posito celebrare, cuius quidem contemplandae ascensum, nubes in circuitu prohibent, quaedam autem nebula spiritalis rationalibus eius circumfusagyris, haudquaquam sinit ut involuta sacramenti comprehensio clarius explicetur. Potest solus Deus pro meritis laudare, qui iis quibus novit ipse rationibus, mira illa opera in ea effecit: tantum vero abest ut id mihi humi deiecto, vixque ea quae sunt in pedibus, bonae voluntatis defectu, perspecta habenti, conveniat. Num ergo quae meritum superant, erubuero dicere, qui neque ea possim dicere quae

¹ Ps. CXXXVIII, 6.

² Isa. VI, 5.

Dum superveniet, oculis eum non videbis; sed, utcumque invisibilis, operabitur. *Spiritus sanctus superveniet in te.* Quorsum supervenit *1782 * Spiritus sanctus? Quia scilicet sancta quidem es, sed opus est ut adhuc sanctior fias. Nam et cum faber lignarius sumit lignum, aut aerarius ferrum, idem etiam expoliant, et aptius ad opus efficiunt. Et tu igitur es quidem virgo; sed sanctior evadas oportet, ut sanctum illum concipias.

IX. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Duo dicit: Spiritum sanctum, et virtutem. Quanam ista est virtus? *Dei Virtus est Christus.*³ Duo igitur adveniunt; nempe et Spiritus sanctus, et Christus Dei unigenitus. *Quod enim ex te nascitur, sanctum vocabitur.* Vide, quaeso, quomodo totum (illa) percepit, Spiritum sanctum et Altissimi virtutem. Nihil angelus omisit, nihil tacuit. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obum-*

¹ Lc. I, 35.

² Lc. I, 35.

³ I Cor. I, 24.

καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι», περιβαλεῖ καὶ ἐνδύσει σε, καὶ κύκλω σου γενήσεται καὶ περιχαρακώσει σε, καὶ σκέπη σοι ἔσται.

Χ. Πνεῦμα ἅγιον, Δύναμις, Ἰψίστος· ἀρίθμησόν μοι τὰ πράγματα, καὶ εὐρίσκεις ὅλα ἠκριβωμένα. Τί γάρ ἐστι ταῦτα; Ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς· ἄγγελος ἐν οὐρανῷ· Πνεῦμα ἅγιον, καὶ Υἱός, καὶ Πατήρ. Ὅτ' ἂν ἀναθῆς εἰς τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἔτι χωρεῖς ἀνώτερον· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Ἰψίστος, οὐδὲν φαίνεται. Τοῖνον ὡς ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ γενέσεως τοῦ Υἱοῦ, ὅλα συνῆπτε, καὶ ὅλα κεκοινώνηκε, καὶ εἰς ἐνότητά συνῆλθεν. Ἔστιν γὰρ μόνον ταῦτα· ἄγγελος, ἄνθρωπος, Πνεῦμα ἅγιον, Υἱός, καὶ Πατήρ· καὶ παρὰ ταῦτα, ἄλλα οὐκ ἔστι. Ἄφες γάρ μοι τὰ ἄλογα ζῶα, ἃ ἔστι διὰ τὸν ἄνθρωπον· λόγου οὐ μετέχει, οὐκ ἁμαρτάνει, οὐ κρίνεται, οὐ κατορθοῖ, οὐκ ἐπαινεῖται, ζῶν αἰώνιον οὐκ ἔχει, ὧδε γίνεται καὶ ὧδε ἀπόλλυται. Ἄνθρωπος δὲ λογικὸν ζῶον, βασιλικώτατον τῶν ζῶων, κόσμου πολίτης, κύριος τῶν δι' αὐτὸν γενομένων. Ἐπεὶ τοῖνον ταῦτά ἐστι μόνον, ἄνθρωπος, ἄγγελος, Πνεῦμα ἅγιον, Υἱός καὶ Πατήρ, ὅρα, πῶς συνῆπται τὰ πράγματα· Ἄνθρωπος ἢ Παρθένος, παρθένος παρθένου ἀνακαλουμένη τὸ σφάλμα· ἔχεις ἄνθρωπον τὴν Παρθένον· ἄγγελος ὁ Γαβριήλ· Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐπερχόμενον· δύναμις Ἰψίστου, ἢ ἐπισκιάζουσα δύναμις. Ὅρα, πῶς τῷ λόγῳ ἐν τῇ γενέσει τοῦ Κυρίου συνῆλθεν τὰ

brabit tibi, circumdabit et circumvestiet te, et circumquaque te cinget, ac vallabit te, et tegimen tibi erit.

X. Spiritus sanctus, Virtus, Altissimus: enumera mihi eiusmodi, et universa reperis accurate recensita. Sane quanam haec sunt? Homo in terra; in coelo angelus; Spiritus sanctus, et Filius, et Pater. Quandoquidem si initium versus ascendas, profecto altius non excurres; ipse enim est Altissimus, qui plane invisibilis est. Igitur cum agitur de Filii generatione, colliguntur omnia, et omnia conveniunt, atque in unitatem concurrunt. Haec enim tantummodo habentur: angelus, homo, Spiritus sanctus, Filius, et Pater; et praeter haec, nil inest aliud. Irrationalia enim fac mihi omittas animalia, quae sunt propter hominem; rationis sunt expertia, non peccant, non subeunt iudicium, recta facta non norunt, non habent laudem, vitam non sortiuntur aeternam, talia nascuntur, talia moriuntur. Ast homo animal est ratione praeditum, animantium omnium nobilissimum, mundi civis, dominus eorum quae in gratiam ipsius creata sunt. Quoniam igitur haec sola habentur, homo, angelus, Spiritus sanctus, Filius, et Pater, vide quomodo haec in mysterio conveniunt. Homo (adest) Virgo, virgo nempe lapsum virginis reparans; in Virgine itaque habes hominem; angelus (adest) Gabriel; Spiritus sanctus est qui descendit; virtus Altissimi est virtus quae obumbrat. Vide quomodo vere in generatione Domini quotquot sunt, concurrant. Angelus ad

όντα. Ἄγγελος κατήλθε πρὸς τὴν Παρθένον· Πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάζει· αὐτὸς ὁ ὕψιστος ὁ γεννήσας τὸν Μονογενῆ, καὶ οἰκονομήσας, αὐτὸν καὶ ἐκ Παρθένου τεχθῆναι, ἵνα ὁ ἐξ ἀρχῆς σφραεῖς διὰ τῆς Εὐας, αὐτὸς διασωθῆ διὰ τῆς συλλήψεως τῆς Παρθένου.

PG
85, 1784

XI. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· «Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν». Καὶ δίδωσι σημεῖον τῇ Παρθένῳ σύλληψιν τῆς στείρας. Καὶ οὗτος αὐτῇ μὴν ἔκτος ὅτι οὐκ ἀδυνατήσῃ παρὰ Θεῶ πᾶν ῥῆμα». Θεὸς ὁ ἐνεργῶν· μὴ ἀμφίβαλλε.

1429

«Εἶπεν δὲ Μαριάμ· Ἴδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». Δούλη εἰμὶ Κυρίου· πίναξ εἰμὶ γραφόμενος· ὁ βούλεται ὁ γραφεύς, γραφέτω· ἔτοιμος ἡ ὕλη· ποιεῖτω ὁ θέλει ὁ τεχνίτης. «Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος»· ἔλαβε τὰ πιστὰ ῥήματα, καὶ ἀπῆλθεν.

«Ἴδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». Καὶ οὐκ εἶπεν ἡ Παρθένος· Ἄπαγε, περιττὸν ὁ λέγεις· ἐγὼ παρθένος εἰμί· ἄνδρα οὐ γινώσκω· οὐκ ἔχει λόγον, ὁ λέγεις· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν ὁ ἄγγελος· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ»· ἡ πνευματικὴ πνευματικῶς ἀκούσασα καὶ ἡ ἅγια τοῖς ἁγίοις ῥήμασιν ἁγίως πιστεύσασα, ἔμεινε τὴν πίστιν τηροῦσα, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐκδεχομένη. Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτῆς.

Virginem descendit: Spiritus sanctus supervenit, et virtus Altissimi obumbrat; Altissimus ipse est, qui unigenitum Filium generavit, et constituit ut e Virgine quoque hic generaretur, quo is qui ab initio per Evam deceptus fuerat, ipse per conceptum Virginis salvaretur.

PG
85, 1783

XI. Et respondens Angelus dixit illi: *Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium.*¹ Sterilis nempe conceptum Virgini praebet veluti signum. *Et hic mensis sextus est illi, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*² Scilicet, Deus est qui operatur; ne ambigas.

1429

*Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*³ Ancilla Domini sum, tabella sum in qua scribatur: scriptor quod vult scribat: in promptu est materia; quod vult, artifex faciat. *Et discessit ab ea angelus,*⁴ accepit verba consensus, et discessit.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Videlicet non reponit Virgo: Apage, vanum est quod dicis; ego sum virgo; non cognosco virum; haud consentaneum est quod loqueris; sed postquam angelus dixit: *Spiritus sanctus superveniet in te*, spiritualis spiritualiter audiens, et sancta sanctis verbis sancte credens, constans in fide perstitit, ac promissiones excepit. Discessit igitur angelus ab ea.

¹ Lc. I, 36.² Lc. I, 37.³ Lc. I, 38.⁴ Ibid.

1430

XII. «'Αναστᾶσα δὲ Μαριάμ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὄρεινὴν μετὰ σπουδῆς» πρὸς τὴν συγγενῆ. Καὶ ἦλθεν Μαριάμ πρὸς τὴν Ἐλισάβητ, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους Ἐρχρῆν γὰρ ἐλθεῖν τὴν Ἐλισάβητ πρὸς τὴν Μαριάμ· καὶ αὕτη ἦν τῆς ἀκολουθίας ἢ τάξις μᾶλλον, ὥστε τὴν μητέρα τοῦ Προδρόμου ἐλθεῖν πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Δεσπότη. Ἄνίσταται δὲ Μαριάμ, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν Ἐλισάβητ, ἢ τὸν Κύριον τίκτουσα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ δούλου.

PG
85, 1784

XIII. «Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου». Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος· «Ἴδου ἡ συγγενὴς σου συνείληφεν», εἰσῆλθεν αὐτῇ συγχαρῆναι, ἐπειδὴ παρὰ προσδοκίαν συνείληφεν. «Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβητ. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἤκουσεν ἀσπασαμένης Μαρίας ἡ Ἐλισάβητ», παρέπεμψε διὰ τῶν ὠτων πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ἡ διάνοια πρὸς τὸν Πρόδρομον· καὶ ἤκουσεν ὁ Πρόδρομος πρὶν ὄψα λαβεῖν· ἤκουσεν οὐ τῇ κατασκευῇ τῆς διανοίας, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος. Καὶ σκιρτᾷ ὁ Πρόδρομος εἰς ἔμφασιν χαρᾶς, καὶ δήλωσιν προφητείας· καὶ σκιρτᾷ τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβητ. Καὶ ἐνόησεν ἡ Ἐλισάβητ τὸ πρᾶγμα· οὐκ ἐνόησε δὲ λογισμῶ ἀνθρωπίνω· ἀλλὰ κατέλαθεν Πνεύματι ἁγίῳ τὸ γινόμενον.

XIV. «Καὶ ἀνεβόησεν κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναίξιν». Τί με σὺ προσαπάζῃ; Τί με σὺ πρώτη προσαγορεύεις; Μὴ γὰρ ἐγὼ εἰμι

1430

XII. *Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione ad cognatam. Maria nempe venit ad Elisabeth, quemadmodum et Christus venit ad homines. Nam decebat ut Elisabeth veniret ad Mariam; et magis congruus hic erat ordo, ut mater Praecursoris se conferret ad matrem Domini. Sed Maria exsurgit, et venit ad Elisabeth, mater Domini ad matrem servi.*

PG
85, 1783

XIII. *Et intravit in domum Zachariae.*¹ Postquam enim angelus ei dixit: *Ecce cognata tua concepit*, eam adivit, ut ipsi congauderet, quod praeter spem concepisset. *Et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audivit salutantem Mariam Elisabeth, (salutationis vocem) per aures transmisit ad mentem, mens vero (transmisit) ad Praecursorem; et Praecursor, antequam aures acciperet, audivit; audivit (inquam) non mentis facultate ad hoc iam parata, sed Spiritus (sancti) virtute. Et Praecursor ad significandum gaudium, et ad indicandum suum prophetae munus, exsultat; exsultat scilicet in utero Elisabeth. Elisabeth autem rem advertit; non tamen humana advertit intelligentia, sed sancto Spiritu (revelante) quid fieret percepit.*

XIV. *Et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu in mulieribus.*²

¹ Lc. I, 40 s.

² Lc. I, 42.

*1785 ἡ τὸν Σωτῆρα τίκτουσα; Ἐμὲ ἐχρῆν ἐλθεῖν πρὸς σέ· * σὺ ἤλθες πρὸς με; σὺ με ἠσπάσω προλαβοῦσα; Σὺ δὲ εἶ εὐλογημένη ἐν γυναιξί· μονογενῶς εὐλόγησαι Μονογενῆ τίκτουσα. Παρθένος μόνη σὺ τίκτεῖς· οὐ συνείληφεν ἄλλη πρὸ σοῦ, οὐ συλλήψεται μετὰ σέ παρθένος ἐν γυναιξίν· ἐν ὄλῳ δὲ τῷ γένει τῶν γυναικῶν μόνη οὕτως εὐλογημένη τυγχάνεις. «Καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου»· οὐχ ὁ καρπὸς τοῦ μὴ ἀνδρός σου· οὐ γὰρ ἐξ ἀνδρός τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ τῆς κοιλίας σου.

XV. Ὅρα τὴν μητέρα τοῦ Ἰωάννου, ὁποῖα φθέγγεται, Πνεύματος ἁγίου πληρωθεῖσα. «Καὶ πῶθεν μοι, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς με»; Παρθένον ὄρᾳ, καὶ μητέρα καλεῖ, φθάνουσα προφητικῶς τῷ λόγῳ τὴν ἐκθασιν· καὶ ἡ μηδέπω μήτηρ καλουμένη, καίτοι πάλαι συνειληφυῖα, μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον. Καὶ γέγονεν ἡ στείρα τῆς Παρθένου πρόδρομος, ὡς τοῦ Σωτῆρος Ἰωάννης.

Ἡ δὲ Μαρία πανταχόθεν εὐηγγελίζετο. Ἀγγέλου μὲν ἀνήκοος γενομένη, τῆς δὲ συγγενοῦς τὰ παραπλήσια διαλεγομένης, προστιθείσης τὸ «Μακαρία ἡ πιστεύουσα»· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου, βεβαιωτέρα πρὸς τὴν πίστιν ἐγένετο, ὧν ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου,

*1786 Quid me tu salutans praevertis? Quid prior tu me compellas? Nunquid ego sum quae Salvatorem pario? Me oportebat ad * te venire; et tu ad me venisti? Tu me salutando praeoccupasti? Sed benedicta tu es in mulieribus: instar unigenitae benedicta fuisti, quae paris unigenitum. Tu sola parturis virgo; non alia ante concepit, non concipiet post te alia inter feminas virgo; tu sola in universo muliebri sexu ratione ista es benedicta. *Et benedictus fructus ventris tui*; non fructus sane illius qui ne vir quidem est tibi; non enim ex viro est quod nascitur, sed ex utero tuo.

XV. Inspice matrem Ioannis, quaeenam, postquam Spiritu sancto impleta est, loquatur: *Et unde mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?*¹ Virginem videt, et matrem appellat, exitum scilicet per spiritum prophetiae sermone praevertens; et quae nondum mater, utut iamdiu concepisset, appellabatur, matrem eam dicit, quae adhuc erat virgo. Hinc sterilis facta est Virginis praecursor, quemadmodum Salvatoris Ioannes.

Mariae autem felicia omni ex parte denuntiabantur. Etsi angeli vocem tunc non audiret, at cum cognata, consimilia eloquens, et illud adiecisset. *Beata, quae credidisti; quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino,*² magis ad ea credenda confirmabatur, quae ab archangelo audierat, beata praedicata, si et angelo prius significante

¹ Lc. I, 43.

² Lc. I, 45.

μακαριζομένη ἐὰν πιστεύσῃ, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενοῦς παραπλήσια προφητευσούσης ἐπὶ τούτοις, Θεοτόκος ἔσσεσθαι.

XVI. Πανταχόθεν ἡ Παρθένος εὐαγγελισθεῖσα, οὐκ ἔτι μὲν ἀμφιβάλλει· ἀλλὰ τὸν ἐκατέρωθεν ῥηθέντα αὐτῇ λόγον τῶν συμβησομένων, παρ' ἀγγέλου τε καὶ τῆς Ἐλισάβετ, δεξαμένη, ἐνδέχεται τὴν ἔκβασιν. Καὶ σιωπᾶν οὐκ ἀνέχεται· ἀλλ' ἤδη τὸ γεῦμα καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἐπελθόντος αὐτῇ ἁγίου Πνεύματος δίδωσι, δι' ὧν φθέγγεται. Τοῦ γὰρ ἀγγέλου φήσαντος, καὶ σαφῶς ἐπαγγελιαμένου, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπ' αὐτήν· ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν τῆς συγγενοῦς λόγων, πλήττεται καὶ αὐτὴ τὸν νοῦν, καὶ κινεῖται παραπλησίως ἐκείνῃ τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἵνα καὶ ὁ ἄγγελος ἀληθεύσῃ, ὀξέως τοῦ λόγου εἰς ἔργον μεταβαίνοντος, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀρξαμένου ἐπιέναι τῇ Μαρίᾳ.

XVII. "Ὅτε δὲ καθ' ἓνα καιρὸν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐν δυσὶ γυναιξίν ἐνεργοῦν ἐφαίνετο, ἐν στείρᾳ τε καὶ παρθένῳ, τῆς μὲν στείρας προλαβούσης, ἐπεὶ καὶ Πρόδρομον συνειλήφει, καὶ μακαριζούσης τὴν Θεοτόκον, τῆς δὲ παρθένου ἐπακολουθούσης, ἐπειδὴ τὸν κηρυττόμενον συνελάμβανεν· καὶ εἷς τεχνίτης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δύο λύρας ἀνεκίνει, δύο ψυχὰς ἁγίων γυναικῶν· ἡ μὲν

et cognata paria per prophetiam portendente, propterea crederet se Dei genitricem futuram.

XVI. Boni ominis verbis Maria undique confirmata, non amplius profecto fluctuat animo; sed iis quae sibi ab utrisque, ab angelo nempe et Elisabeth, de futuris dicta fuerant, plane confisa, eventum exspectat. Sed nec cohibere linguam potest; verum per voces in quas erumpit, specimen ac primitias sancti Spiritus, qui in eam supervenerat, iam praebet. Cum enim angelus dixisset, atque aperte denuntiasset,¹ Spiritum sanctum superventurum in ipsam; postquam eundem sanctum Spiritum per cognatae sermones (loquentem) audivit, percellitur et ipsa, et eodem pariter ac illa spiritu agitur, ut pollicitatione statim, in opus deducta, sancto nempe Spiritu Mariae illabi incipiente, etiam angelus verax appareret.

XVII. Cum autem eodem tempore eodemque loco in duabus mulieribus operari cerneretur (Spiritus), et in sterili scilicet et in virgine, sterili quidem, postquam Praecursorem conceperat, praeeunte, et beatam praedicante Deiparam; virgine vero, postquam praenuntiatum conceperat, sequente, et unus artifex, Spiritus sanctus, duas animas sanctarum mulierum, ceu duas lyras pulsaret; Eli-

¹ Lc. I, 35.

γὰρ Ἐλισάβετ ἐμακάριζεν· ἡ δὲ Μαρία τί φησιν; «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον».

PG
85, 1785
*1788

XVIII. Καὶ πρῶτον δείκνυσιν ὅτι πιστεύει τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ διὰ τὸ «Μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι * ἔσται τελείωσις τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ παρὰ Κυρίου», φάσκουσα· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον». Ἐπειτα οὐκ ἀντιδίδωσι μακαρισμόν, ἵνα μὴ ἴσα γένηται τὰ πράγματα, πλεῖστον ὅσον διεστηκότα. Ποίαν γὰρ ἔχει σύγκρισιν δοῦλος πρὸς τὸν δεσπότην, ἢ στρατιωτικὸν πρόσωπον πρὸς βασιλέως ἀξίωμα; Ὅθεν μακαρίζεται μὲν, ἀναπέμπει δὲ εἰς τὸν Κύριον τὴν δοξολογίαν, φάσκουσα· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον». Ἐπειδὴ γὰρ παρθένος οὖσα ἐν γαστρὶ σωματικῶς παρὰ τὴν κοινὴν συνελάμβανεν φύσιν, σωματικῶς μέντοι, ὡς ἐν σώματι, πνευματικῶς δέ, ὅτι ἄνευ κοινωνίας· ὅμως δὲ ἐπειδὴ ἐν σώματι ἐγένετο τὸ παραδόξως οικονομούμενον, φησίν· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον». Κἂν γὰρ ἐν τῷ ἐμῷ σώματι θαυμαστὰ ἐπαγγειλάμενος Θεὸς ἐνεργήσῃ, ἀλλὰ γέ μου, φησίν, ἡ ψυχὴ, οὐκ ἔστιν ἄκαρπος πρὸς τὸν Κύριον. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα καρπὸν μέγιστον κατὰ τὸν σόν, φησίν, Ἐλισάβετ, λόγον προσοίσει· σὺ γὰρ μοι ἔλεγες· «Μακάριος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου»· ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ καρπὸς οὐ τῆς ἐμῆς

1431

sabeth quidem beatam (Mariam) praedicabat; Maria vero quid effatur? *Magnificat anima mea Dominum.*¹

PG
85, 1786
*1787

XVIII. Ac primo quidem dum dicit: *Magnificat anima mea Dominum*, ostendit se fidem iis habere * quae dicta sibi fuerant per illud: *Beata quae credidisti, quoniam perficientur quae dicta sunt tibi a Domino.*² Deinde non beatam vicissim praedicat Elisabeth, ne exaequari ea viderentur, quae mirum quantum invicem differant. Quam enim comparisonem servus ad dominum, seu persona militis ad regiam maiestatem habet? Quocirca beatae quidem ipsa praedicationem habet, sed laudis gloriam in Dominum refert, dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Quandoquidem enim praeter communem naturae ordinem in utero, virgo existens, corporaliter conceperat, corporaliter, inquam, quippe in corpore, sed spiritualiter, quia sine viri communione; attamen quoniam in corpore completa fuerat admiranda illa dispensatio, ipsa dicit: *Magnificat anima mea Dominum.* Etsi enim, inquit, utique in substantia hac mea corporea Deus se admiranda effecturum significaverit, ac porro effecerit, at certe coram Domino neque anima mea est fructus expers. Et sane maximum quidem fructum, prout ipsa inquebas, o Elisabeth, corpus praebebit; tu enim mihi dixisti: *Benedictus fructus ventris tui*; verumtamen eiusmodi fructus censeri haud potest in voluntatis meae

1431

¹ Lc. I, 46.

² Lc. I, 45.

προαιρέσεως κατόρθωμα, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ θαυματουργοῦντος ἐν ἐμοὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν. Χρὴ δέ με καὶ προαιρέσεως καρπὸν προσενεγκεῖν· ἵνα μὴ μόνον τὸ σῶμά μου καρποφορήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ μου τὸν προαιρετικὸν καρπὸν τῶ ἐν ἐμοὶ θαυματουργοῦντι Θεῷ προσαγάγῃ· καὶ φησὶ· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον»· οὐ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ μου. Ὅσον γὰρ ὑπερεστοῦμαι μεγάλῳ θαύματι καὶ κατορθώματι, τοσοῦτον ὀφείλω πρώτη δοξάζειν τὸν ἐν ἐμοὶ παράδοξα ἐνεργοῦντα.

XIX. «Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου»· Σωτήρ μου γὰρ ἐστὶν ὁ Θεός. «Τὸ ἐμὸν πνεῦμα»· διττῶς ὀνομάζουσα τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν. «Ἠγαλλίασεν, φησὶ, τὸ πνεῦμά μου»· ἐπειδήπερ τοιούτων καταξιούμαι. «Ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου», ὅ ἐστιν, ὁ Θεὸς Σωτῆρα ἐξ ἐμοῦ τῷ κόσμῳ χαριζόμενος.

«Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ». Τίς γὰρ εἰμι ἐγὼ πρὸς τοσοῦτον ἔργον; Αὐτὸς ἐπέβλεψεν· οὐκ ἐγὼ προσεδόκησα· ταπεινὴ γὰρ ἤμην, ἀπερῆμιμένη, οὐδὲν ἔτερον ἐπεκδεχομένη, ἢ ἀνδρὸς παρουσίαν· ἀντὶ ἀνδρὸς ἀπέρχεται Πνεῦμα ἅγιον· ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταβαίνω, καὶ εἰς ἄρῆρτον οἰκονομίαν ἔλκομαι· διὰ τοῦτο, «ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ».

recte factis, sed opus est Dei quae sunt supra naturam in me mirabiliter efficientis. Par est autem ut etiam voluntatis fructum proferam; adeo ut non modo corpus meum fructificet, sed et anima mea Deo in me mirabilia operanti fructum liberae voluntatis offerat; ideo inquit: *Magnificat anima mea Dominum*; scilicet non modo corpus, sed etiam anima mea. Quantum enim deservire et ingenti miraculo et recte factis mihi contingit, tantumdem glorificare eum, qui operatur in me portenta, ante omnia debeo.

XIX. *Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo*:¹ meus enim Salvator Deus est. *Spiritus meus*, duplici scilicet nomine designat suam ipsius animam. *Exsultavit*, inquit, *spiritus meus*; quoniam tam amplis donis digna habeor. *In Deo salutari meo*, hoc est, Deus mundo Salvatorem ex me largitur.

Quia respexit humilitatem ancillae suae.² Quid enim sum ego, si cum tanto opere conferor? Ipse respexit; ego ne suspicata quidem id sum; nam abiecta ego eram et contempta, nec aliud quidpiam cogitare poteram praeterquam virum advenisse; at pro viro supervenit Spiritus sanctus: e terra in coelum transeo, et ad ministrandum ineffabili dispensationi asciscor. Propterea, *respexit humilitatem ancillae suae*.

¹ Lc. I, 47.

² Lc. I, 48.

XX. « Ἴδου γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί ». Καὶ ἑαυτὴν μακαρίζει· οὐκ ἐκ γλώττης λαλοῦσα, ἀλλὰ τὸ γεῦμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἐπελθόντος αὐτῆς, παρεχομένη, καὶ προφητεύουσα φησιν· « Ἴδου γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί », οὐ σὺ δὴ μόνη. Ποία γὰρ γενεὰ * ἐξ ἐκείνου τὴν Μαριάμ οὐ μακαρίζει, τὴν ἀπειρόγαμον κατ' ἄνδρα, θεοφόρον δὲ κατὰ πνεῦμα; Καὶ προσέλαβεν μὲν ὁ λόγος τῆς προφητείας· ἠλήθευσεν δὲ ἡ ἑκδασίς πρὸς τὸν λόγον.

XXI. « Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός ». Πῶς γὰρ οὐ μεγαλεῖα; « Ὅτι παρθένος οὔσα συλλαμβάνω, υπερβάσα βουλήματι Θεοῦ τὴν φύσιν, καὶ καταξιουμένη ἄνευ ἀνδρὸς οὐχ ἄπλῶς εἶναι μήτηρ, ἀλλὰ καὶ τοῦ μόνου Σωτῆρος εἶναι μήτηρ.

Λέγει « ὁ δυνατός »· ἐπειδήπερ ἀπιστήσειεν ἂν τις πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς συλλήψεως. Εἰ γὰρ παρθένος οὔσα συλλάβῃ, φησίν, « ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός »· τῷ ὀνόματι τοῦ δυνατοῦ τὴν ἀπιστίαν παρὰ φύσιν ἐκβάλλουσα, ἵνα τις τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναπέμψῃ τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὴ κατὰ φύσιν ἐξετάζων ἐκπέσῃ τῆς ἀληθοῦς συγκαταθέσεως τῶν ἀληθῶς γεγεννημένων.

XX. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*¹ Et se ipsa beatam praedicat; non quasi ex ore proprio loquens, sed ad specimen Spiritus sancti, qui in eam supervenerat, verba facit ac vaticinatur, inquit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, nedum profecto * tu sola. Et sane quaenam extunc generatio non beatam appellat Mariam, nuptiarum nesciam, quod ad virum spectat, sed Deo fetam ex sancto Spiritu? Praecessit scilicet sermo propheticus; exitus vero sermonem veracem comprobavit.

XXI. *Quia fecit mihi magna qui potens est.*² Quomodo enim non (fecit) magna? Quandoquidem voluntate Dei ordinem naturae transcendens, virgo existens foetum gero, et digna habeor quae sine viro non solum sim mater, sed insuper mater eius sim, qui solus est Salvator.

Dicit, *qui potens est*; quandoquidem fidem abnuere de vera conceptus ratione quis posset? Et merito sane, si concepit virgo perseverans, *fecit*, inquit, *mihi magna qui potens est*, potentis nempe nomine incredulitatem removens, quae ex re ordinem naturae praetergrediente oritur, adeo ut ad potentiam (Dei) efficientis referre quis opus debeat; qui vero subtiliter perscrutari id velit, quod non est secundum naturae leges, a veraci eorum quae vere facta sunt, fide excidat.

¹ Lc. I, 48.

² Lc. I, 49.

Καὶ ἐπάγει· «Καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ». Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔρχεται ὁ μονογενὴς αὐτοῦ εἰς γυναῖκα, ἤδη παρὰ τοῦτο μαιίνεται. "Ἄγιον γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐπειδὴ καὶ γὰρ Παρθένος ἁγία. Οὐδὲν παραχραίνεται οὔτε ὁ συλλαμβανόμενος Σωτὴρ ἐν ἐμοὶ τῇ παρθένῳ πλάττων τὸ ἴδιον σῶμα. "Ἄγιος γὰρ ἁγίως φορεῖ τὸ ἴδιον πλάσμα. Διὰ τοῦτο καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· ἵνα ἁγία γενομένη ἢ σύλληψις ἅγιον παρασκευάσει καὶ τὸν τόκον γενέσθαι. "Ἄγιον τοίνυν τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

XXII. «Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν». Καὶ γὰρ συλλαμβάνω, καὶ αὐτὸς σῶμα φορεῖ· καὶ εἰς κόσμον ἔρχεται, καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἀναστρέφεται, καὶ κάτω πολιτεύεται, καὶ πάντα οἰκονομεῖ· ἵνα ἐλεηθῶσιν οἱ ἀνάξιοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν τυγχάνοντες. Τοῖς μέντοι φοβουμένοις αὐτόν. Οὐ γὰρ οἱ πάντα ἀνάξιοι ἐλεοῦνται· ἀλλὰ οἱ διὰ μετανόιας πρὸς φόβον μετατρέπόμενοι.

XXIII. «Ἐποίησεν οὖν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ»· αὐτοῦ γὰρ ἡ χεὶρ, οὐκ ἀνθρώπου τὸ ἔργον. «Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους». Εἰ γὰρ ἀλαζονεῖα χρώμενος, οὐκ οἶεται δεῖσθαι μετανόιας, οὗτος διασκορπίζεται, αἰνιττομένη τῶν Ἰουδαίων τὸν λαὸν τὸν διασκορπισθησόμενον δι' ὑπερηφανίαν τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος. «Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοία καρδίας * αὐτῶν». Αὐτὸς γὰρ

*1792

Addit porro, *et sanctum nomen eius*. Non enim quod unigenitus eius ad mulierem diverterit, propterea iam polluitur. Sanctum enim est nomen eius, quoniam et ego Virgo sancta. Nihil contaminatur neque dum concipitur Salvator, suum in me virgine corpus plasmans. Sanctus enim sancte induit opus ipse suum. Idecirco etiam Spiritus sanctus supervenit, quo sancta existens conceptio, ut partus quoque sanctus sequatur, efficiat. Sanctum igitur nomen eius.

XXII. *Et misericordia eius a progenie in progenies*.¹ Et ego concipio, et ipse corpus assumit; et venit in mundum, et cum hominibus conversatur, et terrestrem vitam agit, et omnia disponit ut qui indigni erant propter multitudinem peccatorum, misericordiam consequantur. Verumtamen *timentibus eum*. Non enim participes sunt miserationum, qui penitus iis indignos se exhibent; sed qui per poenitentiam ad timorem flectuntur.

XXIII. *Fecit igitur potentiam in brachio suo*;² illius enim manus, non opus est hominis. *Dispersit superbos*. Nam si quis superbia tumens, haud putat se poenitentia indigere, hic disperditur. Subindicat autem Iudaeorum populum, qui propter superbiam, qua Salvatori restitit, disperdendus erat. *Dispersit superbos mente cordis sui*.

¹ Lc. I, 50.

² Lc. I, 51.

τις ἑαυτῷ ἕκαστος, ἐφ' οἷς διανοεῖται, ἑαυτὸν σκορπίζει, ἀνάξιος τῆς τοῦ Ἰησοῦ κλήσεως γενόμενος.

XXIV. «Καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς». Μεγάλα γὰρ ἐφρόνουσαν Φαρισαῖοι καὶ Γραμματεῖς, τὰς πρωτοκαθεδρίας μετιόντες ὧν καθηρέθησαν διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀντιλογία.

«Καὶ ὕψωσεν ταπεινούς» τοὺς ἀπεσκορπισμένους, ἐπειδὴ τῷ οὐρανόθεν καὶ ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἐλθόντι πεπιστεύκασιν. «Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν». Ἐλίμωτε γὰρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πλὴν Ἰουδαίων. «Καὶ πλουτοῦντας ἐξάπέστειλε κενούς». Ἰουδαίους δηλαδὴ, πεπλουτηκότας τῇ νομοθεσίᾳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων προφητῶν. Οἷτινες ὑπερηφανία ὑπερμαχῆσαντες, καὶ λίαν τῷ ἀξιώματι ἐπαρθέντες, διὰ τὸ μὴ ταπεινῶς προσελθεῖν τῷ ἐνανθρωπίσαντι, ἐξάπεστάλησαν κενοί, μηδὲν ἐπιφερόμενοι, μήτε πίστιν, μήτε γνῶσιν, μήτε ἐλπίδα ἀγαθῶν· ἀλλ' ἐκπεπτώκασιν καὶ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλήμ, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

PG
85, 1792

XXV. «Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ» οὐκ ὀνοματίζει, τὸν ἀληθινὸν σημαίνει· οὐ τοὺς ὀνόματι σεμνυνομένους, ἀλλὰ τοὺς τὴν πίστιν διατετηρηκότας τῆς προσηγορίας. «Μνησθῆναι ἐλέους, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέ-

1432

*1791 Unusquisque enim per * se pro mentis suae sensu semetipse disperdit, et indignum se praestat, quem Iesus vocet.

XXIV. *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.*¹ Magnos enim spiritus gerebant pharisaei ac scribae, et primas cathedras ambiebant,² e quibus, propterea quod Iesu contradixerunt, deturbati sunt.

Et exaltavit humiles dispersos, quoniam ipsum e coelo et ab alto venisse crediderunt. *Esurientes implevit bonis.*³ Universum enim hominum genus, iudaeis exceptis, fame laborabat. *Et divites dimisit inanes;* iudaeos videlicet, qui et accepta lege et sanctorum prophetarum doctrinis ditati fuerant. Qui quidem quoniam, pro eorum superbia acriter contententes, suaque dignitate valde elati, ad Salvatorem humano habitu inter eos versantem accedere humiliter animum non induxerunt, vacui dimissi sunt, nihil secum afferentes, neque fidem, neque cognitionem neque spem bonorum; sed a terrestri Ierusalem iuxta ac a futura vita exciderunt.

PG
85, 1791

XXV. *Suscepit Israel puerum suum;*⁴ non ad nomen (Israëlis) spectat, sed verum (Israëlem) designat, scilicet non eos qui nomine gloriantur, sed qui nominis fidem servaverint. *Recordatus misericor-*

1432

¹ Lc. I, 52.

² Matth. XXIII, 6; Lc. XI, 43.

³ Lc. I, 53.

⁴ Lc. I, 54.

ρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραάμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακώβ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα».

Τελειοῖ τὴν προφητείαν, οὐ μόνον τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν προφητῶν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ μέλλοντος ἐξ αὐτῆς γενεᾶσθαι, τοῦ κοινῶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐκ οὖν εὐτελέστερα μὲν ἢ Μαρία προφητεύει, τῇ τελειοτάτῃ οἰκονομίᾳ διακονουμένη· καὶ ἀγάλλεται αὐτῆς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Εὐφραίνεσθαι δὲ καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ τῷ νυμφίῳ καὶ Σωτῆρι. Εἰ γὰρ ἐκεῖνη εὐφραίνεται καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ ἔργου, πῶς οὐ μᾶλλον χρὴ τὴν Ἐκκλησίαν νυμφευθεῖσαν, καὶ ἤδη τὰ σπέρματα τοῦ ἁγίου νυμφίου δεξαμένην τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀγγελικῶν λόγων, πλέον μὲν εὐφραίνεσθαι, ἀδιαλείπτως δὲ ἀγγαλιᾶσθαι, εὐχαριστεῖν δὲ ὑπερβαλλόντως, εὐδοκιμεῖν δὲ ἀρεσκόντως ἐν ἔργοις ἀρετῆς τῷ παραγενομένῳ Σωτῆρι Χριστῷ; Ὡς ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

*diae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et Isaac et Iacob, et semini eius in saecula.*¹

Vaticinium non suum duntaxat, sed et prophetarum absolvit pollicitatione Dei, qui ex ipsa nasciturus erat communis Salvator Iesus Christus. Non humiliora itaque vaticinatur Maria, dum perfectissimae dispensationi ministrat; et exultat spiritus eius in Domino. Exsultet et Ecclesia in sponso ac Salvatore. Si enim laetatur illa vel ante operis exitum, qui non magis congruit ut Ecclesia iam desponsata et per angelici sermonis doctrinam sancti Sponsi semine iam fecundata, multo magis gaudeat, et gaudeat indesinenter, et mirificas gratias agat, et virtutis operibus placere studeat Christo, qui factus est ei Salvator? Cui gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

SALONIUS Viennensis Allobrogum² (saec. v)

IN PARABOLIS SALOMONIS EXPOSITIO

1433 *Veranus.* — Quid est quod ait: *Sapientia aedificavit sibi domum,*³ PL 53, 974
et quam domum aedificavit sibi?

Salonius. — Sapientia, id est Dei Filius, aedificavit sibi domum, qui ipse creavit hominem in utero Virginis, quem in unitate suae personae assumpsit.

¹ Lc. I, 55.

² Vel Genavensis (Clavis, 499).

³ Prov. IX, 1.

● PL 53, 988, 999.

● GELASIUS CYZICENUS (saec. V). PG 85, 1194, 1196, 1236, 1253, 1280, 1281.

PG
33, 966 Catechesis XVI, II. [...] τὸ βασιλεῦον ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως ἅμα 475
Πατρὶ καὶ Υἱῶ, παρόντων τῶν γεννητῶν ὑποστάσεων· τὸ ἀγιάζον τὰ λει-
τουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κλη-
ρονομεῖν σωτηρίαν· τὸ καταβὰν ἐπὶ τὴν ἀγίαν καὶ μακαρίαν Παρθένον Μα-
ριάμ, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸν Κύριον σω-
ματικῶ εἶδει περιστερᾶς ἐν Ἰορδάνῃ ποταμῶ.

APOLLINARIS Ep. Laodicensis in Syria (ca 310 † ca 390)

EXPOSITIO FIDEI ⁴

PG
10, 1116 [...] Ἐπι ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ υἷον ἀνθρώπου γεγενῆσθαι 476
οὐκ ὀνόματι ἀλλὰ ἀληθείᾳ προσλαβόντα σάρκα ἐκ Μαρίας Παρθένου· καὶ
εἶναι τέλειον αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ καὶ αὐτὸν υἷον ἀνθρώπου, ἐν πρόσωπον, καὶ
μίαν τὴν προσκύνησιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἣν ἀνέλαθεν· καὶ ἀναθε-
ματίζομεν τοὺς διαφόρους προσκυνήσεις ποιοῦντας, μίαν θεϊκὴν, καὶ μίαν
ἀνθρωπίνην· καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον ὡς ἕτερον ὄντα

PG
33, 966 Catechesis XVI, II. [... Spiritus S.] sine principio et fine una 475
cum Patre et Filio regnat, praesentibus generatis substantiis. Qui
sanctificat administratorios spiritus, in ministerium missos propter
eos qui salutis haereditatem consecuturi sunt.¹ Qui illapsus est in
sanctam ac beatam Virginem Mariam,² ex qua Christus secundum
carnem natus est: et in ipsum Dominum corporali specie columbae
in Iordane flumine.³

G
, 1115 [...] Praeterea confitemur Filium Dei factum esse filium homi- 476
nis, qui non nomine sed veritate assumpsit carnem ex Maria Vir-
gine, esseque perfectum Filium Deum, et eundem filium hominis,
unam personam, et unam adorationem Verbi et carnis quam as-
sumpsit, et anathematizamus eos qui differentes adorationes faciunt,
unam divinam, et unam humanam, et adorantes hominem ex Ma-
ria tanquam alterum praeter Deum ex Deo. Scimus enim quod *in*

¹ Hebr. I, 14.

² Lc. I, 35; Matth. I, 16.

³ Lc. III, 22.

● PG 33 673, 725.

■ 1189, 1200, 1204.

⁴ Cf. BARDENHEWER, I, 215 et II, 13; ALTANER, 324, qui attribuunt hoc op. Episcopo Laodiceae. Cf. etiam QUA II, 382. Vide alios locos, Apollinari attributos, sub titulo *Incertus Auctor*.

παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεόν· οἶδαμεν γὰρ ὅτι «ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος».

- 477 Πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἓνα Θεόν, τουτέστιν εἰς μίαν ἀρχήν, τὸν Θεὸν τοῦ Νόμου καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, δίκαιον καὶ ἀγαθόν· καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, Θεὸν ἀληθινόν, τουτέστιν εἰκόνα ἀληθινοῦ Θεοῦ, δημιουργὸν πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, Υἱὸν Θεοῦ καὶ γέννημα μονογενές, καὶ ἀίδιον Λόγον, ζῶντα καὶ ὑφεστῶτα καὶ ἐνεργόν, ἀεὶ συνόντα τῷ Πατρί· καὶ εἰς ἐν ἅγιον Πνεῦμα· καὶ εἰς παρουσίαν ἐνδοξον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σάρκα λαβόντος τὴν ἐκ Παρθένου, τοῦ ἀνθ' ἡμῶν ὑπομείναντος πάθη καὶ θάνατον, καὶ ἐλθόντος εἰς ἀνάστασιν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀναληφθέντα εἰς οὐρανοὺς· καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν ἐνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν· καὶ εἰς μίαν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἄφесιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον.

[...] Ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ σαρκωθέντα τὸν Λόγον καὶ φανερωθέντα ἐν σαρκικῇ κινήσει τῇ ἐκ Παρθένου, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἐνεργήσαντα.

- 478 Εἷς Υἱὸς καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος καὶ Θεός, ἐκάτερον ὡς ἓν· καὶ οὐχ ἕτερον μὲν πρόσωπον ὁ Θεὸς Λόγος, ἕτερον δὲ ἄνθρωπος Ἰησοῦς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ προὑπάρχων Υἱὸς ἐνωθεὶς σαρκὶ ἐκ Μαρίας κατέστη, τέλειον καὶ ἅγιον καὶ ἀναμάρτητον ἄνθρωπον

*principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*¹

- 477 Credimus igitur in unum Deum, id est, in unum principium, Deum Legis et Evangelii, iustum et bonum; et in unum Dominum Iesum Christum Deum verum, id est, imaginem veram solius veri Dei; creatorem omnium visibilium et invisibilium, Filium Dei, et fetum unigenitum, et aeternum Verbum vivens, et per se existens atque operans, semper cum Patre manens; et in unum sanctum Spiritum; et in adventum gloriosum Filii Dei, qui carnem accepit ex Virgine, et pro nobis passiones et mortem sustinuit, et tertia die resurrexit, et assumptus est in coelos; et in futurum adventum gloriosum; et in unam sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam.

[...] Confitemur etiam incarnatum Verbum, et manifestatum in operatione carnis ex Virgine assumptae, non in homine operatum.

- 478 Unus Filius ante incarnationem, et post incarnationem; idem homo et Deus, utrumque tanquam unum; et non alia quidem persona Deus Verbum, alia vero homo Iesus; sed idem qui prius erat Filius, unitus est carni ex Maria, constituens seipsum perfectum et

¹ Io. I, 1.

συνιστὰς ἑαυτὸν, καὶ οἰκονομῶν εἰς ἀνανέωσιν ἀνθρωπότητος καὶ κόσμου παντὸς σωτήριον.

QUOD UNUS SIT CHRISTUS ¹

PG
28, 129

5. Εὐθὺς οὖν ἀπὸ γενέσεως ἡ καινότης ἐδείκνυτο, καὶ τὸ οὐράνιον τοῦ γεγεννημένου διὰ τῆς γεννήσεως ἐξεφαίνετο, οὐ κατὰ γέννησιν ἀνθρώπου παλαιοῦ ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶχε τὴν γέννησιν. Καὶ γὰρ ἀδύνατον ἄνευ ἀνδρὸς κυῆσαι γυναῖκα, ὅτι τὴν οὐσίαν τῶν γεννωμένων ἐν τοῖς πατράσι κατεδάλετο ὁ Θεός· ὡς καὶ τὸν Λευὶ φησιν ἡ Γραφή ἐν τῇ ὁσφύϊ τοῦ Πατρὸς εἶναι Ἀβραάμ. Ὁ δὲ Λυτρωτὴς οὐ τοῦ Ἀδάμ τὸ εἶναι λαθὼν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀδάμ τὸ σχῆμα προλαθὼν, τὴν σάρκα λέγω τὴν μετὰ ψυχῆς ἀνθρωπίνης, καὶ γενόμενος ἀνθρωπος κατὰ τὸ ὁρατὸν, εἰσῆγαγεν εἰς τὸν κόσμον τὴν καινότητα κατὰ τὸ ἀόρατον· καθ' ἧς οὐχ ὄρος θανάτου, οὐ τυραννὶς διαβόλου, ἀλλὰ κοινωνία μὲν τοῦ Λόγου πρὸς τοὺς θνητοὺς καὶ τυραννουμένους, διαφορὰ δὲ πολλὴ κατὰ τὸ ἀθάνατον, κατὰ τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀτυράννητον. Ἐθαύμαζε καὶ ἡ Παρθένοσ Μαρία εὐαγγελισθεῖσα τὴν γέννησιν τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐξ αὐτῆς. « Πῶς γὰρ ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Εὐηγγελίσθη δὲ θεϊαν οὐσίαν τοῦ γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς ἐν μορφῶσει σαρκίνῃ.

479

sanctum, ac sine peccato hominem, et administrans opus incarnationis ad renovationem salutarem humanitatis et totius mundi.

PG
28, 130

5. Statim igitur ab ipsa nativitate, novitas apparuit, ac coelestis natura eius qui genitus erat, per nativitatem eius ostensa est: quippe qui non secundum antiqui hominis ex viro et muliere generationem, natus sit. Impossibile enim est absque viri opera mulierem gravidam esse, quia nascentium substantiam in ipsorum patribus Deus constituit, quemadmodum et Scriptura, Levi in patris sui Abrahae lumbis fuisse narrat. Redemptor autem, non Adami esse assumens, sed ex Adamo formam accipiens, carnem dico cum anima humana, et factus homo visibiliter, novitatem in mundum invisibiliter introduxit: contra quam non mortis decretum, nec diaboli tyrannis praevallet, sed adest communicio Verbi cum mortalibus et tyrannice oppressis; ingensque discrimen ob immortalitatem, libertatem, et a tyrannide exemptionem, rebus humanis illatum est. Ipsa Virgo Maria admirata est, quando ex se futurae Salvatoris nativitatis nuntium accepit. *Quomodo fiet mihi istud*, ait, *quoniam virum non cognosco?* ² Nuntiata autem illi est divina essentia eius, qui ex ipsa sub carnali forma natus est.

479

¹ Cf. ALTANER, 324, qui opus hoc Ep. Laodiceae attribuit; cf. etiam QUA II, 382.

² Lc. I, 34.

DE INCARNATIONE VERBI ¹

480 Ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ αἰώνων ἀίδίως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν αἰώνων διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου γεννηθέντα κατὰ σάρκα, ὡς θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει λέγων· «Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἕξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γεννώμενον ἐκ γυναικὸς». Ὁμολογοῦμεν δὲ εἶναι τὸν αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ πνεῦμα· υἱὸν δὲ ἀνθρώπου κατὰ σάρκα. Οὐ δύο φύσεις, τὸν ἕνα Υἱὸν, * μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκυνητὴν· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει καὶ προσκυνουμένην. Οὐδὲ δύο υἱούς, ἄλλον μὲν Υἱὸν Θεοῦ, ἀληθινὸν Θεὸν καὶ προσκυνούμενον· ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν Υἱὸν Θεοῦ γενόμενον, ὡς καὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ, ὡς ἔφη, ἕνα Υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεόν· τὸν αὐτὸν καὶ οὐκ ἄλλον ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· ὡς ὁ ἄγγελος τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ λεγούσῃ· « Πῶς τοῦτο ἔσται, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω »; εἶρηκε· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ὁ τοίνυν γεννηθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας, Υἱὸς Θεοῦ φύσει, καὶ Θεὸς ἀληθινός, καὶ οὐ χάριτι,

PG
28, 25

*28

480 Confitemur Filium Dei ante saecula ab aeterno ex Patre genitum, postremis vero saeculis ob nostram salutem ex Maria Virgine natum secundum carnem, quemadmodum divus Apostolus docet, inquit: *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere.*² Confitemur etiam, eundem esse Filium Dei et Deum secundum spiritum; hominis autem filium secundum carnem. Non duas naturas, Filium unum, unam * adorandam et unam non adorandam: sed unam naturam Dei Verbi incarnatam, et adorandam cum carne sua, adoratione una. Neque duos filios, alium Dei Filium, verum Deum et adorandum, alium ex Maria hominem, qui non adoretur, quique per gratiam, ut homines, Filius Dei factus sit; sed ex Deo, ut dixi, unum Filium Dei et Deum; eum ipsum et non alium natum ex Maria secundum carnem in novissimis diebus, quemadmodum angelus Deiparae Mariae dicenti: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* ait, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.*³ Qui igitur natus est ex Virgine Maria, Filius

PG
28, 26

*27

¹ Opus hoc, quod invenitur inter Ps.-Athanasii opera, est Apollinaris. Cf. BARDENHEWER, II, 13 et 17; ALTANER, 324; QUA II, 382.

² Gal. IV, 4.

³ Lc. I, 34, 35.

καὶ οὐ μετουσίᾳ, κατὰ σάρκα μόνον, τὴν ἐκ Μαρίας, ἄνθρωπος· κατὰ δὲ πνεῦμα, ὁ αὐτὸς Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ἀληθινός· παθὼν μὲν τὰ ἡμέτερα πάθη κατὰ σάρκα, ὡς γέγραπται· « Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί ». Καὶ πάλιν· « Ὁς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν ».

*29 [...] Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκει, ἕτερον λέγων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας * ἄνθρωπον, κατὰ χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱούς, ἓνα κατὰ φύσιν Υἱὸν Θεοῦ, καὶ ἓνα κατὰ χάριν τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον· ἢ εἰ τις τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ἄνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας· ἢ τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σάρκα, ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἀλλοιωθεῖσαν· ἢ παθητὴν τοῦ Κυρίου θεότητα· ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα, ὡς ἀνθρώπου, καὶ μὴ προσκυνητὴν, ὡς Κυρίου καὶ Θεοῦ σάρκα, τοῦτον ἀναθεματίζει ἢ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, πειθομένη τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι· « Εἰ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζειται παρ' ὁ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω ».

Dei natura et Deus verus, non gratia neque participatione, secundum carnem tantum, quam ex Maria habet, homo; secundum vero spiritum idem ille Filius Dei, et Deus verus: passus quidem passionem nostras secundum carnem, ut scriptum est: *Christo passo pro nobis carne*;¹ et alibi: *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*.²

*30 [...] Si quis vero praeter haec ex sacris Scripturis docet, aliumque dicit esse Filium Dei, et alium ex Maria ortum, per gratiam, ut nos, adoptatum; ita ut duo sint filii, alter secundum naturam Filius Dei, alter secundum gratiam ex * Maria homo: aut si quis Domini nostri carnem desuper dicit esse, et non ex Virgine Maria: aut conversam deitatem in carnem, aut confusam, aut mutatam, aut passibilem Domini deitatem, aut non adorandam Domini nostri carnem, utpote hominis, nec adorandam, ut Domini et Dei carnem; hunc anathemate damnat catholica Ecclesia, Apostolo obsequens dicenti: *Si quis vobis evangelizaverit, praeter id quod accepistis, anathema sit*.³

¹ I Petr. IV, 1.

² Rom. VIII, 32.

³ Gal. I, 9.

● S. MACARIUS AEGYPTIUS († ca 390). ■ PG 34, 549.

● PACIANUS BARCINONENSIS († ante 392). Vide locum Paciano attributum, sub titulo *Incertus Auctor*.

Epistola ad Smyrnaeos

- 4 I. Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὡσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι καὶ ἠδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα « ἐκ γένους Δαυὶδ κατὰ σάρκα », υἷὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα « πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ ».

PA
I, 274
PG
5, 708

EPISTOLA AD DIOGNETUM (saec. II)

- 5 XII. 7. Ἦτω σοὶ καρδιά γινώσις, ζῶη δὲ λόγος ἀληθῆς, χωρούμενος. 8. Οὐ ξύλον φέρων καὶ καρπὸν αἰρῶν τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ θεῶ ποθούμενα, ὧν ὄφρις οὐχ ἄπτεται οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ Εὐὰ φθίρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται.¹

PA
I, 412
PG
2, 1185

ARISTIDES (saec. II)

APOLOGIA (ca 140)²

- 6 Cap. VII. [...] Εἰς τοιαύτην οὖν συμφορὰν καὶ ταλαιπωρίαν ἐλθόντας ἡμᾶς οὐ παρεῖδεν ὁ πλάσας καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγῶν, οὐδὲ ἀφῆκεν εἰς τέλος ἀπολέσθαι τὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργον, ἀλλ' εὐδοκίᾳ τοῦ

PG
96, 912

- 4 I. Glorifico Iesum Christum Deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim, perfectos vos esse in fide immobili, ut clavis affixos cruci Domini Iesu Christi quoad carnem et animam et stabilitos in caritate per sanguinem Christi, plena firmaque fide credentes in Dominum nostrum vere oriundum *ex genere David secundum carnem*, Filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, natum vere ex virgine, baptizatum a Ioanne, ut *impleretur ab eo omnis iustitia*.

PA
I, 275
PG
5, 707

- 5 XII. 7. Esto tibi cor cognitio, vita autem sermo verus, qui recipitur. 8. Cuius arborem ferens et fructum adipiscens semper metes, quae apud Deum desiderantur, quae serpens non attrectat neque fraus attingit; neque Eva tunc corrumpitur, sed virgo creditur.

PA
I, 413
PG
2, 1186

- 6 Cap. VII. [...] Cum igitur in eiusmodi calamitatem ac miseriam venissemus, minime nos despexit is a quo efficti atque in ortum producti fueramus; neque manuum suarum opus funditus perire sivit.

PG
96, 911

¹ παρθένος π.] Auctor Evam virginem appellare videtur, Mariam virginem tamquam alteram Evam in mente habens. Cf. IUST., *Dial.*, c. 100; IREN., III, 33, 4 (FUNK).

² Exstat in « Vita Barlaam et Ioasaph » in app. op. S. Io. Damasceni (cf. CAYRÉ, I, 131; BARDENHEWER, I, 59; ALTANER, 66).

• PG 96, 861, 1077, 1189.

Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ συνεργία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ὁ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀναρχος, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ὢν, καὶ Θεὸς ὢν, συγκαταβαίνει τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις συγκατάβασιν ἄφραστον καὶ ἀκατάληπτον, καί, Θεὸς ὢν τέλειος, ἄνθρωπος τέλειος γίνεται ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου, οὐκ *913 ἐκ σπέρματος ἀνδρός, ἢ θελήματος, * ἢ συναφείας, ἐν τῇ ἀχράντῳ μήτρᾳ τῆς Παρθένου συλληφθείς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καθὼς καὶ πρὸ τῆς συλλήψεως εἷς τῶν ἀρχαγγέλων ἀπεστάλη μηνύων τῇ Παρθένῳ τὴν ξένην σύλληψιν ἐκείνην καὶ τὸν ἄφραστον τόκον. Ἀσπύρωσ γὰρ συνελήφθη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ συμπήξας ἑαυτῷ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου σάρκα ἐμψυχουμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῶν, προῆλθεν ἐν μιᾷ τῇ ὑποστάσει, δύο δὲ ταῖς φύσεσι, τέλειος Θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἄφθορον τὴν παρθενίαν τῆς Τεκούσης καὶ μετὰ τὸν τόκον φυλάξας.

PG 96, 1121 Cap. XXVII. [...] Οἱ δὲ Χριστιανοὶ γενεαλογοῦνται ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὗτος δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ὁμολογεῖται, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἀπ' οὐρανοῦ καταβάς διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἐκ Παρθένου ἁγίας γεννηθεὶς ἀσπύρωσ τε καὶ ἀφθόρωσ, σάρκα ἀνέλαβε, καὶ ἀνεφάνη ἀν-

Verum benigna Dei ac Patris voluntate unigenitus Filius, et Dei Verbum, qui est in sinu Patris; ille, inquam, eiusdem cum Patre ac Spiritu sancto substantiae, ille aevo omni antiquior, ille principii expers, qui in principio erat, et apud Deum ac Patrem erat, et Deus erat, ad servos suos indulgenter se demittit; et quidem ita, ut haec demissio nec verbis declarari, nec mente comprehendi possit. Nam cum Deus perfectus esset, perfectus homo ex Spiritu sancto et sancta Maria virgine Dei genitrice efficitur, non ex * viri semine aut voluntate aut concubitu, in labis omnis experte Virginis utero conceptus, sed ex Spiritu sancto, quemadmodum ante conceptionem archangelorum unus missus est, qui novam illam et admirandam conceptionem Virgini nuntiaret. Etenim Dei Filius ex Spiritu sancto sine semine conceptus est: compactaque sibi in Virginis utero carne animata anima rationis ac mentis particeps, prodiit in una persona, et duabus naturis, perfectus Deus, et homo perfectus; matris virginitatem etiam post partum ab omni labe conservans.

PG 96, 1122 Cap. XXVII. [...] At Christiani a Domino nostro Iesu Christo doctrinae suae originem ducunt. Hic autem Dei altissimi Filius in Spiritu sancto creditur. Qui quidem humanae salutis causa de coelo descendit, atque ex sancta Virgine genitus est, ac sine semine et

θρώποις, ὅπως ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης αὐτοὺς ἀνακαλέσῃται. Καὶ τελέσας τὴν θαυμαστὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν, διὰ σταυροῦ θανάτου ἐγεύσατο ἐκουσίᾳ βουλῇ κατ' οἰκονομίαν μεγάλην.

S. IUSTINUS M. (103/110 †165/166)

APOLOGIA I (ca 152)

- 8 32. [...] Τὸ δὲ εἰρημένον « αἷμα τῆς σταφυλῆς » σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανηρόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπέου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως [...]. Ὁν τρόπον γὰρ τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ' ὁ Θεός, οὕτως καὶ τοῦτο ἐμηνύετο οὐκ ἐξ ἀνθρωπέου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ὡς προέφημεν. Καὶ Ἡσαΐας δὲ ἄλλος προφήτης τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων, οὕτως εἶπεν· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἄνθος ἀναθήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιούσιν ». Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, οὗτος ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακώβ, τοῦ γενομένου πατρός Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων πατρός, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ἰεσσαί προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγέννηται· τοῦ δὲ Ἰακώβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

PG
6, 380

corruptione carnem suscepit, hominibusque apparuit, ut eos a falso multorum deorum cultu revocaret. Atque admiranda incarnationis suae dispensatione perfunctus mortem sponte, atque ingenti quodam consilio, per crucem degustavit.

- 8 32. [...] Quod autem dicitur *sanguis uvae*,¹ id significabat eum, qui appariturus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina virtute [...]. Quemadmodum enim uvae sanguinem non homo fecit, sed Deus; ita et hic sanguis significabatur, non ex humano sanguine, sed ex virtute Dei, ut iam diximus, futurus. Atque Isaias alius propheta eadem verbis diversis praedicans sic fatur: *Orietur stella ex Iacob et flos e radice Iesse ascendet, et in brachium eius gentes sperabunt.*² Stella sane lucida exorta est, et flos ascendit e radice Iesse, hic Christus. Nam ex Virgine seminis Iacobi, qui Iudae pater exstitit (Iudam autem Iudaeorum patrem esse ostendimus) per virtutem Dei genitus est. Ac Iesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit; Iacobi autem et Iudae filius secundum generis successionem.

PG
6, 379

¹ Gen. XLIX, 11.

² Isa. XI, 1.

ASTERIUS Sophistes († post 341)

IN PSALMUM XIII¹

PG
55, 555 4. [...] Ἰωάννης γυμνὸς ἀναχωρεῖ, Πέτρος ἀρνεῖται, οἱ μαθηταὶ φεύ- 205
γουσι, τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τὴν ψυχὴν ἢ ῥομφαία τῆς ἀμφιβολίας διέρ-
χεται. [...] Καὶ ἐπληροῦτο τό· « Δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ». Ἐκ
τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστός· « Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν »· ἐκ τῆς παρθένου
ὁ Κύριος.

PG
55, 555 4. [...] Ioannes nudus recedit, Petrus negat, discipuli fugiunt: 205
ipsius Mariae matris animam gladius dubitationis pertransit. [...] Et impletum est illud, *Iustitia de caelo prospexit*.² Ex Patre Christus, *Veritas e terra orta est*: Dominus ex virgine.

S. APHRAHAT Syrus († ca 345)

DEMONSTRATIONES³

PS
I, 130 Demonstr. III, 14. [...] Sicut autem in oratione ieiunii eius ad 206
istum venit, ita quoque Zachariae preces ille Gabriel Deo reprae-
sentavit, quando Iohannis nuntiavit ei nativitatem. Ait enim ei:
Exaudita est deprecatio tua ante Deum.⁴ Item et Mariae preces obtulit
Deo, eique Christi nativitatem evangelizavit, dicens: *Invenisti gra-*
*131 *tiam ante Deum*.⁵ * Neque aliter invenit Maria gratiam, nisi ieiunio
et oratione sua.

PS
I, 418 Demonstr. IX, 5. Hi sunt humilitatis amatores, qui perfectam 207
concordiam cum omnibus servant. Humiles filii sunt Altissimi et
fratres Christi, qui, postquam adnuntiatus est, ad nos, pacis gratia,
venit, eumque Maria propter humilitatem suam suscepit. Cum enim
Mariam beatissimam Gabriel evangelizavit, ita dixit: *Pax tibi, bene-*
dicta inter mulieres.⁶ Pacem ergo Gabriel sumpsit, Fructum bene-
dictum detulit, dilectaque Proles in Maria seminata est. Illa autem

¹ Exstat inter *spuria* Chrysostomi, sed est *Asterii* Soph. Cf. Lau 162.

² Ps. LXXXIV, 12.

³ « Demonstrationes » editae uti « Sermones S.P.N. Iacobi Nisibeni », Ro-
mae 1756, a Nicolao Antonello, sunt S. Aphrahat Syri. Cf. G. RICCIORTI: *Afra-*
ate, in « En. Catt. », vol. I, 377.

⁴ Lc. I, 13.

⁵ Lc. I, 30.

⁶ Lc. I, 28.

Dominum laudavit et magnificavit *quia respexit humilitatem ancillae suae*, *superbi autem et potentes ei non placuerunt; et Altissimus *exaltat omnes humiles*.¹ Vide ergo, carissime, ad humiles pacem accurrere.

*419

208 Demonstr. XXI, 9. [...] Ioseph namque a patre suo vestitus est tunica fimbriata; Iesum autem Pater eius corpore induit de Virgine [adsumpto].

PS
I, 954

209 10. [...] Maria stabat super ripam fluminis, Moyse aquis innatante; Maria peperit Iesum, Gabriele angelo ei annuntiante.

PS
I, 959

210 Demonstr. XXIII, 20. [...] Iacob genuit Ioseph, et Ioseph vocatus est pater Iesu Christi; Iesus autem natus est de Maria virgine, e semine domus David, de Spiritu sancto, sicut scriptum est: *Ioseph cum Maria desponsata sibi, ambo de domo David*.² Et Apostolus testatur *Iesum Christum* fuisse ex Maria, *de semine David, in Spiritu sancto*.³ Ioseph pater Iesu appellatus est, licet non sit ille de ipsius semine natus; verum paternitatis nomen ab Adam usque ad Ioseph *per sexaginta et tres generationes derivatum est. Nomen paternitatis a Ioseph sublatum est, et Christo impositum. De Ioseph igitur nomen paternitatis, de Iohanne nomen sacerdotii accepit, et de Maria corpus induit, et nomen generationis suscepit.

PS
II, 63

*66

MARIUS VICTORINUS Afer (ca 300 † post 362)

ADVERSUS ARIUM

Primogenitum, ob dispensationis mysterium dictum esse puta: etenim secundum deitatem unigenitus est. Rursus unigenitus est, quatenus Verbum est ex Patre, fratres naturales non habens, nec alii cuiquam connumeratus: unus enim solusque * autem propter suam *487 ad creaturas inclinationem. Cum ergo unigenitus appellatur, sic nempe absolute dicitur, quin ulla causa admisceatur, ob quam reapse taliter nominetur, cum utique Unigenitus Dei sit in Patris sinu. Cum autem primogenitum ipsum sacrae appellant Scripturae¹ statim addunt et quorum sit primogenitus, nec non causam ob quam eiusmodi appellationem sortitus sit. Dicunt enim primogenitum inter multos fratres,² et primogenitum ex mortuis:³ illud quidem, quatenus factus est per omnia similis nobis absque peccato: alterum vero, quatenus ipse primus carnem suam ad immortalitatem resuscitavit. Porro unigenitus exstitit secundum naturam, ceu solus ex Patre Deus de Deo, solus de solo, Deus ex Deo effulgens, lumen de lumine; primogenitus autem propter nos, ut quoniam primogenitus eorum qui facti sunt dicitur, per ipsum salvetur quidquid pari ac ille conditione est. Nam si eum esse primogenitum prorsus necesse est,

¹ Io. I, 18.

² Rom. VIII, 29.

³ Coloss. I, 18.

τὰ κατ' αὐτόν· εἰ γὰρ δεῖ πάντως αὐτὸν εἶναι πρωτότοκον, μενοῦσι πάντως καὶ ὧν ἐστὶ πρωτότοκος· εἰ δέ, κατ' Εὐνόμιον, πρωτότοκος ἐκ Θεοῦ λέγεται ὡς τῶν πολλῶν πρῶτος γεννηθείς, ἔστι δὲ καὶ ἐκ Παρθένου πρωτότοκος, εἴη ἂν καὶ ἐξ αὐτῆς ὡς πρῶτος ἐτέρου· εἰ δὲ μόνος, ἀλλ' οὐ πρὸ ἄλλων γεννηθείς, ἐκ Μαρίας πρωτότοκος κέκληται, καὶ ἐκ Θεοῦ ἄρα πρωτότοκος, οὐχ ὡς πολλῶν πρῶτος, ἀλλ' ὡς μόνος γεννηθείς. Ἔτι εἰ τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων αἷτια ὁμολόγηται, πρῶτον δὴ ἦν Θεὸς καὶ Θεοῦ Υἱός, τῶν ἄρα υἱῶν λεγομένων αἷτιος ὁ Υἱός, ὡς ἐξ ἐκείνου λαχόντων τὴν κλησιν. Ὁ ἄρα αἷτιος τῶν δευτέρων υἱῶν, λέγοιτ' ἂν πρωτότοκος δικαίως, οὐχ ὡς πρῶτος ἐκείνων ὑπάρξας, ἀλλ' ὡς πρῶτος τῆς υἱοῦ προσηγορίας γενόμενος αὐτοῖς αἷτιος· καὶ ὥσπερ τὸ λέγεσθαι πρῶτον τὸν Πατέρα· «Ἐγὼ γάρ, φησὶν, εἰμὶ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα», οὐκ ἀναγκάσει, πάντως αὐτὸν συγγενῇ τοῖς μετ' αὐτὸν νοεῖσθαι, οὕτω καὶ πρῶτος λέγεται τῆς κτίσεως ὁ Υἱός, εἴτ' οὖν πρωτότοκος πρὸ πάσης κτίσεως, οὐ πάντως ἔσται τῶν ποιημάτων εἷς· ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἀρχὴν ἑαυτὸν τῶν πάντων ἀποδεικνύων ἔλεγεν· «Ἐγὼ εἰμὶ πρῶτος», οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς πρῶτος τῆς κτίσεως λέγεται· δι' αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα γέγονεν, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ πάντων κτισμάτων ἀρχή, ὡς Κτίστης καὶ Δημιουργός.

sequitur ut ii quoque quorum est primogenitus, maneant. Quod si, prout vult Eunomius, primogenitus ex Deo dicitur ceu primus inter multos genitus; pariterque est Virginis primogenitus: utique ex hac etiam talis fuerit, tanquam alio prior. Iam quia reapse solus, non autem prior aliis, ex Maria primogenitus prodiit, utique ex Deo quoque primogenitus processit, non tanquam primus in multis, sed tanquam unicus revera genitus. Praeterea, si priora recte dicuntur causa posteriorum; primoque Deus erat et Dei Filius, utique eorum, qui filii appellantur, causa Filius est, quia hi ab illo nomen sunt auspicati. Ergo qui posteriorum filiorum causa est, merito dicitur primogenitus, non quod primus ortu sit inter illos, sed quia obtinendae filiorum appellationis causa ipsis fuit. Ac sicuti, quia Pater dicitur primus, iuxta illud *Ego sum*, inquit, *primus, et ego novissimus*,¹ minime hinc prorsus cogimur credere illum posteriorum affinem; ita etiamsi primus dicitur in creatis rebus Filius, sive ante omnem creaturam primogenitus, non ideo tamen unus erit ullatenus ex creatis. Sed quemadmodum Pater, ut se principium omnium ostenderet dixit, *Ego sum primus*, sic etiam Filius primus in creatis rebus dicitur: per ipsum enim omnia sunt facta, ipseque est creaturarum omnium principium, utpote Conditor et Creator.

¹ Isa. XLIV, 6.

1096 5. [...] Ἴόντος τοίνυν τοῦ νόμου κατὰ γυναικὸς ἀπάσης τικτούσης ἄρσεν ἢ θῆλυ, καὶ γενικωτάτην ἡμῖν ποιουμένου τὴν κατάρρησιν, ὑπεξάιρεται τῆς δυσφημίας ἢ ἀγία Παρθένος, ἥς ἐκφῶναί φαμεν τὸ κατὰ σάρκα Χριστόν. Θέα γάρ, εἴ σοι δοκεῖ, τοῦ νόμου τὸ ἀκριβές· « Γυνή » γάρ, φησί, καὶ οὐ πᾶσα τυχὸν ἀδιακρίτως, ἀλλ' « ἥτις ἂν σπερματισθῆ καὶ τέκη ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔστω ». Ἐνταῦθα δὲ ἐκ Πνεύματος ἀγίου τὸ θεῖον συνέστη σῶμα, πλαστουρούμενον ἀρρήτως ἐν τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ, καὶ τῶν τῆς φύσεως νόμων ὀλίγα πεφροντικός· ἥκιστα γάρ σπερματικῆς ἐδεῖτο καταβολῆς ὁ τῶν ἀγίων πρωτότοκος, ἢ ἀπαρχὴ λαχόντων τὴν ἐκ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἀναγέννησιν· περὶ ὧν εἴρηται σαφῶς· « Οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἢ ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν ». Διέδρα δὲ οὖν τὴν ἐκ νόμου καταδοῆν ἢ ἀγία Παρθένος, σπερματισθεῖσα μὲν οὐδαμῶς, ἐνεργεία δὲ τῇ διὰ Πνεύματος τὸ θεῖον ἡμῖν ἀποκυήσασα βρέφος. [...]

PG
72, 500

* Ἀλλὰ ζητητέον πρῶτον μὲν, περὶ τίνος γέγραπται τὸ « περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν »· δεύτερον δέ, περὶ τοῦ παραστῆσαι αὐτὸν τῷ Κυρίῳ· καὶ τρίτον, τί σημαίνει τὸ ζευγὸς τῶν τρυγόνων, καὶ οἱ δύο νεοσσοὶ τῶν περιστερῶν. Εἰ γὰρ τὸ « περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν », περὶ τῆς ἀγίας Θεοτόκου, ἢ περὶ τοῦ μακαρίου Ἰωσήφ, ἢ περὶ τοῦ Κυρίου νομίσαι τις λέγεσθαι, ἀσεβήσει. Οὔτε γὰρ ὁ Ἰωσήφ ἔγνω τὴν ἀγίαν Παρθένον, οὔτε αὐτὴ ἐν ἀνομίαις συνέ-

*501

1096 5. [...] Cum ergo lex adversus quamlibet mulierem, quae masculinum feminamque peperisset, lata esset, eaque universalem prorsus faceret intimationem, nihilominus omni dedecore carebat sancta Virgo, de qua natum carnaliter Christum dicimus. Considera enim, si libet, legis accuratum tenorem. *Mulier*, inquit, non indifferenter quaelibet, sed *quae suscepto semine masculinum peperit, immunda esto*.¹ Atqui hoc loco corpus divinum dicimus a sancto Spiritu compactum, ineffabiliter elaboratum in sancta Virgine, naturae neglectis legibus. Minime enim seminali officio indigebat sanctorum primogenitus, inchoatio illorum qui a Deo per Spiritum regenerationem sortiuntur: de quibus dictum est manifeste, *Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Deo nati sunt*.² Ergo extra omnem legis damnationem sancta Virgo erat, quae nullum semen experta est, sed operante Spiritu divinum nobis infantem edidit. [...]

PG
72, 499

* Sed primo quaerendum est, quemnam designent verba, *Purgationis eorum*; secundo de Iesu coram Domino oblatione; tertio quid significant par turturum et duo columbarum pulli. Etenim si *purgationis eorum* de sancta Deipara, vel de beato Iosepho, vel de ipso Domino existimet aliquis dici, irreligiosus erit. Nam neque Iosephus sanctam Virginem carnaliter cognoverat, neque ipsa in peccatis con-

*502

¹ Lev. XII, 2.

² Io. I, 13.

- λαθε, καθὼς αἱ ἄλλαι γυναῖκες, ἵνα περὶ τοῦ καθαρισμοῦ ἑαυτῶν προσε-
 νέγκωσιν· ἀλλ' ἀσπύρως συνέλαθε, καὶ ἀφθόρως ἔτεκεν. "Ὅπου δὲ οὐ γυναι-
 *504 κὸς καὶ ἀνδρὸς σύνοδος, οὐχ * ὕπνος καὶ ἡδονή, οὐ συνδυασμὸς καὶ μίξις, τίς
 χρεῖα καθαρισμοῦ; Ἄλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ Κυρίου τοῦτο εἴρηται, τοῦ ἀκηράτου
 καὶ ὑπὲρ πᾶσαν καθαρότητα.
- PG 72, 505 35. «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία». 1097
 Συντομώτερον δὲ εἰπεῖν, ῥομφαίαν ἐν τούτοις καταδηλοῦσθαί φαμεν, ὡς
 ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμόν, ἣ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος τὸ ἐκ τῆς τῶν Ἰου-
 δαίων ἀπονοίας ἐπενηνεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ. Καὶ εἰσὶ γὰρ οὐκ εἰσὶ οὕτως,
 καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεὼν· μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαία κατεσφάζετο
 ἡ ἁγία Παρθένος, σταυρούμενον ὀρώσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατὰ γε
 τὴν σάρκα. Τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ· «Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ
 τὸν ποιμένα μου»· τουτέστιν· Ἐνεργείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ
 ὁ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἡκέτω καιρὸς.
- PG 72, 509 49. Ἐνταῦθα οὖν πρώτως τοῦ ἀληθῶς Πατρὸς φανερώτερον μνημο- 1098
 νέυει, καὶ παραγυμνοῖ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκεν ἡ ἁγία
 Παρθένος· «Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως»; τότε δὴ, τότε τῶν ἀνθρω-
 πίνων ἐπέκεινα μέτρων ἑαυτὸν ὄντα δεικνύς, καὶ διδάσκων ὅτι γέγονε μὲν
 ὑπουργὸς τῆς οἰκονομίας αὐτῆ τεκοῦσα τὴν σάρκα, φύσει δὲ καὶ ἀληθείᾳ
-
- ceperat ut caeterae mulieres, ita ut pro sua ipsorum purgatione offerre
 deberent. Sine semine quippe concepit, sine corruptela peperit. Ubi
 *503 autem non est mulieris cum viro copula, * neque somnus et voluptas,
 neque coniugalis coitio, quaenam sit purgationis necessitas? Sed ne-
 que de Domino id dictum fuit, immaculato scilicet et quamlibet mun-
 ditiam excedente.
- PG 72, 506 35. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* 1097
 Ut rem paucis expediamus, romphaea hic denotari dicimus, ceu
 gladio quodam, tentationem; vel etiam passionem ipsam abs Iudaeo-
 rum vesania Emmanueli illatam. Atque ita videtur intelligere ac di-
 cere iustus Simeon. Gladius enim propemodum sanctam Virginem
 transfigebat, dum crucifixum videret, quem ipsa in carne genuerat.
 Simile quid dicitur etiam a Zacharia: *Romphaea, exsurge adversus
 pastorem meum,*¹ id est, salutaris demum perficiatur passio, et osten-
 sionis bonorum tempus adveniat.
- PG 72, 510 49. *Nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt, oportet me esse?* 1098
 Hic primum veri Patris manifestius mentionem infert, suamque
 detegit deitatem. Nam cum sancta Virgo dixisset: *Fili, cur fecisti
 nobis sic?* tunc demum supra humanam mensuram se esse demon-
 strans, matremque carnalem suam dispensationis quidem esse mini-

¹ Zach. XIII, 7.

Θεός ἦν, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς ὄντος Πατρὸς, φησὶν· « Οὐκ ἤδείτε », κ. τ. λ. — Ἐνταῦθα οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ἀκούοντες, ὅτι Θεοῦ ἦν ὁ ναός, καὶ νῦν ἐν ἰδίῳις ὁ Χριστός, ὁ καὶ πάλαι διὰ τοῦ νόμου γραφόμενος, καὶ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις μορφούμενος, αἰδέισθωσαν λέγοντες, ὅτι οὐχ ὁ Δημιουργός, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ νόμου, οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ ναοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ.

- 1099 Cap. XI, 47. [...] Ζαχαρίαν δὲ ὧδε ἀκόλουθόν ἐστι ἐννοεῖν τὸν τοῦ Προδρόμου πατέρα, ὃν ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστώρηται τοὺς Ἰουδαίους ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, διὰ τὸ προφητεύειν αὐτόν, μᾶλλον δὲ ἀποδεικνύειν τὴν Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον Θεὸν καὶ Σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστόν, οἷα δὴ τινα βασιλέα καὶ Κύριον ἐπὶ τὸ ἔθνος ἀποσταλήσεσθαι αὐτῶν· καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν Παρθένον κατὰ τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, τοῦ τόπου τῶν παρθένων, τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντος μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, μὴ ἀποστῆσαι, καθὰ δὴ γεγαμημένην, ἀλλ' ἔτι παρθένον γινώσκειν αὐτήν, καὶ συγχωρεῖν κατὰ τὸν συνήθη τόπον ἐστᾶναι.
- 1100 Cap. XII, 49. [...] Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ πῦρ ὀνομάζειν ἔσθ' ὅτε τοὺς θεῖους τε καὶ ἱεροὺς λόγους, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. Ἐφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ὅτι ἐξαίφνης ἤξει εἰς τὸν

PG
72, 720PG
72, 753

stram docens, se tamen suapte natura Deum, Patrisque coelestis Filium, ait: *Nesciebatis*, etc. — Hic Valentini asseclae audientes et Dei esse templum, et quod Christus nunc in propriis est, qui et olim a lege descriptus erat, et tanquam umbris ac typis figuratus, pudore afficiantur dum aiunt, quod neque Creator, neque Deus legis, neque Deus templi, ipse est Christi Pater.

- 1099 Cap. XI, 47. [...] Zachariam autem, consentaneum est intelligere Praecursoris parentem, quem non scripta traditio refert a Iudaeis interfectum inter templum et altare, propterea quod prophetaverat, imo vero praesentem demonstraverat Virginem Deiparam, atque ex ea oriturum Deum ac Servatorem Iesum Christum, qui regis instar ac Domini ad eorum gentem mittendus erat: ipsamque sanctam Virginem, post conceptionem de Spiritu sancto, ex virginali statione, quae in sacro loco erat inter templum et altare, non esse dimittendam, dixerat ceu nuptam, sed adhuc virginem agnoscendam, eique permitendum ut in consueta statione subsisteret.
- 1100 Cap. XII, 49. [...] Mos vero est divinae Scripturae ignis nomine appellandi interdum divinam sacramque doctrinam, et sancti Spiritus vim atque operationem. Dixit enim sanctorum prophetarum unus, tanquam ex Dei persona, de universali nostro Servatore Christo, quod nempe *subito veniet in templum suum Dominus, quem vos quaeritis,*

PG
72, 719PG
72, 754

ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἴδου ἔρχεται, λέγει Κύριος, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑποστήσεται ὀπτασίαν αὐτοῦ; Ἴδου αὐτὸς ἐκπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πῶα πλυνόντων· καὶ καθεδεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον». Καὶ ναὸν μὲν φησιν ἐνθάδε, τὸ ἀχραντον ἀληθῶς καὶ ἅγιον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου τεχθὲν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν δυνάμει τοῦ Πατρὸς. Εἴρηται γὰρ πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Ἄγγελον δὲ Διαθήκης αὐτὸν ὀνομάζει τὸν Μονογενῆ, παρὰ τὸ ἀγγέλλειν καὶ διακονεῖν τῇ Πατρὸς εὐδοκίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς γενομένην.

IN IOANNIS EVANGELIUM (ante 429)

PG
73, 161

Lib. I, cap. I, 14. [...] « Ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σέ διαθήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ προσκυνήσουσί σοι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεὸς ἔστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ ». Ἴδου καὶ ἐν αὐτῷ Θεὸν εἶναί φησι, μὴ ἀποδιελόντες τοῦ Λόγου τὴν σάρκα· καὶ πάλιν οὐκ εἶναι ἕτερον Θεὸν πλὴν αὐτοῦ διςχυρίσαντο, ἐνοῦντες τῷ Λόγῳ τὸ φορούμενον, ὡς ἴδιον αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸν ἐκ Παρθένου ναόν· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός.

1101

*et angelus Testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus; et quis sustinebit diem adventus eius? Aut quis patietur aspectum eius? En ipse procedit ut ignis conflatorii, et ut herba fullonum; et sedebit conflans mundansque sicut argentum et sicut aurum.*¹ Et templum quidem hic dicit immaculatum sanctumque corpus de sancta Virgine sumptum, sancto operante Spiritu in virtute Patris. Dictum quippe fuit sanctae Virgini: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Angelum vero Testamenti ipsum nominat Unigenitum, quia nuntiat, ministratque Patris bonae erga nos voluntati.

PG
73, 162

Lib. I, cap. I, 14. [...] *Viri excelsi ad te transibunt, et tui erunt servi, et post te sequentur vincti manicis, et adorabunt te, et in te orabunt, quoniam in te est Deus, et non est Deus praeter te.*³ Ecce Deum etiam in ipso esse aiunt, non separantes carnem a Verbo: et rursus alium non esse Deum praeter ipsum confirmant, coniungentes Verbo gestamen, ut eius proprium, templum scilicet ex Virgine: unus enim ex ambobus Christus est.

1101

¹ Malach. III, 1-4.² Lc. I, 35.³ Isa. XLV, 14.

● PG 73, 21, 24, 29, 193, 209, 249, 484, 525, 637, 713, 761, 776, 792.

1102 Lib. II, II, 1-4. [...] Ἐπειδὴ δὲ οἶνος ἐπιπέλοιπε τοὺς ἐστιωμένους, ἐπὶ τὴν συνήθη φιλανθρωπίαν ἀγαθὸν ὄντα τὸν Κύριον ἡ μήτηρ ἐκάλεσε λέγουσα: « Οἶνον οὐκ ἔχουσιν » ὡς γὰρ ἐνὸν ἐπ' ἐξουσίαις αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν βούλοιο ποιεῖν, εἰς τὸ θαῦμα προτρέπει. PG
73, 225

II, 4. « Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου ».

Ἄριστα καὶ τοῦτον ἡμῖν τὸν λόγον ὁ Σωτὴρ ἐσχηματίζετο. Οὐ γὰρ ἔδει δρομαῖον ἐπὶ τὸ πράττειν, ἐλθεῖν, οὐδὲ αὐτόμολον ὥσπερ ὄρασθαι θαυματουργόν, κεκλημένον δὲ μόλις ἐπὶ τοῦτο βαδίζειν, καὶ τῇ χρείᾳ μᾶλλον, ἤπερ τοῖς ὀρώσιν ἐπιδοῦναι τὴν χάριν. Δοκεῖ δὲ πως εἶναι καὶ χαριστέρα τῶν ποθουμένων ἡ ἐκδασίς, οὐκ ἐκ τοῦ προχείρου τοῖς αἰτούσι χορηγούμενη, διὰ δὲ μικρᾶς ὑπερθέσεως εἰς ἐλπίδα καλλίστην ἀνωθουμένη· ἄλλως τε καὶ διὰ τούτου τὴν τοῖς τεκοῦσι χρεωστούμενην τιμὴν ἀξιολογωτάτην ὑπάρχουσαν ἐπιδεικνύει Χριστός, ὅπερ οὐ πράττειν ἤθελεν αἰδοῖ τῇ περὶ μητέρα καταδεχόμενος.

II, 5-6. « Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις: "Ὅτι ἐὰν λέγη ὑμῖν, ποιήσατε. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρῖαι λίθιναι ἐξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων χωροῦσαι ἀνά μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς ».

Πολλὴν ἔχουσα τὴν βροπὴν εἰς τὸ γενέσθαι τὸ θαῦμα νενίκηκεν ἡ γυνὴ πείθουσα διὰ τὸ πρόπον ὡς υἷον τὸν Κύριον. Ἄρχεται δὲ τοῦ πράγματος αὕτη πρὸς ὑπουργίαν ἤδη τῶν γενέσθαι προσταττομένων τοὺς τῆς πανηγύρεως ὑπηρέτας εὐτρεπίζουσα.

1102 Lib. II, II, 1-4. [...] Caeterum vino convivas deficiente, mater eum rogat ut solita sua bonitate et benignitate uti velit, dicens: *Vinum non habent*. Nam quasi in eius potestate sit cuncta facere quae velit, ad miraculum eum hortatur. PG
73, 226

II, 4. *Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea.*

Hunc sermonem praeclare quoque Servator effinxit. Nec enim ad patranda miracula currere aut ultro inferre se non oportuit, sed rogatum eo venire, et utilitati magis quam spectatorum oculis hanc impertiri gratiam. Gratiore vero sunt quae optantur, si non cito petentibus ea tradantur, sed aliquantula mora in pulcherrimam spem offerantur. Praeterea, maximum esse illum honorem qui parentibus debetur, Christus ostendit, dum reverentia matris id faciendum suscipit, quod facere volebat.

II, 5-6. *Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideae hydrae sex positae secundum purificationem Iudaeorum, capientes singulae metretas binas vel ternas.*

Magnam habens auctoritatem ad miraculum eliciendum mulier Dominum filium suum, ut par erat, persuasit. Haec autem rem aggreditur, dum nuptiarum ministros praesto esse iubet, eaque ministrare quae Dominus mox imperaturus esset.

- PG
73, 385 Lib. II, cap. IX, 30. [...] Οὐκ εἰδότες Ἰουδαῖοι τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκο-
νομίας τὸ βαθὺ μυστήριον, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἐνοικοῦντα τῷ ἐκ Παρθένου ναῶ
Θεὸν Λόγον ἐπιγινώσκοντες, ζήλω πολλάκις πεπλανημένω, καὶ οὐ τῷ κατ'
ἐπίγνωσιν, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, εἰς ἀγριότητα τρόπων καὶ ἀνημέρους ὀργὰς
ἐξεκαίοντο· καὶ δὴ καὶ καταλεύειν ἐπεχείρουν αὐτόν, ὅτιπερ ἄνθρωπος ὢν,
ἑαυτὸν ἐποίει Θεόν, καὶ πάλιν, ὅτι Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυ-
τὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. **1103**
- PG
73, 548 Lib. IV, VI, 42. Ὡ πολλῆς ἀμαθίας, καὶ ἀκράτῳ μέθῃ κατεσκοτισμένης
διανοίας! «Ἐπαχύνθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου». **1104**
Θεωρεῖ γὰρ ὄντως οὐδέν, ὧν ἔδει συνιέναι λαμπρῶς, καὶ γέλωτος ἄξια καὶ
φρονεῖ καὶ φθέγγεται. Χρῆν γὰρ δήπου μᾶλλον αὐτοὺς τὴν τοῦ πανσόφου
Μωσέως ἐκμελετῶντας συγγραφὴν, τοῖς τε τῶν ἀγίων προφητῶν ἐντροφῶν-
τας κηρύγμασιν ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς οὐ δίχα σαρκός, οὐδὲ τῶν διὰ σώματος
περιδλημάτων, ὡς ἡμᾶς ἀφίξεσθαι προσεδοκᾶτο Χριστός, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπείᾳ
μορφῇ φανήσεσθαι προεκηρύττετο, καὶ ἐν τῷ κοινῷ δὴ τούτῳ πάντων εὐρε-
θήσεσθαι σχήματι. Διὰ τοι τοῦτο τὴν μὲν ἀγίαν Παρθένον ἔξειν ἐν γαστρί,
τέξεσθαι δὲ καὶ Υἱόν, προφητικὸς ἡμῖν ἀναφωνεῖ λόγος· ὁμόσας δὲ τῷ μα-
καρίῳ Δαβὶδ ἀλήθειαν εὐρίσκεται Κύριος, ἣν δὴ καὶ ἀθετήσειν οὐδαμῶς ἐ-
πηγγέλλετο· «Ὅτι θήσει τὸν ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου
-
- PG
73, 386 Lib. II, cap. IX, 30. [...] Cum Iudaei altum incarnationis myste-
rium ignorarent, sed neque scirent Deum Verbum inhabitare in tem-
plo Virginis, erroneo plerumque zelo, et non secundum scientiam, ut
Paulus ait, in morum feritatem et immanes iras exardescabant: adeo-
que lapidibus ipsum obruere nitebantur, quod, homo cum esset, seip-
sum Deum faceret, ac praeterea, quod Patrem suum Deum vocaret,
aequalem seipsum faciens Deo. **1103**
- PG
73, 547 Lib. IV, VI, 42. O magnam incitiam, et immodica temulentia
obscuratum animum! *Incrassatum est*, ut scriptum est, *cor populi
huius*.¹ Nihil enim profecto cernit eorum quae clare percipere deberet,
et digna risu sentit et loquitur. Satius enim esset eos, cum ex scriptis
Mosaicis, tum sanctorum prophetarum praeconiis agnoscere Christum
non absque carne, nec sine corporis amictu ad nos venturum, sed in
humana forma appariturum, et in communi hoc omnium habitu in-
ventum iri. Proinde sanctam Virginem habituram in utero, et pari-
turam Filium, propheta nobis denuntiat,² et Dominus beato Davidi
iuravit veritatem, et non frustraturum eam promisit, *Quoniam po-
net de fructu lumbi sui super sedem eius*, ut scriptum est,³ ac praeter-
- ¹ Matth. XIII, 15; Act. XXVIII, 27.
² Isa. VII, 14.
³ Ps. CXXXI, 11.

αὐτοῦ », καθὰ γέγραπται· ἐξελεύσεσθαι δὲ καὶ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ προαπηγγέλλετο· οἱ δὲ εἰς τοσαύτην * ἀλογίαν ἐκτρέχοντες οὐκ αἰσθάνονται, *549 ὡς εἴπερ εἶδεῖεν τὴν κατὰ σάρκα μητέρα τοῦ μετὰ σαρκὸς ἀφίξεσθαι προκεκηρυγμένου, διὰ τοῦτο χρῆναι δὴ πάντως ἀπειθεῖν οἰομένων, ὅτι καταβέβηκεν ἐκ τῶν οὐρανῶν. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ σῶμα τοῦτο γεγονός εὐρήσομεν, ἀλλ' ἦν ὡς ἐν οἰκείῳ ναῶ τῷ ἐκ Παρθένου σώματι Λόγος ὁ Θεὸς, ἄνωθεν ἐκ Πατρὸς ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀφιγμένος, καὶ διὰ τὴν ἀπάντων σωτηρίαν « σπέρματος Ἰαβραάμ ἐπιδραζόμενος, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆ » καὶ καλέσῃ πρὸς υἰοθεσίαν τὴν ὡς πρὸς Θεὸν τὴν ἀνθρώπου φύσιν, Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος ἀναδεδειγμένος.

- 1105 Lib. IV, VI, 54. [...] Ζωὴ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ, καθὼ καὶ ἐκ ζῶντος PG 73, 577 ἐγεννήθη Πατρός· ζωοποιὸν δὲ οὐδὲν ἤττον καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα, συνενηνεγμένον τρόπον τινὰ καὶ ἀρρήτως ἐνωθὲν τῷ τὰ πάντα ζωογονοῦντι Λόγῳ· διὸ αὐτοῦ λελόγισται, καὶ ὡς εἷς νοεῖται σὺν αὐτῷ. Ἄδιαίρετος γὰρ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, πλὴν ὅσον εἰς τὸ εἶδέναι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρός ἦκοντα Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς Παρθένου ναόν, οὐ ταυτὸν μένοντα τῇ φύσει, οὐ γὰρ ὁμοούσιον τῷ ἐκ Θεοῦ Λόγῳ τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῇ συνόδῳ καὶ ἀπερινοήτῳ συνδρομῇ· καὶ ἐπεὶπερ ζωοποιὸς γέγονε τοῦ Σωτῆρος ἢ σάρξ, ἅτε δὴ τῇ κατὰ φύσιν ἠνωμένη ζωῇ, τῷ ἐκ Θεοῦ δηλονότι Λόγῳ, ὅταν αὐτῆς ἀπο-

ea exituram virgam de radice Iesse praedixit:¹ hi vero eo dementiae delatos se non sentiunt, ut quoniam noverant matrem secundum carnem eius quem cum carne venturum * prophetae praedixerant, *550 idcirco nullo modo credendum putarent ipsum descendisse de caelo. Licet enim istud non ut fit in corpore factum reperiamus, erat tamen in Virginis corpore, ut in proprio templo Verbum illud divinum, quod coelitus ad nos pervenit, et propter omnium salutem Abrahae semen apprehendit, ut per omnia fratribus assimilaretur, et vocaret in adoptionem filiorum Dei hominis naturam, Deus simul et homo declaratus.

- 1105 Lib. IV, VI, 54. [...] Vita enim est secundum naturam, in quantum et ex vivente Patre genitus est: sed nihilominus etiam sanctum eius corpus coniunctum aliquo modo et Verbo cuncta vivificanti ineffabiliter unitum: idcirco eius esse reputatur, ac velut unum cum ipso censetur. Indivisum enim est post incarnationem, praeterquam quod Verbum ex Deo Patre existens, et templum ex Virgine assumptum, intelliguntur idem non esse natura: non enim consubstantialia est corpus Christi Verbo divino, sed unum congressu et concursu incomprehensibili: et quoniam vivifica facta est caro Salvatoris, utpote vitae secundum naturam, Verbo nimirum divino, unita, cum

¹ Isa. XI, 1.

γευσόμεθα, τότε τὴν ζωὴν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς συνενούμενοι καὶ ἡμεῖς αὐτῇ, καθάπερ οὖν αὐτὴ τῷ ἐνοικήσαντι Λόγῳ.

PG
73, 601

Lib. IV, VI, 62-63. [...] « Εἰς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς » ἐν ἰδίαις τέθεικεν ἐπιστολαῖς. Εἰς γὰρ Υἱός, καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ οὐκ ἀλλότριον τοῦ Λόγου τὸ ἴδιον αὐτοῦ λογιούμεθα σῶμα. Διὰ γὰρ τοι τοῦτο καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου φησὶ τὸν ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσαντα Λόγον. Σὰρξ γὰρ ἐγένετο, κατὰ τὸν μακάριον εὐαγγελιστήν, καὶ οὐκ εἰς σάρκα μεταχωρήσας ἐκ παρατροπῆς· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν, ὡς Θεός· ἀλλ' ὡς ἐν ἰδίῳ κατοικήσας ναῶ, τῷ ἐκ Παρθένου φημί, καὶ ἄνθρωπος γεγονώς κατὰ λόγον ἀληθινόν.

1106

PG
73, 616

Lib. IV, cap. IV, VI, 69. [...] « Ὅτε γὰρ « ἡ Σοφία, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον », καὶ τὴν ἀληθεστέραν ἔστησε σκηνὴν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ Παρθένου ναόν, καταθέθηκεν εἰς αὐτὴν ἀπερινοήτως τε καὶ θεοπρεπῶς ὁ ἐν κόλποις ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατὴρ Θεὸς Λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς μὲν ἤδη πεφωτισμένοις καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦσι, κατὰ τὸν Παῦλον, νεφέλη γένηται συσκιάζουσα, καὶ τῶν ἐξ ἀσθενείας παθῶν τὸν καύσωνα παραλύουσα· τοῖς δὲ ἀγνοοῦσιν ἔτι καὶ πλανωμένοις,

1107

illam degustabimus, tunc vitam habebimus in nobis, ei quoque simul uniti, quemadmodum ipsa Verbo inhabitanti.

PG
73, 602

Lib. IV, VI, 62-63. [...] *Unus Dominus Iesus Christus.*¹ Unus est Filius, et ante incarnationem, et post incarnationem; nec alienum esse a Verbo proprium eius corpus censebimus. Idcirco enim Filium quoque hominis ait Verbum quod coelitus descendit. Caro enim factum est, ut ait beatus evangelista,² non mutatione in carnem transeundo (immutabile enim et inalterabile secundum naturam est, ut Deus), sed ut in suo templo, quod nimirum ex Virgine assumpsit, habitans, et revera factus homo.

1106

PG
73, 615

Lib. IV, cap. IV, VI, 69. [...] Postquam *Sapientia aedificavit sibi domum*, ut scriptum est³ ac verius tabernaculum, id est templum illud ex Virgine sibi extruxit, descendit in ipsam incomprehensibili ac divina ratione qui est in sinu Dei ac Patri sui Deus Verbum, et homo factus est, ut iam illuminatis ac tanquam in die ambulantis, iuxta Pauli dictum, nubes fieret obumbrans, et perturbationum aestum qui ex infirmitate oritur exstinguens: ignorantibus autem

1107

¹ I Cor. VIII, 6.

² Io. I, 14.

³ Prov. IX, 1.

καὶ καθάπερ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ διαιτωμένοις, πῦρ καταφωτίζον, καὶ εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος ζέσιν μεταποιοῦν.

- 1108 Lib. V, cap. I, VII, 30. [...] Ὡς δὲ ὁμόσιτος τοῖς εἰς τοῦτο συνειλεγμένοις ὁ Κύριος παρῆν ὁ εὐλογήσων, ὃν νενομοθέτηκε γάμον, οἶνος ἐπέλ[ε]ιπε τοὺς ἐστιωμένους. Ἔτι δὲ ὡς υἱοῦ κατεξουσιάζουσα, διὰ τὴν πολλὴν ἄγαν ὑποταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὁμοῦ τε καὶ τὴν ἐν δυνάμει θεοπρεπεῖ διὰ πολλῆς ἤδη τῆς πείρας μαθοῦσα, « Οἶνον οὐκ ἔχουσι », φησίν. Ἦδει γὰρ ἐξανύσσοντα, καὶ μάλα βράδιως, ἕπερ ἀπήτει τῶν πραγμάτων ἢ φύσις.

- 1109 Lib. V, VIII, 39. [...] Τοῦ γὰρ Κυρίου λέγοντος· « Ἐγὼ δὲ ἐώρακα παρὰ τῷ Πατρὶ ταῦτα λαλῶ », τὸν μὲν Θεὸν καὶ Πατέρα διὰ τούτων σημαίνει οὐχ ὑπελάμβανον, φόντο δὲ λέγειν αὐτόν, ἢ τὸν δίκαιον Ἰωσήφ, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, μικρὰ κομιδῇ περὶ αὐτοῦ κωμωδοῦντες καὶ φρονοῦντες, καὶ διεσκευασμένοι. Ἡ μὲν γὰρ ἁγία Παρθένος τὸ θεῖον ἐκυοφόρησε βρέφος, οὐχ ὁμιλήσασα γάμοις, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καθὰ γέγραπται. Καὶ ἀγνοήσας μὲν τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον ἐν ἀρχαῖς ὁ μακάριος Ἰωσήφ, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν, κατὰ τὴν τοῦ Ματθαίου φωνήν. Πλὴν οὐκ ἠγνοήθη παντελῶς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι πρὸ γάμου καὶ μίξεως ἐκυοφόρησεν ἡ ἁγία Παρθένος, οὐ μὴν συνῆκαν ὅτι καὶ ἐξ ἁγίου Πνεύματος,

adhuc et in tenebris versantibus, ignis illuminans, et in ardorem Spiritus eos transformans.

- 1108 Lib. V, cap. I, VII, 30. [...] Cum Dominus nuptiis benedicturus mensae cum caeteris accubisset, vinum convivae defecit. Mater pro ea quam in filium habebat auctoritate, ob ingentem Salvatoris nostri subiectionem et obedientiam, gnara virtutis illius divinae qua praeditum eum esse multis experimentis agnoverat, *Vinum non habent*,¹ inquit. Sciebat enim perfecturum, idque facile, prout negotii ratio postulabat.

- 1109 Lib. V, VIII, 39. [...] Etenim cum diceret Dominus, *Ego quae vidi apud Patrem meum haec loquor*,² per hoc Deum et Patrem significare non putabant, contra vero intelligere vel iustum Ioseph, vel alium quempiam eorum qui in terra degunt, usque adeo contemptim de eo sentiebant. Sancta quippe Virgo divinum fetum utero gestavit nullo nuptiarum commercio, sed ex sancto Spiritu, sicut scriptum est.³ Quod cum Ioseph ordinatione divina ita factum ignoraret, voluit occulte dimittere eam, ut refert Matthaeus. Sed enim quod sancta Virgo ante nuptias praegnans fuisset Iudaei sciebant, nec tamen intelligebant id ex sancto Spiritu, verum ab aliquo cor-

¹ Io. II, 3.

² Io. VIII, 26.

³ Le. I, 35.

ῶντο δὲ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ διεφθάρθαι τῶν ἐκ τοῦ ἔθους αὐτῆν, ὅθεν οὐκ ὀρθᾶς διαλήψεις εἶχον ἐπὶ Χριστῷ· ἐτέρου μὲν γὰρ αὐτὸν πατὴρ γεγενῆσθαι ἐνόμιζον παῖδα τοῦ τὴν ἁγίαν διεφθαρκότος Παρθένου κατὰ τὴν ἐκείνων ἀποπληξίαν, ἐπιγεγράφαι δὲ μόνον τῷ Ἰωσήφ νόθον ὄντα, καὶ οὐχ υἱόν. Ἄληθῶς λέγοντος τοίνυν· «Ἐγὼ δ' ἐώρακα παρὰ τῷ Πατρὶ λαλῶ». [...] * Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πιστεῦσθαι μακρὰν τι τοιαύταις ἀμαθίαις περιπίπτειν Ἰουδαίους, ὅπου καὶ ψιλὸν ὑπάρχειν αὐτὸν ὑπελάμβανον ἄνθρωπον, καὶ τοῦ τέκτονος ἀπεκάλουν υἱὸν πολυτρόπως ἐξευτελίζοντες, καὶ ἐν τῷ μηδενὶ κατατάττοντες τὸν ἀπάντων βασιλέα καὶ Κύριον. Ὅτι δέ, καὶ περὶ τῆς ἁγίας Παρθένου διετέθησαν οὐκ ὀρθῶς, ὡς ὑπὸ τοῦ κατεφθαρμένης, διὰ τῶν ἐφεξῆς σαφῶς δὴ λίαν εἰσόμεθα.

PG
73 881

Lib. V, VIII, 41. Φθάσας ἤδη προεῖπον ὅτι πικρὰς καὶ ἀνοσίους ἐπὶ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τὰς διαλήψεις ἐνόσουν οἱ πάντα τολμῶντες Ἰουδαῖοι εὐκόλως. Ὡς γὰρ διεφθάρθαι μὲν τὴν ἁγίαν Παρθένον τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα φημί, ἔχουσαν δὲ ἀλῶναι κατὰ γαστρός οὐκ ἐξ ἁγίου Πνεύματος, ἢ ἐξ ἐνεργείας τῆς ἁνωθεν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ τυχόν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπειθεῖς γὰρ ὄντες καὶ ἀσύνητοι παντελῶς, λόγον οὐδένα τῶν προφητικῶν ἐποιῶντο γραμμάτων, καίτοι διαρρήδη ἀκούοντες· «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν», ἢ εἰς μόνην ὀρῶντες τὴν σάρκα, καὶ ταῖς καθ' ἡμᾶς ἀκο-

1110

ruptam suspicabantur, unde sinistras de Christo opiniones concipiebant, videlicet alterius patris esse filium, a quo Virgo corrupta fuisset, attributum vero eum dumtaxat Iosepho, cum alioqui spurius esset et illegitimus. Quare eo dicente: *Ego quae vidi apud Patrem loquor*, nullam omnino de Deo suscipiebant cogitationem [...]. * Nec mirum est Iudaeos in tantam inscitiam delabi, cum et nudum ipsum hominem esse putarent, et filium fabri eum nuncuparent, multis modis elevantes, et nullo numero omnium regem ac Dominum habentes. Quod autem de sancta Virgine non recte sentirent, quasi nempe ab aliquo corrupta esset, ex sequentibus clare admodum cognoscemus.

PG
73, 882

Lib. V, VIII, 41. Antea dixi acerbis et impiis de Servatore Christo suspicionibus laborasse Iudaeos ad quidvis audendum praecipites. Existimabant enim corruptam quidem esse sanctam Virgine, Domini, inquam, matrem, et in utero habere deprehensam non ex sancto Spiritu aut virtute superna, sed a quodam forte homine corruptam. Increduli quippe cum essent ac imperiti prorsus, propheticorum scriptorum nullam plane rationem ducebant, quamvis palam et aperte audirent: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium*,¹ et ad solam

1110

¹ Isa. VII, 14.

λουθίαις ἐπόμενοι, τὴν δὲ καὶ ὑπὲρ λόγον ἐργάτιν οὐκ ἐννοήσαντες φύσιν, νηδὺς ἤνυστο μὲν οὐδέν, ἅπαν δὲ τὸ δοκοῦν ἱππηλατῶν μὴ ἑτέρως δύνασθαι κυοφορεῖν γυναῖκα νομίζουσι, εἰ μὴ ἐκ συνόδου τῆς πρὸς ἄνδρα καὶ μίξεως. Τοιαύτην νοσοῦντες τὴν ὑποψίαν οἱ δειλαιοὶ, συκοφαντεῖν ἀπετόλμων τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος γέννησιν τοῦ Θεοῦ τε καὶ οὐκ ἀθαυμάστου γεννήματος. Ἐπειδὴ δὲ τῆς πρὸς Ἀβραάμ αὐτοῦ συγγενείας ἕξω τιθεῖς ἑτέρῳ προσνέμει δὲ πατρί, χαλεπαίνουσι σφόδρα, καὶ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ὀργὴν ἀχαλίνως ἐπαφρίζοντες, διαλοιδороύμενοι λέγουσιν· «Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννημέθα, ἓνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν». Τοιοῦτόν τι γὰρ φασιν αἰνιγματωδῶς· Δύο μὲν πατέρας ἔχεις αὐτός, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ εὐγενῶν ἐγεννήθης γάμων, ἡμεῖς δὲ ἓνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.

- 1111 Lib. IX, XIV, 1. [...] Καὶ οὐκ ἄν, οἶμαι, διέλοιτό τις, εἴ γε σωφρονοίη, τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν ἐκ Παρθένου ναόν, ὅσον ἤκεν εἰς τὸ τῆς υἰότητος χρῆμά φημι· «Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός», κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. Ὁ δὲ διατέμνων εἰς υἰῶν δυάδα τὸν ἓνα καὶ μόνον, ἴστω δὴ πάντως τὴν πίστιν ἀρνούμενος. PG
74, 180
- 1112 Lib. XII, XIX, 25. «Εἰστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλοπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ». PG
74, 661

respicientes carnem ac naturae humanae ordinem sequentes, hanc autem mirabilium effectricem naturam non spectantes existimabant mulierem non posse aliter utero concipere quam hominis opera et coitu. Hac suspicione laborantes miseri, calumniari audebant illam per Spiritum divinae et admirabilis prolis generationem. Quoniam autem a cognatione Abrahae eos excludit, et alteri adiudicat patri, vehementer excandescunt, et iram effrenate despumantes, cum convitio dicunt: *Nos ex fornicatione non sumus nati: unum Patrem habemus Deum.*¹ Tale quid enim obscure promunt: *Duos quidem patres ipse habes, qui neque ex ingenuis et legitimis natus es nuptiis, nos vero unum Patrem habemus Deum.*

- 1111 Lib. IX, XIV, 1. [...] Neque sanus, opinor, quisquam a Dei Verbo templum ex Virgine assumptum separaverit quod ad filiationem nimirum attinet: *Unus enim Dominus noster Iesus Christus*, iuxta Pauli vocem.² Quicumque vero in duos filios unum illum ac solum dividit, fidem utique negare se prorsus intelligat. PG
74, 179
- 1112 Lib. XII, XIX, 25. *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius, Maria Cleophae, et Maria Magdalene.* PG
74, 662

¹ Io. VIII, 41.

² I Cor. VIII, 6.

Διαμενῆται καὶ τούτου χρησίμως ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστής, οὐδένα τῶν ἱερῶν ἀποπίπτοντα λόγων καὶ κατὰ τοῦτο δεικνύς. Τί δὲ δὴ πάλιν εἰς τοῦτό φαμεν; Ἐκθήσομαι γάρ. Παρισταμένος εἰσφέρει τῷ σταυρῷ τὴν τε μητέρα αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῇ τὰς ἐτέρας, δῆλον δὲ ὅτι κλαούσας. Φιλόδακρυ γάρ πως αἰεὶ τὸ θηλειῶν ἐστὶ γένος, καὶ πολὺ δὴ λίαν εἰς θρήνους εὐπετέες, ὅταν δὴ μάλιστα καὶ πλουσίας ἔχει τοῦ δακρυῖο εἶναι τὰς ἀφορμάς. Τί δὴ οὖν ἄρα τὸ λεπτομυθεῖν ἀναπεῖσαν τὸν μακάριον εὐαγγελιστήν, ὡς καὶ τῆς τῶν γυναϊῶν διαμενῆσθαι παραμονῆς; Σκοπὸς γάρ αὐτῷ γέγονε διδάξαι κάκεῖνο, ὅτι καὶ αὐτήν, κατὰ τὸ εἶκός, τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα τὸ ἀδοκῆτως συμβεβηκὸς ἐσκανδάλισε πάθος, καὶ μικροῦ τοῦ πρέποντος ἐξέστησε λογισμοῦ πικρὸς ὢν λίαν ὁ ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατος· καὶ πρὸς γε τούτῳ, τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐμπαίγματα, καὶ αὐτοὶ δὲ τάχα προσεδρεύοντες τῷ σταυρῷ, καὶ διαγελῶντες οἱ στρατιῶται τὸν ἐξηρημένον, καὶ αὐτῆς ἐν ὄψει τῆς μητρὸς, τὸν τῶν ἱματίων τολμήσαντες μερισμόν. Μὴ γάρ ἐνδοιάσης, ὅτι τοιοῦτους τινὰς εἰσεδέξατο λογισμούς· Γεγέννηκα μὲν ἐγὼ τὸν ἐπὶ ξύλου γελώμενον· ἀλλ' Ὑῖὸν ἑαυτὸν ἀληθινὸν εἶναι λέγων τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, τάχα που καὶ διεσφάλλετο· «Ἐγὼ εἰμι, λέγων, ἡ ζωὴ», πῶς ἐσταυρώθη; Κατὰ τίνα δὲ τρόπον τοῖς τῶν φονόντων ἐνεπνίγη βρόχοις; Πῶς οὐ κεκράτηκε τῆς τῶν διωκόντων ἐπιβουλῆς; Πῶς δὲ οὐ κάτεισιν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καίτοι τῷ Λαζάρῳ παλινδρομεῖν ἐπιτάξας εἰς ζωὴν, καὶ ὅλην τοῖς θαύμασι κα-

Huius quoque rei divinus evangelista utiliter meminit, nullum Dei verbum excidere vel ex hoc ostendens. Quomodo ergo locum istum explicabimus? Astantes cruci matrem suam et alias cum ea, flentes nimirum inducit. Pronum quippe in lacrymas est mulierum genus, et in lamenta facile, quoties nempe largae flendi causae suppetunt. Quid ergo beatum evangelistam impulit ut minuta quaeque narraret, et mulieres iuxta crucem perstitisse referret? Propositum enim ei fuit docere ipsi quoque Dei matri passionem illam inexpectatam, ut probabile est, scandalo fuisse, et mortis illius acerbitatem, adeoque Iudaeorum illusiones, et ipsos forte milites cruci astantes, qui pendentem ridebant et in ipsius matris conspectu dividere vestem ausi erant, eius animum a recta ratione propemodum excussisse. Noli enim dubitare tale quid apud se cogitasse: Genui ego eum qui in ligno ridetur; sed cum seipsum verum esse cunctipotentis Dei Filium diceret, forsitan fallebatur; cum dixerit, *Ego sum vita*,¹ quomodo crucifixus est? Quomodo interfectorum laqueis est implicitus? Quomodo persecutorum non vicit insidias? Aut quomodo non descendit de cruce, qui Lazarum ad vitam redire iussit, totamque miraculis

¹ Io. XIV, 6.

ταπλήξας τὴν Ἰουδαίαν; Καὶ εἰκὸς γε δὴ σφόδρα τὸ μυστήριον οὐκ εἶδὸς ἐν τοιούτοις τισὶ τὸ γύναιον ὀλισθήσαι διαλογισμοῖς. Χρὴ γὰρ ἐννοεῖν ποιοῦν-
 τας ὀρθῶς, ὅτι τῶν συμβεβηκότων ἢ φύσις δεινὴ πρὸς τὸ καταστρέψαι καὶ
 τὸν νήφοντα λογισμόν. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ παρώλισθέ πως εἰς τοῦτο
 γυνή. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἀγίων μαθητῶν πρόκριτος Πέτρος ἐσκανδα-
 λίσθη ποτέ, λέγοντος τοῦ Χριστοῦ καὶ διδάσκοντος ἐναργῶς, ὅτι μέλλει πα-
 ραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρὸν ὑπομένειν, καὶ θάνατον, ὡς
 ἀναφωνῆσαι προαλέστερον· «Ἰλεῶς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο»·
 τί τὸ παράδοξον, εἰ πρὸς ἐννοίας ἀσθενεστέρας ὁ τρυφερὸς τοῦ γυναιίου συν-
 ηρπάζετο νοῦς; Καὶ * ταῦτά φαμεν οὐ καταστοχαζόμενοι μάτην, ὡς ἂν τῷ *664
 δοκοίη, ἀλλ' ἐκ τῶν γεγραμμένων περὶ τῆς τοῦ Κυρίου μητρὸς ἰόντες εἰς
 ὑποψίαν. Μεμνήμεθα γὰρ ὅτι Σιμεὼν ὁ δίκαιος, ὅτε βρέφος ὄντα τὸν Κύριον
 εἰς τὰς ἀγκάλας ἐδέξατο, κατὰ τὸ γεγραμμένον, προευχαριστήσας, καὶ εἰ-
 πὼν· «Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ,
 ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου»· καὶ πρὸς αὐτὴν ἔφη τὴν ἀγίαν
 Παρθένον· «Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰ-
 σραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται
 ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί»· Ῥομ-

Iudaeam attonitam reddidit? Valde quippe probabile est mulierem
 mysterii ignaram in eiusmodi quasdam cogitationes incidisse.
 Recte enim existimare possumus tam gravem natura sua fuisse pas-
 sionem, ut sobrium et constantem animum de sede sua deturbare
 posset. Neque vero mirum est si mulier eo deciderit. Nam si Petrus,
 ille sanctorum apostolorum princeps, scandalizatus est aliquando
 cum Christus diceret, palamque doceret datum iri se in manus pec-
 catorum, crucemque ac mortem passurum, adeo ut subito exclama-
 verit: *Absit a te, Domine! non erit tibi hoc;*¹ quid mirum est, quaeso,
 si tenera mens mulieris ad infirmiores cogitationes abrepta sit? At-
 que haec quidem dicimus, non vana, ut quidam sibi persuaserit,
 coniectura ducti, sed ex iis quae scripta sunt, haec de Domini matre
 suspicantes. * Meminimus enim Simeonem iustum, suscepto in ulnas *663
 Domino adhuc infante, gratias egisse ac dixisse: *Nunc dimittis ser-
 vum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt
 oculi mei salutare tuum*² et ad ipsam sanctam Virginem dixisse: *Ecce
 positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et
 in signum cui contradicetur, et tuam ipsius animam pertransibit gla-
 dius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.*³ Gladium enim

¹ Matth. XVI, 22.

² Le. II, 29-30.

³ Le. II, 34-35.

φαίαν γὰρ ἔλεγε τὴν ὀξεῖαν τοῦ πάθους προσβολὴν πρὸς λογισμοὺς ἐκτό-
πους κατατέμνουσαν τοῦ γυναιίου τὸν νοῦν. Δοκιμάζουσι γὰρ οἱ πείρασμοὶ τὰς
τῶν πασχόντων καρδίας, καὶ τοὺς ἐνόητας αὐταῖς ἀπογυμνοῦσι λογισμοὺς.

PG
74, 664

Lib. XII, XIX, 26, 27. « Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν
παρεστῶτα, ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ· Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου. Ἐἴτα λέγει τῷ
μαθητῇ· Ἴδε ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐ-
τὴν εἰς τὰ ἴδια ».

1113

Προενόησε τῆς μητρὸς, ἀλογήσας ὡσπερ τῆς τοῦ πάθους ἀκμῆς· ἦν γὰρ
καὶ πάσχω ἀπαθής. Παραδίδωσι δὲ τῷ ἠγαπημένῳ μαθητῇ (Ἰωάννης δὲ
οὗτος ἦν ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεύς), ἀπάγειν δὲ οἴκαδε κελεύει, καὶ ἐν τάξει
ποιεῖσθαι μητρὸς, αὐτῇ τε αἰὶν πάλιν παρεγγυᾷ τὸν γνήσιον οἶεσθαι μαθητὴν
οὐδὲν ἔτερον ὑπάρχειν ἢ υἱὸν ἀληθῶς, διὰ φειδοῦς δῆλον ὅτι καὶ φιλοστορ-
γίας τὴν τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ πληροῦντά τε καὶ ἀπομιμούμενον χρεῖαν. Ἄλλ'
ὡσπερ ῥῆθησαν τῶν ἀσυνέτων τινές, ἄρα μὴ φιλοσαρκήσας ταυτὶ δήπου
φησὶν ὁ Χριστός; Ἄπαγε τῆς δυσβουλίας. Ἀρμόσει γὰρ μόνοις τοῖς ἀπό-
πληκτον ἔχουσι τὴν διάνοιαν, τὸ πρὸς τοῦτο μωρίας κατολισθεῖν. Τί οὖν
ἄρα τῶν χρησίμων εἰργάζετο διὰ τούτου Χριστός; Πρῶτον μὲν ἐκεῖνό φα-
μεν, ὅτι μάθημα κρατύνειν ἤθελε τὸ καὶ νόμῳ τετιμημένον. Τί γὰρ ὁ διὰ
Μωσέως ἔφη θεσμός; « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ
σοι γένηται ».

aiebat acutissimam vim passionis quae mulieris animum in absurdas
cogitationes avocaret. Tentationes enim animos probant eorum qui
patiuntur, et insitas eis cogitationes patefaciunt.

PG
74, 663

Lib. XII, XIX, 26, 27. *Cum vidisset ergo Iesus matrem et disci-
pulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius
tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit
eam discipulus in sua.*

1113

Providit matri in ipso passionis aestu, eo quodammodo con-
tempto: nam etsi patiebatur, erat tamen impassibilis. Tradit autem
eam charo suo discipulo, Ioanni videlicet, huius libri scriptori, et do-
mum deducere iubet, eamque matris loco habere, matrique vicissim
mandat ut charum discipulum filii loco habeat, charitate nimirum
et dilectione naturalis filii officium implendo. Sed nunquid haec,
quaeso, carnis studio Christus ait, ut stulti quidam opinati sunt?
Absit tanta dementia! Solis enim mentis emotae hominibus con-
venit eo venire vecordiae. Quid ergo utile Christus hic praestitit?
Primum quidem dicimus eum documentum in lege quoque positum
firmare voluisse. Quid enim lex Mosaica dicebat? *Honora patrem
tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit.*¹

¹ Exod. XX, 12.

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS

- 1114 I, 1. «Τῆ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῆ οὔση ἐν Κορίνθῳ». PG 74, 917
 Γράφουσι τῆ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῆ οὔση ἐν Κορίνθῳ, καίτοι Χριστοῦ λεγομένης εἶναι τῆς Ἐκκλησίας· αὐτὸς γὰρ αὐτὴν ἑαυτῷ παρέστησε παρθένον ἀγνήν. Εἴπερ οὖν ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία Θεοῦ, Χριστὸς δὲ ὁ ταύτην ἑαυτῷ παραστήσας, Θεὸς ἄρα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς ἀγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS

- 1115 II, 17. [...] Σῶμα γὰρ οὕτω [Mediol. οὔτος] λαδῶν ἔμψυχόν τε καὶ ἔνουν ἐκ τῆς ἀγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας, ὁμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ πάντα, τουτέστιν ἡμῖν. PG 74, 968

FRAGMENTUM IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS

- 1116 [...] Καὶ οὐδέπω φαμέν ἀνάχυσιν ὥσπερ * τινὰ συμβῆναι περὶ τὰς φύσεις, ὡς μεταστῆναι μὲν τὴν τοῦ Λόγου φύσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου τυχόν· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀνθρωπίνην εἰς τὴν Θεοῦ νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὄρω, πεπραχθαί φαμεν τὴν ἔνωσιν, ἐνοικήσαντος τοῦ Λόγου σωματικῶς τῷ ἐκ Παρθένου ναῶ. PG 74, 1004 *1005

- 1114 I, 1. *Ecclesiae Dei, quae est Corinthi.* PG 74, 918
 Scribunt Ecclesiae Dei, quae erat Corinthi; quanquam Ecclesia dici solet Christi: ipse enim eam sibi comparavit virginem castam.¹ Caeteroqui si Ecclesia Dei est, Christus autem eam sibi comparavit, Deus utique propria natura is est qui ex sancta Deipara Maria prodiit.
- 1115 II, 17. [...] Sic autem corpus sumens animatum ac mente praeditum de sancta Maria Deipara, assimilatus est per omnia fratribus, id est nobis. PG 74, 967
- 1116 [...] Neque ullatenus dicimus confusionem veluti * quamdam evenisse in naturis, ita ut Verbi natura in illam hominis forte transierit, neque humana vicissim in Deum; sed utramque naturam intelligimus, prout eae reapse sunt, in propria definitione ac limite consistere; atque ita factam unionem dicimus, inhabitante corporaliter Verbo in templo ex Virgine sumpto. PG 74, 1003 *1006

¹ II Cor. XI, 2.

• PG 74, 175, 300, 564, 637, 737, 964.

THESAURUS (423/425)

PG 75, 261 Assertio XV. [...] Τὸ τοίνυν «ἐκτισέ με», ἡ σοφία γυμνότερον λέγουσα, τίθησι πάλιν τοιαύτην τινὰ φωνήν· «Ἡ σοφία ἠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον». Εἰ τοίνυν ἡ σοφία μὲν ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἑαυτῇ δὲ τὸν οἶκον οἰκοδομεῖ, ποῦ τὸ «ἐκτισέ με» χωρήσει, πιθανῶς ζητητέον. Ἔστι τοίνυν ὁ τοῦτο λέγων Χριστός, ὡς ἤδη τεχθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος· ἐφ' οὗ τὸ «ἐκτισέ με», ἀδυσημήτως κείσεται, καθὸ ἄνθρωπος. Γέγονε δὲ τῆς σοφίας οἶκος ὑπ' αὐτῆς κατεσκευασμένος τὸ σῶμα τοῦτο τὸ κοινὸν τὸ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου τεχθέν, ἐν ᾧ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, τίθησι περὶ αὐτοῦ τὸ «ἐκτισέ με», ἡ θεία Γραφή, καθὸ γέγονε σὰρξ· καὶ οὕτως νοεῖσθαι χρὴ τὸ λεγόμενον.

PG 75, 364 Assertio XXI. Εἰς τό· «Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦτον Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε».

Χρὴ πάλιν ἐνθάδε τὸ «ἐποίησε», μὴ εἰς τὴν οὐσίαν ἀναφέρειν τοῦ Λόγου, μηδὲ τῆς ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ διὰ τὴν λέξιν καταθρασύνεσθαι. Ἄλλὰ τὸ «ἐποίησεν», εἰ μὲν φυσικῶς ἐθέλοις, ἐκλήψῃ καλῶς ἐπὶ τοῦ ἐκ Μαρίας

PG 75, 262 Assertio XV. [...] Cum itaque nudius dixisset Sapientia, *creavit me*, eiusmodi quidpiam addit: *Sapientia aedificavit sibi domum*.¹ Si ergo Sapientia est Verbum Dei, aedificatque sibi ipsi domum, quoniam illud, *creavit me*, pertineat, merito quaeri potest. Christus itaque est qui hoc dicit, utpote iam natus et homo factus: de quo ut homine illud, *creavit me*, citra blasphemiam dici potest. Facta est autem domus sapientiae a se constructa commune hoc corpus ex sancta Virgine natum, in quo dignata est habitare plenitudo divinitatis corporaliter, iuxta Pauli vocem.² Cum igitur Verbum caro factum sit, de ipso dicit sacra Scriptura illud, *creavit me*, quatenus factus est caro, itaque hoc dictum intelligi debet.

PG 75, 363 Assertio XXI. *In illud, «Firmiter igitur sciat omnis domus Israel, quia Dominum ipsum et Christum fecit Deus hunc Iesum, quem crucifixistis»*.³

Necesse rursus est, ut hic verbum, *fecit*, non ad essentiam Verbi referatur: neque existentiae Filii propter hoc nomen insultare. Nam si verbum *fecit*, naturaliter accipere velis, recte de templo ex Maria

¹ Prov. IX, 1.

² Coloss. II, 9.

³ Act. II, 36.

ποιηθέντος ναοῦ· εἰ δὲ πραγματικῶς πάλιν, οὐδὲν πρὸς τὸν Λόγον, οἷον φέρε εἰπεῖν.

- 1119 Assertio XXV. Εἰ πρωτότοκος ἐκ Θεοῦ, ὡς τῶν πολλῶν πρώτος γεννηθείς, ἔστι δὲ καὶ ἐκ Παρθένου πρωτότοκος, εἴη ἂν καὶ ἐξ αὐτῆς ὡς πρώτος ἐτέρων. Εἰ δὲ μόνος, ἀλλ' οὐ πρὸ ἄλλων γεννηθείς ἐκ Μαρίας, πρωτότοκος αὐτῆς κέκληται· καὶ ἐκ Θεοῦ ἄρα πρωτότοκος, οὐχ ὡς πολλῶν πρώτος, ἀλλ' ὡς μόνος γεννηθείς. PG
75, 409

DE SS. TRINITATE (423/425)

- 1120 Dialogus V. Ἀποσκευασώμεθα δὴ οὖν ἀνοσιότητός τε γραφήν, καὶ δυσσεβείας ἐγκλήματα, τὰ μὲν ὅσα πέρ ἐστι θεοπρεπέστερα, καὶ ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἑμᾶς, οὕτω καθ' ἡμᾶς γεγονότι προσνέμοντες τῷ Υἱῷ, τὰ δέ, ὅσα πως χθαμαλωτέραν καὶ καθ' ἡμᾶς τὴν ὑπόληψιν ἔχει, περιτρέποντες οἰκονομικῶς καὶ αἰχμαλωτίζοντες, κατὰ τὰς Γραφάς, πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑ-
* πακοῦν αὐτοῦ. Οὐ γὰρ δὴ τι παθόντες τῶν ἔξω λόγου καὶ φρενός, ὅταν μὲν λέγει Χριστός· «Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου», καὶ αὐτὴν ἐξ οὐρανοῦ τὴν σάρκα κατοίσομεν, καίτοι τοῦ προφήτου σαφῶς τὴν ἀγίαν ἡμῖν καταδεικνύοντος Παρθένου, καὶ βοῶντος ἀναφανδόν· «Ἴδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ PG
75, 937

facto interpretari poteris; si vero apte atque ita ut oportet, nihil ad Verbum.

- 1119 Assertio XXV. Si primogenitus est ex Deo, ut inter multos primus, genitus est autem etiam ex Virgine primogenitus: erit etiam ex illa genitus ut primus multorum. Si vero solus, sed non ante alios genitus ex Maria, primogenitus eius vocatus est: ergo etiam ex Deo primogenitus, non ut inter multos primus, sed ut solus genitus dicitur. PG
75, 411
- 1120 Dialogus V. Tollamus itaque impietatis culpam et nequitiae crimen, alia quidem quae divinitati magis conveniunt, et nostram naturam exsuperant, Filio tribuentes, nondum homini facto: alia, quae depressiorem et humanum intellectum habent, ratione dispensationis aliorum vertentes, et in captivitatem redigentes, secundum Scripturas, omnem * intellectum in obsequium eius.¹ Non enim certe aliquid a mente et ratione alienum somniantes, quando Christus ait: *Et nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis,*² etiam ipsam de coelo carnem deducemus, quamvis propheta clare nobis sanctam Virginem ostendat, ac palam clamet: *Ecce virgo in PG
75, 938*

¹ II Cor. X, 5.

² Io. III, 13.

τέζεται υἰόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Οὐδ' ἐν μήτρα σωματικῇ τῆς ἐν ἀρχαῖς ὑπάρξεως τὴν καταβολὴν ἐσχηκέναι νομοιοῦμεν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, ὅταν αὐτὸν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς ὁ Παῦλος ἀποκαλῆ, τὴν ἀσώματόν τε καὶ ἄφραστον γέννησιν ταῖς ὑπὲρ λόγον ἡμῖν κατασημαίνων ἐννοίαις.

PG
75, 1008

Dialogus VI. Ἔδει τοίνυν, ἐπεὶ περ ἐξ ἡμερότητος τῆς ἐνούσης αὐτῶ τὸ διολισθῆσαν γένος ἀναστοιχειοῦν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἐβουλεύετο Θεός, δευτέραν ὡσπερ τοῦ γένους ἀρχὴν ἀναφῦναι Χριστόν, καὶ ἀπότηξιν μὲν ἀνατλῆναι τὴν διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου, μὴ μὴν ἔτι καὶ πατέρα σαρκικὸν ἀνασχέσθαι λαθεῖν, ἵνα καὶ σὺν αὐτῷ Θεὸν ἔχωμεν οἱ πάντες Πατέρα, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῆς τοιαύτης δόξης εἰς ἀρχὰς ἀναβαίνοντες.

1121

QUOD UNUS SIT CHRISTUS

PG
75, 1257

A. Ἀρτιφανῆς μὲν δράκων, ὁ σκολιὸς οὐτοσί, καὶ ἰῶ μεθύουσαν ἔχων τὴν γλῶτταν, ὁ τῇ παραδόσει τῶν τῆς οἰκουμένης μυσταγωγῶν, μᾶλλον δὲ καὶ πάσῃ τῇ θεοπνεύστῃ Γραφῇ μονονουχὶ χαίρειν εἰπών, καινοτομήσας δὲ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ Θεοτόκον μὲν οὐκ εἶναι λέγων τὴν ἀγίαν Παρθένον, Χριστοτόκον δὲ μᾶλλον καὶ ἀνθρωποτόκον· ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις ἀπηχῆ καὶ ἀπόπληκτα, τοῖς ὀρθοῖς καὶ εἰλικρινέσι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπεισφρήσας δόγμασι.

1122

*utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*¹ neque rursus in utero corporeo existendi principium ac fundamentum habuisse putabimus ipsum de Deo Deum Verbum, quoniam ipsum splendorem gloriae et characterem substantiae Patris Paulus nominat, incorpoream et ineffabilem generationem notionibus rationem superantibus nobis significans.

PG
75, 1007

Dialogus VI. Oportebat igitur, quandoquidem pro insita sibi benignitate lapsus genus in priorem statum reformare volebat Deus, alterum veluti generis principium renasci Christum, et in lucem edi per sanctam Virginem, non tamen carnalem patrem accipere, ut et cum ipso Deum habeamus omnes Patrem, per ipsum et in ipso ad istius gloriae initia redeuntes.

1121

PG
75, 1258

A. Recens quidem draco est nequam ille et veneno temulentam habens linguam, quique, contempta traditione eorum qui orbem terrarum sacra mysteria docuerunt, imo potius universa sacra Scriptura valere iussa, rebusque novis pro sua libidine introductis, sanctam Virginem Deiparam esse negat, sed potius Christum sive hominem peperisse, aliaque bis affinia perquam absurda atque stupida rectis ac puris universalis Ecclesiae dogmatibus superinferens.

1122

¹ Isa. VII, 14.

B. Νεστόριον, οἶμαι, φῆς. Συνίημι γὰρ ἤδη πως, ἀλλὰ τί τὸ χρῆμα, ὃ τᾶν, τῶν ἐκείνου λόγων, οὐκ ἔχω νοεῖν· Θεοτόκον δὲ πῶς οὐκ εἶναι φησι τὴν ἀγίαν Παρθένον;

A. Οὐ γὰρ τοι, φησί, Θεὸν ἐκτέτοκεν. Ἦν γὰρ ὁ Λόγος καὶ πρὸ αὐτῆς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, συναΐδιος ὦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ. Καταρνήσονται δὴ οὖν καὶ τοῦτο ἀναφανδόν, ὡς ἔστι Θεὸς ὁ Ἐμμανουήλ, εἰκὴ δὲ ὡς ἔοικε διερμηνεύει τοῦνομα, λέγειν ὁ εὐαγγελιστῆς· «Ὁ ἔστι μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Οὕτω γὰρ χρῆναι κατονομάζεσθαι διεβεβαιούτο σαφῶς διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου κατὰ σάρκα γεγεννημένον, ὡς ἐνανθρωπήσαντα Θεόν.

1123

[...] Εἶτα πῶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἐπελθεῖν ἐθέλησας, οὐ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος νόμοις ἐφήκε κρατεῖν, εἰς σύστασιν, ἤτοι γέννησιν τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκός; Οὐ γὰρ ἐκ κοίτης καὶ γάμων ἠνέσχετο λαθεῖν αὐτήν, ἀλλ' ἐκ Παρθένου σεμνῆς καὶ ἀπειρογάμου, κυοφορησάσης ἐκ Πνεύματος, ἐπισκιασάσης αὐτῇ δυνάμεως Θεοῦ, καθὰ γέγραπται. Θεοῦ τοιγαροῦν τὸν γάμον οὐκ ἀτιμάσαντος, μᾶλλον δὲ καὶ εὐλογία τιμήσαντος, ἀνότου Παρθένου κυοφοροῦσαν ἐκ Πνεύματος, τῆς ἰδίας σαρκὸς ἐποιήσαντο μητέρα Θεοῦ ὁ Λόγος, οὐκ ἔχω φράσαι.

PG
75, 1272

B. Nestorium, ut arbitrator, significas. Iam enim intelligo. Opinionis vero eius ratio mihi cognita non est. Quonam autem pacto sanctam Virginem Deiparam esse negat?

A. Neque enim, inquit, Deum ex se peperit. Nam Verbum ante ipsam erat, atque adeo ante omnia saecula et tempora, utpote coaeternum Deo ac Patri. Negaverint itaque etiam hoc aperte, quod Emmanuel sit Deus. Inepte igitur illud interpretatus fuerit evangelista, dicens: *Quod interpretatur, Nobiscum Deus*.¹ Ita enim manifeste Deus ac Pater per vocem prophetarum affirmavit oportere vocari eum qui ex sancta Virgine secundum carnem natus esset, ut Deum incarnatum.

1123

[...] Quo pacto vero unigenitum Dei Verbum, cum nostram similitudinem subire vellet, ad constitutionem sive generationem suae carnis, humanae naturae leges valere noluit? Neque enim ex toro et coniugio nasci voluit, sed ex Virgine viri nescia, praegnante ex Spiritu, obumbrante ipsi virtute Dei, sicut scriptum est.² Cum itaque Deus coniugium non aspernetur, sed potius benedictione sua illud decoret, quamobrem Virginem praegnantem ex Spiritu, carnis suae matrem esse voluerit Deus existens Verbum, non facile dixerim.

PG
75, 1271

¹ Matth. I, 23.

² Lc. I, 35.

- PG
75, 1273 Οὐκοῦν εἰ λέγοιεν οἱ δι' ἐναντίας, ἥκιστα μὲν Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι 1124
δεῖν τὴν ἁγίαν Παρθένον, Χριστοτόκον δὲ μᾶλλον, δυσφημοῦσιν ἀναφανδόν,
καὶ τοῦ εἶναι Θεὸν καὶ Υἱὸν ἀληθῶς ἀποσοδοῦσι Χριστόν. Εἰ γὰρ εἶναι πι-
*1276 στεύουσι Θεὸν ἀληθῶς αὐτόν, ὡς * καθ' ἡμᾶς γεγονότος τοῦ Μονογενοῦς, ἀνθ'
δοῦ καταπεφρίκασι Θεοτόκον εἰπεῖν τὴν τεκοῦσαν αὐτόν, κατὰ γε, φημι
τὴν σάρκα;
- PG
75, 1277 Ἐτέραν γέ πως ἢ καθ' ἡμᾶς ἔνται τρίβον, τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον 1125
ἀσυνέτως διερμηνεύοντες. Φασὶ γὰρ ὡς ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέ-
λειον, ἐκ σπέρματος ὄντα Ἀβραάμ καὶ Δαβίδ, κατὰ τὴν διαγόρευσιν τῶν
Γραφῶν, τοῦτο ὄντα τὴν φύσιν ὅπερ ἦσαν ἐκεῖνοι, ὧν περ ἐκ σπέρματος ἦν,
ἄνθρωπον τέλειον τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς τε νοεράς καὶ σαρκὸς συνεστῶτα
ἀνθρωπίνης, ὃν ἄνθρωπον ὄντα καθ' ἡμᾶς τὴν φύσιν, Πνεύματος ἁγίου δυ-
νάμει ἐν τῇ τῆς Παρθένου μήτρᾳ διαπλασθέντα, γενόμενόν τε ἐκ γυναικός,
γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα πάντας ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ τῆς τοῦ νόμου δουλείας,
τὴν πόρρωθεν προωρισμένην υἰοθεσίαν ἀπολαθόντας, καινῶς συνῆψεν ἑαυτῶ.
- PG
75, 1280 Εἰ δὲ δὴ, καθά φασιν οἱ δι' ἐναντίας καὶ φρονεῖν ἐγνώκασιν, ὁ μονογενῆς 1126
τοῦ Θεοῦ Λόγος, λαβὼν ἄνθρωπον ἐκ σπέρματος τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ καὶ
Ἀβραάμ, πλασθῆναι μὲν ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ παρεσκεύασέ τε καὶ τοῦτον
-
- PG
75, 1274 Proinde si dicant adversarii, sanctam Virginem nulla ratione 1124
Deiparam appellari debere, sed potius Christiparam, manifeste bla-
sphemant, et Christum Deum ac vere Filium esse negant. Nam si
*1275 ipsum revera Deum esse credunt, utpote nostri simili * facto Unigeni-
to, cur ipsius genitricem Deiparam appellare verentur, secundum
carnem inquam?
- PG
75, 1278 Alia longe quam nos via incedunt, religionis mysterium imperite 1125
explicantes. Aiunt enim, quod Deus Verbum hominem sumpsit per-
fectum, existentem ex semine Abrahae et David,¹ ita ut edixit
Scriptura, id ipsum natura existentem, quod fuerant illi e quorum
semine erat,² hominem perfectum natura, ex anima intelligente et
carne humana constantem, quem quidem hominem, cum esset eius-
dem nobiscum naturae, Spiritus sancti virtute in utero Virginis for-
matum, factum sub lege, ut nos omnes redimeret a servitute legis,³
filiationem iam olim praedestinatum adeptos, cum admirabili ratione
coniunxit et conglutinavit sibi.
- PG
75, 1279 Si vero, ut adversarii volunt sibi que persuadent, unigenitum Dei 1126
Verbum, accepto homine ex semine David et Abraham, formari illum
in sancta Virgine curavit, atque hunc sibi ipsi copulavit, mortemque

¹ Io. VII, 42.² II Cor. XI, 22.³ Galat. IV, 4-5.

ἑαυτῷ συνῆψε, καὶ θανάτου * πεποίηκεν εἰς πείραν ἔλθεῖν, καὶ μὴν καὶ ἐγείρας *1281
 ἐκ νεκρῶν ἀνεκόμισεν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· πε-
 ριττῶς, ὡς ἔοικε, πρὸς τε τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ πρὸς γε ἡμῶν αὐτῶν,
 καὶ ἀπάσης γε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἐνανθρωπήσαι λέγεται· δηλοῖ γὰρ,
 οἶμαι, τουτί, καὶ ἕτερον οὐδέν, ὁ πάνσοφος Ἰωάννης, γεγραφώς, ὅτι «Ὁ
 Λόγος σὰρξ ἐγένετο».

SCHOLIA DE INCARNATIONE UNIGENITI (429)

- 1127 Cap. IV. Ἄνθρωπος ὀνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεός, ὁ PG
 75, 1373
 ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὡς μετεσχηκῶς αἵματος, καὶ σαρκὸς παραπλησίως
 ἡμῶν. Ὡφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεῖς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλή-
 ψει γεγονώς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον
 λόγον.

experiri voluit, necnon suscitatum e * mortuis in coelum sustulit, et *1282
 ad dexteram Dei sedere iussit, supervacaneae, ut videtur, a sanctis
 Patribus, et a nobis ipsis, atque adeo ab universa sacra et divinitus
 inspirata Scriptura homo factum esse dicitur. Hoc enim, neque aliud
 quidquam mihi significare videtur sapientissimus Ioannes cum in-
 quit: *Verbum caro factum est.*¹

- 1127 Cap. IV. Homo nominatum est, cum sit natura Deus, Dei Patris PG
 75, 1373
 Verbum: quoniam similiter ac nos sanguini communicavit et carni.²
 Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens
 humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Verumtamen et in humanitate Deus mansit, et * omnium Domi- *1374
 nus, utpote qui natura et veritate ex Deo natus est Patre. Et id nobis
 evidentissime sapientissimus Paulus ostendit: *Primus enim, inquit,
 homo ex terra de limo; secundus e coelo.*³

Atqui Virgo sancta peperit templum Verbo unitum; sed e coelo
 dicitur, et recte quidem Emmanuel: desuper enim et ex substantia
 Dei et Patris natum est Verbum ipsius: descendit vero ad nos, tunc
 cum factum est homo; tamen sic quoque desuper est. Testatus est
 autem Ioannes de eo dicens: *Qui desursum venit, supra omnes est.*⁴
 Et ipse Christus ait ad populum iudaeorum: *Vos deorsum estis, ego
 desuper sum.*⁵

¹ Io. I, 14.

² Hebr. II, 14.

³ I Cor. XV, 47.

⁴ Io. III, 31.

⁵ Io. VIII, 23.

- PG 75, 1375 Cap. VI. [...] Evangelizabat autem beatus Gabriel sanctae Virgini dicens: *Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen eius Iesum.*¹ Cum igitur per Christum Iesum omnia divinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiae, et opificem omnium fuisse Deum evangelizet, rem veram dicens evangelista divinus; designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta Virgine natum esse Iesum Christum, nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum; sed unum dicimus ex ambobus effectum, et Deum hominem factum, eundem ex Patre, ut Verbum, natum divine, et ex muliere humane, ut hominem: non tanquam ut secundum substantiae initium vocatum tunc cum secundum carnem dicitur natus; sed natum quidem ante omnia saecula, instante tamen tempore, quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. **1128**
- PG 75, 1391 Cap. XVII. Qui fidem habent in Christo immaculatam et rectis omnibus suffragiis comprobata, dicant videlicet quod ipse ex Deo Patre Deus Verbum in exinanitatem descenderit, formam servi accipiens, propriumque sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine; quod factus sit nostri similis, et nuncupatus Filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum; homo autem idem secundum carnem. **1129**
- PG 75, 1397 Cap. XXV. [...] Non per commutationem aut conversionem hominem factum Dei dicimus Verbum; nec prorsus, quod Deus esse desierit. Sed quod carnem accipiens ex muliere, et ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul et Deus; neque Dei et Patris generationem aeternam proiciens, sustinuit temporalem, ex muliere inde initium, ut esset, accipiens. Permittebat autem carni propriae suae naturae legibus nasci, nativitatis ratione duntaxat. Caeterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile: natus est enim ex Virgine, et solus habet matrem inuptam; factum autem ipsum etiam carnem, et in nobis inhabitasse, evangelista commemorat, ut utroque comprobaret, et factum fuisse hominem, et suum non perdidisse: mansit enim quod erat. **1130**
- *1398 * [...] Carne autem mihi videtur divinus Evangelista totam sapienter naturam hominum nominare: ait enim Verbum inhabitasse in nobis, non alterius, ut ego opinor, gratia, incarnationem Verbi factam esse, commemorans; nisi ut etiam nos, participatu ipsius per Spiritum sanctum locupletati, adoptionis beneficium lucraremur.

¹ Lc. I, 31.

● PG 75, 156, 501, 513, 645, 1040, 1264, 1304, 1376, 1042.

■ PG 75, 1192, 1193, 1196, 1197, 1200, 1201, 1212, 1221, 1244, 1253.

Igitur in Christo unitatem summam veramque credimus factam. Sin autem in nobis Christus inhabitare dicatur, *σχετικῶν* ipse faciet inhabitationem. Non autem cum Deus dicitur inhabitasse in Christo: *Inhabitavit namque in eo omnis plenitudo divinitatis corporaliter*:¹ non per participatum, vel *σχέσων* simplicem, quasi sole illuciente, aut igne insitum sibi calorem aliis immittente; sed, ut ita dicam, ipsa divina sinceraque natura, iuxta totum id quod est, inhabitationem sibi faciente, per veram, ut ante diximus, unitatem, in templo quod est natum ex Virgine: ita enim unus et est, et intelligitur Christus Iesus.

1131 Cap. XXVI. Natum est quidem inaestimabiliter Verbum Dei et Patris, et haec generatio omnem sensum cogitationemque transcendit, et est incorporali naturae conveniens. Verumtamen id quod natum est, proprius partus intelligitur Genitoris, et eiusdem cum eo substantiae; ideoque etiam Filius nominatur, nomine scilicet indicante quasi veram sinceramque progeniem; sed cum sit vivus in aeternum Pater, necesse est, eum quoque vivere in aeternum, propter quem est Pater. Igitur *In principio erat Verbum, et Deus erat Verbum, et erat etiam Verbum apud Deum*,² ut sapientissimus Evangelista commemorat. In consummatione autem temporum, propter nos homines, et propter nostram salutem incarnatum est, et homo est factum; non amittens quod erat, sed retinens inconvertibilem suam naturam, et semper in divinitatis fastigio collocatam; subiens tamen propter nos dispensatorie exinanitatem; nec inhonorans [*id est*, non despiciens] pauperiem, quae humanae naturae convenit: nam *cum esset dives, pauper est factus*, sicut scriptum est: *ut nos paupertate eius divites essemus*.³ Factum est igitur homo, et generationem ex muliere passum dicitur. Igitur propterea quod ex sancta Virgine vere sibi adunatum corpus acceperit; inde *Θεοτόκον* esse dicimus Virginem sanctam, quia id humane, sive secundum carnem peperit, licet haberet ante saecula generationem ex Patre.

Opinari autem nonnullos Verbum hinc initium fuisse sortitum, cum homo sit factum, impietatis est furorisque plenissimum. Eos etenim insipientissimos esse, monstravit ipse Salvator de se dicens: ** Amen dico vobis, antequam Abraham esset, ego sum*.⁴ Quomodo enim aliter ante Abraham erat, qui multis post temporibus secundum carnem natus est? Satis autem ipsos, ut opinor, redarguet divinus Ioan-

PG
75, 1399

*1400

¹ Coloss. II, 9.

² Io. I, 1.

³ II Cor. VIII, 9.

⁴ Io. VIII, 58.

nes dicens: *Hic erat, de quo ego dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.*¹

Praeterrittentes igitur in re tam frivola sine causa certare, ad illud magis veniamus, quod etiam emolumenti aliquid possit afferre, ne moleste ferant nonnulli audientes, esse sanctam Virginem Θεοτόκον, nec incredulitatis Iudaicae suas oppleant mentes, imo vero etiam paganicae impietatis. Iudaei etenim aggrediebantur Christum dicentes: *De bono opere non lapidamus te; sed de blasphemia, quod cum sis homo, facis te Deum.*² At vero filii paganorum Ecclesiae dogmata derident, audientes ex muliere Deum esse progenitum; sed illi quidem suae dementiae exedent fructus, et audient a nobis: *Stultus stulte loquitur, et cor ipsius vana intelliget.* Nostri enim mysterii ratio, licet Iudaeis sit scandalum, gentibus autem stultitia;³ nobis tamen, quod scimus, vere est admirabile, et salutare, et dignissimum credi: et si esset omnino quisquam, qui dicere auderet, hanc carnem terrenam nudae divinitatis fuisse genitricem, et ex ea creatura omni superiorem natam fuisse naturam, insania id esset et furor. Neque enim ex terra divina est facta natura; nec corruptibile incorruptionis radix unquam fiet; nec mortalitas pariet vitam; nec corporis tractabilis incorporale fiet germen; nec increatum a creato nascetur; nec quod absque initio, ab eo quod habet initium.

Verum quoniam Dei Verbum iuxta nos factum esse affirmamus, et nostris corporibus corpus sumpsisse consimile, idque sibi verissime adunasse, arcana inenarrabilique ratione, et sic hominem factum carnaliter natum esse, quid absurdum est, vel quod credi non debeat? Cum praesertim hominis anima, ut saepissime diximus, cum sit naturae alterius praeter corpus, nascatur tamen cum ipso, cum sit ei adunata, nec quisquam arbitretur naturam corporis animae initium praebere substantiae; sed immittit quidem ipsam inaestimabiliter Deus in corpus, et cum ipso etiam nascitur: unum tamen ex utroque animal definimus, hominem scilicet. Igitur Verbum quidem Deus erat, factum est autem et homo, et quia natum est secundum carnem, propter humanitatem necessarium est, ut quae ipsum peperit, sit Θεοτόκος: nam si non peperit Deum, certe nec dicitur Deus, qui est ab ipsa progenitus; sin vero Deum ipsum divinae Scripturae nominant, peperit ipsa Deum hominem factum, siquidem homo aliter fieri non posset, nisi per generationem ex muliere. Quomodo igitur non sit, quae ipsum peperit, Θεοτόκος? Quod autem Deus sit verus, qui natus inde est, ex divina Scriptura discimus.

¹ Io. I, 30.

² Io. X, 33.

³ I Cor. I, 23.

- 1132** Cap. XXVII. *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*¹ Quomodo ergo id quod natum est ex sancta Virgine, Emmanuel nominatur, cum Emmanuel, ut ante dixi, significet in nostra natura propter carnem fuisse Verbum, quod est Deus verus de Deo vero? Sed factus est Emmanuel: exinanivit enim se,² generationem nostram et similem passus, ac sic nobiscum conversatus est. Ergo et Deus in carne, et Θεοτόκος vere est quae eum carnaliter, sive secundum carnem generavit. PG
75, 1401
- 1133** Cap. XXVIII. [...] *Ita enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.*³ Filius autem unigenitus ille est qui est ex sancta Virgine procreatus: ipsum enim Verbum homo factum, quod fuit Deus in carne, ac sic terrenis apparuit. PG
75, 1401
- [...] *Audite me, insulae, et attendite, gentes. Post multum temporis stabit, dicit Dominus; ex utero matris vocabunt nomen meum.*⁴ Cum Verbum sit Deus, non ignoravit quod generationem patietur, ex muliere incarnatum propter nos. Sciebat autem quod vocabitur Christus Iesus a Deo et Patre; omnibus nobis novum filii nomen praedicans, quod * est benedictum in terra. Observa autem quod propriam nominet matrem, quae suum peperit corpus. Ergo si Deum verum se esse cognoscit, illa quae eum carnaliter peperit, Θεοτόκος dicitur, et quidem recte: sin vero non est Deus, id quod audacter, imo potius scelerate nonnulli sentiunt, privari oportet ipsam Virginem sanctam hoc nomine quo Θεοτόκος esse dicatur. *1402
- 1134** Cap. XXXIV. E coelo enim homo est Christus, licet carnem sancta Virgo pepererit; eo modo igitur desuper et de coelo. Deus enim Verbum, quod est desuper et ex Patre, carnem ex Virgine sancta accipiens, et eam suam propriamque existimans, dicebat: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit Filius hominis, qui est in coelo.*⁵ PG
75, 1406

¹ Isa. VII, 14.

² Philipp. II, 7.

³ Io. III, 16.

⁴ Isa. XLIX, 1, iuxta LXX.

⁵ Io. III, 13.

ADVERSUS NESTORIUM (430)

PG
76, 17

Lib. I, cap. I. [...] Ἄλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἀδικοῦσί τινες τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων τὸ ἱερώτατον κάλλος, καὶ τὴν ἁγίαν τε καὶ πάναγνον ῥυτιδοῦσι Παρθένον, εἰς ἀκαλλῆ σαθρότητα τῶν ἰδίων αὐτῇ [ἴσ. αὐτῆν] κατακομίζοντες ἐννοιῶν, καὶ ξένων ἡμῖν εὐρημάτων ἐπιτειχίζοντες ὄχλον. Γράφονται μὲν γάρ, ὡς νόθην τινά, καὶ οὐκ εὐφυᾶ, μᾶλλον δὲ ὡς πέρα παντός ἰοῦσαν τοῦ καθήκοντος λόγου, τὴν « Θεοτόκος » φωνήν, ἣν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ συντεθείκασιν οἱ πρὸ ἡμῶν ἅγιοι Πατέρες· διστάσει δὲ ἀνὰ μέρος τέμνοντες εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ἀποφέρουσι δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, καίτοι παθεῖν αὐτὸν εἰς ἰδίαν φύσιν, καθὼ νοεῖται Θεός, οὐδὲ ἡμῶν εἰρηκότων· ἀνατιθέντων δὲ μᾶλλον αὐτῷ μετὰ τῆς σαρκὸς καὶ τὰ τῇ σαρκὶ συμβεβηκότα πάθη, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμολογῆται Σωτήρ· τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ μεμαλάκισται μὲν αὐτὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καίτοι τοῦ παθεῖν τὸν μαλακισμὸν ἀνεπίδεκτος ὢν· σεσώσμεθα δὲ ἡμεῖς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναλαβόντος θάνατον διὰ τοῦ ἰδίου σώματος. Πειράσομαι δὲ ἄπερ ἔφην ἐπιδειξάι σαφῶς.

*20

* Ἀναγνώσομαι γὰρ ἤδη τὰς τοῦ τὸ βιβλίον συγγεγραφότος φωνάς· καὶ πρὸ γε τῶν ἄλλων ἐκείνας, αἱ γεγόνασιν αὐτῷ, τῆς « Θεοτόκος » φωνῆς οὐ μετρίως

1135

PG
76, 18

Lib. I, cap. I. [...] Sed nescio quomodo nonnulli dogmatum Ecclesiae sacratissimum decorem violant, et sanctam et castam Virginem rugis maculant, dum illam in turpem suorum sensuum inanitatem deducunt, et novorum commentorum turbam nobis quasi murum obiciunt. Nam vocem hanc, *Deipara*, quam sancti nostri Patres ad sanctam Virginem cohonestandam composuerunt, tanquam notam et minime ingenuam, imo vero longe a convenienti ratione remotam accusant; unumque Dominum Iesum Christum seorsim distinguunt, in duosque dividunt filios: auferunt etiam a Deo Verbo carnis passiones, quamvis pati illum in propria natura qua Deus intelligitur, ne nos quidem dicamus, sed potius ad ipsum una cum carne passiones quoque carnis referamus, ut ipsum quoque Salvatorem confiteamur: nam eius livore sanati sumus, ut scriptum est,¹ et infirmatus est ipse propter peccata nostra, quamvis minime capax esset infirmitatis: nosque salvati sumus dum ille per suum corpus mortem nostram suscepit. Conabor igitur quae dixi plane monstrare. Iam enim eius qui librum conscripsit, voces recitabo: et priore loco quas effudit, dum vocem *Deipara*, immodice reprehenderet. Sed quia

1135

¹ Isa. LIII, 5; Matth. VIII, 17.

κατειρηκότι. Ἐπειδὴ δὲ πλειστάκις διὰ τῶν αὐτῶν ἔρχεται λόγων, ἀντα-
νισταμένους δὲ καὶ ἡμᾶς διὰ τῶν αὐτῶν ἰέναι πλειστάκις ἐννοιῶν, ἀναγ-
καῖον, δότε δὴ, δότε συγγνώμην οὐ ταυτοπεεῖν ἡρημένοις, ἀλλ' ἤπερ ἂν ἴοι
τῶν ἐκείνου λόγων ὁ σκοπός, ταύτη καὶ ἡμῖν ἀντιφέρεσθαι δεῖν εὖ μάλα
διεγνωκόσιν. Ἔφη τοίνυν ὦδί, τὴν ἐπὶ γε τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ κατακιβδη-
λεύων φωνήν, φημί δὲ τὴν «Θεοτόκος».

[Ἡρώτησα, φησί, πολλάκις αὐτοὺς (δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἀντιλέγοντας
αὐτοῦ). Τὴν θεότητα λέγετε γεγενῆσθαι ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου; Ἀποπη-
δῶσιν εὐθὺς πρὸς τὸ ῥῆμα. Καὶ τίς, φασί, τοσαύτην βλασφημίαν νοσεῖ, ὥστε
ἐκείνην τὴν γεννήσασαν τὸν ναὸν λέγειν παρὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Θεὸν ἐν
ἐκείνῃ ἐκτίσθαι; Εἶτα ὅταν ἐπαγάγω πρὸς ταῦτα. Τί οὖν ἄτοπον ἡμεῖς λέ-
γομεν συμβουλευόντες λέγειν τὴν φωνήν, καὶ ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ κοινὸν σημα-
νόμενον τῶν δύο φύσεων; Τότε νομίζεται αὐτοῖς εἶναι βλάσφημον τὸ λε-
γόμενον. Ἡ ὁμολόγησον σαφῶς θεότητα γεγενῆσθαι ἐκ τῆς μακαρίας Μα-
ρίας, ἢ φεύγων ὡς βλάσφημον τὴν φωνήν, τί τὰ αὐτά μοι λέγων, ὑποκρίνη
μὴ λέγειν;]

Οὐκοῦν οἷς ἔφησ αὐτός, καὶ μὴν καὶ φρονεῖν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀξιοῖς, οἱ
τὰ ἐναντία δοξάζοντες, μεμαρτύρηται σαφῶς καὶ διὰ τῆς σῆς φωνῆς, ὀρθὴν
καὶ ἀπλανεστάτην τὴν ἐπὶ γε τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, ποιούμενοι

saepe, cum eadem inculcat verba, nos quoque qui illi adversamur,
easdem repetere *sententias necesse est, date, obsecro, nobis veniam, *19
qui non sponte ad verba eadem iteranda venimus, sed quacunque
illius verborum scopus pergīt, ibidem illi occurrendum esse decre-
vimus. Sic igitur dixit cum vocem illam improbaret in sancta Virgine,
Deipara, inquam:

Nestor. [Saepe, inquit, illos rogavi (eos scilicet qui ipsi contradi-
cebant), num Deitatem dicitis ex sancta Virgine natam? Ad haec
verba illico resiliunt: Ecquis, inquiunt, tanto blasphemiae morbo
laborat, ut quae templum genuit, Spiritus sancti opera, in ea Deum
ipsum creatum dicat? Deinde cum ad haec subiicio: Quid igitur ab-
surde dicitur a nobis, cum vocem hanc efferre quidem suademus, sed
ad commune duabus naturis significatum pergere? Tum vero putant
blasphemum esse quod dicimus: Aut aperte confitere divinitatem ex
beata Maria genitam, aut si ut blasphemam fugis hanc vocem, cur
qui eadem atque ego dicis, te haud dicere simulas]?

Ergo ex his quae dicis, atque etiam nescio quomodo sentiendum
putas, de iis qui contra sentiunt, aperte testimonium fertur etiam
tuae vocis confessione, rectam illos ac veram sententiam de nostrum
omnium Salvatore Christo tenere, et fidem in animo habere, quam

δόξαν, καὶ πίστιν ἔχοντες εἰς νοῦν, ἣν ταῖς Ἐκκλησίαις παραδεδώκασιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρεταὶ γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ τῶν θείων ἡμῶν μυστηρίων ἱερουργοί, καὶ ταμίαι γνήσιοι· ἀποσεύονται μὲν γὰρ καὶ μάλα ὀρθῶς, ὡς ἀμαθίας τε ὁμοῦ καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἠκούσης δυσσεβείας ἀπόδειξιν ἐναργῆ, τὸ καὶν γοῦν οἰηθῆναι μόνον, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον εἰς ἀρχὴν τοῦ εἶναι κεκλήσθαι δευτέραν, ἣγουν τῆς ἰδίας ὑπόρξεως ρίζαν ὡσπερ τινά, τῆς ἀγίας Παρθένου τὴν σάρκα λαβεῖν· πλὴν ὀνομάζουσι Θεοτόκον αὐτήν, ὡς ἀποτεκοῦσαν δηλονότι Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν τὸν Ἐμμανουήλ· γέγονε γὰρ μεθ' ἡμῶν Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ Λόγος. Ἐὰρ οὖν οἷς δοξάζειν ἐγνώκασι τάναντία φασίν; Ἐρεῖ γὰρ, οἶμαι, τίς τῶν τὰ αὐτά σοι φρονεῖν ἡρημένων· Εἰ μὴ τὴν τοῦ Λόγου φύσιν γέννημα σαρκὸς εἶναι φῆς, καὶ τῶν εἰς τοῦτο σαυτὸν ἀπαλλάττεις αἰτιαμάτων, πῶς δὴ ἄρα Θεὸν ἀποκνησαι διαθεδαιοῖ τὴν ἀγίαν Παρθένον; Ἀντακούσεται δὲ πρὸς ἡμῶν· Σάρκα γενέσθαι φησὶν ἢ θεόπνευστος Γραφή τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, τουτέστιν, ἀσυγχύτως τε καὶ καθ' ὑπόστασιν ἐνωθῆναι σαρκί· οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ σῶμα, καὶ γεγεννημένον ἐκ γυναικός, ἀλλ' ὡσπερ ἴδιον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκάστῳ τὸ αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν τουτοῖν τρόπον, καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἴδιον ἦν, καὶ οὐχ ἑτέρου τὸ σῶμα· οὕτω γὰρ καὶ γεγέννηται

ii qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis, divinarumque misteriorum nostrorum sacerdotes dispensatoresque fideles Ecclesiis tradiderunt.¹ Iure enim tanquam inscitiae summaeque impietatis evidens argumentum aversantur vel sola existimatione concipere, illud ex Deo Patre Verbum ad secundum initium ut esse inciperet vocatum esse, vel sanctae Virginis carnis suae existientiae velut radicem quamdam accepisse: sed tamen ipsam Dei genitricem vocant, ut quae illum Emmanuelem, qui ex natura Deus est, pepererit: nam illud Verbum factum est nobiscum, quod ex natura Deus et supra nos erat. Num igitur iis quae sentiunt contraria asserunt? Dicit enim, ut puto, quispiam ex iis qui tecum sentiunt: Si Verbi naturam prolem esse carnis negas, et te hoc crimine liberas, quomodo igitur sanctam Virginem peperisse Deum asseris? Sed is a nobis e contrario audiet: Carnem factum esse illud ex Deo Patre Verbum ait Scriptura divinitus inspirata, hoc est, carni sine confusione et secundum hypostasim unitum: neque enim alienum ab eo erat unitum illi corpus, et natum ex muliere, sed ut suum cuique nostrum proprium est corpus, eodem modo etiam Unigeniti corpus proprium illi erat, et non alterius: sic namque factus est etiam secundum carnem. Praeterea dic mihi quomodo factum est caro, si

¹ Lc. I, 2.

κατὰ σάρκα. Εἶτα πῶς ἂν, εἰπέ μοι, γέγονε σάρξ, οὐ παρειλημμένης γεννήσεως τῆς ἐκ γυναικός, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος νόμων εἰς τοῦτο καλούντων, καὶ τῆς σαρκικῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν οὐχ ἑτέραν * ἔχειν δυναμένης τὴν ὁδόν; *21
 Οὐ γὰρ που ταῖς Ἑλλήνων τερθρείαις προσεσηκότες, ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας τὰ ἀνθρώπων τίκτεσθαι σώματα καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ βραψωδῆσομεν νόμους δὲ τοὺς καθ' ἡμᾶς ἢ φύσις ὠρίσατο, μᾶλλον δὲ τῆς φύσεως ὁ Δημιουργός. Τίκτεται γὰρ ὡσπερ ἀφ' ἐκάστου τῶν ὄντων τὸ συγγενές, οὕτω καὶ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ἔχοι τὸ χρῆμά ποθεν; ἀνέφικτον μὲν γὰρ παντελῶς οὐδὲν ὦν ἂν ἔλοιτο κατορθοῦν τῇ θεῖα τε καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει, ἔρχεται δὲ διὰ τῶν εἰκότων τῇ τῶν ὄντων φύσει, τοὺς παρ' αὐτῆς τεθειμένους οὐκ ἀτιμάζουσα νόμους· καὶ ἦν οὐκ ἀνέφικτον τῷ πάντα ἰσχύοντι Λόγῳ, κεκρικότε μὲν δι' ἡμᾶς γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, παραιτουμένῳ γε μὴν γέννησιν τὴν ἐκ γυναικός, ἔξωθεν ἑαυτῶ καὶ ἰδίᾳ δυνάμει πλαστοργῆσαι τὸ σῶμα, καθάπερ ἀμέλει γενέσθαι φαμέν καὶ ἐπὶ τοῦ προπάτορος Ἀδάμ· «Ἐλαβε γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον». Ἐπειδὴ δὲ πρόφασις αὕτη τοῖς ἀπίστοις ἦν, συκοφαντεῖν ἐθέλουσι τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, τοῖς ἀνοσίοις Μανιχαίοις, οὓς ἄνω τε καὶ κάτω δεδιέναι φῆς, μὴ ἄρα που τοῖς Θεοτόκον λέγουσι τὴν ἁγίαν Παρθένον ἐπιτηδῆσειαν, ὡς ἐν μόναις φαντασίαις διαβεβαιούμενοι γενέσθαι τοῦ Λόγου τὴν σάρκωσιν, κενώρηκεν ἀναγκαίως διὰ τῶν ἀνθρωπίνης φύ-

generatio ex muliere non sit adiuncta; cum humanae naturae leges id requirant, et carnalis * exsistentia ab initio non aliam viam habere *22
 possit? Non enim gentilium scilicet nugis adhaerentes, ex quercu aut ex petra hominum corpora gigni nos quoque fabulabimur: sed leges nostras ipsa natura, imo vero ipse Opifex naturae constituit. Ut enim ex unaquaque re quod cognatum est gignitur, ita etiam ex nobis ipsis: neque aliter id se habere potest ullo modo. Quamvis enim divinae illi et ineffabili potentiae omnino nihil impossibile sit ex his quae velit efficere, tamen ne leges a se positas contemnat, per ea pergit quae cum rerum natura conveniunt: eratque non impossibile omnipotenti illi Verbo, ubi statuisset propter nos fieri secundum nos, si generationem ex muliere refugeret, sibi extrinsecus ac propria virtute corpus formare, ut procul dubio in Adam primo parente factum dicimus: *Acceptit enim Deus pulverem, inquit, de terra, et formavit hominem:*¹ sed quia id perfidis hominibus calumniari volentibus incarnationis mysterium, pro occasione futurum erat, et ante caeteros impiis manichaeis, quos subinde te metuere dicis, ne in eos scilicet qui sanctam Virginem Dei genitricem dicunt, insiliant, quasi asserant Verbi incarnationem in sola specie factam, ideo necessarium fuit ut

¹ Gen. II, 7.

σεως νόμων· και ἐπέιπερ ἦν ὁ σκοπὸς αὐτῷ, πληροφορῆσαι σύμπαντας, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραάμ· και μεσιτευούσης πρὸς τοῦτο αὐτὸ τῆς μακαρίας Παρθένου, παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος και σαρκός. Ἦν γὰρ οὕτως και οὐχ ἑτέρως μεθ' ἡμῶν γενέσθαι Θεόν. Χρειωδεστάτη δὲ και ἑτέρως τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἢ τοῦ Λόγου σάρκωσις, ἤγουν ἐνανθρώπησις ἦν. Εἰ μὴ γὰρ γεγέννηται καθ' ἡμᾶς κατὰ σάρκα, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἡμῖν μετέσχε παραπλησίως, οὐκ ἂν τὴν ἀνθρώπου φύσιν τῶν ἐν Ἀδὰμ ἀπήλλαξεν ἐγκλημάτων, οὐδ' ἂν τῶν ἡμετέρων σωμάτων ἀπεσόδησε τὴν φθοράν, οὐδ' ἂν κατέληξε τῆς ἀρᾶς ἢ δύναις, ἣν ἐπὶ τῇ πρώτῃ γυναικὶ γενέσθαι φαμέν· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτήν· «Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα». Ἀλλὰ νενόσηκε μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις τὸ ἀπειθὲς ἐν Ἀδὰμ· γέγονε νῦν εὐδόκιμος ἐν Χριστῷ διὰ τῆς εἰς ἅπαν ὑπακοῆς· γέγραπται γάρ, ὅτι «Ὡσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ καταστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω διὰ τῆς ὑπακοῆς ἑνὸς ἀνθρώπου, δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί». Πέπονθεν ἐν Ἀδὰμ τό· «Γῆ εἶ, και εἰς γῆν ἀπελεύση»· πεπλούτηκεν ἐν Χριστῷ τὸ κατα ... δύνασθαι [ἴσ. καταπατῆσαι] τῶν τοῦ θανάτου βρόχων, και οἶονεὶ κατορχεῖσθαι φθορᾶς, ἐκεῖνο λέγουσα τὸ προφητικόν· «Ποῦ ἡ νίκη

per humanae naturae leges pergeret: et quia id illi propositum erat, ut se vere hominem factum omnibus demonstraret, apprehendit semen Abraham¹ et ad eam ipsam rem beata Virgine media interveniente, similiter ac nos participavit carne et sanguine; neque enim aliter licebat nobiscum fieri Deum. Utilissima autem et alia quoque ratione his qui versantur in terris, Verbi incarnatio sive humanatio fuit. Nisi enim similiter atque nos secundum carnem fuisset natus, nisi similiter participasset iisdem, nunquam hominis naturam criminibus in Adam contractis absolvisset, neque a nostris corporibus corruptionem repulisset, neque maledictionis illius potestas desiisset, quam primae feminae illatam dicimus, cui dictum est: *In tristitia paries filios*.² Sed hominis natura in Adam inobedientiae morbo laboravit, nunc in Christo grata facta est per illam ipsius ad omnia obedientiam. Scriptum est enim: *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius hominis iusti constituentur multi*.³ Subiacuit in Adam illi maledicto *Terra es, et in terram ibis*; ⁴ acquisivit in Christo ut calcare possit mortis laqueos, et quodammodo adversus mortem tripudiare, illud propheticum

¹ Hebr. II, 16.

² Gen. III, 16.

³ Rom. V, 19.

⁴ Gen. III, 19.

σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ἄδη; » Γέγονεν ἐπάρατος, ὡς ἔφην, ἀλλ' ἤργησεν ἐν Χριστῷ καὶ τοῦτο. Καὶ γοῦν εἴρηται που πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον, προφητευσούσης ἐν Πνεύματι τῆς Ἑλισάβετ· « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Βεβασίλευκεν ἡμῶν ἡ ἁμαρτία, καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας εὐρετῆς * καὶ πατήρ, τῶν ἀνά πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν κατεσοβαρεύετο, τῶν θείων νόμων τὴν παράβασιν ἐγκαλῶν· ἀλλ' ἐν Χριστῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρα, παρῆρσιαν ἔχουσιν ὁρῶμεν πρὸς Θεόν· ἔφη γὰρ ἐναργῶς· « Ἐρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὐρήσει οὐδέν ».

Ἄλλ', ὦ βέλτιστε, φαίην ἂν εἰκότως, εἰ μὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής, γέγονε δὲ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διὰ γεννήσεως σαρκικῆς τῆς ἐκ γυναικός, οὐκ ἂν ἡμεῖς τὰ αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν. Ὡς γὰρ ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος, δεῦτερος ἡμῖν Ἀδὰμ οὐκ ἀπὸ γε τῆς γῆς κατὰ τὸν πρῶτον, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ πέφηνεν, ὁ Ἐμμανουήλ. Ὁ γὰρ ἄνωθεν τε καὶ ἐκ Πατρὸς Λόγος, οὐκ εἰς τὴν τοῦδὲ τινος, οὔτε μὴν εἰς ἄλλοτριαν καταπεφοίτηκε σάρκα, καθάπερ ἤδη προεῖπον, οὐδ' αὖ ἐφ' ἓνα τινὰ τῶν καθ' ἡμᾶς κατατέθηκεν, ὡς ἐνοικήσων αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν προφήταις ἦν·

dicens: Ubi est, mors, victoria tua? ubi stimulus tuus, inferne? ¹ Facta est maledicta, ut dixi: sed id quoque evacuatum est in Christo. Itaque dictum est ad sanctam Virginem, ipsa Elizabeth in Spiritu prophetante, *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* ² Regnavit in nobis peccatum, et inventor ille et * pater peccati adversus omnes qui per orbem terrarum erant, se superbe iactabat, divinarum legum illis violationem obiiiciens: sed hominum naturam in Christo, tanquam in secundi generis primitiis, fiduciam ad Deum habere videmus: dixit enim aperte: *Venit princeps mundi huius, et in me nihil inveniet.* ³

Sed, o praeclare vir, non abs re dixerim, si non ut nos factus est ille Unigenitus, neque ut nos fieri alio modo quam per generationem carnalem ex femina potuit, nunquam nos illius rebus divites fieri potuimus. Ut enim scribit beatus Paulus, ille Emmanuel non e terra ad prioris illius exemplum, sed e coelo secundus nobis Adam apparuit. ⁴ Nam illud superne et ex Patre Verbum non in cuiuspiam carnem, neque in alienam venit, ut iam superius dixi, neque in unum aliquem nostri similem descendit ut in eo habitaret, ut procul dubio fuit in prophetis: sed cum sumptum ex muliere corpus suum fecisset,

¹ I Cor. XV, 55: Os. XIII, 14.

² Lc. I, 42.

³ Io. XIV, 30.

⁴ I Cor. XV, 47.

ἀλλ' ἴδιον ποιησάμενος σῶμα τὸ ἐκ γυναικός, καὶ γεννηθεὶς ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα, τὴν ἀνθρώπου γέννησιν ἀνεκεφαλαιοῦτο δι' ἑαυτοῦ, μεθ' ἡμῶν κατὰ σάρκα γενόμενος, ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος ἐκ Πατρὸς. Ταύτην ἡμῖν τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν αἱ θεῖαι παρέδωσαν Γραφαί. Σὺ δὲ δεδιέναι μὲν προσποιῆ, μὴ ἄρα τις τῶν καθ' ἡμᾶς ὑποπτεύσειε, τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἀπὸ γῆϊνης σαρκὸς ἐσχηκέναι τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον· ἀναιρεῖς δὲ εἰσάπαν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, μὴ χρῆναι λέγων ὀνομάζεσθαι πρὸς ἡμῶν Θεοτόκον τὴν ἀγίαν Παρθένον· περιτρέπεις δὲ ὡσπερ εἰς ἄφυκτόν τε, καὶ ἀναγκασίαν ὁμολογίαν τοὺς Θεοτόκον λέγοντας αὐτήν, τοῦ δεῖν οἴεσθαι σαρκὸς γενέσθαι καρπὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον. Ἄλλ' οὐχ ὧδε τοῦτ' ἔχει πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ Πατρός τὴν ὑπαρξιν ἔχων τὴν παντὸς ἐπέκεινα χρόνου, καὶ γὰρ ἐστὶ τῶν αἰῶνων Δημιουργός, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῦς ἐπεὶ τοι γέγονε σὰρξ, γεγενῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα. Εἰ γὰρ ἴδιον αὐτοῦ τὸ σῶμα νοεῖται, πῶς οὐ πάντη τε καὶ πάντως τὴν τοῦ ἰδίου σώματος γέννησιν οἰκειώσεται; Ἄλλ' ἐπήνεσας ἂν καὶ αὐτὸς τὴν τῶν οὕτω δοξαζόντων ὀρθὴν καὶ ἀβέβηλον πίστιν, εἰ δὲ παυτὸν [ἴσ. δὴ σαυτὸν] ἀναπειθεῖν ἤθελες διαλογίζεσθαι, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι Θεὸς ἀληθῶς ἐστὶν ὁ Χριστός, εἷς τε καὶ μόνος ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐ διηρημένος εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ ὁμοίως εἰς Θεόν, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεός. Ὅτι δὲ συκοφαν-

et ex ea secundum carnem esset genitus, hominis generationem per se recapitulavit, nobiscum factus secundum carnem, qui ante omnia saecula exstiterat ex Patre. Hanc nobis fidei confessionem sacrae Litterae tradiderunt. At tu metuere te simulas, ne quis e nobis suspicetur, illud ex Deo genitum Verbum a carne terrena existentiae initium habuisse; ac funditus tollis dispensationis in carne mysterium, cum sanctam Virginem esse a nobis Dei genitricem appellandam negas: et eos qui illam Dei genitricem vocant, tanquam ad inevitabilem ac necessariam confessionem deducis, ut illis putandum sit Verbum carnis esse fructum. Sed id secus est, longaeque aliter habet. Nam ille ex Deo Patre Filius, qui supra omne tempus initium existendi habet, cum sit saeculorum Conditor, in extremis saeculi temporibus quia factus est caro, secundum carnem factus esse dicitur. Nam si proprium eius corpus intelligitur, quomodo non prorsus proprii corporis nativitatem sibi tanquam suam vindicabit et asseret? Sed hanc hominum ita credentium rectam sacramque fidem etiam ipse probasses, si tibi ipsi persuadere voluisses, ut cogitares atque confitereris vere Deum esse Christum, unumque ac solum esse Dei et Patris, non divisum in hominem seorsim, et in Deum similiter, sed eundem esse et ex Deo Patre Verbum, et ex muliere hominem nostri similem, unaque Deum permanere. Sed te calumniari illam

τεῖς τοῦ Λόγου τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, δύο πρεσβέων υἱοὺς πανταχῆ, καὶ διατέμνων τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, οὐ διὰ τῶν ἐμῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν σῶν δειχθήσεται λόγων.

[Βλέπε τὸ συμβαῖνον, αἰρετικέ· οὐ φθονῶ τῆς φωνῆς τῆ Χριστοτόκῳ Παρθένῳ, ἀλλ' οἶδα σεβασμίαν τὴν δεξαμένην Θεόν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος. Πάλιν ὑποπτεύω τὸν κρότον· πῶς τὸ «παρῆλθεν» ἐνόησατε; οὐκ εἴρηταί μοι τὸ «παρῆλθεν», ἀντὶ τοῦ * «ἐγεννήθη»· οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων· τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου Παρθένου παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην Γραφῆς, τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην]. Καὶ μεθ' ἕτερα· [Οὐδαμοῦ τοίνυν ἡ θεία Γραφή Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου λέγει γεγενῆσθαι, ἀλλὰ Ἰησοῦν, Χριστόν, Υἱόν, Κύριον]. Προσεπάγει δὲ τούτοις, ὅτι μὴ Θεὸς ἀληθῶς, θεοφόρος δὲ μᾶλλον ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστός, ὡς γοῦν οἶεται, καταδεικνύς τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν τῷ μακαρίῳ λέγοντος Ἰωσήφ· «Ἐγερθεῖς, παράλαβε τὸ παιδίον»· εἰδέναι δὲ φησι καὶ τοὺς ἀγγέλους, καίτοι σοφωτέρους ὄντας ἡμῶν, ὅτι παιδίον ἦν.

1136 Lib. I, cap. II. Αἰρετικὸν μὲν οὖν ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τὸν ὀρθὴν ἔχοντα καὶ τεθουμασμένην ἐπὶ Χριστῷ τὴν πίστιν, καὶ ἐπέιπερ ἐστὶ Θεὸς ἀληθῶς, Θεοτόκον ὀνομάζοντα τὴν τεκοῦσαν αὐτόν. Γένοιτο δ' ἂν οὐδενὶ τῶν εὖ φρο-

PG
76, 25

Verbi generationem secundum carnem, cum ubique duos asseras filios, et divides unum Dominum Iesum Christum, non meis, sed tuis verbis perspicuum fiet.

Nestor. [Vide quid consequatur, haeretice. Non invideo hanc vocem Christi genitrici Virgini, sed novi venerandam esse quae Deum exceptit, per quam pertransiit ille universorum Dominus, per quam effulsit sol iustitiae. Rursum suspectum habeo hunc plausum. Quomodo verbum illud *pertransiit*, * intellexistis? Non dixi, *pertransiit*, pro eo quod est, *genitus est*: non enim ita facile meae sententiae obliviscor. Pertransisse Deum ex Christi genitrice Virgine a sacris Litteris didici, sed Deum ex ipsa genitum nusquam didici]. Et post alia: [Nusquam ergo divinae Litterae Deum ex Christi genitrice genitum dicunt, sed Iesum, Christum, Filium, Dominum]. Ad haec subiicit Christum non Deum verum, sed Deiferum potius hominem fuisse, ut ipse putat, proferens illam angeli vocem beato Ioseph dicentis: *Surge, et accipe puerum*:¹ atque ipsos quoque angelos, qui nobis procul dubio sunt sapientiores, scivisse ait puerum fuisse.

1136 Lib. I, cap. II. Haereticum in his vocat eum qui rectam ac probam de Christo fidem habet, et quia vere Deus est, quae illum peperit Dei genitricem appellat. Nemini autem sapienti dubium est, qui

PG
76, 26

¹ Matth. II, 13.

νούντων ἀμφίλογον, ὅτι τοῖς ὀρθῶς φρονεῖν ἡρημένοις τὸν τῶν αἰρέσεων μῶ-
μον ἀνάπτων, αὐτὸς τῶν ἰδίων καθοριεῖ λόγων τὸ ἀκαλλές· μόνον δὲ οὐχὶ
καὶ διωμολόγηκεν ἐναργῶς, ὡς ἔξω που τῆς εἰς εὐθὺ φέρεται τρίβου, καὶ
τροπὰς ποιεῖται τὰς διεστραμμένας. Εἶτα πῶς οὐ φθονεῖς, εἰπέ μοι, τῆς
τοιᾶσδε φωνῆς τῆ ἁγία Παρθένω, καίτοι τῆς θείας γεννήσεως ἀναιρῶν τὸ
ἄξίωμα, καὶ Θεοτόκον οὐκ εἶναι λέγων αὐτήν; Κατακιδηλεύων δὲ τὴν λέ-
ξιν, καὶ βλασφημίας ἐπίμεστον εἶναι διαθεβαιούμενος, τίνα τρόπον ἐφίης
τοῖς ἐθέλουσιν ἀπονέμειν αὐτήν τῆ ἁγία Παρθένω; Καίτοι σεβασμίαν ἀκούω
λέγοντος αὐτήν· εἶτα τὴν βλάσφημον οὕτω φωνήν, κατὰ γε τὸ αὐτῷ σοι,
καὶ μόνω δοκοῦν, πρέπειν οἰήσῃ τῆ σεβασμιώτητι κοσμοῦν [ἴσ. τῆ σεβα-
σμιωτάτη, καὶ κοσμοῦν] καὶ στεφανοῦν ὑποπλάττη, γέρας ὡσπερ ἐξαίρετον
ἀνατιθεὶς αὐτῇ, τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου συκοφαντίαν; Εἰ γὰρ ἐστὶν ὅλως
τῶν ἀπηχθημένων τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι Λόγω, τὸ γέννησιν ὑπομεῖναι σαρκι-
κὴν· εἶτα Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι συγχωρεῖς τὴν οὐ τεκοῦσαν Θεόν, ἄρ' οὐκ
ἄληθές εἶπεῖν ὡς καταπεφρόνηκας ἐναργῶς τῶν Δεσποτικῶν θελημάτων;
Οὐκ ἂν ἀλοίης περιωδρίζων μᾶλλον τὴν σεβασμίαν, ἤγουν, ὡς αὐτὸς οἶει
τε καὶ λέγεις, τιμᾶν ἡρημένος, τὴν τῷ Θεῷ κατεστυγημένην φωνὴν ἀπονέ-
μων αὐτῇ; Οὐ γὰρ οὐδὲ τιμᾶν ἐγνώκαμεν, τούτοις ὀνόματα χαριούμεθα, τὰ
δι' ὧν ἡ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἀδικοῦτο δόξα· πρῶτον μὲν σφᾶς αὐτοὺς τοι-

recte sentientibus haeresis maculam aspergit, eum sua verba ut per-
peram dicta damnare, tantumque non aperte fateri se extra rectam
semitam ferri, et perversas parare sibi vias. Iam vero, dic mihi, ob-
secro, quomodo hanc vocem sanctae Virgini non inideas, cum ab
ea divinae generationis dignitatem tollas, et ipsam esse Dei genitri-
cem neges? Cum vero eam vocem improbes, et plenam esse blasphe-
miae asseras, quomodo volentibus eam sanctae Virgini tribuere per-
mittis? Atqui a te illam venerandam vocari audio: deinde vocem
adeo blasphemam, ut tibi ipsi, et quidem soli, videtur, ipsius vene-
rationi convenire putas? Honestare illam et ornare te simulas, dum
falsam adversus Deum Verbum calumniam velut praecipuum illi
munus dicas? Nam si prorsus execrandum est Verbo ex Deo nato
carnalem subire generationem; deinde illam, quae Deum non genuit,
Dei genitricem appellari concedis: an non vere dici poterit te Domi-
nicam voluntatem contempsisse? Nonne deprehenderis illam vene-
randam iniuria magis afficere, quam, ut tu putas ac dicis, honestare
velle, cum exosam Deo vocem illi tribuis? Neque enim quos hono-
rare statuimus, iis nomina largiemur per quae supremae illius natu-
rae gloria violetur. Nam primum in nos ipsos eiusmodi blasphemiae
crimina imprudenter coniciemus: ad haec velut honoris specie non
levem iis iniuriam inferemus, quos laudare volumus, si illos lau-

αύτης δυσφημίας ἐγκλήμασιν ἐνιέντες ἀγνοήσομεν· εἶτα πρὸς τούτοις, οὐ μετρίως ἀδικήσομεν, ὡς ἐν ὑπολήψει τιμῆς, τοὺς ἐπαινουμένους τοῖς οὐκ ἐπαινοῦσι κατασεμνύνοντες, καὶ θεομισῆς αὐτοῖς ἐξυφαίνοντες τὸ ἐγκώμιον. Θαυμάσειε δ' ἂν τις πρὸς τούτῳ κάκεῖνο· ἄνω τε γὰρ καὶ κάτω ταῖς * τῶν ἀνοσιῶν αἰρετικῶν ἐπιπλήττων φωναῖς, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἐφίεις *28 ἰσχύειν αὐτάς, ὅτι τῶν θείων δογμάτων παραιροῦνται τὸ ἀληθές, εἶτα τὴν « Θεοτόκος » φωνὴν οὐκ ἐν ὀλίγαις τιθεὶς αἰτίαις, καὶ ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις γραφόμενος, ὡς οὐκ ἀληθῶς καὶ δύσφημον, συγχωρεῖν ἔφησ καὶ οὐ φθονεῖν τῇ Παρθένῳ, κἂν εἰ ἔλοιτό τις εἰπεῖν Θεοτόκον αὐτήν. Ἐφίης οὖν ἄρα καὶ τοῖς τὴν Ἀρείου νοσοῦσι μανίαν, ἐν μείοσιν εἶναι λέγειν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, ἢ γοῦν τοῖς ἄλλοις, οἳ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατακομίζουσι φύσιν τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔλοιτο τοῦτο δρᾶν, κἂν εἰ τις ἐθέλοι τὴν αἰτίαν ἀναμαθεῖν, ἐρεῖς δὴ που πάντως· Ὅτι φωνῆς οὐκ ἀνέχομαι δυσσεβοῦς. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἔστι Θεοτόκος, εἶτα τοῦτο λέγεσθαι συγχωρεῖς, ἴσθι λελοιπῶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ σμικρὰ φροντίζων ἔτι τοῦ δοκεῖν εἶναι σοφός. Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ τὴν Ἐλισάβετ, ἤγουν ἐτέραν τῶν ἁγίων γυναικῶν αἰδοῦς ἀπάσης ἀξίαν εἶναι φῆς; Ἄρ' οὖν οὐ φθονήσεις, εἰ δὴ τις ἔλοιτο θεοτόκος καὶ αὐτάς εἰπεῖν; Ἄλλ', οἴμαι, πάντῃ τε καὶ πάντως ἀνταναστήση, λέγων· Οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει· τετόκασι γὰρ ἀνθρώπους ἡγιασμένους, καὶ ἦν ἐν ἐκείνοις Θεὸς κατὰ φύσιν οὐδεὶς. Οὐκοῦν ἢ γυναικὸς ἀπάσης ἀποσόβει τὸ χρῆμα,

dibus nullum honorem afferentibus oneraverimus, et Deo invisam laudationem contexuerimus. Praeterea illud quoque mirum sit, quod cum sursum deorsum impiorum haeticorum dicta carpas, neque ulla ratione vim habere permittas, eo * quod veritatem divino- *27 rum dogmatum auferant, cumque vocem, *Deipara*, multis nominibus accuses, et inter caetera tanquam parum veram, atque etiam blasphemam crimineris, tamen illam concedere te, et Virgini non invidere dicas, si cui libitum fuerit eam Dei genitricem vocare. Num ergo concedes etiam insanis Arii sectatoribus, ut minorem esse Patre Filium dicant, aut aliis naturam sancti Spiritus a divina excellentia deiicientibus? Sed id tacere cavebis, ac si quis roget: Qua de causa? dices prorsus: Quia vocem impiam non sustineo. Igitur si non est Dei genitrix, et ita dici concedis, scito te reliquisse veritatem, et parum iam curare an sapiens esse videaris. Quid enim? Elisabeth, aut aliam certe e sanctis mulieribus, non omni reverentia dignam putas? Num igitur si cui libeat ipsas quoque Dei genitricem vocare, hanc illis appellationem non invidabis? Equidem puto te omnibus modis repugnaturum, ac dicturum non ita se haec habere. Nam pepererunt illae sanctos homines quidem, sed nemo eorum secundum naturam Deus erat. Ergo huius vocis usum aut ab omnibus mulieribus

ἤγουν ἔχειν ἐφίεις μόνη παρά πάσας τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ, ποίοις ἄρα κεχρήση λόγοις εἰς ἀπολογία; Εἰ μὲν γὰρ ἀληθὲς ἐπ' αὐτῇ τὸ ῥῆμα, καὶ Θεὸν τέτοκεν ἀληθῶς, ὡς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ὁμολόγει σὺν ἡμῖν, καὶ ἀπαλλάξεις σεαυτὸν τῶν εἰς δυσσέθειαν ἐγκλημάτων· εἰ δὲ Θεὸν οὐ τέτοκε, τὸ ἐφεῖναι λέγειν τισὶ Θεοτόκον αὐτήν, κοινωνεῖν ἐστὶ τῆς δυσσεθείας αὐτοῖς. Ἄλλ' ἐστὶ Θεοτόκος, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενής, σαρκὶ κατὰ ἀλήθειαν ἠνωμένος, καὶ σωματικὴν ὑπομείνας γέννησιν, καὶ τοὺς τῆς ἡμετέρας φύσεως οὐκ ἀτιμάσας νόμους, καθάπερ ἤδη προεῖπον.

Ἐπειδὴ δὲ φησιν εἰδέναι σεβασμίαν αὐτήν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν ἀγίαν Παρθένον, φέρε δὴ, φέρε, καταθρήσωμεν καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης αἰδοῦς αἰτίας. [Οἶδα γάρ, φησί, σεβασμίαν αὐτήν, δι' ἧς παρῆλθεν ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης, δι' ἧς ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος]. Πῶς δὲ ἄρα φῆς ὑποδέχεσθαι Θεὸν αὐτήν; Ἡ τίνα παρῆλθε τρόπον δι' αὐτῆς ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης; ἢ καὶ ὅπως ἀνέλαμψεν ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος; Εἰ μὲν γὰρ οὐ τέτοκε Θεόν, τὸ κατὰ σάρκα, φημί, πῶς ἐδέξατο Θεόν; πῶς παρῆλθε δι' αὐτῆς; Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖς τὸ σὸν δὴ τοῦτο καὶ σοφόν, ὡς γοῦν οἶει τε καὶ λέγειν ἀποτολμᾶς· [Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, ἀνθρώπῳ τε συνημμένος, καὶ ἐνοικῶν αὐτῷ]. Ἄλλ' ἤγε τῆς πίστεως παράδοσις τοῖς εἰς τοῦτο σοῖς ἀνταποδύεται λόγοις· οὐ γὰρ θεοφόρον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν προσκυνεῖν δεδι-

amove, aut si soli praeter caeteras habere sanctae Virgini permittis, quam afferes in respondendo rationem? Nam si vere de ea dicitur hoc verbum, et vere Deum genuit, ipsum nimirum Dei Verbum carnem factum confitere nobiscum, et te ipsum ab impietatis crimine liberabis. Sin autem illa minime Deum genuit, non aliud est permittere nonnullis ut eam Dei genitricem vocent, quam cum illis societatem impietatis inire. Sed est illa Dei genitrix, quia factus est homo nostri similis ille Unigenitus, carni secundum veritatem unitus, et corpoream generationem subiit, et nostrae naturae leges haud neglexit, ut paulo ante dixi.

Sed quia scire se ait venerandam esse eam, nimirum sanctam Virginem, agedum, inspiciamus debitae illi reverentiae causas: [Scio, inquit, venerandam esse illam, per quam ille omnium Dominus pertransiit, per quam effulsit ille sol iustitiae]. Quomodo igitur ais Deum ab ea susceptum? quomodo etiam per illam pertransiit ille omnium Dominus? aut quomodo effulsit ille sol iustitiae? Nam si Deum haud peperit, secundum carnem inquam, quomodo igitur excepit Deum? quomodo per illam pertransiit? Sed fortasse dices illud tuum et sapiens responsum, ut ipse putas, ac dicere non vereris: [Deus enim erat Verbum, et cum homine coniunctum, et in eo habitans]. Sed fidei traditio tuis hac de re verbis repugnat. Non enim Deiferum ho-

δάγμαθα· σὺ δὲ οὐχ οὕτω φῆς. Εἶτα πῶς οὐκ αἰσθάνη ληρῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις δόγμασι παραχαράττων ἀλήθειαν; Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος. Ἄνθ' ὅτου δὲ δὴ καὶ Θεὸν * ὑποδέχεσθαι φῆς αὐτήν, εἰ μὴ πεπίστευκας, ὅτι Θεὸν ὄντα *29 κατὰ φύσιν, ἐκτέτοκε τὸν Ἐμμανουήλ; Πῶς δι' αὐτῆς παρῆλθεν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέλαμψεν ἥλιος; καὶ τίνα τοῖς τοιούτοις ὀνόμασι κατακαλλύνειν ἀξιοῖς; ἄρα κοινὸν μὲν ἄνθρωπον, ὡς ἓνα τῶν καθ' ἡμᾶς, πλὴν ἡγιασμένον, ὡς ἔνοικον ἔχοντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον; Εἶτα πῶς ὁ τοιοῦτος τῶν ὅλων ἔσται Δεσπότης, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος; Τὸ γὰρ δεσπόζειν τε καὶ κρατεῖν τῶν ὅλων δύνασθαι, καὶ φωτίζειν τὰ νοητά, πρέποι ἂν οὐ μέτροις τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἀνακείσεται δὲ μόνῃ τῇ ὑπερτάτῳ, καὶ ἀνωτάτῳ φύσει.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ « Διῆλθεν », ὅπως οὐκ οἶδ' ὅθεν λαβῶν, τέθεικας ἐπὶ Θεοῦ, διασάφει τὴν λέξιν· τί τὸ χρῆμα τῆς ἐνθάδε λεγομένης διόδου, τῆς σῆς εἶη ἂν φρενὸς ἡγνοηκόσιν εἰπεῖν. Εἰ μὲν γὰρ οὕτω διῆλθεν αὐτήν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς ἐκ τόπου πρὸς ἕτερον μεταχωρῆσαι τόπον, αὐτόθεν καταβαλῆς· ἀκούση γὰρ λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς τῶν ἀγίων· « Μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; » Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον, καὶ μεταστάσεις οὐκ οἶδε σωματικᾶς· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα· εἰ δέ, ἐπείπερ τὸν

minem, sed humanatum Deum adorare didicimus: tu vero aliter dicis. Deinde quomodo te nugari non advertis, et divinorum dogmatum veritatem adulterare? Nam *Verbum caro factum est*.¹ * Iam cur Deum *30 ab ipsa susceptum dicis, si illam Deum secundum naturam ipsum Emmanuel peperisse non credis? quomodo per illam pertransiit ille omnium Dominus, et sol effulsit iustitiae? Quem vero his verbis te decorare putas? num communem hominem, ut unum de nostri similibus, sed tamen sanctificatum, ut in quo Dei Verbum inhabitaret? Sed quomodo eiusmodi homo rerum omnium Dominus erit, et sol iustitiae? Nam dominari et imperare omnibus posse, et res quae intelliguntur illustrare, non nostrae mensurae est, sed illi soli excellentissimae et supremae naturae tribuendum.

Iam quia verbum « pertransiit » undenam acceperis, et de Deo protuleris, prorsus ignoro, explica, quaeso, hanc dictionem, quidve sit hic transitus, quem hoc loco dixisti, erit utique tuae prudentiae ignaris exponere. Nam si ita per illam transiit illud Dei Verbum, ut ex loco uno ad alterum se transferret, indidem deiiceris: nam dicet tibi per vocem sanctorum: *Nonne coelum et terram ego impleo, dicit Dominus?*² Neque enim est in loco Divinitas; et expers est cor-

¹ Io. I, 14.

² Ierem. XXIII, 24.

τῷ τόκῳ πρέποντα περιμείνας καιρόν, σχετικὴν ἐν ἀνθρώπῳ τὴν ἐνοίκησιν ἐποίησατο, διελάσαι φῆς τὸν Θεὸν τῆς ἁγίας Παρθένου, ἤγγουν, παρελθεῖν αὐτὴν· κεχρήσομαι γὰρ πανταχῇ ταῖς ἱεραῖς σου φωναῖς· οὐδὲν ἄρα τὸ περιττὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ παρὰ τὰς ἄλλας ὀρώμεν. Ἐκτέτοκε γὰρ ἡ Ἐλισάβετ τὸν μακάριον Βαπτιστὴν ἡγιασμένον διὰ τοῦ Πνεύματος, δι' οὗ Πνεύματος καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἐν ἡμῖν ἀλλίσκεται. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· «Ἐν τούτῳ γινώσκωμεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστίν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν». Διῆλθεν οὖν ἄρα καὶ αὐτὴν τὴν Ἐλισάβετ ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, καὶ πρὸ τῆς γεννήσεως ἐνωκηκῶς τῷ βρέφει διὰ τοῦ Πνεύματος.

Ἄλλ' ὑποπτεύεις τὸν κρότον, ὡς ὀρθά σοι λαλεῖν ἡρημένῳ λοιπὸν γεγονότα παρὰ λαῶν. Ἦλιον γὰρ δικαιοσύνης ἀνόμασας, καὶ τὸν ὄλων Δεσπότην, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον. Εἶτα πάλιν ἀκριβολογεῖσθαι προσποιῆ, καὶ τὸν κρότον αἰτιᾶ, καὶ χαίροντας ἐπὶ σοὶ γράφεις πάλιν, ὡς οὐ νενοηκότας. Ὡ πολλῆς ἰσχύος, ἢ τοῖς σοῖς ἐνεσσι λόγοις! οὐ γέγονας μελληστής εἰς γε τὸ χρῆναι καταλυπεῖν αὐτοῦς, ἔστρεψας εὐθὺς εἰς πένθος τὴν χαράν, διέβρῆξας τὴν εὐφροσύνην, καὶ διέζωσας σάκκον, ἐπαγαγὼν εὐθὺς εἶτα· [Πάλιν ὑποπτεύω τὸν κρότον, πῶς τὸ Παρῆλθεν, ἐνόησατε; Οὐκ

porei transitus nam implet omnia: sin autem quia debitum partui tempus perferendo, relativam in homine habitationem incoluit, ideo Deum asseris permeasse per sanctam Virginem (utar enim ubique tuis sacris vocibus), nihil ergo eximium in sancta Virgine praeter caeteras videmus. Peperit enim Elisabeth beatum Baptistam Spiritus opera sanctificatum, per quem Spiritum etiam ipse Filius in nobis habitat, idque beatus Ioannes testatur, dicens: *In hoc cognoscimus quod in nobis est, quia de Spiritu suo dedit nobis.*¹ Pertransiit igitur etiam per Elisabeth ipsum Dei Verbum, eum etiam ante illius nativitatem in infante per Spiritum inhabitavit.

Sed suspectum habes plausum tibi, ut qui iam recte loqui coeperas, a populo factum. Nam solem iustitiae, et omnium Dominum appellaras illum ex sancta Virgine natum. Inde rursus subtilius agere simulas, et plausum reprehendis, et homines tui causa laetos denuo ut parum intelligentes accusas. O magnam tui sermonis potentiam! Non illis certe moerorem iniicere distulisti, in luctum illico vertisti gaudium, conscidisti laetitiam, et accinxisti te sacco,² cum mox addidisti: [Rursum suspectum habeo plausum. Quomodo verbum illud, pertransiit, intellexistis? Non dixi, pertransiit, pro eo quod est, ge-

¹ I Io. IV, 13.

² Ps. XXIX, 12-13.

εἴρηται μοι τὸ Παρῆλθεν, ἀντὶ τοῦ Ἐγεννήθη· οὐ γὰρ οὕτω ταχέως ἐπιλανθάνομαι τῶν ἰδίων. Τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου Παρθένου, παρὰ τῆς θείας ἐδιδάχθην Γραφῆς· τὸ δὲ γεννηθῆναι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, οὐδαμοῦ ἐδιδάχθην]. Οὐκοῦν σὰ μὲν εἶναι ἐκεῖνα τὰ διεστραμμένα τῷ γε μὴν ἐν ὑποψίαις ὀρθότητος τὸν σὸν γεγενῆσθαι νοῦν, ὁ ἐξ ἀγάπης κρότος.

Ἐνστήσομαι δὲ καὶ νῦν οὐδὲν ἤττον, ἐκεῖνο λέγων· Τί τὸ «Παρῆλθεν» ἐστίν, εἰ μὴ δηλοῖ τὴν γέννησιν; Ἄρα * γὰρ ἐρεῖς, ὡς αὐτὸς καθ' ἑαυτόν, *32 καὶ δίχα σαρκὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος διήλασε τῆς Παρθένου; Καίτοι πῶς οὐ τῆς ἀπασῶν ἀδελτηρίας ἐμπλεως εἶη ἂν ὁ λόγος αὐτῷ; Ἡ γὰρ πεποσῶσθαι τὸ Θεῖον ἀνάγκη νοεῖν, καὶ ποιεῖσθαι κίνησιν τὴν ἐκ τόπου πρὸς τόπον ἔτερον μεταστατικήν· ἢ, εἴπερ ἐστὶ τὸ Θεῖον ἀσώματον, εὐρὺ δέ, καὶ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν τόπῳ, καὶ περιγραφῆ, πῶς ἂν δι' ἐνὸς παρέλθοι σώματος; Ἄλλ' ὅ τι ποτὲ ἐστὶν ὁ φῆς, πῶς οὐκ ἔδει διατρανοῦν, καὶ ἐναργέστερον εἰπεῖν, εἰ ταῖς σαυτοῦ περὶ τούτου δόξαις τεθαρησικῶς, μαρτυρεῖν ἔχεις αὐταῖς τὸ ἀμώμητον; Ποῦ δὲ δὴ καὶ ἀκήκοας τῆς θεοπνεύστου λεγούσης Γραφῆς, ὅτι παρῆλθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος διὰ τῆς ἀγίας Παρθένου; Ὅτι μὲν γὰρ βραχὺς, καὶ συνεσταλμένος τῶν ἐπὶ γῆς ὁ βίος, ἐδίδαξεν ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· «Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει· ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει». Περὶ δὲ τῆς ἀγίας

nitus est: non enim ita facile meae sententiae obliviscor. Pertransisse Deum ex Christi genitrice Maria didici ex sacris Litteris; ex ipsa genitum nusquam didici]. Ergo tua esse illa perverse dicta certum est: ex eo autem quod te recte sentire coepisse suspicabantur, ille exstitit ex caritate plausus.

Sed instabo nunc quoque nihilominus, ac rogabo: Quidnam est, *pertransiit*, si generationem * non significat? Num dicturus es ipsum per se Dei Verbum sine carne pertransisse per Virginem? Atqui quomodo haec verba non summae stultitiae plena sint? Vel enim in quantitatem esse concretam divinitatem intelligere necesse est, et motam ut de loco in locum transferretur; vel quia est incorporea, et late et ubique fusa, neque loco terminisque circumscribitur, quoniam modo per unum corpus transire poterit? Sed utcumque sit quod a te dicitur, cur non explicari oportuit, et clarius dici, si tuae de hac re sententiae fidens, de eius probitate docere potes? Iam vero ubinam audisti divinitus inspiratas Litteras dicere, Dei Verbum per sanctam Virginem pertransisse? Nam brevem esse hominum qui degunt in terris vitam, docuit beatus David, dicens: *Homo, sicut fenum dies eius; tanquam flos agri, sic effloret, quoniam spiritus pertransiit in illo, et non subsistet.*¹ At vero de sancta Virgine quid eiusmodi seri-

¹ Ps. CII, 15, 16.

Παρθένου τί τοιοῦτον ἔχεις γεγραμμένον εἰπεῖν; Ὅτι δὲ γεγέννηται Θεὸς ἐξ αὐτῆς, τὸ κατὰ σάρκα, φημί, διαμεμήνυκεν ἐναργῶς ἢ θεόπνευστος Γραφή.

PG
76, 33

Lib. I, cap. III. [...] Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐνανθρωπήσαι λέγειν τὴν τοῦ Λόγου φύσιν, οὐδὲν ἕτερον, οἶμαι, ἐστίν, ἢ ἐκεῖνο φρονεῖν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ οὐ δίχα γεννήσεως τῆς ἐκ γυναικός, ταύτην γὰρ οἶδε καὶ μόνην τὴν ὁδὸν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἢ φύσις, πῶς οὐκ ἐδιδάχθη τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Μονογενοῦς παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς; Καίτοι καὶ αὐτός, προκειμένων σοὶ ποτε προφητικῶν ἀναγνωσμάτων, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν », περὶ τοῦ τεχθέντος παιδίου τοιαύδε τινα φῆς: *36 « Μέγα τοῦ δώρου τὸ μυστήριον· τοῦτο γὰρ τὸ βλεπόμενον * βρέφος, τοῦτο τὸ καταφαινόμενον πρόσφατον, τοῦτο τὸ σπαργάνων σωματικῶν δεηθέν, τοῦτο τὸ κατὰ τὴν ὀρωμένην οὐσίαν ἀρτίτοκον, Υἱός, κατὰ τὸ γεγραμμένον, αἰώνιος· Υἱὸς τῶν ὅλων δημιουργός· Υἱὸς τοῖς τῆς ἰδίας βοηθείας σπαργάνοις τὸ τῆς κτίσεως εὐδιάλυτον σφίγγων ». Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν· « Καὶ τὸ βρέφος γὰρ Θεὸς αὐτεξούσιος· τοσοῦτον ὁ Θεὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ ὑπεξούσιος εἶναι διέστηκεν, Ἄρειε ». Δι' ὧν καὶ τὸ συνημμένον σῶμα Θεὸν προσηγόρευσε. Καὶ πάλιν· « Γνωρίζομεν τοίνυν τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ βρέφους καὶ τὴν θεότητα· τὸ τῆς υἰότητος τηροῦμεν μοναδικὸν ἐν ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος φύσει ». Ἴδου δὴ καὶ μάλα σαφῶς τὸ βρέφος τὸ πρόσφατον, τὸ

1137

ptum habes proferre? Atqui Deum ex ipsa genitum, secundum carnem, inquam tandem sacrae Litterae perspicue indicarunt.

PG
76, 34

Lib. I, cap. III. [...] Sed quia nihil aliud est, ut puto, dicere Verbi naturam humanatam, nisi hominem factam, idque non nisi per generationem ex femina: hanc namque viam solam humanorum corporum natura novit: cur illam Unigeniti generationem secundum carnem a Litteris divinitus inspiratis minime didicisti, licet ipse quoque proposita tibi pridem prophetica lectione, *Puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis*,¹ de nato puero talia dixeris: « Magnum sane tanti doni sacramentum. Hic enim qui videtur infans, hic qui recens apparet, hic qui * fasciis corporalibus eget, hic qui secundum visibilem essentiam recenter est editus, Filius est, ut Scriptura docet, aeternus, Filius universorum opifex, Filius qui suae opis fasciis dissolubilem creaturae naturam astringit ». Et alibi rursus: « Et infans enim Deus est libera potestate: tantum abest, Arie, ut Deus Verbum sit sub Dei potestate ». In quibus verbis coniunctum quoque corpus Deum appellavit. Et rursus: « Novimus ergo humanitatem infantis ac divinitatem, filiationis unitatem servamus in Deitatis humanitatisque natura ». Ecce iam disertis verbis, infantem recentem qui

1137

¹ Isa. IX, 6.

ὁρώμενον, τὸ ἀρτίτοκον, τὸ ἐσπαργανωμένον, Υἱὸν εἶναι φῆς, καὶ τῶν ὅλων δημιουργόν. Τέτοκε δὲ τὸ βρέφος ἡμῖν ἡ ἁγία Παρθένος. Οἶσθα δὴ οὖν ἄρα Θεὸν κατὰ σάρκα γεγεννημένον· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς θεοπνεύστου μεμάθηκας Γραφῆς. Τίς γὰρ ἂν νοοῖτο τῶν ὅλων δημιουργός, πλὴν ὅτι μόνος ἐκεῖνος, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Πατήρ; Ἄλλ' ἔφη, ἴσως ἔρεῖς, κατὰ τὸ κεκρυμμένον, Υἱός, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. Καλῶς, συνθήσομαι. Ἐρήσομαι δέ. Τὸν κεκρυμμένον εἶναι φῆς τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ὅλων δημιουργόν· πῶς οὖν ἡμῖν ἀρτίως μονουχὶ καὶ δακτύλῳ τὸ πρόσφατον, καὶ τὸ ἀρτίτοκον, καὶ τὸ ἐν σπαργάνοις, κατέδειξας βρέφος· καὶ τοῦτο αὐτὸ καὶ Υἱὸν ὠνόμαζες Θεοῦ, καὶ τὸν ὅλων δημιουργόν; Ἡ τάχα που μεταπεποιηθῆσαι νενομίκας εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον; Καὶ γράψῃ μᾶλλον σαυτὸν, οὐχ ἑτέρους, ὡς τοῦτο φάναι τολμήσαντας. Ἡ εἴπερ ἐστὶ τὸ βρέφος ὁ κεκρυμμένος Υἱός, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός, γεγέννηται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὠμολόγησας οὐχ ἐκὼν Θεοτόκον σὺν ἡμῖν ἀδοκῆτως αὐτήν;

1138

[Εἰ Θεός, φησὶν, ὁ Χριστός, ἐτέχθη δὲ ὁ Χριστός ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ Παρθένος Θεοτόκος; Οὐδὲν κρύπτω τῶν παρ' αὐτῶν ἀντιθέσεων· ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς πάντα τὰ παρὰ τοῦ ψεύδους ἑαυτῷ προσλαβὼν ἀντιτίθησι]. Εἶτα τὴν λύσιν ἐπιφέρειν πειρᾶται, τοιαύταις τισὶν ἐννοίαις χρώμενος· [Πλάττεται μὲν γὰρ, φησὶν, ἐν μήτρᾳ τὸ βρέφος· ἀλλ'

PG
76, 37

videtur, mox editum, fasciis involutum, Filium esse fateris, et universorum opificem. Hunc vero infantem nobis sancta Virgo peperit. Nosti igitur certe Deum secundum carnem genitum, idque ex divinitus inspirata Scriptura didicisti. Quis enim excogitetur universorum opifex, nisi ille solus, per quem omnia condidit Pater? Sed forte respondebis, te secundum id quod latebat, Filium dixisse, et universorum opificem. Recte dicis, assentior. Sed, quaeso te, eum qui latet, esse asseris illud ex Deo Verbum, eumque esse universorum opificem: quomodo igitur nobis paulo ante propemodum digito illum recentem, et iam editum, et fasciis involutum infantem demonstrasti, quem etiam Dei Filium appellabas, et omnium opificem? An quia fortasse putas, Dei Verbum in carnis naturam esse mutatum? sed et ita te ipsum potius accusabis, quam alios quasi id affirmare ausos. An vero quia is infans ille est latens Filius et universorum opifex, et idem natus ex sancta Virgine, ita invitatus ex inopinato illam esse Dei genitricem nobiscum confessus eris?

1138

Nestor. [Si Deus est Christus, inquit, et Christus ex beata Maria est ortus, cur Virgo non sit Dei genitrix? Nihil occulto quod ab illis obiicitur: nam veritatis amator omnia quae a falsitate dici possunt, accepta sibi obiicit. Inde solutionem afferre conatur talibus sententiis usus: Formatur enim, inquit, in utero infans, sed quoad figuram

PG
76, 38

ἕως μὲν οὕτω μεμόρφωται, ψυχὴν οὐκ ἔχει· εἰδοποιηθὲν δὲ ἤδη ψυχοῦται παρὰ Θεοῦ. "Ὡσπερ οὖν ἡ γυνὴ τίκτει μὲν τὸ σῶμα, ψυχοῦ δὲ Θεός, καὶ οὐκ ἂν λέγοιτο γυνὴ ψυχοτόκος, ὅτι ἔμψυχον ἐγέννησεν, ἀνθρωποτόκος δὲ μᾶλλον, οὕτω, φησί, καὶ ἡ μακαρία Παρθένος, καὶ εἰ τέτοκεν ἄνθρωπον, συμπαραελθόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγου (ταύτη γὰρ ἐχρήσατο τῇ φωνῇ), οὐ διὰ τοῦτο Θεοτόκος].

- 37 Cap. IV. [...] Τίκεται μὲν γὰρ ἀπὸ σαρκὸς ἡ σὰρξ ὁμολογουμένως· ὁ δὲ γε τῶν ὅλων Δημιουργὸς καθ' ὃν οἶδε τρόπον τε καὶ λόγον, ποιεῖται τὴν ψύχωσιν· ἀλλ' ἡ τεκοῦσα γυνή, καίτοι μόνης οὔσα πηγὴ τῆς σαρκός, ἄνθρωπον ὅλον ἀποτεκεῖν πιστεύεται, τὸν ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, καίτοι πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ὑπαρξίν τῶν παρ' ἑαυτῆς συνεισενεγκοῦσα μηδέν· ὁ δὲ γε ἄνθρωπον εἰπών, συνεσήμηνέ που πάντως τῷ σώματι τὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχὴν. "Ὡσπερ οὖν ἡ γυνή, καίτοι τεκοῦσα τὸ σῶμα μόνον, τὸν ἐκ ψυχῆς
- *40 καὶ σώματος ἀποτίκτειν λέγεται· διαλυμανεῖται * δὲ τοῦτο τοῖς τῆς ψυχῆς λόγοις οὐδέν, ὡς σάρκα τὴν ἀπὸ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως λαμβανούσης ἀρχὴν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μακαρίας Παρθένου· εἰ γὰρ καὶ μήτηρ ἐστὶ τῆς ἁγίας σαρκός, ἀλλ' οὖν ἐκτέτοκεν ἐνωθέντα αὐτῇ κατὰ ἀλήθειαν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον· καὶ εἰ τις λέγῃ Θεοτόκον αὐτήν, οὐχὶ δὴ που πάντως καθοριεῖ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ νεώτερον, οὔτε μὴν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν πεποιῆσθαι τὴν σάρκα· συνήσει δὲ μᾶλλον τῆς οἰκονομίας τὸν τρόπον· καὶ δὴ καὶ θαυμάσας

acceperit, nondum habet animam: at ubi figuratus fuerit, iam anima informatur a Deo. Ut igitur mulier corpus parit, sed Deus animam tribuit, neque ideo dicitur animae genitrix, quia peperit animatum, sed potius hominis genitrix; sic quoque beata Virgo, inquit, etsi peperit hominem simul cum illo pertranseunte Dei Verbo (nam hac est voce usus), non ideo est Dei genitrix].

- 38 Cap. IV. [...] Gignitur enim a carne caro procul dubio, et ille rerum omnium Opifex modo et ratione quam ipse novit, ut animata sit efficit: sed tamen mulier quae peperit, etsi carnis tantummodo sit origo, totum hominem tamen enixa creditur, ex anima inquam et corpore, quamvis ad existentiam animae nihil a se ipsa contulerit: sed tamen qui hominem dixit, animam quoque corpori unitam simul significavit. Ut ergo mulier quamvis solum corpus enixa, ea corpore et anima constantem peperisse dicitur, neque tamen id animae rationibus quidquam officit, * quasi carnem suae existentiae habuerit initium, ita etiam se res habet in beata Virgine: nam etiamsi sanctae illius carnis est mater, attamen unitum sibi revera illud ex Deo Deum Verbum peperit: neque si quis illam Dei genitricem dixerit, continuo prorsus Dei Verbo novitatem impinget, aut suae existentiae initium a carne duxisse definiet, sed potius dispensationis modum intelliget,
- *39

τὸ χρῆμα, ἐρεῖ· «Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην». Ἄλλ' ὁ πάνσοφος ἡμῖν καὶ ἀγγέλιος ἐξηγητὴς τὴν τοῦ παραδείγματος δύναμιν νενοηκῶς· [Οὕτω, φησί, καὶ ἡ ἁγία Παρθένος, καὶ εἰ τέτοκεν ἄνθρωπον, συμπαρελθόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο Θεοτόκος· οὐ γὰρ παρὰ τῆς μακαρίας Παρθένου τὸ ἀξίωμα Λόγου, ἀλλ' ἦν φύσει Θεός]. Τὸ μὲν οὖν συμπαρελθεῖν τῇ σαρκὶ τὸν Λόγον, ὃ τί ποτέ ἐστιν, αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ μόνος· ἄγαμαι δὲ σφόδρα τῆς οὕτω λεπτῆς ἀκριβείας αὐτῷ [ἴσ. αὐτόν]. Ἠνώσθαι μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβεῦει λόγος· τὸ δὲ [ἴσ. ὁ δὲ] συμπαρελθεῖν, οὐκ οἶδ' ὃ τι λέγων, διαθεβαιοῦται συχνῶς. Εἶτα περὶ φύσεως ἡμῖν, καὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τοῦ παντὸς προκειμένου λόγου, καὶ διερευνᾶν σπουδάζοντος, οὐχ ὃ τί ποτέ ἐστι καὶ τὴν ἀξίαν ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' εἰ γέγονεν οἰκονομικῶς ἄνθρωπος, ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ γυναικός, εἰς ἕτερα μεθιστάς ἀλλοκότως τὸ ζητούμενον, Οὐ παρὰ τῆς ἁγίας Παρθένου, φησί, τὸ ἀξίωμα τῷ Λόγῳ, ἀλλ' ἦν φύσει Θεός· καίτοι πῶς οὐχ ἕτερον τι καὶ ἕτερον ἐναργῶς ἀξίωμα τε καὶ φύσις; Ἄλλ' οὐ πολὺς ἄγαν τοῖς ἐν τε τούτοις [ἴσ. τῆς ἐν γε τούτοις] ἡμῖν ἰσχυρομυθίας ὁ λόγος. Τὸ δ' οὖν ἐφεξῆς ἀναγκαῖον ἰδεῖν. Ἐπιτειχίζει γὰρ τι καὶ ἕτερον τοῖς πρὸ

atque etiam rei tantae admiratione defixus dicet: *Domine, audivi auditum tuum, et timui; Domine, consideravi opera tua, et expavi*.¹ Sed iste sapiens in primis et acutus expositor, qui vim exempli percepisset [Sic, inquit, etiam beata Virgo, etsi peperit hominem simul pertranseunte cum illo Dei Verbo, non ideo est Dei genitrix: non enim Verbi dignitas a beata Virgine coepit, sed erat natura Deus]. Quid autem sit Verbum simul cum carne pertransire, ipse fortasse norit, ac solus. Sed satis mirari nequeo tam subtilem illius diligentiam. Nam Verbum ipsum Dei unitum esse carni secundum hypostasim, sermo veritatis praedicat: hic vero simul pertransisse (quidnam eo verbo velit nescio) saepe inculcans affirmat. Deinde cum de natura nobis et unitate secundum hypostasim omnis sit ratio proposita, et pervestigare studeat non quidnam sit secundum dignitatem illud ex Deo Verbum, sed utrum ex dispensatione factum sit homo, et carnem ex muliere propriam fecerit, quaestionem in alia absurde transfert, aitque non ex beata Virgine dignitatem esse Verbo partam, sed fuisse natura Deum. At quomodo non perspicuum sit diversa prorsus esse dignitatem et naturam? Sed in his rebus subtilitatem dicendi non magni pendimus. Quod autem sequitur, perspicere necessarium esse censeo: nam iis quae a nobis dicuntur, aliud quoddam

¹ Habac. III, 1.

[Ἰσ. πρὸς] ἡμῶν λεγομένοις, ὡς γοῦν οἴεται πού, καὶ δυσδιάφυκτον κομιδῆ, καὶ ἀποχρώντως ἔχον εἶς γε τὸ δύνασθαι, καὶ μάλα νεανικῶς, ἄθλον εἰκαῖον ἡμῖν τὴν ἐκ γυναικὸς ἀποφῆναι γέννησιν τοῦ Ἐμμανουήλ.

PG
76, 41

Cap. V. [...] Οὐ γὰρ ἐστὶ ταυτὸν, σάρκα τε εἰπεῖν γενέσθαι τὸν Λόγον, καὶ ὅτι κέχρισται τις διὰ τοῦ Πνεύματος πνεύματι προφητικῶ. Περὶ μὲν γὰρ τῆς ἀγίας Παρθένου γέγραπται· «Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν»· καὶ τόκος ὠνόμασται, καὶ μὴν καὶ Ἐμμανουήλ ὁ τεχθεὶς, ὃ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· περὶ δέ γε τῆς Ἐλισάβετ, ὅτι γεννήσει υἱόν, ὃς προελεύσεται μὲν ἐν πνεύματι, καὶ δυνάμει Ἡλιοῦ· προπορεύσεται δὲ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἐτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. Οὐκοῦν ἤχιστα μὲν εἶη ἂν Πνευματοτόκος ἡ Ἐλισάβετ, ἐκτέτοκε γὰρ προφήτην Ὑψίστου· Θεοτόκος γε μὴν ἀληθῶς ἡ ἀγία Παρθένος, ὅτι Θεὸν ἐνωθέντα σαρκὶ τέτοκε σαρκικῶς, τουτέστι, κατὰ σάρκα.

1139

PG
76, 56

Cap. VIII. [...] [Ὅμως δὲ κἂν θεότητος μείζονος τὸν Θεὸν Λόγον ληροῦσι νεώτερον· οὗτοι δὲ αὐτὸν τῆς μακαρίας Μαρίας ἐργάζονται δεύτερον· καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῶ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι Θεότητι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ μητέρα τοῦ Χριστοῦ τὴν Χριστοτόκον ἐῶσιν· εἰ γὰρ οὐκ ἀνθρώπου φύσις, ἀλλὰ Θεὸς ὁ Λόγος ἦν, ὥσπερ ἐκεῖνοί φασιν, ὃ [Ἰσ. ὁ] παρ' ἐκείνης,

1140

obiicit argumentum, ut ipse certe putat, inevitabile sane et satis validum, ut possit et quidem audacter ipsam Emmanuelis ex muliere generationem ludum nobis et inanem fabulam reddere.

PG
76, 42

Cap. V. [...] Non enim est idem, dicere Verbum carnem factum esse, et spiritu prophetico unctum esse aliquem per Spiritum. Est enim de sancta Virgine scriptum: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium*:¹ et partus est appellatus, et insuper Emmanuel, ille puer editus, quod est interpretatum, Nobiscum Deus; sed de Elisabeth, fore ut pariat filium, qui antegrediatur in spiritu et virtute Eliae,² et praebeat ante faciem Domini parare vias eius.³ Ergo nullo modo est Spiritus genitrix ipsa Elisabeth, quia peperit prophetam Altissimi; sed vere Dei genitrix est sancta Virgo, quia Deum unitum carni peperit carnaliter, hoc est, secundum carnem.

1139

PG
76, 55

Cap. VIII. [...] [Nestor. Tamen divinitate certe quae maior est, ipsum Dei Verbum recentius esse nugantur; at vero hi beata Maria ipsum posteriorem efficiunt, et matrem temporalem ipsi Deitati opifici temporum praeponunt: imo vero ipsam Christi parentem ne esse quidem Christi matrem sinunt: nam si non hominis natura, sed Deus Verbum fuit, ut illi dicunt, quem illa peperit, pariens editi partus

1140

¹ Isa. VII, 14.

² Lc. I, 17.

³ Lc. I, 76.

ἡ τεκοῦσα τοῦ τεχθέντος οὐ μήτηρ. Πῶς γὰρ εἶη τις μήτηρ τοῦ τῆς φύσεως τῆς αὐτῆς ἄλλοτρίου; Εἰ δὲ μήτηρ παρ' αὐτῶν ὀνομάζοιτο, ἀνθρωπότης τὸ τεχθέν, οὐ θεότης· πάσης γὰρ ἴδιον μητρὸς ὁμοούσια τίκτειν. Ἡ οὖν οὐκ ἔσται μήτηρ, ὁμοούσιον ἑαυτῇ μὴ τεκοῦσα· ἢ μήτηρ παρ' αὐτῶν καλουμένη, τὸν ἑαυτῇ κατ' οὐσίαν ἐγέννησεν ὅμοιον].

Cap. IX. Ὡς βαθὺ τὸ χρῆμα τῶν ἐννοιῶν, δεινὴ δὲ καὶ δυσδιάφυκτος τοῦ τὰ τοιάδε συγγεγραφότος ἡμῖν ἢ ἐκ τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκη φαίνεται. ⁵⁶ Πόθεν ἡμῖν τὰ τοιάδε συναρηγερκῶς εἰς μέσον ἔρχη μυθάρια; ἢ τίς ὅλως ἀμαθίας εἰς τοῦτο κατώλισθεν ἐννοιῶν, ὡς οἴεσθαι τε καὶ λέγειν τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς οὐ προαιώνιον ἔχειν τὴν ὑπαρξίν ἐκ Πατρὸς, ἀρχὴν δὲ μᾶλλον τῆς εἰς τὸ εἶναι παρόδου σάρκα τε καὶ αἷμα λαβεῖν; Τίς οὕτως ἐμβρόντητος, καὶ ὀλιγογνώμων ἐστὶ, καὶ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἀνήκοος παντελῶς; Τίς οὐ διαμένηται διακεκραγόςτος μὲν Ἡσαίου περὶ αὐτοῦ· « Τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται; » Γεγραφότος δὲ καὶ Ἰωάννου σαφῶς· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν »; Καὶ εἰ πάντα δι' αὐτοῦ, πῶς τῶν * δι' αὐτοῦ γεγονότων ὀψιγενέστερος εἶη ἂν ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος, ^{*57} καὶ χρόνων; Τί τοίνυν τὸ πᾶσιν ἀπόβλητον, ὡς εἰρημένον, εἰσφέρεις; Παῦσαι

nullo modo mater est: qui enim sit mater illius qui ab eius natura sit extraneus? Quod si mater apud eos appellatur, humanitas est partu edita, non divinitas: nam cuique matri proprium est consubstantialia parere. Aut igitur non erit mater quae consubstantialialem sibi minime peperit: aut si mater ab ipsis vocatur, sibi in substantia similem genuit].

Cap. IX. Perquam abditum sane sententiarum pondus, ac vehemens et inevitabilis hominis qui nobis ita conscripsit, syllogismorum vis cernitur. Undenam, quaeso, eiusmodi fabellas collectas habens in medium prodis? aut quisnam prorsus in eam sententiarum stultitiam est lapsus, ut putet ac dicat Unigeniti deitatem non ex Patre ante saecula subsistentiam habere, sed ut esse inciperet, a carne et sanguine initium accepisse? Quis adeo stupidus est et imperitus, et sacrarum Litterarum plane rudis? Quis non meminit Isaiae de ipso clamantis: *Generationem eius quis enarrabit?* ¹ Ioannis etiam aperte scribentis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil?* ² Quod si omnia per ipsum, qui * fieri potest ut rebus per ^{*58} ipsum factis sit natu posterior, qui ante omnia saecula et tempora

¹ Isa. LIII, 8.

² Io. I, 1-3.

συκοφαντῶν τοὺς τὰ [ἴσ. τὰ σὰ] δικαίως ἐπαιτιωμένους, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀμαθίας διαγελῶντας τὸ μέγεθος. Ὅτε τοίνυν οὐδείς ὁ λέγων ἐστίν, ὡς ἐπιτέτοκεν ἡ Παρθένος ἐκ τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, μὴ διατείνου μάτην, λογισμοὺς ἡμῖν ἀναπλέκων, οὐκ ἐξ ἀληθῶν, καὶ ἅπασιν ὁμολογουμένων γεγονότας λημμάτων. Τί δέ σε τὸ πεπεικός, ἀκρατῆ, καὶ ἀπύλωτον οὕτω χαλάσαι τὴν γλῶτταν κατὰ τῶν ὀρθῶν φρονεῖν διεσπουδακότων, καὶ παντὸς τοῦ σεβομένου Θεοῦ [ἴσ. Θεὸν] ἔγκλημα καταχέαι δεινὸν καὶ παγγάλεπον; Ἐφης γὰρ πάλιν ἐπ' Ἐκκλησίας:

PG
76, 57

[Εἶπον δὲ ἤδη πλειστάκις, ὅτι εἴ τις ἦ ἐν ὑμῖν ἀφελέστερος, εἴ τε ἐν ἄλλοις τισί, χαίρει τῇ τοῦ Θεοτόκου φωνῇ, ἐμοὶ πρὸς τὴν φωνὴν φθόνος οὐκ ἔστι· μόνον μὴ ποιείτω τὴν Παρθένον θεάν].

1141

Cap. X. Πάλιν ἡμῖν διαλοιδορῆ, καὶ πικρὸν οὕτως ἐπιθήσῃ [ἴσ. ἐπιθήγεις] στόμα, ὀνειδίξεις δὲ τὴν Συναγωγὴν Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἄλλ' ἡμεῖς γε, ὧ τᾶν, οἱ Θεοτόκον λέγοντες αὐτὴν· τεθεοποιήκαμεν δὲ οὐδένα πώποτε τῶν τελούντων ἐν κτίσμασι· κατειθίσαμεθα δὲ Θεὸν εἰδέναι τὸν ἕνα, καὶ φύσει, καὶ ἀληθῶς· ἴσμεν δὲ ἄνθρωπον οὔσαν καθ' ἡμᾶς τὴν μακαρίαν Παρθένον. Ἀλώσῃ δὲ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, ἄνθρωπον ἡμῖν Θεο-

praecessit? Quid igitur quod ab omnibus reicitur, tanquam sit dictum defers? Desine eos calumniari qui iure tua accusant, et magnam in illis stultitiam irrident. Cum itaque nemo sit qui dicat, beatam Virginem ex sua carne divinitatis naturam peperisse, noli frustra laborare ut ratiocinationes nobis intexas ex suppositionibus neque veris, neque apud omnes certis. Quae vero causa te impulit, ut linguam adeo impotentem et effrenatam laxares adversus eos qui recta sapere studuissent, et omnibus Dei cultoribus crimen inferres grave, et omnium atrocissimum? Nam rursus in Ecclesia dixisti:

PG
76, 58

[Nestor. Dixi iam saepius, si quis inter vos simplicior, sive inter quoscunque alios voce hac, Dei genitrix, gaudet, apud me nulla est de voce dissensio: tantum ne Virginem deam faciat].

1141

Caput. X. Rursus nobis conviciaris, et amarulentum os infigis, exprobras etiam Ecclesiae Domini, ut scriptum est? ¹ Verum nos, o vir egregie, qui illam Dei genitricem dicimus, neminem unquam qui inter creaturas censeretur, Deum fecimus; atque hunc morem tenemus, ut Deum sciamus illum unum et natura et vere Deum: scimus etiam beatam illam Virginem hominem fuisse nostri similem. Sed ipse nec multo post deprehenderis ipsum Emmanuelem homi-

¹ I Reg. XVII, 45.

φόρον ἀποφαίνων αὐτὸς τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ τῶν σῶν ἐπιχειρημάτων τὴν κατὰ ῥῆσιν ἐπιτιθεὶς ἑτέρῳ.

- 1142 Lib. II. [...] Καὶ ταῦτά φημι, τοῖς Νεστορίου λόγοις ἐντετυχηκῶς· καὶ PG
76, 60
οὐ μόνον αὐτὸν ἀποφάσκοντα βλέπων τὸ χρῆναι λέγειν ἡμᾶς, ὡς ἔστι μὲν Θεοτόκος ἢ ἁγία Παρθένος, ἐκτέτοκε δὲ Θεὸν ὄντα τὸν Ἐμμανουήλ, ἀλλὰ γὰρ ἔτι πρὸς τοῦτω καὶ καθ' ἑτέρους τρόπους τῇ Χριστοῦ δόξῃ πολεμεῖν ἐγνωκότα· Θεοφόρον γὰρ ἡμῖν αὐτὸν πειρᾶται δεικνύειν, καὶ οὐχὶ Θεὸν ἀληθῶς, ἄνθρωπον δὲ Θεῷ συνημμένον, ὡς ἐν ἰσότητι τῆς ἀξίας. Οὕτω γὰρ αὐτῷ, καὶ μόνῳ, παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους δοκεῖ φρονεῖν τε καὶ λέγειν· καί-τοι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρέστησεν ὁ Χριστός, τὰς τοῦ τὰ τοιαῦδε συγγεγραφότος οὐκ ἐχούσης ῥυτίδας, οὔσης δὲ μᾶλλον ἀμώμου, καὶ ἀνεπίπληκτον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ γινώσιν ἐχούσης, καὶ τῆς πίστεως τὴν παράδοσιν εὖ μάλα πεπονημένης. Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν· καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστόν· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπόμενοι δὲ ταῖς τούτοις ἐπενηγεμέναις τῶν ἁγίων Πατέρων ὁμολογίαις, αὐτὸν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσιωδῶς φύντα Λόγον, καθ' ἡμᾶς γενέσθαι φαμέν, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, τουτέστιν, ἑαυτῷ σῶμα λαβεῖν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ ἴδιον αὐτὸ ποιήσασθαι· οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἀληθῶς εἰς

nem nobis Deiferum praedicare, tuorumque argumentorum condemnationem alteri tribuere.

- 1142 Lib. II. [...] Dico, quia in quosdam incidi Nestorii sermones, nec tantummodo illum negare video dicendam a nobis sanctam illam Virginem esse Dei matrem, et Emmanuelem peperisse qui Deus erat, sed aliis quoque modis Christi gloriae adversari statuisset: nam Deiferum illum nobis conatur ostendere, non vere Deum, sed hominem potius cum Deo tanquam aequalitate dignitatis coniunctum. Sic namque illi et quidem soli aliter atque omnibus aliis hominibus sentire ac dicere placet, quamvis catholica Ecclesia, quam sibi ipse Christus exhibuit,¹ rugas hominis qui talia conscripsit, non habeat, cum sit immaculata, et illius cognitionem omnis prorsus reprehensionis expertem teneat, ac fidei traditionem rectissime composuerit. Credimus namque in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilibus et invisibilibus factorem: et in unum Dominum Iesum Christum, et in Spiritum sanctum; ac sequentes sanctorum Patrum confessionem his subiunctam, ipsum Verbum ex Deo Patre substantialiter natum, nostri similem factum esse dicimus, et incarnatum, et hominem factum, hoc est, sibi corpus sumpsisse ex sancta Virgine,

¹ Ephes. V, 27.

Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὕτως αὐτὸν ὡς ἓνα προσκυνήσομεν, οὐκ ἀνά μέρος τιθέντες ἄνθρωπον, καὶ Θεόν, ἀλλ' ἓνα, καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πιστεύοντες, ὡς ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι· τουτέστι, Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον.

QUOD BEATA MARIA SIT DEIPARA

PG 76, 260 4. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια, τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ ἢ θεία κηρύττει Γραφή· τοῦ γὰρ σωτηρίου πάθους τῇ τῆς θεότητος φύσει οὐδαμῶς νοεῖσθαι δυναμένου, εἰς δὲ τὸ σῶμα παντελῶς τῶν παθημάτων γεγενημένων, διὰ τὸ συνεῖναι ἀχωρίστως καθ' ἑνώσειν αὐτῷ τὴν θεότητα· « Εἰ ἐγνωσαν », φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν ». Ὅρᾳς ὅπως κοινολογεῖ, τῆς ἐνώσεως χάριν, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογίαν τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ὁ λόγος; Οὐ γὰρ ἄνθρωπος μὲν ψιλὸς Ἰησοῦς ὑπῆρξέν ποτε πρὸ τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ἐνώσεως, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος ἐν αὐτῇ τῇ μακαρίᾳ Παρθένῳ γενόμενος, τὸν ἴδιον ναὸν ἑαυτῷ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου ἔλαβεν, καὶ προῆλθεν ἐξ αὐτῆς ἄνθρωπος μὲν ἕξωθεν θεωρούμενος, ἐνδοθεν δὲ Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινός· διὸ καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι, παρθένον τὴν τεκοῦσαν τετήρηκεν, ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἁγίων γεγένηται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν φύσιν ὑπῆρχον ἄνθρωποι, ἀνθρωπίνην καὶ ἴσῃν τὴν γένεσιν ἔλαχον ἅπαντες· οὗτος δὲ ἐπειδὴ κατὰ

1143

et suum illud fecisse: nam hoc modo fit ut vere unus sit Dominus Iesus Christus, hoc modo illum ut unum adorabimus, si non hominem ac Deum seorsim ponamus, sed unum et eundem esse credamus in divinitate et humanitate, hoc est, Deum simul et hominem.

PG 76, 259 4. Interdum vero iis etiam quae sunt humanae naturae propria, Dei appellationem attribuit divina Scriptura. Nam cum Servatoris passio de deitatis natura intelligi prorsus nequeat, atque in corpore tantummodo passiones peractae fuerint; attamen quia cum eo est inseparabili adunatione deitas, *Si cognovissent*, inquit Apostolus, *nunquam Dominum gloriae crucifixissent*.¹ Viden' quomodo, adunationis causa, communem facit de Christo confessionem apostolicae doctrinae sermo? Non enim simplex homo aliquando fuit Iesus, ante Dei cum ipso communionem et adunationem; sed idem Verbum, in ipsam beatam Virginem veniens, proprium sibi templum ex Virginis substantia sumpsit, prodiitque ex ea homo quidem quatenus cernebatur, intrinsecus autem verus existens Deus: ideoque etiam post partum, virginem conservavit parentem suam, quod de alio nemine sanctorum usuvenit. Nam quia isti natura homines erant, humanam paremque omnes nativitatem sortiti sunt. Ille autem, quia

1143

¹ I Cor. II, 8.

φύσιν ὑπῆρχεν Θεός, προσλαβὼν ἐν χρόνῳ ἐσχάτῳ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, ξένην παρὰ πάντας τὴν ἐκ τῆς Παρθένου γένεσιν ἐπεδείξατο· οὐκοῦν εἰκότως καὶ Θεοτόκος καὶ παρθενομήτωρ ἢ μακαρία δικαίως ἂν λέγοιτο· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ψιλὸς ἦν ὁ τεχθεὶς ἐξ αὐτῆς Ἰησοῦς.

5. Πῶς γάρ; ὅπου καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας γεγενημένα, τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐξουσίᾳ ἡ θεία προσαναφέρει Γραφή· καὶ γοῦν Ἰούδας ὁ μακάριος μαθητῆς μεγαλοφώνως ἡμῖν τὴν τοιαύτην παραδέδωκεν πίστιν· τῶν γὰρ πρὸ πολλῶν γενεῶν τῆς ἐκ Παρθένου προόδου μεμνημένος, οὕτω φησὶν «Ἵπομνησαὶ δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότες ἅπαντα, ὅτι Ἰησοῦς λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν· ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν, ἀλλὰ ἀπολ[ε]πόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς αἰδίους ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν». Εἰ δὲ ἄνθρωπον ψιλὸν ἔτεκεν ἡ μακαρία Παρθένος τὸν Ἰησοῦν, τοῦτον δὲ φησὶν ὁ μαθητῆς, τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐλευθερώσαντα, καὶ ἡγούμενον τοῦ λαοῦ κατὰ τὴν ἔρημον, ὃς καὶ τῶν τεραστ[ε]ῖων ἐπετέλει τὰ θαύματα, * πρὸ τοσούτων γενεῶν τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως· ποῦ τοῦτον ἄρα κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ὑπάρχειν δώσουσιν; πότε δὲ τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα; Οὐκέτι γὰρ αὐτοῖς λόγος συγχωρήσει λέγειν, ἐκ τῆς παρθενικῆς προόδου τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι εἰληφότα. Διδασκέτωσαν τοίνυν οἱ

natura Deus erat, assumpta etiam extremis temporibus humanitate, novam prae reliquis omnibus nativitatem prae se tulit. Ergo recte et Deipara et virginalis mater, beata haec iure optimo dicenda est. Non enim homo simplex erat, quem ipsa peperit Iesus.

5. Qui enim id fieret? siquidem ad huius operam ac potestatem illa etiam quae ante adventum facta fuerunt, divina Scriptura refert. Ecce enim beatus discipulus Iudas magna voce nobis hanc fidem in clamat. Nam rerum, quae multis aetatibus ante nativitatem ex Virgine actae sunt, faciens mentionem, sic ait: *Commonere autem vos volo, scientes alioqui omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit; angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed proprium domicilium dereliquerunt, in iudicium magni diei, vinculis aeternis sub caligine reservavit.*¹ Quod si simplicem hominem beata Virgo peperisset Iesum, hunc autem dicit discipulus de Aegyptiorum manu Israellem liberavisse, populumque per desertum ductavisse, quin et * portentorum miracula tot ante nativitatem ex Virgine aetatibus patravisse, ubi nam hunc temporibus illis exstitisse concedent? undenam autem nativitatis suae originem traxisse? Neque enim ipsis ratio permittet

¹ Iud. V, 6.

τῶν κακῶν ἐφευρεταὶ δογμάτων, πότε τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἐσχῆκεν, ποῦ δὲ καὶ ἐν τίσιν ἄρα διετέλει τοσοῦτοις ἔτεσιν. Ἄλλ' οὐκ ἔτι τοῦτον ἄνθρωπον εἶναι τῶν εὖ φρονούντων τις ἐρεῖ, ὃς καὶ τοῖς κατὰ τὸ παλαιὸν ἁμαρτήσασιν, καὶ τὸ ἴδιον ἀπολ[ε]ιποῦσιν οἰκητήριον, ἐκ τότε τὰς τιμωρίας ὤρισεν, καὶ τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς Ἰσραὴλ ἐνδόξως ἐρύσατο. Εἰ τοίνυν κατὰ τὴν αὐτῶν ἔκδοσιν, οὔτε ὁ Θεὸς Λόγος ὑπονοεῖσθαι δύναται, διὰ τὸ τὸν ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέντα εἶναι τὸν Ἰησοῦν, οὔτε ἄνθρωπος πάλιν ὁ ταῦτα θαυματουργήσας (ζένα γὰρ τῆς ἀνθρώπου φύσεώς τε καὶ δυνάμεως τὰ προειρημένα καθέστηκεν), τίνα λοιπὸν ἐπινοῆσαι οὐσίαν τούτῳ καὶ τάξιν δυνήσονται;

264

8. Περὶ μὲν γὰρ τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ διαλεγόμενος ὁ Παῦλος, ἀσύγκριτον τούτου πρὸς ἐκείνους διαφορὰν ἡμᾶς ἐδίδαξεν, λέγων δὴ τοῦ λεγομένου κεχρῖσθαι τὸν μὲν γὰρ, Υἱὸν καὶ τοῦ Πατρὸς ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· τοὺς δέ, προφήτας ὠνόμασεν· καὶ τό γε θαυμαστόν, ὅτι μετὰ τούτων τῶν ὑψηλῶν, τοῦ χρίσματος καὶ αὐτὸς ἐμνημόνευσεν· « Πολυμερῶς γὰρ, φησὶν, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμόν τῶν ἁμαρτιῶν

dicere illum ex Virgine initium existendi sumpsisse. Demonstrent itaque pravorum dogmatum inventores, unde ortus sui principium hic homo habuerit; ubinam quibusve in locis tot annis hic se continuerit. Sed iam nemo sanus hunc dicet hominem, qui et olim peccantibus suumque domicilium deserentibus poenas decreverit, et ex Aegyptiorum manu Israellem splendide eripuerit. Si ergo secundum ipsorum concessionem, neque Deus Verbum credi potest Iesus, propter eius ex Virgine nativitatem; neque rursus homo esse potest qui eiusmodi prodigia ediderit (etenim ab hominis natura et facultate quae supra diximus abhorrent), qualem denique poterunt huius esse substantiam et conditionem existimare?

263

8. Etenim de prophetis Christoque disserens Paulus, immanem huius ab illis differentiam nos docet, eius, inquam, qui unctus dicitur. Namque hunc quidem et Filium et Patris splendorem, et figuram substantiae ipsius, illos autem prophetas tantum appellat: mirumque est, quod inter tot sublimia, unctionis quoque idem facit mentionem. *Multifariam enim, inquit, multisque modis olim Deus locutus patribus per prophetas, novissimis his diebus locutus est nobis per Filium, quem constituit haeredem universorum, per quem fecit saecula: qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius, portansque omnia verbo*

ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς ». Καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν· « Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· πρὸς δὲ τὸν Υἱόν· Ὁ θρόνος σου ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἢ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, * καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· *265 διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου ». Θεωρεῖς ὡς σφόδρα ἀλλότριος ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὁ τῆς ἐνοικήσεως ὄρος; Εἰ δὲ λέγουσιν ἐνταῦθα τὴν ἐνοίκησιν μὴ τοῖς ἁγίοις ὁμοίως, ἀλλὰ καθ' ἑνωσιν τὸν Λόγον πρὸς ἄνθρωπον ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέντα γεγενῆσθαι, οὐ δυνατόν μὲν μετὰ τὴν ἀποκύψιν ἑνωσιν ἀληθῆ λέγεσθαι, ἀλλ' ἢ μόνον τὴν κατὰ χάριν καὶ μετοχὴν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν τοῖς ἁγίοις πάλιν ἐγένετο.

9. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τὴν ἐνοίκησιν ἑνωσιν εἶναι λέγουσιν, οὐκ ἐν τῇ Παρθένῳ, ἀλλὰ μετὰ τὸ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς, φέρε καὶ οὕτω τὸ λεγόμενον ἐξετάσωμεν. Εἰ διὰ τοῦτο εἰς τὸ τοῦ Λόγου πρόσωπον τὸ χρίσμα. Εἰρηῆσθαι λέγουσιν, διὰ τὸ συνεῖναι καὶ ἠνωσθαι, ὡς αὐτοὶ φασι, τῷ ἀνθρώπῳ τὸν Λόγον, πάντως ὅτι μεθ' ἑνωσιν αὐτὸν κεχρίσθαι λέγειν ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτηθήσονται· τὸν γὰρ Θεὸν Λόγον ὁ προφήτης, ἔτι γε μὴν καὶ ὁ Ἀπόστολος θεολογήσας, αὐτῷ καὶ τὸ χρίσμα φανερῶς ἀνέθηκεν. Εἰ τοίνυν διὰ τὴν ἑνω-

*virtutis suae, post purgationem peccatorum factam, consedit in dextera maiestatis in excelsis.*¹ Et paulo post ait: *Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis; ad Filium autem: Thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi; virga aequitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis.*² * Cernis quam aliena sit a Christo inhabitationis definitio? Quod si hic dicant inhabitationem haud tanquam in sanctis, sed eam quae facta fuerit ex coniunctione Verbi cum homine de Virgine nato, respondemus nullam licere post partum dicere factam coniunctionem, nisi eam quae ex gratia et Dei participatione fit, cuiusmodi rursus aio illam sanctorum cum Deo fuisse.

9. Quod si vocabulo habitationis coniunctionem intelligunt non illam intra Virginem factam, sed postquam Iesus de ipsa natus fuerat, age, id quoque ad trutinam expendamus. Si ideo de Verbi persona unctionem praedicatam aiunt, quia coniunctum unitumque fuerit, ut ipsi aiunt, homini Verbum, omnino post coniunctionem ipsum unctum fuisse dicere necessario cogentur. Nam Deum Verbum propheta, nec non Apostolus theologico sermone describens, eidem etiam unctionem manifeste attribuit. Si forte igitur propter coniunctionem,

¹ Hebr. I, 1-3.

² Hebr. I, 7-9.

σιν, καὶ τὸ συνεῖναι αὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ τοῦ ἀνθρώπου τῷ Λόγῳ προσάπτουσιν οἱ ἅγιοι, μετὰ τὴν ἔνωσιν αὐτὸ τὸ χρίσμα γεγενῆσθαι πάντως ὁμολογήσουσιν· εἰ δὲ μετὰ τὴν ἔνωσιν κέχρισται, τὴν δὲ ἔνωσιν οὐ βούλονται λέγειν πρὶν ἐκ τῆς Παρθένου τεχθῆναι, οὐδὲ Χριστοτόκος οὐκέτι πρὸς αὐτῶν ἢ Παρθένος ὁμολογηθήσεται· εἰ γὰρ Χριστοτόκος, πάντως ὅτι καὶ Θεοτόκος· εἰ δὲ οὐ Θεοτόκος, οὐδὲ Χριστοτόκος. Εἰ γὰρ τὸ χρίσμα μετὰ τὴν ἔνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸ τοῦ Λόγου πρόσωπον τοῦτο λέγεται, τὴν δὲ ἔνωσιν μετὰ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου γέννησιν γεγενῆσθαι λέγουσιν, οὐδὲ Χριστοτόκος οὐκέτι εὐρεθήσεται· εἰ δὲ Χριστοτόκος, καὶ Θεοτόκος· τοῦ γὰρ χρίσματος πρὸ τῆς ἐνώσεως μὴ δυναμένου νοεῖσθαι, εἰ Χριστοτόκος ἢ Παρθένος, ἐν αὐτῇ δὴ τῆς ἐνώσεως γενομένης, οὐκέτι ἀνθρώπων, ὡς αὐτοὶ φασιν, ἀλλ' ἐνωθέντα τῷ Λόγῳ γεννήσασα, Θεοτόκος δικαίως ἂν λέγοιτο· εἰ γε, καθὼς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν ἔνωσιν ἀληθῆ, καὶ οὐ καθάπερ ἐν τοῖς ἁγίοις λέγουσιν. Τοῦτο δὲ φαμεν, ὅτι οὐ δυνατόν ἔνωσιν ἀληθῆ λέγειν μετὰ τὴν γέννησιν· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνθρώπων Θεῶ ἐνωθέντα, ἀλλὰ Θεὸν τὰ ἀνθρώπινα προσλαβόμενον οἶδαμεν τὸν Χριστὸν, λέγω δὴ σῶμα, καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν τελείως χωρὶς ἁμαρτίας ἐνοῦσθαι τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνθρώπων ἀκούσης τὸν Χριστὸν ὀνομαζόμενον, μὴ ἐπιλανθάνου ὅτι καὶ Θεὸς γέγονεν·

et propter eius cum homine coexistentiam, quod est hominis proprium Verbo accommodant praedicti sancti, utique post coniunctionem ipsum chrisma factum esse prorsus confitebuntur. Iam si post coniunctionem Iesus unctus fuit, coniunctionem autem nullam dicere volunt ante eius ex Virgine ortum, sequitur ut isti ne Christiparam quidem Virginem confiteantur. Nam si Christipara, prorsus et Deipara: si minus Deipara, utique nec Christipara. Nam si unctio post coniunctionem fuit, proptereaque in Verbi personam ea reputatur, coniunctionem autem post nativitatem ex Virgine factam dicunt, ne Christiparam quidem esse comperimus. Secus si Christipara est, sane et Deipara. Cum enim unctio ante coniunctionem cogitari non possit, si Christipara est Virgo, intraque eam coniunctio facta fuit, ea cum non hominem, ut isti aiunt, sed unitum Verbo Christum pepererit, Deipara iure dicitur; siquidem, ut antea dictum est, de vera adunatione, non autem de illa quae in sanctis fit, loquuntur. Hoc autem dicimus, quia fieri nequit ut vera adunatio post nativitatem dicatur. Nos vero non hominem Deo unitum, sed Deum qui humanitatem assumpsit, qui corpus, inquam, et animam ac mentem perfecte in sancta Virgine sibi univit, hunc Christum esse scimus. Propterea etiamsi hominem audieris Christum nominari, ne obliviscaris eundem et Deum esse.

- 1144 13. [...] [Κύριον καὶ Θεὸν ἐπιγινώσκομεν τὸν Χριστόν· γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς ὁ τοῦ * Θεοῦ Λόγος, μετασχὼν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, καὶ γεγέννηται διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον μετὰ ταύτης ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἀπειρογάμου Παρθένου· ἀλλ' ἦν καὶ οὕτω κατὰ φύσιν Θεὸς καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱός· διὰ ταύτην τοιγαροῦν τὴν αἰτίαν καλεῖται καὶ ἄνθρωπος, καλεῖται δὲ καὶ Θεός, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ἑκατέρᾳ προσηγορίᾳ Χριστός].

PG
76, 269
*272

EXPLICATIO DUODECIM CAPITUM (431)

ANATHEMATISMOS A'

- 1145 Εἴ τις οὐχὶ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

PG
76, 296

Ἐπίλυσις α'

Οἱ μακάριοι Πατέρες, οἱ κατὰ καιροῦς ἐν τῇ Νικαέων πόλει συναγγηγεμένοι, καὶ τὸν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως ὄρον ἐκθέμενοι, πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀορατῶν ποιητὴν· καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ

- 1144 13. [...] [Dominum ac Deum agnoscimus Christum. Profecto factum est propter nos * homo Dei Verbum, humanae naturae communicans, natumque est, ob suam ineffabilem erga homines charitatem, cum ea natura ex sancta et nuptiarum experte Virgine: sed tamen sic etiam Deus suapte natura erat, Dei Filius. Hanc igitur ob causam et homo vocatur, et simul vocatur Deus, cum sit unus idemque sub utraque appellatione Christus].

PG
76, 270
*271

ANATHEMATISMUS I

- 1145 Si quis non confitetur Emmanuelem vere Deum esse, et ob id factam Virginem Deiparam (genuit enim illa incarnatum Dei Patris Verbum secundum carnem), anathema sit.

PG
76, 295

Declaratio prima

Beati Patres, qui Nicaeae olim convenerunt, rectae inculpataeque fidei doctrinam exponentes, in unum Deum Patrem omnipotentem omnium visibilium et invisibilium factorem se credere professi sunt; et in unum Dominum Iesum Christum Filium eius, et in Spiritum

Πνεῦμα τὸ ἅγιον· αὐτὸν λέγοντες τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα Λόγον, τὸν δι' οὗ
 τὰ πάντα ἐγένετο, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτός, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθι-
 νόν, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν τε καὶ ἀναστῆναι. Θεὸς γὰρ
 ὢν κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Πατρὸς Λόγος, σπέρματος Ἀβραάμ ἐπε-
 *297 λάβετο, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ παραπλησίως ἡμῖν * μετέσχεν
 αἵματος, καὶ σαρκός· γεγέννηται γὰρ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου,
 καὶ ἄνθρωπος γέγονε καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἀπολισθήσας τοῦ εἶναι Θεός· μὴ γέ-
 νοιτο· ἀλλ' ὢν ὅπερ ἦν, καὶ μεμενηκώς ἐν τῇ τῆς θεότητος φύσει τε καὶ δόξῃ.
 Φαμὲν οὖν αὐτὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, οὐ τροπὴν ὑπομείναντα τὴν εἰς ὅπερ
 οὐκ ἦν, οὐκ ἀλλοίωσιν· αἰεὶ γὰρ ἐστὶν ὁ αὐτός, καὶ τροπῆς ἀποσκίασμα πα-
 θεῖν οὐκ ἀνέχεται. Ἄλλ' οὐδὲ φρυμὸν, ἢ ἀνάχυσιν, ἢ σύγκρασιν τῆς οὐσίας
 αὐτοῦ πρὸς τὴν σάρκα γεγενῆσθαι διορίζομεθα· φαμὲν δὲ σαρκὶ ψυχὴν ἐχούση
 τὴν λογικὴν ἠνώσθαι τὸν Λόγον ὑπὲρ νοῦν τε καὶ ἀποβρόχως, καὶ ὡς μόνος
 οἶδεν αὐτός. Οὐκοῦν μεμένηκε Θεὸς καὶ ἐν προσλήψει σαρκός· καὶ ἐστὶν εἰς
 Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὁ αὐτός καὶ
 πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ χρόνου, καθὼ νοεῖται Λόγος, καὶ χαρακτήρ τῆς ὑπο-
 στάσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς οἰκονομικῶς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς

sanctum: asserentes, ipsum quod ex Deo Verbum emicuit, per quod
 omnia facta sunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, in-
 carnatum, et hominem esse factum, et passum, et resurrexisse. Ete-
 nim cum unigenitum Dei Patris Verbum natura Deus esset, semen
 Abrahæ, ut beatus Paulus dicit,¹ apprehendit, perindeque ac nos,
 *298 carnis et sanguinis effectum est particeps. Natum * est enim secun-
 dum carnem ex sancta Virgine, et aequè ac nos, homo factum est,
 non amittens esse Deum (absit!) sed existens quod erat, et in divi-
 nitatis natura et gloria permanens. Dicimus igitur, ipsum (Dei Ver-
 bum) hominem esse factum, nec ob id tamen versum in id quod non
 erat, non alteratum: idem enim semper est, neque conversionis obum-
 brationem pati sustinet.² Sed neque ullam essentiae illius cum carne
 commistionem, aut confusionem, aut concretionem factam esse sta-
 tuimus: asserimus autem, Verbum carni anima rationali perfectæ
 et informatae, modo quem ipsum solum novit (nostræ enim mentis
 captum hæc res excedit), unitum esse. Mansit itaque Deus etiam
 post assumptionem carnis; estque unus Dei et Patris Filius Dominus
 noster Iesus Christus, idem et ante omne sæculum et tempus, qua-
 tenus Verbum intelligitur, et figura substantiæ eius³ et in novissi-
 mis temporibus dispensatoria ratione nostri causa homo factus. Quia

¹ Hebr. II, 16.

² Iac. I, 17.

³ Hebr. I, 3.

γεγονώς. Ἐπειδὴ δὲ ἀναιροῦσί τινες τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ, τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένην ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, οὐκ εἰς ἀρχὴν τοῦ εἶναι καλοῦσαν αὐτόν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ θανάτου, καὶ φθορᾶς, γεγονώς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὁ πρῶτος ἡμῶν ἀναθεματισμὸς κατακέκραγε μὲν τῆς ἐκείνων κακοπιστίας, τὸ δὲ ὀρθῶς ἔχον ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι λέγων κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ· καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον.

ANATHEMATISMOS Β'

- 1146 Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἠνώσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρός Λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω. PG
76, 297

Ἐπίλυσις β'

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, ὁ τῶν θείων μυστηρίων ἱερούργος· «Ὁμολογουμένως μέγα ἔστι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη· ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι· ὤφθη ἀγγέλοις· ἐκηρύχθη ἔθνεσιν· ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ· ἀνελήφθη ἐν δόξῃ». Τί οὖν ἔστι τό· «Ἐφανερώθη ἐν σαρκί»;

vero nonnulli nativitatem illius secundum carnem propter omnium salutem, qua editus est ex sancta Virgine, inficiantur (quae nativitas hoc illi non contulit, ut tum primum esse inciperet, sed ut nobis similis factus a morte et corruptione nos liberaret): propterea primus hic noster anathematismus in perversam illorum fidem invenitur tum vero, quod rectae fidei est, confitetur, Emmanuelem secundum veritatem Deum esse dicens atque ideo sanctam Virginem Deiparam.

ANATHEMATISMUS II

- 1146 Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasim unitum, unumque una cum sua carne esse Christum, eundem nimirum Deum simul et hominem, anathema sit. PG
76, 298

Explanatio secunda

Divinus Paulus, sacer ille divinorum mysteriorum interpres, ita scribit: *Manifeste magnum est pietatis sacramentum: Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, praedicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria.*¹ Quid

¹ I Tim. III, 16.

τουτέστι· Γέγονε σὰρξ ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐ κατὰ μετάστασιν, ἢ τροπὴν, τῆς ἑαυτοῦ φύσεως εἰς σάρκα μεταπεποιημένης, ὡς ἤδη προείπομεν, ἰδίαν δὲ μᾶλλον ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, εἰς καὶ ὁ αὐτὸς χρηματίζων Υἱός· πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὡς ἄσαρκος ἔτι Λόγος, μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν σώματι.

APOLOGETICUS PRO XII CAPITIBUS (430/431)

ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΟΣ Α΄

PG 76, 317 Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἀγίαν Παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω. 1147

Ἀντιρρήσις τῶν Ἀνατολικῶν

Καὶ τίς σαρκικῶς, σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ἀποτετέχθαι συνομολογήσειεν; Εἰ γὰρ σαρκικῶς ἐγέννησεν, οὐκέτι κατὰ παρθένον· καὶ ποῦ θήσομεν τό· « Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι », σαρκικῶς κατ' αὐτὸν τῆς Παρθένου, καὶ οὐ θεοπρε-

igitur est quod dicit, « Manifestatus est in carne! » hoc est, Dei Patris Verbum caro factum est: non quod secundum propriam naturam conversum, aut transmutatum sit in carnem, ut modo dicebamus; sed potius quod carnem ex sancta Virgine sumptam propriam sibi fecerit, unus idemque Filius existens: ante incarnationem quidem tanquam Verbum tantum carnis expers; post incarnationem vero idem etiam in corpore.

ANATHEMATISMUS I

PG 76, 318 Si quis non confitetur, Emmanuelem vere Deum esse, et ob id sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum): anathema sit. 1147

Orientalium oppositio

Ecquis carnem factum Dei Verbum, carnaliter natum esse simul confitebitur; nam si carnaliter genuit, iam non ut virgo. Et ubi ponemus hoc: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*,¹ si, iuxta illius mentem, carnaliter et non ut Deum decet,

¹ Lc. I, 35.

πῶς γεννησάσης; καὶ πῶς ταύτην ἀστήρ παραδόξως φαινόμενος κατεμήνυε; μάγοι δὲ ἐκ Περσίδος δι' αὐτοῦ ὀδηγούμενοι παρήεσαν, τὸν τεχθέντα ζητοῦντες· καὶ εὐρόντες, ἔφερον δῶρα καὶ τῷ νοουμένῳ, καὶ τῷ φαινομένῳ πρόσφορα. Ἄγγελοί τε οὐρανόθεν κατελθόντες τὴν γέννησιν, μετὰ τῶν ποιμένων ἀναμιγέντες, ἐχόρευον λέγοντες· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία ». Ταῦτα τίνος * μνηύματα; Σαρκικῆς, ἢ *32 θεοπρεποῦς γεννήσεως; Ἄλλως τε εἰ ἀδασανίστως ταῖς φωναῖς ἐμβάλομεν, καὶ τροπὴν τοῦ λόγου, καὶ μεταβολὴν τὴν εἰς σάρκα φαντασθησόμεθα· καὶ οὕτως καὶ ἀμαρτίαν αὐτόν, καὶ κατάραν γεγενῆσθαι ὑποληψόμεθα, εἰ τοῖς ἐπομένοις, ἢ ἡγουμένοις τῶν κειμένων, καὶ αὐτῇ τῇ συνηθείᾳ τῆς Γραφῆς μὴ προσέχοιμεν. Ἄλλὰ γὰρ τὸ γενέσθαι σάρκα τὸν Λόγον, τὴν ἐν τῇ σαρκὶ σκλήνωσιν καλῶς ἐκλαμβάνομεν κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων διάνοιαν.

Ἀπολογία Κυρίλλου

Τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ μυστήριον ὁ πάνσοφος Ἰωάννης διατρανοῖ γεγραφικῶς· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ

Virgo genuit? et quomodo hunc stella insolito modo apprens demonstravit? Magi vero ex Perside, illa duce, advenerunt, natum quaerentes, et invento dona obtulerunt et ei, qui videbatur oculis, et ei, qui mente percipiebatur, convenientia.¹ Angeli, qui descenderunt de coelo, cum pastoribus misti, de natali tripudiarunt, dicentes: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas.*² * Haec *319 cuius indicia? carnalis, an eius quae Deum decet nativitatibus? Et alioqui si absque examine, et iudicio in eius voces inciderimus, et conversionem et commutationem Verbi in carnem imaginabimur, et sic etiam peccatum³ et maledictum⁴ ipsum factum esse suspicabimur: si quidem minus ad sequentia, vel praecedentia contextus sermonis, et ad ipsam consuetudinem Scripturae attenderimus. Caeterum carnem esse factum Verbum, recte iuxta Evangeliorum mentem, habitationem in carne exponimus.

Defensio Cyrilli

Dispensationis unigeniti Filii Dei in carne sacramentum sapientissimus Ioannes declarat, scribens: *Et Verbum caro factum est, et habi-*

¹ Matth. II, 1 ss.

² Lc. II, 14.

³ II Cor. V, 21.

⁴ Galat. III, 13.

ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ». Ταῦτα συνιέντες ὀρθῶς οἱ μακάριοι Πατέρες, οἱ κατὰ καιροὺς ἐν τῇ Νικαέῳ συνειλεγμένοι, αὐτὸν ἔφασαν τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποιήκεν ὁ Πατήρ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτός, τὸν Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι· τουτέστιν ἐνωθῆναι σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικὴν, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι μετὰ τοῦ καὶ ἀπομεῖναι Θεόν. Ὅτι δὲ ἀτρέπτως τε καὶ ἀσυγχύτως τὸ τῆς ἐνώσεως πέπρακται χρῆμα, μεμενηκότος, ὡς ἔφη, τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦθ' ὅπερ ἐστί, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ, ἀναλλοίωτος γὰρ κατὰ φύσιν ἐστίν, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀμφίβολον. Τὸ γὰρ σαρκουῖσθαι λεγόμενον, οὐκ εἰς σαρκὸς τρέπεται φύσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι ἐννοεῖται παρ' αὐτὴν ὑπάρχον, καὶ ἐνωθὲν αὐτῇ. Οὕτω φρονοῦντες οἱ μακάριοι Πατέρες, Θεοτόκον ὠνόμασαν τὴν ἁγίαν Παρθένον. Πεπιστεύκασι γὰρ ὅτι σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα γεγέννηκε τὸν Υἱόν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποιήκεν ὁ Πατήρ. Ὁ δὲ τῶν νέων ἡμῖν δυσφημιῶν εὐρετῆς Νεστόριος τοιαῦτα μαχόμενος δόξῃ, κατακιβδηλεύει μὲν ὡς οὐκ οὔσαν ἀληθῆ τὴν Θεότοκος φωνήν· ἔφη δὲ οὕτως· Ἠρώτησα, φησί, πολλάκις αὐτούς· Τὴν Θεότητα λέγετε γεγεννησθαι ἐκ τῆς μακαρίας Παρθένου; Ἀποπηδῶσιν εὐθύς πρὸς τὸ ῥῆμα· Καὶ τίς, φησί, τοσαύτην βλασφημίαν νοσεῖ, ὡς ἐκείνην τὴν γεννήσασαν τὸν ναὸν λέγειν παρὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Θεὸν ἐν ἐκείνῃ ἐκτίσθαι; Εἶτα ὅταν ἐπαγάγω-

*tavit in nobis.*¹ Haec recte intelligentes beati Patres olim in Nicaea congregati dixerunt, ipsum Verbum ex Deo Patre natum, per quod omnia fecit Pater, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum et inhumanatum esse, hoc est, unitum carni animam habenti rationalem, et hominem factum esse; et cum hoc etiam mansisse Deum. Quod autem absque conversione et confusione unionis opus factum est, manente, ut dixi, Deo Verbo id quod est, tametsi factum sit caro (immutabile enim secundum naturam est), nulli dubium. Nam quod dicitur incarnari, non in carnis naturam vertitur, sed aliud quiddam ab illa, et ei unitum intelligitur. Sic sentientes beati Patres Dei genitricem nominaverunt sanctam virginem. Crediderunt enim, quod incarnatum et hominem factum genuerit Filium illum, per quem omnia fecit Pater. Verum Nestorius novellarum blasphemiarum inventor cum hac sententia pugnans, improbat quidem vocem hanc, Dei genitrix, quasi non sit vere dicta; dicebat autem sic: Interrogavi, inquit, saepe eos: Divinitatem natam dicitis e beata Virgine? Resiliunt statim ad hanc vocem. Et quis, inquit, tanto blasphemiae morbo laborat, ut quae genuit templum, in illa dicat a Spiritu sancto Deum creatum esse? Deinde quando inferimus:

¹ Io. I, 14.

μεν· Τί οὖν ἄτοπον ἡμεῖς λέγομεν, συμβουλευόντες φυγεῖν τὴν φωνήν, καὶ ἔρχεσθαι ἐπὶ τὸ κοινὸν σημαινόμενον τῶν δύο φύσεων; Τότε νομίζεται ἑαυτοῖς εἶναι βλάσφημον τὸ λεγόμενον· Ἡ ὁμολόγησον σαφῶς θεότητα γεγενῆσθαι ἐκ τῆς μακαρίας Μαρίας, ἢ φεύγων βλάσφημον τὴν φωνήν, τί ταῦτά μοι λέγων, ὑποκρίνη μὴ λέγειν; Περιστάντος τοίνυν ἐκείνου, μᾶλλον δὲ ἀναπειθόντος ἀνοσίως τοὺς Θεοτόκον λέγοντας τὴν Παρθένον εἰς τὸ δεῖν ὁμολογεῖν σαρκὸς γενέσθαι καρπὸν γυμνῆν τε καὶ καταμόνας τὴν θεότητος φύσιν, καὶ τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἐκ γυναικὸς ἐσχηκέναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, * πληροφορεῖν ἐθέλοντες, ὅτι τῆς τοιαύτης δόξης ἀλλότριον παντελῶς καθεστήκαμεν· οὐ γὰρ οὕτω λεληρήκαμεν, ὡς ἐλέσθαι φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν· ἀποτεκεῖν ἔφημεν τὴν Παρθένον σάρκα γεγονότα κατὰ τὰς Γραφὰς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, τουτέστιν ἄνθρωπον· ἀποτεκεῖν δὲ αὐτὸν σαρκικῶς, τουτέστι κατὰ σάρκα· ὁ μὲν γὰρ Θεὸς καὶ Πατὴρ θεϊκῶς γεγέννηκεν ἐξ αὐτοῦ Θεοῦ ὄντα τὸν Υἱόν· ἐπειδὴ δὲ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σὰρξ ἐστὶ, γεγέννηκεν ἢ Παρθένος, ὡς σὰρξ ὑπάρχουσα, σαρκικῶς· τὸ δὲ σαρκικῶς εἰπεῖν, οὐκ ἀναιροῦντός ἐστι τῆς γεννήσεως τὸ παράδοξον, οὔτε μὴν ἀνατρέποντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, δι' ἧς ἐν μήτρᾳ διέπλασε τὸ τεχθέν· διδάσκοντος δὲ μᾶλλον, ὅτι ὡσπερ Θεὸς τίχτει θεϊκῶς, ἥτοι θεοπρεπῶς κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἀνθρωπίνως, ἥτοι σὰρξ

*321

Quid igitur absurdum nos dicimus, consulentes fugiendam illam vocem, et eundem ad communem utriusque naturae significatum? id tunc blaspheme dictum putant. Vel confitere manifeste, deitatem ex beata Maria natam esse: vel, si fugis hanc blasphemam vocem, cur qui eadem dicis, te non dicere simulas? Igitur illo urgente, imo inculcante impie, ut ii sanctam Virginem Dei genitricem dicunt, fateri debeant, carnis fuisse fructum nudam et seorsum positam deitatis naturam, et subsistentiae initium ex muliere habuisse Dei Verbum; probare volentes, nos ab hac opinione prorsus alienos esse (non enim ita deliramus, ut velimus sapere aliud, quam quod oportet sapere), * Virginem peperisse dicimus Dei Verbum secundum Scripturas carnem factum, hoc est, hominem; peperisse autem illum carnaliter, hoc est, secundum carnem. Nam Deus et Pater secundum divinitatem genuit ex se Deum existentem Filium. Quoniam autem quod natum est ex carne, caro est;¹ genuit Virgo, ut caro existens, carnaliter. Carnaliter autem dicere, non est tollentis admirabilem nativitatem, neque evertentis Spiritus sancti operationem, qua in utero formavit partum: sed docentis potius quod sicut Deus gignit divine, hoc est, digne Deo secundum suam naturam; ita et homo

*322

¹ Io. III, 6.

σαρρικῶς. Θεὸς δὲ ὢν κατὰ φύσιν ὁ Λόγος, ἦτοι σὰρξ γεγονώς, προῆλθε θεοπρεπῶς, τουτέστιν, ὡς ἂν πρόποι τῷ γε ὄντι κατὰ τὴν ἀλήθειαν Θεῶ. Μόνος γὰρ ἔσχε μητέρα τὴν ἀπειρογάμον, καὶ τετήρηκε παρθένον τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν κατὰ σάρκα. Θαυμάζω δέ, ὅτι Θεοτόκον ὀκνοῦντες εἰπεῖν τὴν ἁγίαν Παρθένον, θεοπρεπῶς αὐτὸν γεγενῆσθαι φασιν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος κοινὸς τρίτεται θεοπρεπῶς.

ANATHEMATISMOS Γ'

Ἀπολογία Κυρίλλου

PG
76, 328

[...] Ἡμεῖς δὲ ταῖς εἰς ὀρθότητα ψήφοις στεφανοῦντες τὸ εἰρημένον, ἐπόμενοι τε πανταχῇ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τὰς τῶν θεηγόρων φωνὰς τοῦ παντὸς ἀξιοῦντες θαύματος, μᾶλλον δὲ καὶ θείου ἠγούμενοι νόμους, οὐ τῆς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, οὔτε μὴν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλαδέσθαι φαιμέν τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· πεπιστεύκαμεν δέ, ὅτι κατὰ τὸ τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι δοκοῦν, ἐπισκιάσας τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, ἅτε δὴ καὶ δύναμις ὢν τοῦ ὑψίστου Πατρὸς, ἔπλασεν ἑαυτῷ τὸ σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, πλην δι' ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, κεχρημάτικέ τε καὶ υἱὸς Ἀβραάμ, καὶ Δαυὶδ· οὐκ ἀπεμπολήσας διὰ τὸ ἀνθρώπινον τὸ εἶναι κατὰ

1148

humane, hoc est, caro carnaliter. Deus autem existens secundum naturam Verbum, quamvis caro factum, divine processit, hoc est, ut decet eum, qui secundum veritatem est Deus. Solus enim habuit matrem nuptias non expertam; et servavit virginem eam, quae ipsum peperit secundum carnem. Admiror autem, quod non audentes dicere sanctam Virginem Dei Genitricem, cum Deo digne ipsum esse genitum fatentur. Non enim homo communis gignitur Deo digne.

ANATHEMATISMUS III

Cyrylli defensio

PG
76, 327

[...] Nos vero ut rectissime prolatum hoc dictum nostra sententia probamus, sequentes ubique divinitus inspiratas Scripturas, et valde admirantes theologorum voces, imo eas pro divinis legibus habentes, dicimus Dei Patris Verbum non apprehendisse neque sanctorum angelorum, neque suam naturam: credimus autem, secundum quod sacris Litteris videtur, quod obumbrans sanctae Virgini, utpote virtus existens altissimi Patris, formavit sibi corpus ex illa, verumtamen per operationem sancti Spiritus; et factum est homo, appellatumque est filius Abrahae et Davidis; non amittens propter humani-

1148

ἀλήθειαν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρός, μεμενηκώς δὲ μᾶλλον, καὶ εἰ γέγονε σάρξ, ἐν φύσει τε καὶ ὑπεροχῇ, καὶ δόξῃ Θεότητος.

- 1149 [...] Εἰ δὲ δὴ τις οἶοιτο τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον κεχρίσθαι τε καὶ ἡγιασθαι μόνον, ταύτη τοι καὶ ὀνομάσθαι Χριστόν, λεγέτω παρελθὼν, εἰ ἀπόκρισις τὸ χρίσμα πρὸς τὸ ἀποφῆναι τὸν χριόμενον ἰσοκλεᾶ καὶ ὁμόθρονον τῷ πάντων ἐπέκεινα Θεῷ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον ἰδικῶς ὀνομάσθαι Χριστόν, ὁ τῶν νέων ἡμῶν βλασφημιῶν εὐρετῆς Νεστόριος διαβεβαιούται συχνῶς· ἰδικῶς δέ, καὶ ἀνά μέρος Χριστὸν ἕτερον τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον· κατακιβδηλεύοντες τὴν δόξαν, ὡς ἀκαλλῆ καὶ ἀσύμφυλον καὶ τῆς ἀληθείας ἐξωκισμένην, οὔτε δὲ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρός Λόγον κατὰ μόνας νοούμενον κεχρίσθαι τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως διαβεβαιούμεθα, οὔτε μὴν ἰδίᾳ τε καὶ κατὰ μόνας ὡς ἄνθρωπον, καὶ ἕτερον ὄντα Υἱὸν παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου. Ἐνα δὲ μᾶλλον χρῆναι πρὸς ἀπάντων δισχυριζόμεθα ὁμολογεῖσθαι Χριστόν, σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον· «Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα».

PG
76, 329

tatem, quod sit Filius Dei et Patris secundum veritatem; manens autem potius, quamvis factum sit caro, in natura et eminentia et gloria deitatis.

- 1149 [...] Si autem quis existimet eum, qui est ex sancta Virgine natus, unctum esse et sanctificatum solum, et hac ratione nominatum Christum, prodeat et dicat, num sufficiat unctio ad hoc, ut efficiat, quod unctus aequalis gloriae et maiestatis sit cum eo, qui est super omnia, Deus. Quoniam enim Dei Verbum seorsum nominari Christum, Nestorius, novellarum nobis blasphemiarum inventor assidue affirmat; et seorsim Christum alterum, qui ex sancta Virgine genitus est: ut hanc opinionem notaremus tanquam improbandam ac temerariam, et a veritate alienam, neque Verbum Dei Patris seorsum consideratum, unctum esse oleo exsultationis affirmamus, neque seorsum et privatim ut hominem, et alium Filium ab eo, qui est Verbum ex Deo, eum qui e sancta Virgine; asserimus autem necessarium esse, ut omnes confiteantur unum Christum, incarnatum et hominem factum unigenitum Dei Verbum: *Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma*.¹

PG
76, 330

¹ Ephes. IV, 5.

ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΟΣ Δ'

Ἀπολογία Κυρίλλου

PG 76, 337 [...] Ἐπειδὴ δὲ ἐστὶν εἷς καὶ ὁ αὐτός, Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ταύτη
 1150
 τοι καὶ λίαν ὀρθῶς, ποτὲ μὲν θεϊκῶς, ποτὲ δὲ ἀνθρωπίνως ποιεῖται τοὺς λό-
 γους· πλὴν τοῦ ἐνός Ἰησοῦ Χριστοῦ ταύτας τε κάκεινας εἶναι φωνὰς δις-
 χυριζόμεθα· οὔτε φιλοῦντες θεότητος τὸν ἐκ τῆς παναγίας Παρθένου ναόν,
 οὔτε μὴν ἄσαρκον εἰδότες τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρός Λόγον μετὰ τὴν ἄρρητον
 ἔνωσιν.

ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΟΣ ΙΑ

Ἀπολογία Κυρίλλου

PG 76, 372 [...] Ἀπεστάλθαι δὲ φαμεν τὸν Υἱὸν παρὰ τοῦ Πατρός, γενόμενον ἄν-
 1151
 θρωπον· πρόποι γὰρ ἂν καὶ μάλα ὀρθῶς τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις τὸ τῆς
 ἀποστολῆς ὄνομά τε καὶ χρῆμα. Ἀπεστάλη δέ, ὡς ἔφην, οὐ γυμνός, καὶ
 ἄσαρκος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρός Λόγος, γέννησιν δὲ μᾶλλον ὑπομείνας τὴν κατὰ
 σάρκα, ἥτοι σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, τοῦτό τε ἀφράστως καὶ
 ἀσυγχύτως ἐνώσας ἑαυτῷ, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, « ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ
 Θεὸς Κύριος », κατὰ τὰς Γραφάς.

ANATHEMATISMUS IV

Cyrilli defensio

PG 76, 338 [...] Quoniam autem [Christus] est unus et idem Deus simul et
 1150
 homo, hac ratione recte aliquando divine, aliquando humane loqui-
 tur: verumtamen unius Iesu Christi et has et illas voces esse asseri-
 mus, nec divinitate spoliante templum, quod ex sancta Virgine est,
 nec sine carne putantes Dei Patris Verbum post ineffabilem uni-
 tionem.

ANATHEMATISMUS XI

Cyrilli defensio

PG [...] Missum vero dicimus Filium a Patre, factum hominem. Valde
 1151
 enim congruunt exinanitionis mensuris missionis nomen et res. Mis-
 sum itaque est, sicuti dixi, non nudum et absque carne Verbum, quod
 est ex Deo Patre; sed nativitatem potius secundum carnem subiens,
 id est, corpus ex sancta Virgine assumptum ineffabiliter et inconfuse
 sibi uniens, sicut saepissime diximus, *illuxit nobis Deus Dominus*,
 secundum Scripturas.¹

¹ Ps. CXVII, 27.

APOLOGETICUS CONTRA THEODORETUM

ANATHEMATISMOS A'

1152 Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον, γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γε- PG
76, 392
γονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου ἀνατροπή τῶν δώδεκα κεφαλαίων

Ἡμεῖς δέ, ὅσοι ταῖς εὐαγγελικαῖς ἀκολουθοῦμεν φωναῖς, οὐ σάρκα φύσει γεγονέναι, οὐδὲ εἰς σάρκα μεταβληθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον φαμέν· ἄτρεπτον γὰρ τὸ Θεῖον καὶ ἀναλλοίωτον· διὸ καὶ Δαυὶδ ὁ προφήτης λέγει· «Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν»· ὕπερ Παῦλος ὁ μέγας, ὁ τῆς ἀληθείας κήρυξ, εἰς τὸν Υἱὸν εἰρῆσθαι ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐδίδαξε. Καὶ ἐτέρωθι δὲ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· «Ἐγὼ εἰμί, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι». Εἰ οὖν ἄτρεπτον τὸ Θεῖον καὶ ἀναλλοίωτον, τροπῆς ἔστι, καὶ μεταβολῆς ἀνεπίδεκτον· εἰ δὲ ἀδύνατον τραπῆναι τὸ ἄτρεπτον, οὐκ ἐγένετο σὰρξ ὁ Θεὸς Λόγος τραπεῖς, ἀλλ' ἀνέλαβε σάρκα, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν,

ANATHEMATISMUS I

1152 Si quis non confitetur Emmanuelem vere Deum esse, et ob id sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum): anathema sit. PG
76, 391

Theodoretī episcopi Cypri reprehensio duodecim capitum

Nos autem quicumque voces evangelicas sequimur, non carnem naturaliter factum, neque in carnem conversum Deum Verbum dicimus; inconvertibilis, est enim immutabilisque divinitas: unde et propheta David dicit: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient*,¹ quod Paulus magnus veritatis praeco de Filio dictum, in Epistola ad Hebraeos docuit; ² et alibi per prophetam ait Dus: *Ego sum, et non mutor*.³ Si igitur inconvertibilis est immutabilisque Divinitas, conversionis et mutabilitatis non est capax. Si autem impossibile est converti inconvertibilem, non est factum caro Deus Verbum, ita

¹ Ps. CI, 28.

² Hebr. I, 12.

³ Malach. III, 6.

*393 κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων φωνήν. Καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ θεϊότατος Παῦλος λέγων ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους φησί· «Τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, ὁ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· * ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἄρπαγμαὸν ἠγάγησας τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἐαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν». Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ οὐκ ἐτράπη εἰς δούλου μορφὴν, ἀλλὰ μένουσα ὃ ἦν, ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν. Τοίνυν οὐ γέγονε σὰρξ ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλὰ σάρκα ζωσαν καὶ λογικὴν ἀνέλαβεν· οὐκ αὐτὸς φύσει ἐκ τῆς Παρθένου γεγένηται συλληφθεὶς, καὶ διαπλασθεὶς, καὶ μορφωθείς, καὶ ἀρχὴν ἐκεῖθεν τοῦ εἶναι λαβὼν, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων, καὶ Θεὸς ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ τῷ Πατρὶ συνὼν, καὶ μετὰ Πατρός γνωριζόμενός τε καὶ προσκυνούμενος· ἀλλ' ἐαυτῷ ναὸν ἐν τῇ παρθενικῇ γαστρὶ διαπλάσας, συνῆν τῷ πλασθέντι καὶ γεννηθέντι. Οὗ χάριν καὶ τὴν ἀγίαν ἐκείνην Παρθένον Θεοτόκον προσαγορεύομεν, οὐχ ὡς Θεὸν φύσει γεννήσασαν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον τῷ διαπλάσαντι αὐτὸν ἠνωμένον Θεῷ. Εἰ δὲ οὐκ ἄνθρωπος ὁ ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου διαπλασθεὶς, ἀλλὰ Θεὸς Λόγος, ὁ πρὸ αἰώνων, ποίημα ἄρα τοῦ Πνεύματος ὁ Θεὸς Λόγος· «Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, φησὶν ὁ Γαβριήλ, ἰκ Πνεύματος ἔστιν ἀγίου». Εἰ δὲ ἄκτιστος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος,

ut sit conversum, sed assumpsit carnem, et inhabitavit in nobis, secundum evangelicam vocem.¹ Et hoc explicans sacratissimus Paulus in Epistola ad Philippenses * ait: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.*² Palam igitur est ex his, quae dicta sunt, quia Dei forma mutata non est in servi formam; sed manens quod erat, assumpsit formam servi. Igitur non est factum caro Deus Verbum, sed carnem viventem et ratione praeditam assumpsit: non ipse naturaliter e Virgine natus, et conceptus, et figuratus, atque formatus, et existendi principium exinde assumens, qui ante saecula et Deus est, et apud Deum, et cum Patre est, et cum Patre cognoscitur et adoratur; sed, templum sibi in utero virginali formans, erat cum formato et nato. Quamobrem et sanctam illam Virginem Dei Genitricem appellamus, non quasi Deum natura generaverit, sed tanquam hominem unitum Deo, qui finxit eum. Si autem non est homo, qui in utero Virginis formatus est, sed Deus Verbum, quod ante saecula est; factura igitur Spiritus erit Deus Verbum: *Quod enim in ea natum est, inquit Gabriel, ex Spiritu sancto est.*³ Si autem increatum est unigenitum Dei Verbum,

¹ Io. I, 1-4.

² Philipp. II, 5-7.

³ Matth. I, 20.

καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοουσίος τε καὶ συναΐδιος, οὐκέτι πλάσμα ἢ κτίσμα τοῦ Πνεύματος. Εἰ δὲ οὐ τὸν Θεὸν Λόγον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου διέπλασε, λείπεται νοεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν καὶ πλασθῆναι, καὶ μορφωθῆναι, καὶ κυηθῆναι, καὶ γεννηθῆναι φύσει. Ἐπειδὴ δὲ οὐ γυμνή ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, ἀλλὰ καὶ ἦν, ἔνοικον τὸν Θεὸν Λόγον ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· «Ἐν αὐτῷ γάρ, φησὶν, ἠδύοκῆσε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς»· οὐκ ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ Θεοτόκον τὴν Παρθένον προσαγορεύομεν· τὴν μὲν τῇ διαπλάσει, καὶ μορφώσει, καὶ ἐνώσει, τὴν δὲ τῇ ἐνώσει τιθέντες προσηγορίαν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ τεχθὲν βρέφος Ἐμμανουὴλ προσαγορεύεται, οὔτε Θεὸς ἀνθρωπείας φύσεως κεχωρισμένος, οὔτε ἀνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος· τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ τὸ μεθ' ἡμῶν ἐρμηνεύει εἶναι Θεόν, κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων φωνήν· τὸ δὲ «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός», καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ληφθέντα δηλοῖ, καὶ τὸν ἀνειληφότα Θεὸν Λόγον κηρύττει. Οὐκοῦν τὸ βρέφος Ἐμμανουὴλ διὰ τὸν ἀνειληφότα Θεόν, καὶ Θεοτόκος ἢ Παρθένος διὰ τὴν πρὸς τὴν κυηθεῖσαν δούλου μορφὴν ἔνωσιν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς· οὐ γὰρ εἰς σάρκα ὁ Θεὸς Λόγος ἐτρέπη, ἀλλ' ἢ τοῦ Θεοῦ μορφῆ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν.

Patrique consubstantiale et coaeternum, non est formatum, aut creatum a Spiritu. Si vero Deum Verbum in utero Virginis Spiritus sanctus non formavit, restat intelligi servi formam et fictam, et formatam, et conceptam, et natam esse naturaliter. Quia vero non erat nuda a Dei forma, sed templum erat inhabitantis Dei Verbi, secundum Pauli vocem: *In ipso enim, inquit, complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter*;¹ non hominis genitricem, sed Dei Genitricem Virginem appellamus; illam quidem figmento, et formationi, et conceptui, hanc autem unitioni imponentes appellationem. Propterea et natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus. Emmanuel enim nobiscum interpretatur esse Deum, secundum evangelicam vocem. Illud autem: *Nobiscum Deus*,² et ex nobis pro nobis assumptum significat, et assumentem Deum Verbum praedicat. Ergo infans Emmanuel dicitur propter assumentem Deum; et Dei Genitrix Virgo, propter unitionem formae Dei ad conceptam servi formam. Non enim in carnem Deus Verbum conversum est, sed Dei forma assumpsit servi formam.

¹ Coloss. I, 19; II, 9.

² Matth. I, 23.

Ἀπολογία Κυρίλλου

Πλείστην ὄσσην πεποιήμεθα τὴν καταβολὴν τῶν ὁμολογεῖν οὐκ ἀνεχομένων Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ μὴν ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Παρθένος, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ * Λόγον, ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος. Ὁ δὲ τῶν οὕτως ὀρθῶς εἰρημένων κατήγορος, εἰ μὴ Θεὸν οἶδε κατὰ ἀλήθειαν ὄντα τὸν Ἐμμανουήλ, εἰ μὴ γεγέννηται κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, σὰρξ γεγονώς, ὁ Θεοῦ Λόγος κατὰ τὰς Γραφάς, τί μὴ μᾶλλον ἔφασκεν ἐναργῶς· Τί δρᾶς, ὦ γενναῖε; δεινὰς τε καὶ παλιμφήμους ἐρεύγη φωνάς; τῶν τῆς ἀληθείας κατανεανειύη δογμάτων; Οὐκ ἐστὶ Θεὸς κατὰ ἀλήθειαν ὁ Ἐμμανουήλ, οὔτε μὴν Θεοτόκος ἡ ἁγία Παρθένος· ἵνα καὶ ἡμεῖς ταῦτα βοῶντι, καὶ λέγοντι, τὰ ἐκ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀντανιστάντες ἐμφρόνως, καὶ τῆς ἀποστολικῆς τε καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, καὶ τὴν τῶν Πατέρων ὁμολογίαν τῶν κατὰ καιροῦς ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένων ἀντεξάγοντες, δυσωπήσωμεν, ὡς οὔτε ὀρθῶς, οὔτε μὴν ἐν κόσμῳ τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐπιπλήττειν ἐπιχειρεῖ, μᾶλλον δὲ ἀνέδυν ταῖς θείαις μάχεται Γραφαῖς. Ἄλλ' ὁ σοφὸς καὶ ἀγχίνους ἐξηγητῆς, ἃ μὲν ἦν εἰκὸς τε καὶ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, παρήλασε, πεφροντικῶς δὲ ὅλως τῶν τοιούτων οὐδενός, ἐφ' ἑτέραν ἵεται τρίβον. Ἐτράπετο γὰρ εὐ-

Cyrilli defensio

Valde multum declamavimus adversus eos qui confiteri non patiuntur Emmanuelem vere esse Dei Verbum, et sanctam Virginem Dei Genitricem, quod Dei Verbum secundum carnem genuerit, * quando factum est caro, hoc est homo. Accusator vero horum sic recte ditorum, si non novit, Emmanuelem vere Deum esse, si non secundum carnem ex sancta Virgine carnem factum Dei Verbum, ut scriptum est, cur non potius clare dixit: Quid agis, vir egregie? absurdas et contrarias evomis voces: cur dogmatibus veritatis iuveniliter insultas? Non est secundum veritatem Deus Emmanuel, neque Dei Genitrix sancta Virgo: ut et nos ita clamanti atque dicenti, e Scriptura divina resistentes prudenter, et apostolicae atque evangelicae fidei traditionem Patrumque confessionem, qui olim Nicaeae congregati sunt, contra proferentes, convinceremus, eum nostris dictis reprehensionem neque recte, neque honeste moliri, magis autem cum divinis Scripturis impudenter pugnare. Sed sapiens et astutus enarrator, quae quidem dicere decebat et necessarium erat, praetermittens, et omnino de talibus nihil cogitans, alia aggreditur via. Confestim enim se convertit ad necessitatem astruendi conversione su-

ὅς ἐπὶ τὸ δεῖν ἀποφαίνειν, ὅτι τροπῆς ἀμείνων ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ οὐκ εἰς φύσιν μετεποιήθη σαρκός, ὡς τοῦτο κρατύνοντος, καὶ ἀληθὲς ἀποφαίνειν ἐθέλοντος τοῦ ἀναθεματισμοῦ. Ἀκουέτω τοίνυν, ὑπαντᾶν οἷς ἀντιλέγει κατ' οὐδένα τρόπον εἰδώς· Εἰκαιολογεῖς, ἄνθρωπε, καὶ μάχῃ φρονήματι μεμισημένῳ καὶ πρὸς ἡμῶν. Ἴσμεν γάρ, ὅτι τροπῆς ἐπισκίασμα παθεῖν ἢ θεία τε καὶ ὑπερτάτη φύσις οὐκ ἀνέχεται· οὔτε μὴν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὸ εἶναι μεθεῖς ὅπερ ἐστίν, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μετακεχώρηκε φύσιν. Ἐπειδὴ δέ φησι, παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς μορφὴν ἀναληφθῆναι δούλου, διδασκέτω παρελθόν, εἰ δίχα τῶν ὑποστάσεων μόναι καὶ καθ' ἑαυτὰς αἱ μορφαὶ συνῆλθον ἀλλήλαις. Ἄλλ', οἶμαι, καταβαλεῖ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν αὐτόθεν οὐ γὰρ ὁμοιότητες ἀπλῶς ἀνυπόστατοι, καὶ μορφαὶ συνέβησαν ἀλλήλαις καθ' ἑνωσιν οἰκονομικήν, ἀλλὰ πραγμάτων, ἧγουν ὑποστάσεων γέγονε σύνοδος, ἵνα καὶ ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγος ἀληθῶς γενέσθαι πιστεύηται. Οὐκοῦν εἰ λέγοιμεν σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, οὐ σύγχυσιν, οὐ φυρμόν, οὐ τροπὴν, οὐκ ἀλλοίωσιν συμβῆναι περὶ αὐτὸν φαμεν, ἡνώσθαι δὲ μᾶλλον ἀφράστως καὶ ἀπορρήτως σώματι ψυχὴν ἔχοντι νοεράν. Τὸ δὲ ἐνοῦσθαι λεγόμενον οὐ συγγεῖται πάντως, ἐν προσλήψει δὲ μᾶλλον ἐτέρου γίνεται. Διαβεβαιούμεθα τοίνυν τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ἐν προσλήψει γεγονότα τῆς ἀγίας τε καὶ ἐμφύχου σαρκός, ἐνωθέντα τε κατὰ ἀλήθειαν ἀσυγχύτως, ἐκ μήτρας αὐτῆς προελθεῖν ἄνθρωπον, μεμενηκέναι δὲ καὶ οὕτω Θεὸν ἀληθινόν· ταύτη τοι

perius esse Dei Verbum, nec in naturam carnis transformatum esse: quasi vero anathematismus id confirmet, ac ostendere velit. Audiatur itaque, qui occurrere his, quibus contradicit, nullo modo novit: Superflue loqueris, homo, et repugnas sententiae odiosae etiam apud nos. Novimus enim quod conversionis obumbrationem sustinere divina et suprema natura non patitur: sed neque Dei Verbum esse desinens hoc quod est, in naturam transiit carnis. Quia vero ait a Dei forma assumptam servi formam, doceat in medium procedens, si absque subsistentiis solae et per se formae convenerunt inter se. Sed, existimo, ipse se statim evertet. Non enim similitudines simpliciter non subsistentes, et formae convenerunt inter se per unionem dispensatoriam, sed rerum sive substantiarum concursus est factus, ut inhumanationis ratio vere facta credatur. Ergo si dicemus carnem factum Verbum, non confusionem, non misturam, non conversionem, aut immutationem contigisse dicimus circa ipsum, sed unitum potius ineffabiliter et inenarrabiliter corpori animam habenti intellectivam. Quod autem uniri dicitur, non statim confunditur, sed potius alterum assumit. Affirmamus igitur Verbum, quod ex Deo Patre est, assumpsisse sanctam et animatam carnem, unitumque secundum veritatem inconfuse, ex utero ipso processisse hominem, permansisse

*397

καὶ Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἀγία Παρθένος. Περιττὸν δὲ οἶμαι τὸ δεῖν οἶσθαι καὶ ἀνθρωποτόκον εἰπεῖν αὐτήν. Εἰ μὲν γὰρ ἤσαν τινες ἐκ πολλῆς ἄγαν φρονοβλαθείας λέγοντες, τὴν τοῦ Λόγου φύσιν, πηγὴν ὡσπερ τινά, καὶ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως ἀρχὴν ἐσχημέναι τὴν σάρκα, τάχα τις ἦν οὐκ ἀπὸ * σκοποῦ καὶ ἀπόβλητος λόγος τοῖς ἐθέλουσιν ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν. Ἐπειδὴ δὲ βδελυρὰ καὶ ἀπηχθημένη παρὰ πᾶσιν ἐστὶν ἡ τοιαύτη δόξα, νοεῖται δὲ οὐχ ἑτέρως Θεοτόκος ἡ ἀγία Παρθένος, εἰ μὴ παρεισδέξαιτό τις τὴν πίστιν τοῦ, ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· οὐ γὰρ που θεότητα γυμνήν, ὡς ἔφην, ἐκτέτοκεν ἡ ἀγία Παρθένος· τί τὸ τῆς ἐνστάσεως ὄφελος τῶν χρῆσαι λεγόντων ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν; Ἄλλ', ὡς ἔοικεν, ἐξεύρηται τι πικρὸν αὐτοῖς κατὰ Χριστοῦ σκαιώρημα. Οὐ γὰρ ἀνέχονται φρονεῖν, ἢ λέγειν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς προαιώνιον Υἱόν, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἐκ μήτρας ἐνωθῆναι σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικὴν, οὕτω τε γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον· ἀλλ' ὡς ἓνα τῶν ἁγίων ἔνοικον ἔχοντα Θεὸν διακηρύττειν ἐπείγονται, καὶ φρονεῖν ἀναπεῖθουσιν, οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι καὶ ἐν ἡμῖν ἐστὶ διὰ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἐν ἁγίοις ναοῖς, ὁ τῶν ὄλων Θεός. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ

*398

autem etiam sic Deum verum: ideoque et Dei Genitrix est sancta Virgo. Superfluum autem arbitror existimare, hominis etiam genitricem eam dici oportere. Nam si quidem essent aliqui ex multa vesaniam dicentes, Dei Verbi naturam veluti fontem quemdam et propriae existentiae principium habuisse carnem; forte fuisset aliqua non absurda et contemnenda ratio volentibus, eam etiam hominis * genitricem nominari oportere. Quia vero abominabilis et odiosa quidem apud omnes est huiusmodi opinio, neque aliter intelligitur, Dei Genitricem esse sanctam Virginem, nisi primum quis credat, quod Verbum, quod ex Deo Patre, factum sit caro, hoc est homo (non enim certe divinitatem nudam, sicuti dixi, peperit sancta Virgo); quae est huius instantiae utilitas, dicentium oportere nominari eam et hominis genitricem? Sed sicut apparet, inventa ab eis est contra Christum virulenta quaedam machinatio. Non enim patiuntur sapere vel dicere, ipsum, qui ex Deo et Patre est ante saecula Filius, in novissimis saeculi temporibus inconfuse, inconvertibiliter, ex utero unitum carni animam habenti rationalem, sicque factum similem nobis hominem: sed, tanquam unum sanctorum, inhabitantem habuisse Deum praedicare conantur, et hoc sentiendum suadent, non considerantes, quod et in nobis est per Spiritum, sicut in sanctis templis, omnium Deus. Scriptum est enim: *Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei*

οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Εἴ τις οὖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρη, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἱ τινές ἐστε ὑμεῖς». Ἄλλ' εἰ καὶ ὀνομάσμεθα ναοὶ Θεοῦ, Θεὸν ἔχοντες τὸν ἐνοικοῦντα διὰ τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἕτερον ἴσμεν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν τρόπον· ἠνώσθαι γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα φαιέν, ψυχῆς δηλονότι τῆς λογικῆς ἐνούσης αὐτῆ. Ἐπιθόμην δ' ἂν ἡδέως αὐτοῦ· πότερα δὴ τὴν ἔνωσιν τοῦ Λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἡγουν τὴν πρὸς τὸ ἅγιον σῶμα, τὸ καὶ ψυχωθὲν νοερῶς, πεπρᾶχθαι φησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἢ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ καὶ αὐτὸς κατὰ συνάφειαν σχετικὴν δουλοπρεποῦς καὶ ἀνυποστάτου μορφῆς πρὸς ἐνυπόστατον καὶ θείαν μορφήν, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, κατὰ μόνην τῆς υἰότητος τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ κατὰ τὴν ἰσότητα τῶν ἀξιωματῶν; εἴπερ τις ἄλλος συναφείας οὐτοσί νοεῖται τρόπος. Ἄλλὰ γάρ, ὡς ἔοικε, παρενοχλῶ μάτην· πεποιήμαι δὲ περιττῶς τὴν πεῦσιν, ἔχων αὐτοῦ φωνὰς καὶ σαφῆ τὴν ὁμολογίαν. Ἐν γάρ τοι τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ φησὶν αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· Διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν βρέφος προσαγορεύεται Ἐμμανουήλ, οὔτε Θεὸς ἀνθρωπείας κεχωρισμένος φύσεως, οὔτε ἀνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος. Ἔδει μὲν οὖν αὐτὸν ἀκριβοῦς καὶ τετορνευμένην τὴν περί γε τούτων ἀφήγησιν ποιεῖσθαι φιλεῖν. Πλὴν ἐκεῖνο τέως ἐπισημῆνασθαι χρή· ἰδοὺ γὰρ ἐνθάδε καὶ μάλα σαφῶς διερμηνεύων αὐτὸς τὴν ἔνωσιν, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι ὡσι τὸν Θεόν·

*corruperit, corrumpet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.*¹ Sed licet nominemur templa Dei, cum Deum habeamus inhabitantem per Spiritum; attamen alterum novimus modum sacramenti secundum Christum. Vere enim unitam esse Deo Verbo carnem asserimus, anima utique rationali praeditam. Libenter autem eum percontarer, utrum unionem Verbi ad humanitatem, sive ad sanctum corpus animatum intellectiva anima, vere factam dicat, an cum aliis simul et ipse dicat, secundum copulationem, quae per habitudinem est, servilis et non subsistentis formae ad subsistentem et divinam formam; aut alio modo, secundum solam filiationis aequivocationem, et secundum aequalitatem dignitatum? si tamen hic esse omnino copulationis modus intelligitur. Sed enim, sicut apparet, frustra molestus sum, et interrogationem superfluum facio, habens eius voces apertamque confessionem. In primo namque capitulo ipsis verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus. Oportebat sane, eum accuratam et exactam explanationem his de rebus efficere. Verumtamen illud interim observare convenit: ecce enim hoc loco et quidem clare interpretans ipse unionem, ab humana natura non separatum fuisse dicit Deum; simul etiam con-

¹ I Cor. III, 16-17.

προσομολογεῖ δέ, ὅτι καὶ ἓνα καθ' ἑνωσιν οἰκονομικὴν οἶδεν ὄντα τὸν Χριστόν, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. Εἶτα πῶς οὐκ ἐρυθριᾷ, τοῖς παρ' ἡμῶν γεγονόσιν ἐπιπλήττων λόγους;

CONTRA IULIANUM (ca 433)

- PG 76, 809 Lib. VI. [...] Ἡμεῖς δέ, ὧ κράτιστε, φαίμεν ἄν, οὐχ, ὡς σὺ νενόμικας, τεθεοποιήκαμεν ἄνθρωπον, καὶ τὸν οὐκ ὄντα φύσει Θεὸν ἀξιοῦμεν προσκυνεῖν, αὐτὸν δὲ δὴ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ προσπεφηγότα Λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, διασωῶσαι κρίναντα τὸ ἀνθρώπινον γένος, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι φαμεν, καὶ προελθεῖν ὡς ἄνθρωπον ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ἵν', ἐπειδήπερ ἀπρόσβλητός τέ ἐστι καὶ κατ' οὐδένα τρόπον οἰστή, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποπτος παντελῶς ἡ θεία τε καὶ ἀπόρρητος αὐτοῦ δόξα, χρόνους τινὰς ὠρισμένους, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, οἰκονομικῶς συνδιαιτώμενος τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τίς μὲν ὁ φύσει καὶ μόνος τῶν ὄλων ἐστὶ Θεός, ἀναπίεση φρονεῖν, ἀρετῆς δὲ ἀπάσης ἀποφῆνας ἐπιστήμονας, ἑαυτῷ συνάψη δι' ἁγιασμοῦ, καταργήσας πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν πονηράν, καὶ τῶν ψευδωνύμων ἀπαλλάξας θεῶν.
- PG 76, 928 [...] Πέπομφε χρειωδῶς ἐξ οὐρανοῦ τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὃς δὴ καὶ ἄνθρωπειαν ὑπέδου μορφὴν, ἵν' ἡμῖν συνδιατρίψας ὡς ἄνθρωπος, καὶ τρισμακαρίους ἀποφῆνη, καὶ παντὸς * ἐπέκεινα γεγονότας κακοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐστίν
- *929

fitetur quia et unum secundum unionem dispensatoriam novit existere Christum, eundem videlicet et Deum simul et hominem. Quomodo ergo non erubescit, dum ea, quae diximus, reprehendit?

- PG 76, 810 Lib. VI. [...] Nos autem, Iuliane, tibi respondebimus, non, ut existimas, hominem Deum fecimus, nec eum, qui natura Deus non sit, adorandum suscipimus; sed ipsum potius, quod ex Patre prodiit, Verbum, per quod in ortum omnia producta sunt, quod cum genus humanum servare decrevisset, incarnatum et hominem factum fuisse dicimus, et in forma hominis ex sancta Virgine prodiisse, ut, quoniam inaccessa est, nec ullo modo comprehendi aut aspici potest divina et ineffabilis eius gloria, temporibus quibusdam definitis, velut unus ex nobis, in quantum homo apparuit, ex divina dispositione conversans cum hominibus, quis ille natura et solus sit universi Deus, in animos induceret, omnisque virtutis peritos, falsisque diis solutos per sanctificationem sibi coniungeret, destructo omni principatu, et omni potestate, nefarioque dominatu.
- PG 76, 927 [...] Opportune e coelo Filium suum Pater demisit, qui humanam utique formam subiit, ut nobiscum tanquam homo conversans, et felicissimos et omni malo superiores redderet. Nam cum immutabile

ἀτρεπτός τε καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ὡς Θεός, ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος τοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ πεπλαστούργηκε σῶμα, δέχεται δὲ μᾶλλον παρ' ἡμῶν αὐτό, καὶ οὐκ ἐξ ὕπνου καὶ ἡδονῆς ἀνδρὸς ἐνεργήσαντος, ἀλλ' ἐξ ἀγίας Παρθένου, καινοπρεπῶς τε καὶ ξένως, καὶ πέρα τῶν τῆς φύσεως νόμων. Ἔδει γάρ, ἔδει τοιαύτην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀπότρεξιν, τὴν κατὰ σάρκα φημί καὶ ἐκ γυναικός, ἵν' ἔχη τὸ θεοπρεπὲς ἢ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάροδος καὶ ἀνάδειξις. Δυσκατόρθωτον δέ, ὡς ἔφην, παντελῶς οὐδὲν τῷ πάντα ἰσχύοντι, καὶ τὸ ἀπιστεῖν οὐκ ἀζήμιον, οἷς ἂν λέγοιτο δρᾶν, κἂν εἴπερ τῷ δοκῆ μη εὐθὺ φέρεσθαι τοῦ εἰκότος. Ἐχει γάρ ὧδε τῶν παραδόξων τὸ χρῆμα. Οὐκοῦν κἂν εἰ τῆς τῶν δραμένων ὑπερβολῆς ἡττώτο τυχὸν τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ μέτριον, οὐκ ἀτιμαστέον διὰ τοῦτο τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἀπόβρῆτον φύσιν, τὸ ἀδρανὲς αὐτῆς καθορίζοντας· πρέποι δ' ἂν μᾶλλον, ἅπερ ἂν λέγοιτο κατορθοῦν, ἀδασανίστοις τιμᾶσθαι ψήφοις· ἢ τάχα που καὶ ἀπιστεῖν τὸ ἀπεικὸς οὐδέν, ὅτι καὶ ὅλως ἐστὶ τῶν ὄλων Δημιουργός. Τίς γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ συνιέναι τε καὶ φράσαι δυνάμενος, κατὰ τίνα τρόπον ὁ παμμεγέθης οὗτος ἐγήγερται τε καὶ πέφηνεν οὐρανός· καὶ ἥλιος δὲ ὅπως, καὶ σελήνη, καὶ τὰ λοιπά; Οὐκοῦν ἐξ ἀγίας Παρθένου τὸ πάναγνον σῶμα λαβὼν, ψυχωθὲν ψυχῇ νοερᾷ, προσῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀπολέσας τὸ

sit et alterationis expers secundum naturam, in quantum Deus, vivens illud ac subsistens Patris Verbum, non ex propria natura unum sibi corpus formavit, sed ipsum potius cepit ex nobis, ac non e somno et voluptate, viri opera, sed ex sancta Virgine, novo et inusitato modo ac praeter naturae leges. Decebat enim, * decebat talem eius esse partum, nempe secundum carnem, et ex muliere, ut divinae maiestati congrueret eius in mundum adventus et apparitio. At nihil est omnino, uti dixi, quod ab eo, qui omnia potest, perfici nequeat; nec impune cuiquam erit, si, quod facere dicitur, non crediderit, tametsi putet illud esse minus vero simile. Sic enim comparata sunt quae praeter opinionem hominum fiunt. Quare licet mentis nostrae mediocritas ab eorum quae fiunt exsuperantia vincatur, nihil tamen idcirco de supernaturali et ineffabili natura detrahendum est, imbecillitate ei ascripta; sed consentaneum magis est, quae perficere dicatur, ea citra disquisitionem reverenter probare; aut absurdi nihil utique fuerit, negare plane universi Opificem existere. Quis enim in nobis intelligere potest aut dicere, quo pacto vastissimum hoc coelum excitatum ac editum est; quo pacto sol item, ac luna, et reliqua? Itaque sanctissimo corpore assumpto ex sancta Virgine et anima intelligente animato, homo prodiit, Dei natura non deperdita,

εἶναι Θεός, οὔτε μὴν τὸ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ἀποβαλὼν ἀξίωμα· καὶ γὰρ ἐστὶν, ὡς ἔφην, τροπὴν οὐκ εἰδώς.

PG
76, 1012

Lib. X. [...] Ἐφη γὰρ « σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον », τοῦτ' ἐστὶν ἄνθρωπον, οὐ τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἀλλοίωσιν ὑπομείναντα· τροπῆς γὰρ ἐλεύθερον τὸ Θεῖον, καὶ τὸ ἀκλόνητον ἐν τούτοις οὐ θύραθεν αὐτῷ, ἐμπεφυκὸς δὲ μᾶλλον οὐσιωδῶς. Ὅτι δὲ τὴν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου πάναγον σάρκα λαβὼν προῆλθεν ἄνθρωπος, καὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, πεπληροφόρηκεν, εἰπὼν· « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ».

1155

ADVERSUS ANTHROPOMORPHITAS ¹

PG
76, 1128
*1129

Cap. XXVI. Ὁ μέγας ἐκεῖνος Μωσῆς, ὅτε τῆς βάτου τὸ πῦρ ἐξήπτετο, καὶ βάτος οὐκ ἐμαραίνεται· « Διαβάς * ὄψομαι, φησί, τὸ μέγα ὄραμα τοῦτο » οὐ τοπικὴν, οἶμαι, κίνησιν δηλῶν διὰ τῆς « διαβάσεως », ἀλλὰ τὴν παροδικὴν τοῦ χρόνου διάβασιν. Τὸ γὰρ τότε διατυπωθὲν ἐν τῇ φλογὶ καὶ τῇ βάτῳ, διαδάντος τοῦ μέσου χρόνου, σαφῶς ἐν τῷ κατὰ τὴν Παρθένον μυστηρίῳ ἀνεκαλύφθη. Ὡς γὰρ ἐκεῖ ὁ θάμνος καὶ ἄπτει τὸ φῶς καὶ οὐ καίεται· οὕτω καὶ ἡ Παρθένος ἐνταῦθα, καὶ τίκει τὸ φῶς, καὶ οὐ φθείρεται. Εἰ δὲ βάτος

1156

neque propriae excellentiae abiecta dignitate: quippe qui, ut dixi, mutationem nescit.

PG
76, 1011

Lib. X. [...] Dixit enim, *Verbum carnem factum esse*,² id est hominem, nullam passum mutationem in id quod non erat mutationis enim expers Deus est et mutationi in his non esse obnoxium, non aliunde, sed in se potius substantialiter habet. Quod autem ex sancta Virgine sanctissima carne assumpta homo prodierit, et quod erat manserit, plane comprobavit, dicens: *Et habitavit in nobis*.³

1155

PG
76, 1127
*1130

Cap. XXVI. Magnus ille Moyses, quando ignis e rubo exarsit, neque tamen rubus flammae vi atque ardore * marcesceret, *Transiens videbo*, inquit, *magnam visionem hanc*:⁴ per *transitum*, non localem, ut arbitror, motum significans, sed certam quamdam temporis evolutionem. Quod enim tunc in flamma et rubo figuratum fuit, id elapso intermedio tempore manifeste in Virginis mysterio revelatum fuit. Quemadmodum enim illic lumen virgultum accendit, neque tamen aduritur: ita etiam hic Virgo et parit lumen, et non

1156

¹ De paternitate huius op. dubitant viri docti (cf. Cay I, 853: Bar II, 163).

² Io. I, 14.

³ Io. I, 14.

⁴ Exod. III, 3.

● PG 76, 893, 896, 1149.

προδιατυποῖ τὸ Θεοτόκον σῶμα τῆς Παρθένου, μὴ ἐπαισχυνθῆς τῷ αἰνίγματι. Πᾶσα γὰρ σὰρξ διὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας παραδοχὴν, κατ' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι σὰρξ ἐστὶ μόνον, ἁμαρτία ἐστίν. Ἡ δὲ ἁμαρτία παρὰ τῆς Γραφῆς τῆ τῆς «ἀκάνθης» ἐπωνυμία κατονομάζεται.

1157

Cap. XXVII. Ἱερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν, καὶ ἐν τῷ τῆς προφητείας χαρίσματι. Ἡ δὲ τῆς προφητείας δύναμις ἀνάγραφτος ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ Εὐαγγελίου κηρῦσσεται, ὅτι προοδοποιούσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ θεία χάρις, μὴ τὸν ἐκ παρθενίας τόκον ἄπιστον ἠγγήσασθαι, τοῖς ἐλάττωσι θαύμασι προγυμνάζει τῶν ἀπίστων τὴν συγκατάθεσιν. Τῇ στείρα καὶ παρήλικι τίκτεται παῖς. Τοῦτο προοίμιον τοῦ κατὰ τὴν Παρθένου μυστηρίου γίνεται. Ὡς γὰρ Ἐλισάβετ οὐ φύσεως δυνάμει μήτηρ γίνεται, ἄγονος τὸν βίον καταγρησασα, ἀλλ' ἐπὶ τὸ θεῖον βούλημα τοῦ παιδὸς ἡ γένεσις ἀναφέρεται· οὕτω καὶ τῆς παρθενικῆς ὠδίνος ἡ ἀπιστία τῇ, πρὸς τὸ Θεῖον ἀναφορᾷ τὸ πιστὸν ἔχει. Ἐπειδὴ τοίνυν προλαμβάνει τὸν ἐκ παρθενίας τόκον ὁ ἀπὸ τῆς στείρας, ὁ πρὸς τὴν φωνὴν τῆς κυοφοροῦσης τὸν Κύριον πρὶν εἰς φῶς προελθεῖν ἐν τῇ μητρὶ νηδυῖ σκιρτήσας· ἅμα δὲ παρῆλθε εἰς γένεσιν ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος, τότε λύεται τῷ Ζαχαρίᾳ διὰ τῆς προφητικῆς περιπνοίας ἡ σιωπή, καὶ ὅσα διεξέρχεται ὁ Ζαχαρίας, προφητεία τοῦ μέλλοντος ἦν· οὗτος τοίνυν ὁ τῷ προφητικῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τῶν κρυπτῶν γινῶσιν χειραγωγούμενος, τὸ μυστήριον τῆς παρθενίας ἐπὶ τοῦ ἀφθόρου τόκου κατανοήσας, οὐκ ἀπέ-

PG
76, 1129

corrumpitur. Si vero rubus figurate significat deiparum Virginis corpus, ne te offendat figura. Omnis enim caro, propter peccati susceptiōnem, ea ratione qua caro est tantum, peccatum est. Peccatum vero a Scriptura *spinæ* appellatione nominatur.

1157

Cap. XXVII. Zacharias hic sacerdos erat et prophetiæ dono clarus. Prophetiæ autem vis descripta in libro Evangeliorum prædicatur, quod divina gratia hominibus viam sternens, ne partum ex virgine indignum esse fide existimarent, minoribus miraculis incredibilia assensionem ac fidem præexercet: anui decrepitæ nascitur filius. Hoc veluti præludium est mysteriî partus virginæ. Quemadmodum enim Elizabeth non naturæ beneficio ac facultate fit mater, cum sterilis per omnem vitam consenuisset, sed divinæ voluntati filii generatio accepta refertur: ita etiam virginæ partus incredibilitas ad Deum relata fidem invenit. Cum igitur partus anus sterilis virginæ partum præcedat, is qui ad vocem eius quæ Dominum utero gestabat, priusquam in lucem prodiret, in materno utero exultabat, simul vero etiam natus est Verbi præcursor: tunc demum solvitur Zachariæ per propheticam afflacionem silentium, et quæcumque profert Zacharias, prophetia futurorum erant. Hic itaque prophetico spiritu ad occultorum cognitionem quasi manu ductus, cum mysterium Virginis de incorrupto partu probe intelligeret, non

PG
76, 1130

κρινε τῷ ναῶ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν πάναχνον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους ὅτι ὁ τῶν ὄλων Δημιουργὸς καὶ Βασιλεὺς πάσης κτίσεως, ὑποχείριον ἔχει ἑαυτῷ μετὰ πάντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τῷ ἰδίῳ θελήματι πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτὴν ἄγων, οὐκ αὐτὸς ὑπὸ αὐτῆς δυναστευόμενος, ὡς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ εἶναι καινὴν γέννησιν δημιουργῆσαι, ἥτις τὴν γενομένην μητέρα τὸ εἶναι παρθένον οὐκ ἀφαιρήσεται.

DE RECTA FIDE AD THEODOSIUM (430)

PG
76, 1140

VI. Οἱ μὲν γάρ, ὅτι πέφηνε μὲν ἄνθρωπος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐ μὴν ὅτι καὶ πεφόρηκε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου σάρκα, φρονεῖν τε καὶ λέγειν τετολμήκασι, καταψεύδονται δὲ μόνῃν τοῦ μυστηρίου τὴν δόκησιν. Ἔτεροι δ' αὖ καταρυθριᾶν σκεπτόμενοι τὸ δοκεῖν ἀνθρώπῳ προσκυνεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦν παραιτούμενοι, ἐκ τῆς ἄγαν ἀμαθίας νόθην τινὰ καὶ παρεφθαρμένην νοσοῦντες εὐλάβειαν, παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φύντα Λόγον εἰς ὁστέων τε καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν, τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ πλατῦ γελῶντες οἱ τάλανες, καὶ τὸ ἀπρεπὲς καταγράφοντες τῆς οὕτως ἀρίστης καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας. Οἱ δὲ καὶ ὀψιγενῆ τὸν συναΐδιον τῷ Πατρὶ Θεὸν Λόγον εἶναι πεπιστεύκασι, καὶ εἰς τὸ μὀλις ὑπάρξαι διακεκληῆσθαι τότε,

1158

arcuit incontaminatam purissimamque matrem ab eo templi loco qui virginibus ex lege designatus erat, docens, videlicet Iudaeos, Creatorem totius universi omnisque creaturae Dominum humanam naturam cum reliquis etiam omnibus sibi subiectam habere, et pro suo arbitrato quocumque velit ducere, non autem ipsius legibus astrictum esse: adeo ut in ipsius potestate sit situm novam creaturam creare, quae mater effecta virgo esse non desinat.

PG
76, 1139

VI. Quidam igitur Verbum ex Deo et Patre genitum in hominis forma apparuisse, haud inviti concedunt; at vero ex sacra et deipara Virgine carnem sumpsisse, id audaci temeritate inficiantur: siquidem totam sacramenti huius rationem in solo externo schemate positam fuisse sacrilege ementiuntur. Alii turpe pudendumque rati, si hominem adorare videantur, terrenamque carnem summo honore afficiant, dum foedo hoc incitiae morbo, pravaque et adulterina religione laborant, Verbum ex Deo natum in ossium, et nervorum carnisque naturam demutatam affirmant. Atque ita miseri illi, Emmanuelis ex Virgine ortum ludibrium habentes, optimam illam divinnissimamque oeconomiam indecoram iudicant. Sunt qui coaeternum Deo Patri Verbum tarde natum, hoc est, tum demum productum credunt, cum secundum carnem in lucem editum est. Non desunt

1158

ὅτε καὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἔλαχε τὴν ἀρχήν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ πρὸς τοῦτο μανίας δυσσεβῶς * ἡγμένοι, ὥστε καὶ ἀνυπόστατον τὸν ἐκ Θεοῦ φασιν *1141 εἶναι Λόγον, ῥῆμα δὲ ἀπλῶς τὸ κατὰ μόνην νοούμενον προφορὰν ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Μάρκελλος δὲ οὗτοι καὶ Φώτεινός. Δοκεῖ γε μὴν καὶ ἑτέροις ἐνανθρωπήσαι μὲν ἀληθῶς τὸν Μονογενῆ, καὶ ἐν σαρκὶ γενέσθαι πιστεύειν, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐμψυχῶσθαι τελείως τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα ψυχῆ λογικῆ, καὶ νοῦν ἔχουσα τὸν καθ' ἡμᾶς· εἰς ἐνότητα δὲ τὴν εἰς ἅπαν, ὥσπερ οὖν οἴονται, κατασφιγγοντες τὸν τε ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου ναόν, κατοικῆσαι φασιν ἐν αὐτῷ τὸν Λόγον· καὶ ἴδιον μὲν ποιήσασθαι τὸ σῶμα τὸ ἀναληφθέν, ψυχῆς δὲ αὐτὸν τῆς λογικῆς τε καὶ νοεῶς ἀναπληροῦν τὸν τόπον. "Ἐτέροι δ' αὖ πρесеβούουσι μὲν ταῖς τούτων δόξαις τὰ ἐναντία, καὶ ἀντιφέρονται τοῖς φρονήμασιν, ἔκ τε Θεοῦ Λόγου καὶ ψυχῆς τῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἧτοι τελείας ἀπλῶς ἀνθρωπότητος, συνεστάναι τε καὶ ἀναπεπλέχθαι διαβεβαιούμενοι τὸν Ἐμμανουήλ· οὐ μὴν ἔτι καὶ ὑγιᾶ καὶ ἀμώμητον παντελῶς τὴν ἐπ' αὐτῷ τετηρήκασιν δόξαν. Καταδυστάσι γὰρ εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστόν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτοῖς ἐνιέντες τὴν διατομήν, ἀνά μέρος ἐκάτερον μονονοχὶ καὶ ἐστῶτα παραδεικνύουσιν· ἕτερον μὲν εἶναι διατεινόμενοι τὸν ἐκ Παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δ' αὖ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον· οὐχ ὅ τί ποτέ ἐστιν ἢ τε τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τῆς σαρ-

rursum qui in tantam *stultitiam et impietatem prolapsi sunt, ut Dei *1142 Verbum anhypostaton, hoc est, nullam habens subsistentiam (cuiusmodi illud est, quod tunc solum est et intelligitur, dum ore proferitur), dicere audeant, taleque Verbum in homine factum contendunt. Hi vero sunt Marcellus et Photinus. Comperiuntur alii qui, etsi unigenitum Dei Verbum vere hominem factum et incarnatum non negent, induci tamen nequeunt, ut carnem, quam assumpsit, anima ratione et mente nostrae simili praedita perfectam animatamque fuisse credant. Etenim Verbum quod ex Patre, et templum quod ex sacra Virgine ortum est, in unam perfectam unitatem contrahentes, Verbum in illo inhabitasse, corpusque assumptum ad eum modum sibi proprium effecisse confingunt, ut animae ratione utentis locum per se ipsum expleverit. Sunt denique qui, horum omnium opinionibus adversantes sententiisque refragantes, ex Dei Verbo, anima-que intelligente, et corpore, hoc est, humana natura numeris omnibus perfecta absolutaque, Emmanuelem constitutum compositumque constanter affirmant; neque adhuc tamen sanam prorsus omnisque vitii expertem sententiam tuentur. Quandoquidem unum Christum in duos discernunt, et, crassa quadam separatione inter hunc et illum inducta, utrumque seorsum ac quasi per se stare contendunt: et alterum quidem, eum nimirum qui ex Virgine natus est, perfectum hominem; alterum rursum ipsum Dei Patris Verbum esse dicunt; non quid

κός, διακρίνοντας, οὐδὲ μόναις ταῖς εἰς τοῦτο διαφοραῖς ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλοντες. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐννοίας τῆς ἀληθοῦς εἰς τοῦτο διήμαρτον, ἐπεὶ μὴ φύσις ἢ αὐτὴ σαρκός τε καὶ θεότητος. Ἀλλὰ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον ἰδίᾳ τιθέντες καὶ ἀνὰ μέρος, τὸν δέ, ὡς Θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὀνομάζουσι, καίτοι θέλοντες εἶναι Χριστιανοί. Καὶ δὴ καὶ λογίδια ἅττα περὶ τούτων συγγράφοντες, εἰπεῖν τετολημάσιν αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· Ὁ μὲν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν, ὁ δέ, ὁμωνύμως τῷ Υἱῷ Υἱός. Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· Σὰρξ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἀνελήφως. Ὁ μὲν γὰρ Μονογενῆς προηγουμένως καὶ καθ' ἑαυτὸν, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τοῦ πάντων δημιουργοῦ· ὃν δὲ ἀνέλαθεν ἄνθρωπον, οὐ φύσει Θεὸς ὢν, διὰ τὸν ἀναλαβόντα αὐτὸν ἀληθῶς Υἱὸν Θεοῦ, ὁμωνύμως αὐτῷ χρηματίζει. Τὸ μὲν γὰρ· « Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱόν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ », τὸν φύσει τέλειον καὶ ἀληθείᾳ δηλοῖ ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱόν. Τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Γαβριήλ· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν »· τῷ ἀνθρώπῳ ἐφάρμοζεν. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ἐκεῖνοι. Φρονήσομεν δὲ ἡμεῖς οὐχ ὧδε.

PG
76, 1144

VIII. Εἴη γὰρ ἂν οὐχ ἕτερον, οἶμαι, τὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἢ

1159

inter Dei et carnis naturam intersit distinguentes, neque intra solos discrepantium naturarum terminos consistentes. Ita enim a veritate non aberrarent: alia enim carnis, alia rursus Verbi est natura. At hi alterum seorsum ac per se, tanquam merum hominem statuunt; alterum vero ut verum naturalemque Deum nominant, cum interim et Christiano nomine sibi blandiantur, et quosdam quoque hisce de rebus libellos conscripserint. Ad verbum autem hunc in modum scribere ausi sunt: Hic siquidem (nempe Dei Patris Verbum) verus et naturalis est Filius: ille vero (puta Virginis natus) aequivoce Dei Filius dicitur. Et paulo post iterum: Utique Dei Verbum non est homo, sed hominem assumpsit. Quandoquidem Unigenitus iam inde ab initio per se, Dei omnium opificis Filius est: homo autem, quem suscepit, cum natura Deus non sit, propter eum a quo assumptus est, qui verus Dei Filius est, eodem cum ipso nomine appellatur. Quare hoc Christi oraculum: *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater*,¹ verum et naturalem Dei Patris Filium ostendit. At illud vero a Gabriele pronuntiatum: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: et ecce concipies in utero, et paries filium et vocabis nomen eius Iesum*,² in hominem quadrat. Et haec illi hactenus. Nos autem eius sententiae nequaquam sumus.

PG
76, 1143

VIII. Porro autem illud pietatis mysterium aliud nullum est no-

1159

¹ Lc. X, 22.² Lc. I, 30.

αὐτὸς ἡμῖν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· γεγέννηται γὰρ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου, μορφὴν δούλου λαβὼν. Ὡφθη δὲ καὶ ἀγγέλοις, οἱ γεννηθέντα καταγεραίρουσι· « Δόξα τε, φασίν, ἐν ὑψίστοις Θεῶ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία ». Καὶ μὴν καὶ τοῖς ποιμέσι κατασημαίνοντες τὸν δι' ἡμᾶς ἐν σαρκὶ Θεὸν Λόγον· « Ἰδοὺ δὴ, φασίν, ἐγενήθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὃς ἐστὶ Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαυὶδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· Εὐρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ ». Εἰ Θεοῦ δὲ τόκος διὰ παρθένου, καὶ φανέρωσις ἐν σαρκὶ πῶς οὐκ ἀδρανῆς εἰκαιομυθία, πῶς δὲ οὐχὶ μανία καὶ λῆρος, τὸ τῆς δοκῆσεως ὄνομα τῆς οὕτω σαφοῦς τε καὶ ἐναργοῦς καταγράφειν οἰκονομίας; Εἰ γὰρ σκιά καὶ δόκησις ἦν, καὶ οὔτε σάρκωσις ἀληθῶς, οὔτε μὴν τέτοκεν ἡ Παρθένος, οὐκ ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραάμ ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, οὐχ ὁμοιωθῆναι τοῖς ἀδελφοῖς.

1160

XXV. Ἐρεῖ δέ τις, κατὰ τὸ εἶκόσ· Τίνα δὴ οὖν τέτοκεν ἡ ἁγία Παρθένος; τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον; Φαμὲν δὲ ἡμεῖς· Καὶ τοῦτό γέ ἐστιν ἡ πλάνησις, καὶ τὸ ἀμάρτημα τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς. Μὴ γάρ μοι διέλης μετὰ τὴν ἔνωσιν, μηδὲ διστάς εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεόν,

PG
76, 1168

bis, ut opinor, quam ipsum Dei Patris Verbum, quod manifestatum est in carne: siquidem, servili forma assumpta, ex sacra et deipara Virgine natum est. Visum est et angelis, nam et recens natum venerati sunt, et doxologiam illam *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas*,¹ ediderunt. Eidem illi pastoribus quoque Deum Verbum propter nos in carnem venisse denuntiarunt: *Ecce, inquit, natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc erit vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio*.² Cum eiusmodi ergo Dei ortus per Virginem exstiterit, talisque eiusdem in carne manifestatio, quomodo non magna vanitas, meraque temeritas est; imo vero quomodo non aperta insania, merumque delirium est, tam illustri, tamque evidenti oeconomiae apparentiae nomen imponere? Enimvero si Verbi incarnatio umbra est, aut res tantum imaginaria, nec Virgo vere enixa est, ergo neque Verbum, quod ex Deo Patre prodiit, semen Abrahamae apprehendit, neque fratribus assimilatum est.³

1160

XXV. At hic seiscitabitur forte quispiam: cuiusmodi tandem sacra Virgo peperit, hominemne, an Dei Verbum? Cui nos respondemus, istud exquirere, nihil aliud esse, quam errare, et a vero honestoque abduci. Nemo post unionem divisionem mihi fingat; neque

PG
76, 1167¹ Lc. II, 14.² Lc. II, 11, 12.³ Hebr. II, 16-17.

διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὸν Ἐμμανουήλ· μὴ ἄρα τις ἡμῖν εἰκότως διαμωμήσαιοτο, φρονεῖν ἐλομένοις ὀρθὸν μὲν οὐδέν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὃ καὶ διὰ τῆς ἀγίας κατεδικάσθη Γραφῆς. Ὡδε γάρ τις ἔφη τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· « Ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοί, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχοκαί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες ». Οὐ διοριστέον οὖν ἄρα κατ' οὐδένα τρόπον, εἴτε δεῖ μάλιστα τὰ δύο φανῆναι μετὰ τὴν ἔνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος ἐκάτερον νοεῖν. Ἰστέον οὖν, ὅτι θεωρεῖ μὲν τινα φύσεων διαφορὰν ὁ νοῦς· ταυτὸν γὰρ οὔτι που θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος εἰσδέξεται δὲ ὁμοῦ ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις καὶ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἐνότητα συνδρομήν. Οὐκοῦν Θεὸς μὲν ἐξέφυ τοῦ Πατρὸς ὡς Θεός, ἐκ Παρθένου δὲ ἀνθρώπος. Ὁ γὰρ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς * ἀπορρήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀναλάμψας Λόγος, γεγεννησθαι λέγεται ἐκ γυναικός, καταφοιτήσας ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ὕπερ οὐκ ἦν· οὐχ ἵνα μείνη κεκενωμένος, ἀλλ' ἵνα Θεὸς εἶναι πιστεύηται, καὶ ἐν εἶδει τῷ καθ'

*1169

Emmanuelem in hominem seorsum, et in Deum seorsum dispescens, duas personas efformet: ne quis meritam vobis [nobis] notam inurat, tanquam qui nihil rectum sapere instituatis [instituiamus], sed id solum quod per divinas Scripturas condemnatum est. Unus enim ex Christi discipulis ait: *Vos, carissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes.*¹ Nullo itaque modo segregationem concedere fas est, licet post unionem duo apparere debeant, et distincte sit utrumque intelligendum. Quocirca sciendum, considerari quidem ab intellectu quamdam naturarum differentiam (neque enim est eadem deitatis et humanitatis natura), sed una cum hac consideratione percipiet utriusque concursum ad unionem. Unus itaque est * Christus, qui quidem ex Deo Patre nascitur ut Deus, ex sacra autem Virgine ut homo. Etenim idem illud Verbum quod inexplicabili modo, supraque omnem humanae mentis captum eluxit ex Deo Patre, in humanam naturam descendens, et in id quod non erat se dimittens, ex muliere quoque dicitur natum: non quo maneret exinanitum, sed Deus esse crederetur, postquam etiam in naturae nostrae forma in

*1170

¹ Iud., 17-19.

ἡμᾶς πεφηνῶς ἐπὶ γῆς, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, ἀλλ' ὡς αὐτὸς κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος γεγωνῶς, μετὰ τοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασῶσασθαι δόξαν.

DE RECTA FIDE AD REGINAS (430)

- 1161** III. [...] Φαμέν δέ, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, τῶν αἰῶνων ποιητής, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ἡ πάντα ζωογονοῦσα φύσις (ζωὴ γὰρ πέφηνεν, ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ Πατρὸς), ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος, εὐδοκῆσαντος τοῦ Πατρὸς, ἵνα σῶσῃ τὸ ἐπὶ γῆς γένος πεπτωκὸς εἰς ἄραν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας κατακομισθὲν εἰς θάνατον καὶ φθορὰν, σπέρματος Ἀβραάμ ἐπελάβητο, κατὰ τὰς Γραφάς, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκός, τουτέστι γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ σάρκα λαβὼν, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος, ἐγεννήθη σαρκικῶς διὰ τῆς ἀγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.
- 1162** V. Καὶ ἐπειδὴ καταβέβηκεν ἐκὼν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις (καθῆκε γὰρ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν), ὑπομεμένηκεν ἀναγκαίως καὶ γέννησιν τὴν ἐκ γυναικός, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, ὅτε κατὰ σάρκα γεγενῆσθαι λέγεται· ἀλλ' ἦν μὲν καὶ ἔστιν, ὡς ἔφην, ἐκ Θεοῦ Πατρὸς φυσικῶς τε καὶ ἀληθῶς ὁ Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἄνθρωπος

PG
76, 1205PG
76, 1205

terris apparuit: non tanquam is qui hominem inhabitet, sed tanquam is qui homo reipsa existat, gloria tamen sua prorsus incolumi et salva.

- 1161** III. [...] Asserimusque ipsum unigenitum Verbum arcano inexplicabilique modo ex Dei et Patris substantia genitum, quod saecula condidit, per quod et in quo consistunt omnia, quod verum lumen, naturaque omnia vivificans est (vita est enim, utpote ex Patre vita procedens), novissimis saeculi temporibus, Patre pro sua benignitate ita volente, quo nimirum genus humanum, quod in maledictionem prolapsum fuerat, et per peccatum in mortem et corruptionem praeceps abierat, restitueret, Abrahae semen apprehendisse, carni quoque et sanguini, secundum Scripturas,¹ communicasse, hoc est, hominem factum esse; carne assumpta, eademque propria sibi reddita, e sancta et Deipara Maria secundum carnem natum esse.
- 1162** V. Caeterum simul atque ad humanae naturae leges semel descendit (siquidem sua sponte se exinanivit), non potuit ex muliere quoque non nasci. Nec ob id tamen divina illius natura existendi principium tum demum sumpsit, cum illud secundum carnem natum dicitur. Sed fuit quidem, et est (ut dixi) ex Deo Patre natura-

PG
76, 1206PG
76, 1206

¹ Hebr. II, 16.

ἀπλῶς νοεῖται καθ' ἡμᾶς ὁ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου γεγεννημένος, ἀλλ' αὐτὸς σαρκωθεὶς ὁ Λόγος, καὶ ἴδιον ἔχων σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται γεγενῆσθαι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

VI. Οἱ δὲ λέγοντες ἀσυνέτως Θεοτόκον οὐκ εἶναι τὴν ἀγίαν Παρθένον, ἐπιπίπτουσιν ἀναγκαιῶς εἰς τὸ δύο λέγειν υἱοὺς τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ μὴ τέτοκε σαρκικῶς σαρκωθέντα Θεὸν ἢ ἀγία Παρθένος, πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ οὐχ ἐκόντας αὐτοὺς ὁμολογεῖν, ὅτι κοινὸν γεγέννηκεν ἄνθρωπον, οὐδὲν ἔχοντα παρ' ἡμᾶς τὸ πλεῖον. Εἶτα πῶς αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς; Πῶς αὐτῷ προσκυνῶσιν ἄγγελοι, καὶ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων ἢ ἀγία πληθὺς; Ἄρ' οὖν ἀνθρώπων κοινῶς λελάτρευκε μεθ' ἡμῶν καὶ σύμπας ὁ οὐρανός; Μὴ γένοιτο· προσκυνῶμεν γὰρ ὡς Θεὸν ἀληθινὸν τὸν Ἐμμανουήλ. Ἔσται δὲ οὐχ ἐτέρως προσκυνητός, ἐὰν μὴ πιστεύωμεν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, ὁ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκυνούμενος, σὰρξ ἐγένετο κατὰ τὰς Γραφάς· οὐκ εἰς σάρκα μεταβεβλημένος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου * σάρκα λαθῶν, ὡς ἔφη, καὶ ἀνθρωπίνην μεθ' ἡμῶν ὑπομείνας γέννησιν· ἵνα καὶ

*1208

liter et vere Verbum. Quoniam vero is qui ex sacra Virgine natus est, non homo simpliciter ut nos, sed ipsum Dei Verbum incarnatum intelligitur, quod corpus ex ipsa sumptum proprium sibi fecit, hinc est quod secundum carnem natum dicitur, carnis nimirum nativitatem ut propriam in se transferens.

VI. Illi autem qui sacram Virginem Deiparam esse imperite negant, huc necessario adiguntur, ut duos Dei filios constituent. Nam si sacra Virgo Deum incarnatum secundum carnem non peperit, vel inviti concedant oportet, hominem tantum vulgarem, nobisque nihilo excellentiorem in lucem edidisse. Quod si res ita habet, qua obsecro ratione, omne genu illi incurvabitur, omnisque lingua confitebitur, quod Dominus noster Iesus est in gloria Dei Patris? ¹ Quomodo angeli, et sacer ille coelestium virtutum coetus illum adoret? ² Nunquid hominem communem, et nos et universum coelum hactenus percolimus? Absit: adoramus enim Emmanuelem tanquam verum Deum. Atqui nulla ratione adorari potest, nisi credamus ipsum Dei Patris Verbum, quod ab universa creatura adoratur, secundum

*1207

Scripturas carnem factum esse: * non quod in carnem demutatum transierit, sed quod ex ipsa sacra Virgine carnem susceperit, humanamque, ut ante expositum est, nativitatem, perinde ac nos, subiverit; quo nimirum homo nostri causa factum, more quidem aliorum

¹ Philipp. II, 11.

² Hebr. I, 6.

ἄνθρωπος γεγωνὸς ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθάνη μὲν ἀνθρωπίνως, ἀναστῆ δὲ θεϊκῶς, πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος.

1163

VIII. [...] Οὐκοῦν εἰ Θεὸν ἀληθινὸν εἶναι λέγουσι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένον, τουτέστι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, κατὰ φύσιν ἐνωθέντα σαρκί, διὰ τί δεδίασιν ὁμολογεῖν, ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Παρθένος; Ἀλλὰ σκοπὸς αὐτοῖς ὑποπλάττεσθαι μὲν, καὶ λέγειν, ὅτι καὶ Θεὸς ἐστὶ, καὶ Κύριος, καὶ συνδρεύει τῷ Πατρὶ. Φρονοῦσί γε μὴν οὐχ οὕτω κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' ὡς ἐν χάριτος μέρει, καὶ ὡς ἐκ προκοπῆς δεδῶσθαι φασὶ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου κοινῷ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπῳ γεγεννημένῳ τὴν τε τῆς υἰότητος καὶ τῆς κυριότητος δόξαν.

PG
76, 1209

IX. "Ὅτι δὲ καὶ ἡ «Θεοτόκος» φωνὴ καὶ αὐτοῖς γέγονε συνήθης τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις Πατράσιν, οἳ καὶ ἐπ' ὀρθῇ θαυμάζονται πίστει, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσι τοῖς ἀνά πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ὑπ' οὐρανόν, δεῖν ᾤηθην ἀληθῶς ἀποφῆναι. "Ἰνα γὰρ μὴ δοκοίην τὸ εἰς νοῦν ἦκον ἀπλῶς ἀδασανίστως λέγειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις πεποιημένων βιβλίων ἐν Ἐκκλησίᾳ, τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνεισηνεγκῶν, καὶ παραθεῖς εἰς ἀπόδειξιν, κατασφραγιῶ εἰς ἀλήθειαν τοὺς ἑμαυτοῦ λόγους. "Ἐφη τοίνυν ὡς ἀληθῶς ὁ τρισμακάριος καὶ * διαβόητος εἰς εὐσέβειαν Ἀθανάσιος, ὁ γενόμενος κατὰ καιροὺς τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, περὶ Χριστοῦ τάδε: Ὁμο-

*1212

hominum mortem pateretur, proculcato autem mortis imperio, divina vi rursus resurgeret.

1163

VIII. [...] Igitur si eum, qui ex sacra Virgine prodiit, hoc est Dei Patris Verbum carni secundum naturam unitum, verum Deum esse agnoscunt, cur eamdem Virginem esse Deiparam fateri verentur? Verum ipsis propositum est haud ex animo profiteri Virginis Filium Deum ac Dominum, eademque cum Patre auctoritate praeditum esse, sed verbis tantum hoc ipsum simulare. Existimant enim, homini ad nostram similitudinem ex sancta Virgine prognato, cum filiationis, tum dominationis quoque gloriam per modum cuiusdam gratiae, ac per progressus obvenisse.

PG
76, 1210

IX. Porro autem vocem hanc, *Deipara*, veteribus Patribus, quorum sanctimoniam et fidei integritatem admiramur, necnon omnibus qui eos deinceps hucusque sunt secuti per universum (ut ita dicam) terrarum orbem, familiarem esse, ostendendum esse existimavi. Ne enim citra delectum, ac temere quidquid in mentem venerit, effutire videar, argumentis ex libris, quos illi ad Ecclesiae utilitatem composuere, petitis, atque huc in medium allatis, orationis meae veritatem confirmare studebo. Igitur * beatissimus ille, ac propter pietatis opinionem apud omnes celeberrimus Athanasius, qui superioribus temporibus Alexandriae Ecclesiae episcopatum tenuit,

*1211

λογοῦμεν γάρ, φησί, καὶ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν κατὰ πνεῦμα, Υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα Υἱόν, μίαν προσκυνητήν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει· οὐδὲ δύο υἱούς, ἄλλον μὲν Υἱὸν Θεοῦ ἀληθινὸν καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν Υἱὸν Θεοῦ γενόμενον, ὡς καὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ, ὡς ἔφη, ἕνα Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Θεὸν αὐτόν, καὶ οὐκ ἄλλον. Καὶ ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς ὁ ἄγγελος τῇ Θεοτόκῃ Μαρίας λεγούσῃ· « Πῶς τοῦτο ἔσται, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Ἔλεγε· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἵψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ὁ τοίνυν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, Υἱὸς Θεοῦ φύσει, καὶ Θεὸς ἀληθινός, καὶ οὐ χάριτι καὶ μετουσίᾳ, κατὰ σάρκα μόνον τὴν ἐκ Μαρίας, ἄνθρωπος, κατὰ δὲ πνεῦμα, αὐτὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός· παθὼν μὲν τὰ ἡμέτερα πάθη κατὰ σάρκα, ὡσπερ γέγραπται· « Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί ». Καὶ πάλιν· « Ὁς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ'

libro de Christo incarnato huiuscemodi verbis disserit: Agnoscimus illum Dei Filium, et Deum esse secundum spiritum; Filium autem hominis secundum carnem: non duas naturas unum Filium, unam adorandam, alteram non adorandam, sed unam naturam divini Verbi incarnatam, quae simul cum eius carne una adoratione adoratur: neque duos rursus filios, alterum verum adorandumque, nempe Filium Dei; alterum ex Maria hominem non adorandum, sed per gratiam, perinde ac caeteri homines, in Filium cooptatum: verum unum, ut dixi, Filium Dei, illum ipsum nimirum, et non alium, qui ex Deo est. Qui novissimis diebus secundum carnem ex Maria natus est, quemadmodum angelus Deiparae Mariae: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*¹ sciscitanti exposuit. Ait namque: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*² Is igitur quem Virgo peperit, est verus naturalisque Dei Filius, et Deus verus, non participatione vel ex gratia; secundum carnem tantum quam sumpsit ex Maria, homo; secundum spiritum, Filius Dei, et Deus ipse. Qui quidem secundum carnem humanae naturae convenientia passus est. Scriptum est enim: *Christo pro nobis in carne passo.*³ Rursus: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum:*⁴

¹ Lc. I, 34.

² Lc. I, 35.

³ I Petr. IV, 1.

⁴ Rom. VIII, 32.

ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν ». Ἀπαθῆς δὲ διαμείνας καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ τὴν θεότητα, κατὰ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ προφήτου· « Ἐγὼ Θεός, καὶ οὐκ ἡλλοίωμαι ». Ἀποθανὼν μὲν τὸν ἡμέτερον θάνατον κατὰ σάρκα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα τὸν θάνατον ἀνέλη διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν θανάτου, κατὰ τὸν λέγοντα Ἀπόστολον· « Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκος. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νίκος; ποῦ σου, ἄδη, τὸ κέντρον; » Καὶ πάλιν· « Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφάς ». Ἀθάνατος δὲ καὶ ἀκράτητος τῷ θανάτῳ διαμείνας διὰ τὴν θεότητα, ὡς ἀπαθῆς τοῦ Πατρὸς δύναμις, κατὰ τὸν λέγοντα Πέτρον· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου. Εἶτα τούτοις ἐπιφέρει, παρενθεις ἕτερα μεταξὺ οὕτως· Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκει, ἕτερον λέγων τὸν Ἰῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας, κατὰ χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἶναι δύο υἱούς, ἓνα κατὰ φύσιν Ἰῶν τοῦ Θεοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἓνα κατὰ χάριν, τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον· ἢ εἴ τις τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ἄνωθεν λέγει, καὶ μὴ ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας· ἢ τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σάρκα, ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἁλλοιωθεῖσαν, ἢ παθητὴν τὴν τοῦ Κυρίου θεότητα, ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ὡς ἀνθρώπου καὶ μὴ προ-

nihilominus secundum divinam naturam impassibilis ac immutabilis usque permansit, iuxta illud prophetae pronuntiatum: *Ego Deus, et non mutor*.¹ Mortuus est sane secundum carnem nostra morte, nostrorumque peccatorum causa; quo nimirum per mortem nostri gratia susceptam, mortem aboleret. Hinc Apostolus: *Absorpta est mors in victoria: ubi est, mors, victoria tua? ubi est stimulus tuus, inferne?*² Iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas*.³ At vero secundum divinitatem immortalis, omnique interitu superior erat, ut qui impatibilis Patris virtus esset, morteque, iuxta Petri sententiam,⁴ teneri nullo modo posset. Deinde aliis quibusdam interiectis, haec subiungit: Si quis autem aliud ex divinis Litteris docuerit, et alium Dei Filium, alium Mariae per gratiam instar nostri adoptatum, professus fuerit, tanquam duo sint filii, alter Dei secundum naturam, ille videlicet qui ex Deo natus; alter secundum adoptionis gratiam, homo nimirum qui ex Maria exstitit: aut si Domini nostri carnem non ex Deipara Virgine Maria sumptam, sed coelitus dilapsam praedicaverit; aut divinitatem in carnem versam, aut confusam, aut mutam; aut Domini divinitatem passibilem; aut eius-

¹ Malach. III, 6.

² I Cor. XV, 54, 55.

³ I Cor. XV, 3.

⁴ Act. II, 24.

σκυνητὴν ὡς Κυρίου καὶ Θεοῦ σάρκα, τοῦτον, ἀναθεματίζει ἡ ἅγια καθολικὴ Ἐκκλησία, πειθομένη τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ λέγοντι· « Εἴ τις ὑμῶν εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω ». Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μακάριος Ἀθανάσιος.

Ἀντιόχου ἐπισκόπου

PG 76, 1213 Ὅν χθὲς ἀχράντοις λοχείαις Σωτῆρα ἡμῶν ἢ ζωοτόκος, ἢ καλλιτόκος, 1164 ἢ μεγαλοτόκος, ἢ φαεσφόρος, ἢ ἐλπιδοφόρος, ἢ Θεοτόκος, ἢ ξηνοτόκος, ἢ παρθενομήτωρ ὠδινε Μαρία.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ Περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως

PG 76, 1213 Ἡ ἀλήθεια ἐγνώσθη, ἡ χάρις ἦλθε, καὶ ἡ ζωὴ ἐφάνη. Ὁ τοῦ Θεοῦ ὦν 1165 Υἱός, ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, σὰρξ ἐγένετο δι' ἡμᾶς, ἵνα θνητοὺς εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀναστήσῃ, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνεγείρῃ. Ὁ Ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ πρὸ πάσης κτίσεως ὁρατῶν τε καὶ ἀορατῶν, μόνῳ Πατρὶ καὶ Πνεύματι συνυπάρχων ἀθάνατος, σήμερον ἰδοὺ ἡμῶν ἐκ Παρθένου γεννώμενος, χωρὶς πάσης ἁμαρτίας, ἄνευ ἀνθρώπου, ᾗτοι ἀνδρός.

dem Domini nostri carnem, veluti nudi hominis, minime adorandam dixerit; hunc anathemate plectit sancta et catholica Ecclesia, dictis Apostoli parens ita scribentis: *Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit.*¹ Hucusque beatus Athanasius.

Antiochi episcopi

PG 76, 1214 Quem hesterno die pro nostra salute immaculato puerperio genitrix vitae, mater pulchritudinis, magnificentiae lucisque parens, spei 1164 apportatrix, Deipara, quae novo peperit modo, virgo et mater peperit Maria.

*Amphilochii episcopi Iconii,
ex libro de generatione Domini secundum carnem*

PG 76, 1214 Veritas cognita est, gratia venit, vita apparuit, Dei Verbum, 1165 Deique Filius propter nos incarnatus est, quo nimirum mortales a morte ad vitam aeternam revocaret. Universorum Opifex, qui ante omnem creaturam tam visibilem quam invisibilem soli Patri et Spiritui sancto coexistebat immortalis, ecce is citra ullum peccatum, ullamque hominis aut viri operam, hodie nobis ex Virgine nascitur.

¹ Gal. I, 9.

Ἄμμωνος ἐπισκόπου Ἀδριανουπόλεως
Ἐφη γὰρ που καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου

- 1166 Εἰ δὲ αὐτὸς Θεὸς τὴν φύσιν ὑπάρχων, ὡς τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱός, ἐν προσλήψει τῆς δούλου μορφῆς γενόμενος, καὶ πρωτότοκος Υἱὸς τῆς ἁγίας Παρθένου κληθῆναι καταξιώσας, ἀντίλυτρον ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων δέδωκε. « Προσεπάγει δὲ τούτοις » Ἦδη μὲν ἔδειξα τὴν ἀσέβειαν, ἣ περιπίπτουσιν οἱ Ἀρειανοί, λέγοντες χρεῖαν ἐσχηκέναι τὴν Θεοτόκον Μαρίαν τῶν κατὰ τὸν νόμον τότε προσφερομένων θυσιῶν ὑπὲρ τῶν τικτουςῶν γυναικῶν. PG
76, 1213

Σεβηριανοῦ ἐπισκόπου

- 1167 Ὁ γὰρ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ Πατρὸς Λόγος, ἀπορρήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀίδιως, ὁ αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ Παρθένου Μαρίας· ἵνα οἱ πρότερον γεννηθέντες κάτωθεν, ἄνωθεν γεννηθῶσιν ἐκ δευτέρας, τούτέστι Θεοῦ. PG
76, 1216

Οὐϊταλίου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ Περὶ πίστεως λόγου

- 1168 Ἐτι δὲ καὶ περὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος πιστευόμεν, ὅτι ἀναλλοιώτου καὶ ἀτρέπτου μένοντος τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὴν σάρκωσιν γε- PG
76, 1216

*Ammonis episcopi Adrianopoleos.
Sic enim ipse ait de Deo Verbo*

- 1166 Quod si is, qui Deus secundum naturam est, utpote unigenitus Dei Filius, servili forma assumpta, sacraeque Virginis primogenitus appellari non dedignatus, semetipsum redemptionem pro omnibus tradidit. *Addit praeterea:* Clare patet, in quantam impietatem prolabantur Ariani, qui Deiparam Mariam iis sacrificiis, quae pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuisse asserunt. PG
76, 1214

Severiani episcopi

- 1167 Quandoquidem Verbum quod superne arcana quadam inexplicabilique, ac incomprehensa ratione ex Deo Patre ab omni aeternitate nascitur, idipsum inferne ex Virgine Maria in tempore generatur; quo hi nimirum, qui nati erant inferne, ex Deo renascantur denuo superne. PG
76, 1215

Vitalii episcopi, ex sermone De fide

- 1168 Credimus ad haec, quod quidem ad Salvatoris nostri dispensationem secundum carnem attinet, incarnationem, Dei Verbo immu- PG
76, 1215

γενῆσθαι πρὸς ἀνακαίνισιν ἀνθρωπότητος. Υἱὸς γὰρ ὢν ἀληθῶς Θεοῦ κατὰ τὴν αἰδίον ἐκ Θεοῦ γέννησιν, γέγονε καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν. Καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς τέλειος Θεὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρί· καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ ὁμοούσιος ἀνθρώποις κατὰ τὴν σάρκα. Εἴ τις δὲ ἐξ οὐρανοῦ λέγει σῶμα ἔχειν τὸν Χριστόν, ἢ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ κατὰ τὴν σάρκα, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις μὴ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, καὶ ἀνθρώποις ὁμοούσιον, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, τὸν ἐκ Πνεύματος ἀγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου γεννηθέντα κατὰ σάρκα, ἄψυχον λέγει, ἢ ἀναίσθητον, ἢ ἄλογον, ἢ ἀνόητον, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν τὸν Χριστόν θεότητι πεπονηθέναι, καὶ μὴ σαρκί, ὡς γέγραπται, ἔστω ἀνάθεμα. Εἴ τις διαιρεῖ καὶ χωρίζει τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, καὶ λέγει ἕτερον μὲν εἶναι Υἱὸν τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἕτερον τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁμολογεῖ ἓνα καὶ τὸν αὐτόν, ἔστω ἀνάθεμα.

Θεοφίλου ἐπισκόπου

PG
76, 1217

XI. Εὐχερὲς μὲν οὖν καὶ ἕτερα τούτοις ἐπενεγκεῖν πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀληθοῦ μαρτύρια· παρήμι δέ, τὸ γεγραμμένον εἰδώς· « Δίδου σοφῶ ἀφορμὴν,

1169

tabili inconvertibilique permanente, ad humanae naturae instaurationem factam esse. Nam cum illud secundum aeternam ex Deo Patre originem verus Dei Filius sit, secundum eam quae est ex Virgine, factum est Filius hominis. Estque unus et idem secundum divinitatem Filius perfectus et Patri consubstantialis; et idem rursus secundum generationem ex Virgine perfectus homo, eiusdem cum caeteris hominibus essentiae secundum carnem. Si quis autem dixerit Christi corpus e coelo deportatum esse, aut carnem quam habet, Deo consubstantialem esse, anathema sit. Si quis negaverit Domini carnem ex sacra Virgine sumptam esse, aut hominibus consubstantialem esse, anathema sit. Si quis dixerit Dominum ac Salvatorem nostrum, qui ex Spiritu sancto et Maria Virgine secundum carnem natus est, anima, mente, aut sensu destitutum esse, anathema sit. Si quis audeat dicere Christum deitate passum, et non carne, ut scriptum est, sit anathema. Si quis Dominum ac Salvatorem nostrum in duos divellit, et alterum quidem Filium Verbum Dei appellat, alterum vero hominem assumptum, neque confitetur unum et eundem, anathema sit.

Theophili episcopi

PG
76, 1218

XI. Non fuerit autem difficile alia eiusmodi praeclara testimonia non pauca his adiciere; quae tamen praetereo, cum scriptum esse

1169

καὶ σοφώτερος ἔσται· γνώριζε δικαίω, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι ». Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν· ἰδοὺ δὴ πάντες οἱ πανάριστοί τε καὶ σοφοὶ κατὰ καιροὺς ἡμῶν γεγονότες Πατέρες, καὶ Θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἁγίαν Παρθένον· ἡνώσθαι δὲ κατὰ φύσιν διαδεδαιούμενοι τῇ σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ἐν τε τῇ νηδύϊ γενέσθαι φασὶ τῇ παρθενικῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς προελθεῖν κατὰ σάρκα· καί-τοι τὴν ἄναρχον καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου λαχόντα γέννησιν ἐκ Πατρὸς.

non ignorem: *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia: doce iustum, et festinabit suscipere.*¹ Hoc unum interim non praetermiserim, optimos ac sapientissimos quosque Patres quotquot ante nos exstiterunt, omnes sacram Virginem Deiparam quoque appellare, Deique Verbum, etiamsi principii expers sit, et ante omne aevum tempusque ex Patre natum, carni secundum naturam unitum esse, nec non in utero virgineo latuisse, ac inde secundum carnem prodiisse, attestari.

FRAGMENTA DOGMATICA

Adversus Diodorum

- 1170 20. Proprium est itaque divinae naturae, ut ante omnia saecula sit. Peculiare pariter Verbi eiusdem fuit, ut postremis temporibus carne praeditum nasceretur. Porro nativitas eius de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed eius in carne manifestationis. Perfecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente Patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte configens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortique superius demonstraret, etiamsi id natura sua in mortis mancipio erat. Debilitata est autem mors ex quo cum vitae corpore praelium conseruit.

PG
76, 1436

Contra Theodorum

- 1171 9. Quid dicis, o fortis, Dei genitrix erat sancta Virgo, quod nato ex ipsa Deus inerat, habitans secundum solum affectum voluntatis? Istam esse affirmas unitatem? Ergo cum etiam in nobis ipsis mansionem faciat Deus existens Verbum (inhabitat enim animabus sanctorum per sanctum Spiritum), confitearisne secundum similem modum etiam nos ipsos ad ipsum habere unitatem? Ubi igitur mira-

PG
76, 1445

¹ Prov. IX, 9.

culum mysterii Christi aspiciat aliquis? Nam quandoquidem creditur secundum nos homo fieri Deus Verbum, mirabile est vere mysterium, et miretur utique aliquis hoc merito et vehementer. Si autem in homine habitare dicatur secundum affectum voluntatis, aliam habet rationem res dispensationis. Meruimus enim, sicut dixit, eiusmodi gratiam, qui fide, quae in ipsum est, splendimus. Non enim aliquis utique dicat, quod non voluntarie inest nobis: magis vero voluntarie sive secundum voluntatem insitam ei ad nos affectum fecerat. Sed nec a carne sanctae Virginis initium essentiae habuisse dicimus Deum Verbum, qui consubstantialis est Patri: erat enim semper una cum eo subsistens: magis autem scimus secundum nos factum esse hominem. Itaque tam iuste Dei genitrix, cum certe secundum carnem Christum peperisset.

17. *Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister*
[ita scripsit]

PG
76, 1449

Cum adhuc Mariae esset caro illa, necdum assumpta, terrena erat, neque ullatenus a caeteris carnibus differebat: sed in nativitate demum honore * aucta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc attineret, honore Filii carebat. Cum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est, ex quo illi gloria accessit.

1172

*1450

18. *Idem Cyrillus contra Diodori scriptum*

Praeclarissime! Aio, verba quae nemo docuit, sed a te publice pronuntiantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quae Mariae fuit, iam inde a primo conceptus momento, sive in utero existentiae, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis caeterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

21. *Idem Cyrillus adversus Diodorum*

PG
76, 1451

Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei Servatorisque nostri: et quod quidem ad culpam attinet, iam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei ulla nobiscum communio vel similitudo: etenim alia quavis re nobis est similis praeterquam culpa. Caeteroqui eandem carnem eundemque sanguinem uti nos participavit, ut ait Apostolus.¹ O mi

1173

¹ Hebr. II, 14.

reverende qui stulta ac turpissima verba effutis; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen iam inde ab eius concretionis initio, et in utero subsistentiae, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nullumque temporis intervallum fuit, quo illud non possederit. Porro simplex, ut ais, est, caeteris carnibus comparatum.

24. *Idem Cyrillus adversus Diodorum*

- 1174 [...] Cum Deus suapte natura esset, verusque Dei Patris Filius, PG
76, 1452 humanam formam sibi induit, suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit, quae profecto caro Dei est, et potestate divina pollens. Idecirco Christus vivificans quoque fuit, et infirmitatum sanator, mortisque destructor.

25. *Idem Cyrillus adversus Diodorum*

Audes etiam herilibus formis illum induere, qui, ut ais, homo est de Maria, et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior, PG
76, 1452 sed postea multo conamine Filii nomen gloriamque divinam promeritus est, postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo, te censente, sunt filii; novusque Deus est Christus, qui a Deo supernaturali honore affectus est, magis aliquanto quam reliquae creaturae; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis, nec nisi sub finem gloriam possedit, factusque est Trinitatis complementum, natura aequalis.

EPISTOLAE

- 1175 Ep. I.¹ [...] Λαμπρός μὲν οὖν ὅτι καὶ ἀξιάγαστος ὑμῶν ὁ βίος, ὀρθή PG
77, 12 τε καὶ ἀκαπήλευτος ἐνίδρυται πίστις, οὐκ ἠγνόηκά ποθεν τετάραγμαί δὲ οὐ μετρίως, ἀκηκοώς ὅτι θρούλλοι τινὲς εἰς ὑμᾶς ἀφίκοντο χαλεποί, καὶ περινοστοῦσί τινες, τὴν ἀπλήν ὑμῶν παραλύοντες πίστιν, καὶ ῥηματίων

- 1175 Ep. I.¹ [...] Esse igitur vitam vestram plane conspicuam et admiratione dignam, fidemque modis omnibus integram et incorruptam vobis suppeterere non ignoro; conturbor tamen non parum vehementer: audio enim exitiales quosdam rumores inter vos proseminatos; et nonnullos oberrare, qui sinceram vestram fidem demoliri studeant, PG
77, 11

¹ Ad monachos Aegypti.

εἰκαίων ὑποπτύοντες ὄχλον, ἀναπυθανόμενοι τε καὶ λέγοντες, τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν πότερον ποτε Θεοτόκον, ἢ μὴ κατονομάζεσθαι χρή. [...]

13

[...] Τεθαύμακα τοίνυν, εἴπερ ὄλως ἐνδοιάζουσί τινες πότερον Θεοτόκος, ἢ μὴ, λέγοιτ' ἂν ἡ ἁγία Παρθένος. Εἰ γὰρ ἐστὶ Θεὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, πῶς οὐ Θεοτόκος ἢ τεκοῦσα ἡ ἁγία Παρθένος; Ταύτην ἡμῖν τὴν πίστιν παρέδωσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, κἂν εἰ μὴ τῆς λέξεως πεποιήνται μνήμην. Οὕτω φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων. [...]

PG
77, 16

[...] Ἐπειδὴ δέ τινες εἰκὸς δεῖν μὲν οἶεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἐμπεδοῦσθαι λόγον ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱερᾶς καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς, φάναι τε πρὸς τούτῳ, τὴν ἁγίαν ἐκείνην καὶ μεγάλην σύνοδον μῆτε Θεοτόκον εἰπεῖν τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα, μῆτε μὴν ὄλως ὀρίσαι τι τοιοῦτον· φέρε δὴ, φέρε καὶ νῦν, ὡς ἔνι, καταδεικνύωμεν τῆς ἐν Χριστῷ νοουμένης οἰκονομίας τὸ μυστήριον τίνα μὲν τρόπον παρὰ τῆς θείας ἡμῖν κεκήρυκται Γραφῆς, τί δὲ καὶ αὐτοὶ λευαλήκασιν οἱ Πατέρες, τὸν τῆς ἀμωμότητος πίστεως ὄρον ἐκφέροντες, ἐνηχοῦντος αὐτοῖς τάληθές τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ γὰρ ἦσαν οἱ λαλοῦντες αὐτοί, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, ἀλλὰ « Τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν αὐτοῖς ». Ἐποδεδειγμένου γὰρ οὕτως ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένος, κατοκνήσειν οἴμαι παντελοῶς

1176

et inanium vocularum turbas eructantes, utrum Deiparam appellare liceat sacram Virginem in controversum vocare audeant. [...].

14

[...] Miror itaque maiorem in modum esse aliquos omnino qui utrum sacra Virgo Deipara appellanda sit, plane addubitent. Et enim, si Dominus noster Iesus Christus Deus est, quo tandem modo sacra Virgo, quae illum edidit, Deipara non dicatur? Hanc fidem divini discipuli nobis tradiderunt, quamvis istius dictionis non meminissent. Ad hunc modum a sanctis Patribus instituti sumus. [...].

PG
77, 15

[...] Verum quia verisimile est non defuturus hic quosdam qui ex sacra quoque divinaque Scriptura ea quae hoc loco asserta sunt corroboranda esse existimabunt: dicturos praeterea sanctam illam magnamque synodum ¹ neque Domini matrem Deiparam usquam appellasse, neque quidquam omnino super ea re decrevisse: age quoniam pacto arcanum illud oeconomiae Christi mysterium per divinas quoque Litteras praedicatum sit, pro virili parte planum faciamus: tum quid ipsi quoque Patres, qui Spiritu sancto, ne a vero discederent afflati, non enim ipsi loquebantur, sed Christo Salvatore nostro testante, Spiritus Dei et Patris erat qui in ipsis loquebatur, sinceram inculpatamque fidei canonem ediderunt, ea de re pronuntiauerunt, exponamus. Istud autem percommode fiet, si illum ipsum, qui ex sacra Virgine progenitus est, natura Deum esse demonstretur: hoc nam-

1176

¹ Agitur de Syn. Nicaena.

οὐδένα πρὸς γε τὸ χρῆναι νοεῖν καὶ μὴν καὶ φράσαι, ὅτι Θεοτόκος ἂν λέγοιτο καὶ μάλα εἰκότως. [...]

Καὶ τοι τὸ «χριστὸς» ὄνομα, φαίη τις ἄν, οὐχ ὡς ἡρμοσμένον μόνῳ τῷ Ἐμμανουήλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐφ' ἐτέρων αὐτὸ τεθειμένον εὐρήσομεν. Ἔφη γάρ που ὁ Θεὸς περὶ τῶν ἐξελεγμένων καὶ ἡγιασμένων ἐν Πνεύματι· «Μὴ ἄπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε». Καὶ μὴν ὁ θεσπέσιος Δαυὶδ κεχρισμένος εἰς βασιλέα παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ χειρὸς Σαμουήλ, «χριστὸν Κυρίου» τὸν Σαοὺλ ἐπεκάλει. [...]

[...] Γέγραπται δὲ καὶ περὶ τοῦ Ἐμμανουήλ· «Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει». Καὶ μὴν ὁ θεσπέσιος Δαυὶδ πρὸς αὐτὸν φησιν· «Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου». Τί οὖν ἂν τις ἴδοι τὸ περιττὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ παρὰ τὰς ἄλλας, κἄν εἰ λέγοιτο τεκεῖν αὐτὴν τὸν Ἐμμανουήλ; ἄτοπον γὰρ οὐδέν, κἄν εἰ ἔλοιτό τις καὶ τὴν ἐκάστου τῶν κεχρισμένων μητέρα Χριστοτόκον ἀποκαλεῖν. [...]

[...] Οὐκοῦν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ὡς ἔφην, εἶεν ἂν καὶ μάλα εἰκότως διὰ

que commonstrato, neminem prorsus dubitaturum existimo de Virgine, quin habenda illa sit, et appellanda quoque Deipara; et iure quidem optimo. [...].

Sed dicet forte hic quispiam: Nomen hoc, *christus*, non in ipsum solum Emmanuelem convenit, sed aliis quoque tributum comperitur. Deus namque de electis et per Spiritum sanctificatis alicubi ita cavet: *Nolite tangere christos meos, et in prophetas meos nolite malignari*.¹ Quin et divinus quoque David a Deo per Samuelem in regem inunctus,² Saulem *christum Domini* vocat.³ [...].

De ipso porro Emmanuele ita scriptum exstat: *Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute*.⁴ Sed et divinus quoque vates David eundem ita affatur: *Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis*.⁵ Ecquid ergo eximium prae caeteris mulieribus in sacra Virgine elucet, etsi ea Emmanuelem in lucem edidisse perhibeatur? Profecto nihil faceret absurdi, qui promiscue cuiuslibet uncti matrem Christiparam appellare in animum induceret. [...].

[...] Caeteri itaque omnes propter unctionis beneficium sint chri-

¹ Ps. CIV, 15.

² I Reg. XVI, 13.

³ I Reg. XXIV, 7.

⁴ Act. X, 38.

⁵ Ps. XLIV, 8.

τὸ κεχρίσθαι χριστοί, μόνος δὲ Χριστὸς Θεὸς ἀληθινὸς ὁ Ἐμμανουήλ. Καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τάληθοῦς, εἴ τις ἂν ἔλοιτο λέγειν ὡς αἱ τῶν ἄλλων μητέρες χριστοτόκοι μὲν, οὐ μὴν ἔτι καὶ θεοτόκοι. Μόνη δὲ παρ' ἐκείνας ἡ ἁγία Παρθένος χριστοτόκος τε ὁμοῦ καὶ Θεοτόκος νοεῖται τε καὶ λέγεται· γεγέννηκε γὰρ οὐ * ψιλὸν ἄνθρωπον, καθ' ἡμᾶς, σαρκωθέντα δὲ μᾶλλον καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον. Ὀνομάσμεθα μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς κατὰ χάριν θεοί· πλὴν οὐχ οὕτως Θεὸς ὁ Υἱός, φύσει δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθεία, κἂν εἰ γέγονε σάρξ. [...]

28 [...] Καὶ οὐ δὴ πού φαμεν, ὀρθὰ φρονεῖν ἡρημένοι, σαρκὸς γενέσθαι πατέρα τὸν Θεόν, οὐδ' αὖ τὴν τῆς θεότητος φύσιν γεγεννησθαι διὰ γυναικός, οὐπω προσλαβοῦσαν τὸ ἀνθρώπινον· συνενεγκόντες δὲ μᾶλλον εἰς ἕνωσιν τὸν τε ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου τελειῶς ἄνθρωπον, ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν καὶ Κύριον προσκυνήσομεν, οὔτε τῶν τῆς θεότητος ὄρων ἕξω τιθέντες διὰ τὴν σάρκα, οὔτε μὴν εἰς ἀνθρωπότητα ψιλὴν καταβιβάζοντες διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν.

PG
77, 41

Ep. II.² [...] Εἰ γὰρ καὶ παρεῖρήνη λόγος, ὡς ἐπὶ λαοῦ τρέχων, ἀλλ'

1177

sti, et iure isthuc appellantur: solus autem Emmanuel ita est Christus, ut verus quoque sit Deus. Quapropter a vero non aberraverit qui aliorum matres christiparas appellare velit: deiparas tamen nullo modo. Sola namque inter caeteras * omnes sacra Virgo Christipara simul ac Deipara appellatur et esse dignoscitur: quandoquidem una haec non merum hominem, ut sumus nos, sed Dei Patris Verbum incarnatum et hominem factum peperit. Etenim nos quoque propter Dei gratiam dii nominamur;¹ at Filius non hoc modo est Deus: hic enim, quanquam corpus induit, natura et reipsa Deus est. [...]

27 [...] Nec vero dicimus, qui recte sentire decrevimus, Deum factum carnis patrem, nec rursus divinitatis naturam a muliere editam, antequam humana natura se induisset; sed Verbum, quod ex Deo natura est, et hominem qui ex sacra Virgine perfecte in hanc lucem ortus est, ad unitatem conferentes, unum Dominum et Christum Iesum adorabimus: ita ut unum hunc propter assumptam carnem extra divinitatis terminos non eiiciamus, neque propter eam rursus quam communem nobiscum habet similitudinem, intra solius humanae naturae cancellos includamus...

PG
77, 42

Ep. II.² [...] Nam etsi praeterfluxit sermo, utpote in populo currens, tamen seria retractatione emendetur. Ne graveris, obsecro,

1177

¹ Ps. LXXXI, 6; Io. X, 34.

² Ad Nestorium.

ἐπανορθούσθω ταῖς ἐπισκέψεις, καὶ λέξιν χαρίσασθαι τοῖς σκανδαλιζο-
 μένοις καταξίωσον, Θεοτόκον ὀνομάζων τὴν ἁγίαν Παρθένον.

1178

Ep. IV.¹ [...] Οὕτω τε λέγεται, καίτοι πρὸ αἰώνων ἔχων τὴν ὑπαρξίν, καὶ γεννηθεὶς ἐκ Πατρὸς, γεννηθῆναι καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός, οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ· οὔτε μὴν δεηθείσης ἀναγκαιῶς δι' ἑαυτὴν δευτέρας γεννήσεως, μετὰ τὴν ἐκ Πατρὸς. Ἔστι γὰρ εἰκαϊόν τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθὲς τὸν ὑπάρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ συναΐδιον τῷ Πατρὶ, δεῖσθαι λέγειν ἀρχῆς τῆς εἰς τὸ εἶναι δευτέρας. Ἐπειδὴ δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, προῆλθεν ἐκ γυναικός, ταύτῃ τοι λέγεται γεννηθῆναι σαρκικῶς. Οὐ γὰρ πρῶτον ἄνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· εἶθ' οὕτω καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ Λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτρας ἐνώθεις, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν σαρκικὴν, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

PG
77, 45

Οὐ γὰρ εἶρηκεν ἡ Γραφή ὅτι ὁ Λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἤνωσεν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὅτι γέγονε σὰρξ. Τὸ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός. Ἴδιον δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποίησατο, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικός, οὐκ ἀποβεβληκός

48

iis qui non leviter offensi sunt, unam hanc Theotocos vocem largiri, sacramque Virginem Deiparam appellare.

1178

Ep. IV.¹ [...] Ad hunc modum, qui ante omne saeculum existit, et ex Patre genitus fuit, secundum carnem ex muliere natus dicitur: non quod divina illius natura existentiae suae initium in sacra Virgine sumpserit, aut quod post primam ex Patre, est altera propter seipsam generatione necessario indiguerit: stultum enim planeque ineptum asserere eum qui ante omnia saecula Patri coaeternus existit, altera denuo, quo exsistere queat, generatione indignisse: sed quod propter nos, et propter nostram salutem humana natura secundum hypostasim sibi unita, ex muliere natus est: hinc est quod secundum carnem natus praedicatur. Non enim primo vulgaris quispiam homo ex Virgine ortus est, in quem Dei Verbum deinde sese demiserit; sed in ipso utero carni * unitum secundum carnem progenitum dicitur, utpote suae carnis generationem sibi ut propriam vindicans [...]. Non enim Scriptura dicit Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnem factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhibetur,² id aliud nihil est quam quod perinde ac nos carni et sanguini communicavit.³ Suum ergo fecit nostrum corpus, prodiitque homo ex muliere, deitate interim,

PG
77, 46

*17

¹ Ad Nestorium.

² Io. I, 14.

³ Hebr. II, 14.

τὸ εἶναι Θεός, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ γεγεννηθῆσθαι Πατρός· ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς μεμενηκώς ἕπερ ἦν. Τοῦτο πρεσβεύει πανταχοῦ τῆς ἀκριβοῦς πίστεως ὁ λόγος· οὕτως εὐρήσομεν τοὺς ἁγίους πεφρονηκότας Πατέρας· οὕτω τεθαροσῆχασι Θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν Παρθένον, οὐχ ὡς τῆς τοῦ Λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· ἀλλ' ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς, ᾧ καὶ καθ' ὑπόστασιν ἐνωθεὶς ὁ Λόγος, γεγεννηθῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα.

PG
77, 81

Ep. XI.¹ [...] Ἦν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοπος ὀνόματι Δωρόθεος, τὰ αὐτὰ φρονῶν αὐτῷ, ἀνὴρ χρειοκόλαξ καὶ προπετής χεῖλεσι, καθὼς γέγραπται, ὃς ἐν συνάξει καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐκκλησίας τοῦ Κωνσταντινουπόλεως εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀναστάς, μεγάλη τῇ φωνῇ τετόλμηκεν εἰπεῖν· Εἴ τις Θεοτόκον εἶναι λέγει τὴν Μαρίαν, οὗτος ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ γέγονε μὲν κραυγὴ μεγάλη παρὰ πάντος τοῦ λαοῦ καὶ ἐκδρομὴ. Οὐ γὰρ ἤθελον ἔτι κοινωνεῖν αὐτοῖς τοιαῦτα φρονουσιν· ὥστε καὶ νῦν ἀποσυνάκτους εἶναι τοὺς λαοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πλὴν ὀλίγων ἐλαφροτέρων καὶ τῶν κολακευόντων αὐτόν. Τὰ δὲ μοναστήρια σχεδὸν ἅπαντα καὶ οἱ τούτων ἀρχιμανδρίται, καὶ τῆς συγκλήτου πολλοὶ οὐ συνάγονται, δεδιότες μὴ ἀδικηθῶσιν εἰς πίστιν, αὐτοῦ καὶ τῶν

1179

aut ex Patre nativitate non abiecta; mansit enim in ipsa quoque carnis assumptione quod erat. Hoc exactioris fidei doctrina ubique praedicat: hoc sanctos Patres sensisse reperiemus: ita non dubitarunt sacram Virginem Deiparam appellare; non quod Verbi natura, ipsiusve divinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit, sed * quod sacrum illud corpus anima intelligente perfectum ex ea traxerit, cui et Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur.

*50

PG
77, 82

Ep. XI.¹ [...] 3. Erat Constantinopoli episcopus nomine Dorotheus, eadem quae ille sentiens, vir quaestus causa adulationi deditus, linguaque ad temeritatem usque sicut scriptum est, promptus. Is in publico conventu, reverendissimo Nestorio in cathedra Constantinopolitanae ecclesiae sedente, surgens, magna voce inelamare ausus est: Si quis Mariam Deiparam dixerit, anathema sit. Tum ingens universi populi clamor et discessio consecuta est. Nolebant enim cum iis amplius communionem habere qui talia sentirent; adeo ut etiamnum plebs Constantinopolitana, paucis levioribus et qui illi adulantur exceptis, synaxi abstineat. Sed neque eo conveniunt monasteria pene omnia eorumque archimandritae et senatorum multi, verentes ne aliquod in fide detrimen-

1179

¹ Ad Coelestinum I Pp.

σὺν αὐτῷ, οὓς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἀναβαίνων ἤγαγε, πάντων λαλούντων τὰ
 διεστραμμένα.

- 1180 Ep. XVII.¹ [...] Καὶ ἐπειδὴ Θεὸν ἐνωθέντα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν PG
77, 117
 ἢ ἅγια Παρθένος ἐκτέτοκε σαρκικῶς, ταύτῃ τοι καὶ Θεοτόκον εἶναί
 φαμεν αὐτήν, οὐχ ὡς τῆς τοῦ Λόγου φύσεως τὴν τῆς ὑπάρξεως ἀρχὴν
 ἐχούσης ἀπὸ σαρκός· «² Ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ * Λό- *120
 γος ἦν πρὸς τὸν Θεόν »· καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητής, συνατίδος
 τῷ Πατρὶ, καὶ τῶν ὄλων δημιουργός· ἀλλ', ὡς ἤδη προείπομεν, ἐπειδὴ καθ'
 ὑπόστασιν ἐνώσας ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μητέρας αὐτῆς γέννησιν ὑπέ-
 μεινε σαρκικὴν· οὐχ ὡς δεηθεὶς ἀναγκαίως, ἦτοι διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τῆς ἐν
 χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γεννήσεως· ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὴν
 τῆς ὑπάρξεως ἡμῶν εὐλογῆσθαι τὴν ἀρχὴν· καὶ τεκούσης γυναικὸς αὐτὸν ἐνω-
 θέντα σαρκί, παύσῃται λοιπὸν ἢ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἀρὰ πέμπουσα πρὸς
 θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα, καὶ τὸ «³ Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα », δι'
 αὐτοῦ καταργούμενον, ἀληθὲς ἀποφήνη τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς·
 «⁴ Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας »· καὶ πάλιν· «⁵ Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον
 ἀπὸ παντὸς προσώπου ». Ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας, φαμὲν αὐτὸν οἰκο-

tum accipiant, cum et ille et ii omnes quos secum Antiochia disce-
 dens adduxit, perversa praedicent.

- 1180 Ep. XVII.¹ [...] Quia vero sacra Virgo Deum carni secundum PG
77, 118
 hypostasim unitum corporaliter genuit, ob id illam quoque Dei-
 param esse dicimus; non quod Dei Verbi natura existendi ini-
 tium ex carne traxerit: *Erat enim Verbum in principio, et Deus*
*erat Verbum, et *Verbum erat apud Deum:* ² et ipsum saecula condidit, *119
 Patrique coevum res omnes procreavit; sed quia humana natura
 secundum hypostasim sibi unita, corpoream, ut modo dicebamus,
 ex utero nativitatem expertum est: non quod propter naturam pro-
 priam temporali, ea videlicet quae in novissimis saeculi temporibus
 accidit, nativitate necessario indigeret: sed quo nostrae quoque sub-
 stantiae ortum sua benedictione cumularet, maledictioque, quae
 mortalia corpora nostra in mortem praecipitabat, hoc ipso in poste-
 rum contra universum genus nostrum saevire desisteret, quo illud
 carni unitum ex muliere in lucem prodiisset; et illo tandem: *In do-*
*lore paries filios,*³ per ipsum labefactato; verum esse ostenderet quod
 prophetae voce dictum fuerat: *Absorpsit mors praevalens;*⁴ et rursum:
*Abstulit Deus omnem lacrimam ab omni facie.*⁵ Hac ipsa quoque de

¹ Ad Nestorium.

² Io. I, 1-2.

³ Gen. III, 16.

⁴ Osee XIII, 14.

⁵ Isa. XXV, 8.

νομικῶς, καὶ αὐτὸν εὐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθεῖν κεκλημένον ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. Ταῦτα φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων Πατέρων ἀληθοῦς ὁμολογίας. Τοῦτοις ἅπασι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν συναίνεσαι χρῆ, καὶ συνθέσθαι δίχα δόλου παντός. Ἄ δὲ ἐστὶν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέτακται τῆδε ἡμῶν τῆ ἐπιστολῇ.

I. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον (γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον), ἀνάθεμα ἔστω.

PG
77, 176

Ep. XXXIX. [...] Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς * καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἓνα Χριστόν, ἓνα Υἱόν, ἓνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Κατὰ

1181

*177

causa simul cum sanctis apostolis ad nuptias in Cana Galilaeae vocatum, huc se contulisse, suaque benedictione easdem dispensatorie cohonestasse dicimus.¹ Haec tenere, haec sapere cum a sanctis apostolis et evangelistis, tum ab universa quoque sacra et divina Scriptura, tum ex veraci denique sanctorum Patrum confessione edocti sumus. His omnibus et te quoque subscribere, et citra omnem fucum ac dolum una nobiscum assentiri oportet. Quae vero a tua reverentia anathematis execratione condemnari necesse est, ea nostrae huic epistolae in hunc modum subiiciuntur.

I. Si quis non confitetur Emmanuelem verum Deum esse, et ob id sanctam Virginem Deiparam (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum secundum carnem), anathema sit.

PG
77, 175

Ep. XXXIX.² [...] Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, Deum esse perfectum, et hominem perfectum ex anima rationali * et corpore constitutum; ante saecula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eundem ipsum propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem: eundem Patri consubstantialem secundum divinitatem, nobis item coessentialem secundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta est unio: et propterea unum Christum, unum Filium, unum Dominum con-

1181

*178

¹ Io. II, 1 ss.

² Ad Ioannem Antiochenum.

ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἐνώσεως ἔνοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐνώσει ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνάς, ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπροπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινάς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδίδοντας.

Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας εὐρίσκοντες (εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα), ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων, συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἱ τε παρ' ἡμῖν καὶ αἱ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίαι. Ἐπειδὴ δὲ ἐπιθόμην τῶν φιλοσογεῖν εἰωθότων τινὰς σφηκῶν ἀγρίων δίκην περιδομβεῖν, καὶ μοχθηροὺς ἐρεῦγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατακομισθέν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου λέγοντος τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, δεῖν φῆθην ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. Ὡ ἀνόητοι, καὶ μόνον εἰδότες τὸ συκοφαντεῖν, πῶς εἰς τοῦτο παρηνέχθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν; Ἐδεῖ γάρ, ἔδει σαφῶς ἐνοεῖν, ὅτι σχεδὸν ἅπας ἡμῖν ὁ περὶ τῆς

fitemur. Secundum hunc inconfusae unitatis intellectum, sanctam Virginem Deiparam esse confitemur, propterea quod Deus Verbum incarnatum sit et homo factum, et ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Evangelicas autem et apostolicas de Domino voces, scimus theologos alias quidem tanquam ad unam personam pertinentes, communes facere; alias vero tanquam in duabus naturis divisim usurpare: et illas quidem Deo dignas secundum Christi divinitatem; alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere.

Cum has ergo sacras vestras voces legissemus, et nos ipsos quoque non aliter sentire animadvertissemus (*unus est enim Dominus, una fides et unum baptisma*);¹ glorificavimus omnium Salvatorem Deum, nobis invicem congratulantes, quod nostrae vestraeque Ecclesiae fidem divinis Scripturis sanctorumque Patrum traditionibus congruentem habeant. Quoniam vero comperi quosdam ex iis, quibus cavillari mos est, instar agrestium vesparum circumstrepere, improbosque sermones contra me eructare, quasi dicerem sanctum Christi corpus non ex sancta Virgine sumptum, sed e coelo allatum, esse operae pretium ratus sum pauca hac de re contra illos disserere. O stolidi, et tantum calumniandi periti, quomodo in hanc abducti estis sententiam? quomodo in tantae insipientiae morbum incidistis? Intelligere namque

¹ Ephes. IV, 5-6.

πίστεως ἀγῶν συγκεκρότητα, διαβεβαιουμένοις ὅτι Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Παρθένος. Ἄλλ' εἴπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς τὸ ἅγιον σῶμα γεγενῆσθαι φαμεν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς ἂν ἔτι νοοῖτο Θεοτόκος; Τίνα γὰρ ὄλωσ τέτοκεν, εἰ μὴ ἐστὶν ἀληθές, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; Γελάσθωσαν τοίνυν οἱ ταῦτα περὶ ἐμοῦ πεφλυαρηκότες. Οὐ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· «Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται Υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὃ ἐστὶ μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἅγιος Γαβριήλ, πρὸς τὴν μακαρίαν Παρθένον εἰπών· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν».

HOMILIAE

PG
77, 988

Homilia III. [...] Ἄλλ' ἐπέφανεν ἡμῖν, ὡς ἔφην, μονογενῆς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός, ὃν ἡ ἁγία Θεοτόκος καὶ ἀπειρόγαμος Μαρία ἐκ παρθενικῶν ἡμῖν λαγόνων ἐδλάσθησε, τὸ ζωοποιὸν βλάστημα, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεόν, τὸν ἐλεύθερον ἐν δούλου μορφῇ.

1182

plane oportuit universum fere certamen pro fide a nobis esse susceptum, quod sanctam Virginem Dei Genitricem esse constanter affirmamus. At si sanctum corpus nostri omnium Salvatoris Christi non ex Virgine natum, sed e coelo allatum asserimus, quomodo illam Dei Genitricem esse intelligemus? Quem enim tandem illa peperit, si Emmanuelem secundum carnem vere non peperit? Risu proinde explodendi sunt, qui eiusmodi nugas contra me garrunt. Neque enim mentitur beatus propheta Isaias dum ait: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium; et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.*¹ Vera quoque prorsus praedicat et sanctus Gabriel, dum beatam Virginem, ita affatur: *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*²

PG
77, 987

Homilia III. [...] Verum, ut modo aiebam, apparuit nobis unigenitum Dei Verbum, pastor ille bonus, et agnus verus, quam sancta Dei genitrix et nuptiarum expers Maria, e virgineis visceribus nobis peperit, germen vivificum, inhumanatum Deum, in servi forma liberum.

1182

¹ Isa. VII, 14; Matth. I, 23.

² Lc. I, 30, 31.

1183 Homilia IV.¹PG
77, 992

Φαιδρὸν ὄρω τὸ σύστημα τῶν ἁγίων, πάντων συνεληλυθότων προθύμως, κεκλημένων ὑπὸ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Μαρίας, τῆς αἰὲ Παρθένου. Ἄλλὰ γὰρ ἐν λύπῃ με διάγοντα πολλῇ εἰς χαρὰν μετέβαλεν ἡ τῶν ἁγίων Πατέρων παρουσία. Νῦν ἐπληρώθη πρὸς ὑμᾶς τὸ τοῦ ὑμνογράφου Δαβὶδ γλυκερὸν ῥῆμα· «Ἴδου δὴ τί καλόν, ἢ τί τερπνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφούς ἐπὶ τὸ αὐτό»; Χαίροις τοίνυν παρ' ἡμῶν ἁγία μυστικὴ Τριάς, ἡ τούτους ἡμᾶς πάντας συγκαλεσαμένη ἐπὶ τήνδε τὴν ἐκκλησίαν τῆς Θεοτόκου Μαρίας. Χαίροις παρ' ἡμῶν, Μαρία Θεοτόκε, τὸ σεμνὸν κειμήλιον ἀπάσης τῆς οἰκουμένης, ἡ λαμπὰς ἡ ἄσβεστος, ὁ στέφανος τῆς παρθενίας, τὸ σκήπτρον τῆς ὀρθοδοξίας, ὁ ναὸς ὁ ἀκατάλυτος, καὶ χωρίον τοῦ ἀχωρήτου, ἡ μήτηρ καὶ παρθένος· δι' ἧς ὀνομάζεται ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· χαίροις, ἡ τὸν ἀχώρητον χωρήσασα ἐν μήτρᾳ ἁγία παρθενικῇ· δι' ἧς Τριάς ἀγιάζεται· δι' ἧς σταυρὸς τίμιος ὀνομάζεται, καὶ προσκυνεῖται εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· δι' ἧς ὁ οὐρανὸς ἀγάλλεται· δι' ἧς ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι εὐφραίνονται· δι' ἧς δαίμονες φυγαδεύονται· δι' ἧς διάβολος πειράζων ἔπεσεν ἐξ οὐρανοῦ· δι' ἧς τὸ ἐκπεσὸν πλάσμα εἰς οὐρανοῦς ἀναλαμβάνεται· δι' ἧς πᾶσα ἡ κτίσις εἰδωλομανία κατεχομένη, εἰς

1183 Homilia IV.¹PG
77, 991

Sanctorum coetum, qui a sancta et Deipara, semperque Virgine Maria invitati prompto animo huc confluerunt, laetum erectumque conspicio. Quare licet multa premerer moestitia, attamen hic sanctorum Patrum conspectus laetitiam mihi praebuit. Nunc dulce illud hymnographi Davidis verbum apud nos impletum est: *Ecce iam quid bonum, aut quid iucundum, nisi habitare fratres in unum?*² Salve itaque a nobis, sancta, mystica Trinitas, quae nos omnes in hanc sanctae Mariae Deiparae ecclesiam convocasti. Salve a nobis, Deipara Maria, venerandus totius orbis thesaurus, lampas inexstinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectae doctrinae, templum indissolubile, locus eius, qui loco capi non potest, mater et virgo; per quam is benedictus in sanctis Evangeliiis nominatur, qui venit in nomine Domini:³ salve, quae immensum incomprehensumque in sancto virgineo utero comprehendisti, per quam sancta Trinitas glorificatur et adoratur; per quam pretiosa crux celebratur, et in universo orbe adoratur; per quam coelum exsultat, per quam angeli et archangeli laetantur, per quam daemones fugantur, per quam tentator diabolus coelo decidit, per quam prolapsa creatura in coelum assumitur; per quam universa creatura, idolorum vesania detenta, ad veritatis agnitionem pervenit;

¹ Homilia Ephesi habita, a. 431, contra Nestorium (RPhTh 546).

² Ps. CXXXII, 1.

³ Matth. XXI, 9.

ἐπιγνώσιν ἀληθείας ἐλήλυθεν· δι' ἧς βάπτισμα ἅγιον γίνεται τοῖς πιστεύουσι· δι' ἧς ἔλαιον ἀγαλλιάσεως· δι' ἧς εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαι τεθεμελιώνται· δι' ἧς ἔθνη ἄγονται εἰς μετάνοιαν. Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; δι' ἧς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ φῶς ἔλαμψε τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· δι' ἣν προφῆται προεμήνυσαν· δι' ἧς ἀπόστολοι κηρύττουσι σωτηρίαν τοῖς ἔθνεσι· δι' ἧς νεκροὶ ἐγείρονται· δι' ἧς βασιλεῖς βασιλεύουσι, διὰ Τριάδος ἁγίας. Καὶ τίς δυνατὸς ἀνθρώπων, λέγειν τὴν πολυύμνητον Μαρίαν; Ἡ μήτρα ἡ παρθενική· ὦ τοῦ θαύματος! Ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα. Τίς ἤκουσε πώποτε οἰκοδόμον, ναὸν ἴδιον οἰκοδομήσαντα, καὶ κωλυόμενον οἰκεῖν ἐν αὐτῷ; Τίς ἴδιαν δούλην μητέρα προσκαλεσάμενος ἐνυβρίζεται; Ἴδου τοίνυν χαίρει τὰ σύμπαντα· θάλαττα δὲ ὑπετάγη, τοὺς ἰδίους συνδούλους ἐπιγνοῦσα, καὶ σκιρτώντων κυμάτων ἀγρίων, ἡ τῶν ἁγίων ἐπίθασις εἰς γαλήνην μετέβαλεν· ἐμέμνητο γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς ἡ δούλη ἐπανισταμένη, λέγοντος· « Σιώπα, πεφίμωσο ». Γαῖαν δέ, τὴν ποτε ὑπὸ ληστῶν διοδευομένην, ἡ τῶν πατέρων ὁδοιπορία εἰς εἰρήνην μετέβαλεν· ὡς ὠραῖοι γὰρ οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων· ποίαν εἰρήνην; Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν, * ὃν ἔτεκε Μαρία, ὡς αὐτὸς ἠθέλησε.

*993

per quam sanctum baptismum obtingit credentibus, per quam exsultationis oleum, per quam toto terrarum orbe fundatae sunt Ecclesiae, per quam gentes adducuntur ad poenitentiam: et quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis qui in tenebris et in umbra mortis sedebant,¹ lux resplenduit; per quam prophetae praenuntiarunt, per quam apostoli salutem gentibus praedicarunt, per quam mortui exsuscitantur, per quam reges regnant, per sanctam Trinitatem. Equis hominum laudabilissimam illam Mariam pro dignitate celebrare queat? Ipsa et mater et virgo est; o rem admirandam! Miraculum hoc me in stuporem rapit. Quis unquam audivit, aedificatorem prohiberi, ne proprium templum quod ipse construxerit, inhabitaret? Quis ob id ignominiae sit obnoxius, quod propriam famulam in matrem asciscat? Ecce igitur omnia gaudent: mare, conservos suos agnoscens, sese subdidit, sanctorumque transitus, ferocibus exsultantibusque fluctibus in tranquillitatem ipsum convertit; meminit enim serva maris aqua, quamvis tumidi et insurgentis, vocis Salvatoris dicentis: *Tace, obmutesce.*² Terram * vero, quam latrones quondam infestabant, sanctorum iter pacatam reddidit. Quam enim speciosi pedes evangelizantium pacem! Quam pacem? Dominum nostrum Iesum Christum, quem peperit Maria, sicut ipse voluit.

*994

¹ Lc. I, 79.² Marc. IV, 39.

- 1184 Homilia XV, 3. Πῶς οὖν γέγονεν καθ' ἡμᾶς; Σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου· σῶμα δὲ οὐκ ἄψυχον, καθάπερ ἔδοξέ τισι τῶν αἰρετικῶν, ἐψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ λογικῇ. Οὕτω προῆλθεν τέλειος ἄνθρωπος ἐκ γυναικός, χωρὶς ἀμαρτίας· ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκῆσει καὶ φαντασίᾳ· οὐκ ὀλιγωρήσας τοῦ εἶναι Θεός, οὔτε μὴν ἀποβεβληκῶς ὑπερ ἦν αἰεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, Θεός· οὕτω Θεοτόκον φασὲν τὴν ἀγίαν Παρθένον· ὡς γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος φησιν· «Εἷς Θεός καὶ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα»· οὐ γὰρ διαιροῦμεν τὸν ἕνα καὶ Θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν εἰς δύο υἱούς, τὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ σessaρκωμένον τοῦ Θεοῦ Λόγον· οὐδέ, καθάπερ οἴονται τινες τῶν αἰρετικῶν καὶ ἀσυνέτων, ἀνακεχυμένων ὥσπερ εἰς ἀλλήλας Θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἡγουν τοῦ Θεοῦ Λόγου μεταχωρήσαντος εἰς φύσιν σαρκός, ἢ καὶ τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης εἰς φύσιν Θεότητος· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἔστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἐνώσας ἑαυτῷ ἐκ τῆς ἀγίας * Παρθένου κατὰ ἀλήθειαν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀφράστως σεσαρκῶσθαι καὶ ἐνανθρωπήσαι λέγεται. PG
77, 1092
- 1185 4. Ἄρει τοιγαροῦν πρὸς ὀρθὴν καὶ ἀδιάβλητον τῆς πίστεως ἡμῶν ὁμολογίαν, τὸ Θεοτόκον λέγειν καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἀγίαν Παρθένον· τότε μὴν προσεπάγειν ὅτι καὶ ἀνθρωποτόκος, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε ἐπωφελές· ἕνα γὰρ *1093

- 1184 Homilia XV, 3. Quomodo igitur par nobis effectus est? Corpore nimirum sumpto de sancta Virgine: corpore, inquam, non ut nonnullis haereticis visum est, inanimum, sed anima rationali informato. Sic homo perfectus processit de muliere, absque peccato; vere, non apparenter ac phantastice: haud sane omittens divinitatem, neque id abiiciens quod semper fuerat, et est, eritque, Deus. Atque hoc pacto Deiparam dicimus esse sanctam Virginem. Sicut enim beatus Paulus ait: *Unus Deus et Pater, ex quo omnia; et unus Iesus Christus, per quem omnia*; ¹ nequaquam in duos filios dividimus unum Deum ac Servatorem nostrum, humanatum atque incarnatum Dei Verbum. Nec vero quod (ut nonnulli arbitrantur haeretici ac fatui, qui confundunt veluti invicem Deitatem atque humanitatem) vel Dei Verbum in carnis naturam transiverit, vel caro in deitatis naturam sit mutata (est enim invertibile planeque immutabile Dei Verbum); sed quia carnem anima rationali animatam sibi ex sancta Virgine vere univerit * Dei Verbum, idcirco ineffabiliter incarnatum dicitur atque humanatum. PG
77, 1091
- 1185 4. Sufficit itaque ad rectam et irreprehensibilem fidei nostrae confessionem, dicere et confiteri sanctam Virginem esse Deiparam: addere enim quod sit hominipara neque necessarium est neque utile. *1094

¹ I Cor. VIII, 6

Θεὸν ἐδιδάχθημεν ὁμολογεῖν καὶ πιστεῦειν αὐτόν, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, καθὼς ὁ Παῦλος· « Εἷς Θεός, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων »· ἄνθρωπον μὲν γὰρ γενέσθαι φαμὲν ἀτρέπτως τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον. Καὶ ὅσον μὲν ἦκεν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, τέτοκεν ἡ ἅγια Παρθένος τὸ ἑαυτῇ τε καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον σῶμα· ἀλλ' ἐν γε τῷ Θεοτόκῳ εἰπεῖν, συνεισάγεται πάντως καὶ ἡ τοῦτου δῆλωσις· οὐ γὰρ θεότητα τέτοκε γυμνήν ἡ ἅγια Παρθένος, ἀλλ' ἐνωθέντα σαρκὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον· καὶ οὐκ ἂν ἐτέρως νοοῖτο Θεοτόκος, εἰ μὴ κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον· ὥστε προειστρέχει πάντως ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁμολογία· καὶ οὕτως ἔσται λοιπὸν ἀληθές, ὅτι Θεοτόκος γέγονεν ἡ ἅγια Παρθένος ἀποτεκοῦσα παραδόξως ἕνα Χριστόν, παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκότα σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ ὁμοούσιον αὐτῇ τε καὶ ἡμῖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς εἶναι τὴν σάρκα ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας.

Namque unum Deum edocti sumus confiteri ipsum et credere, ut Paulus ait: *Unus Deus, et unus mediator Dei et hominum*.¹ Namque hominem factum esse invertibiliter Dei Verbum dicimus. Et quod attinet ad carnis naturam, peperit sancta Virgo sibi et nobis consubstantiale corpus: verumtamen dum Deiparam dicimus, huius quoque rei significatio comprehenditur: non enim nudam peperit Divinitatem sancta Virgo, sed unitum carni Verbum Dei. Neque aliter intelligi posset Deipara, nisi hoc quem dicimus modo. Quare praecurrit omnino humanitatis confessio. Atque ita verum evadit, quod Deipara facta sit sancta Virgo dum peperit mirabiliter unum Christum, aequae ac nos participem carnis et sanguinis, et consubstantialem ei nobisque secundum humanitatem; ita ut caro ex Deipara Maria exstiterit.

¹ I Tim. II, 5.

● PG 76, 48, 49, 64, 69, 84, 120, 121, 153, 176, 184, 197, 244, 277, 284, 289, 304, 309, 324, 325, 341, 349, 380, 429, 893, 897, 900, 924, 1148, 1160, 1176, 1189, 1220, 1260, 1276, 1301, 1316, 1317, 1340, 1409, 1416, 1438, 1440, 1444.

● PG 77, 13, 24, 25, 32, 36, 60, 68, 84, 85, 96, 98, 109, 133, 171, 189, 192, 197, 221, 229, 257, 260, 264, 276, 288, 312, 317, 326, 330, 333, 347, 424, 532, 569, 664, 741, 776, 777, 780, 829, 856, 980, 996, 1048, 1049, 1053, 1056, 1060, 1061, 1064, 1065.

cluditur Deus; humanamque vitam mutuatur de tempore, qui prae-
stat temporibus aeternitatem. Mira res: concipit Maria de ipso,
quem parit: tumet uterus maiestate, non semine, capitque virgo,
quem mundus mundique non capit plenitudo. Interea promovent
*417 suum membra factorem, et opus sui figura vestit artificem. Par-
turit Maria non * dolore, sed gaudio: nascitur sine patre Filius, non
totus matris, sibi debens, quod conceptus est, donans matri, quod
natus, quae principaliter stupet talem sibi Filium provenisse, qui
ex se natus non crederetur, nisi quia sicut fuit virgo incorrupta post
conceptum, permanet talis quoque post partum.

S. CYRILLUS Hierosolymitanus (313/315 † 386/387)

CATECHESSES (347)

PG 33, 465 Catechesis IV, IX. Πίστευε δέ, ὅτι οὗτος ὁ μονογενῆς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, 458
διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατήλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν ὁμοιοπαθῆ
ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἀγίας Παρθένου καὶ
ἀγίου Πνεύματος· οὐ δοκῆσει καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γενομένης
*468 ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ· οὐδὲ ὥσπερ * διὰ σωλήνος διελθὼν τῆς Παρθένου, ἀλλὰ
σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀληθῶς [καὶ γαλακτοτροφηθεὶς ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς]· φα-
γῶν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ πιών ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς. Εἰ γὰρ φάντασμα ἦν ἡ
ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. Διπλοῦς ἦν ὁ Χριστός, ἄνθρωπος
μὲν τὸ φαινόμενον, Θεὸς δὲ τὸ μὴ φαινόμενον.

PG 33, 616 Catechesis VII, IX. [...] Αὐτός τε ὁ μονογενῆς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τῷ 459

PG 33, 466 Catechesis IV, IX. Crede vero quod hic unigenitus Filius Dei 458
propter peccata nostra de coelis ad terram descendit, assumpta
humanitate ista, iisdem quibus subiicimur affectibus obnoxia; na-
tusque est ex sancta Virgine et sancto Spiritu: facta, non secundum
*467 opinionem ac fictam speciem, sed secundum * veritatem, inhumana-
tione [seu hominis susceptione]. Neque per Virginem uti per cana-
lem traectus, sed ex ea vere incarnatus [et vere ex ea lacte nutri-
tus]; manducans uti nos vere, et vere uti nos bibens. Si enim hu-
manae naturae assumptio phantasma [ac ludibrium oculorum] fuit,
phantasma itidem fuerit salus. Duplex erat Christus: homo quidem,
quantum ad id quod videbatur; Deus vero, quantum ad illud quod
latebat.

PG 33, 615 Catechesis VII, IX. [...] Ipse unigenitus Filius Dei, quo tempore 459

● PL 11, 407, 495.

● S. DAMASUS PP. († 384): PL 13, 351, 352, ■ 359, 373, 376 (cf. PLS I, 310, III, 256).

ξύλω κατὰ τὸν σταυροῦ καιρὸν τὴν σάρκα προσηλωμένος, ἰδὼν τὴν Μαριάμ τὴν ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν τῶν μαθητῶν προσφιλέστατον, φησὶ πρὸς ἐκεῖνον μὲν « Ἴδου ἡ μήτηρ σου » πρὸς δὲ τὴν Μαριάμ « Ἴδου ὁ υἱός σου » τὴν ὀφειλομένην φιλοστοργίαν ἐκδιδάσκων, καὶ τὸ παρὰ τῷ Λουκᾷ εἰρημένον πλαγίως ἐπιλύων, τὸ « Καὶ ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες » ὑπερ ἀρπάζουσιν αἰρεσιωτῶν παῖδες, ἐξ ἀνδρὸς αὐτὸν καὶ γυναικὸς γεγενῆσθαι λέγοντες. "Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἡ Μαρία μήτηρ Ἰωάννου διὰ τὴν φιλοστοργίαν οὐ διὰ τὸ γεννηῆσαι· οὕτω καὶ Ἰωσήφ πατὴρ ἐκαλεῖτο τοῦ Χριστοῦ, οὐ διὰ τὸ γεννηῆσαι (« Οὐ γὰρ ἔγνω αὐτὴν », κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, « ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον »), ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὴν ἀνατροφὴν κηδεμονίαν γεγενημένην.

460

Catechesis X, XIX. Πολλοὶ τυγχάνουσιν ἀληθεῖς, ἀγαπητοί, περὶ Χριστοῦ μαρτυρίαι. Μαρτυρεῖ Πατὴρ οὐρανόθεν περὶ τοῦ Υἱοῦ· μαρτυρεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καταβαῖνον σωματικῶς ἐν εἴδει περιστερᾶς· μαρτυρεῖ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος τὴν Μαριάμ εὐαγγελιζόμενος· μαρτυρεῖ Παρθένος ἡ Θεοτόκος· μαρτυρεῖ ὁ μακάριος τῆς φάτνης τόπος.

PG
33, 685

cruci secundum carnem affixus erat, Mariam videns sui ipsius ratione carnis matrem, et Ioannem discipulorum charissimum, ad ipsum quidem ait: *Ecce mater tua*;¹ ad Mariam vero: *Ecce filius tuus*;² quam deberet illa in posterum Ioanni exhibere charitatem docens. Quibus verbis oblique expedit illud quod a Luca dictum est: *Et erat pater eius et mater eius admirantes*.³ Quam vocem arripiunt haeretici ipsum ex viro ac muliere natum praedicantes. Quemadmodum enim Maria Ioannis mater dicitur propter charitatem, non vero quod genuisset: ita Ioseph pater Christi dictus est, non ratione generationis (*Non enim cognovit eam, iuxta Evangelium, donec peperit filium suum primogenitum*,⁴) sed ratione curae in alendo educandaque collatae.

460

Catechesis X, XIX. Multa exstant, dilecti, vera de Christo testimonia. Testatur Pater e coelo de Filio,⁵ testatur Spiritus sanctus, descendens corporaliter in specie columbae;⁶ testatur Gabriel archangelus Mariae evangelizans;⁷ testificatur Virgo Deipara;⁸ testatur beatus praesepii locus.⁹

PG
33, 686¹ Io. XIX, 27.² Io. XIX, 26.³ Lc. II, 33.⁴ Matth. I, 25.⁵ Matth. III, 17.⁶ Lc. III, 22.⁷ Lc. I, 27-38.⁸ Ibid.⁹ Lc. II, 7.

PG
33, 728

Catechesis XII, II. Ἰουδαίων δὲ παῖδες, τὸν μὲν ἐλθόντα ἀθετοῦντες, τὸν δὲ κακῶς ἐρχόμενον προσδοκῶντες· τὸν μὲν ἀληθῆ Χριστὸν παρητήσαντο, τὸν δὲ πλάνον οἱ πλανηθέντες ἐκδέχονται, ἀληθοῦς καὶ ἐν τούτῳ τοῦ Σωτῆρος εὐρισκομένου, τοῦ εἰπόντος· «Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς μου, καὶ οὐ λαμβάνετε με· ἐὰν δὲ ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψετε». Καλὸν δὲ καὶ ἐπερώτησιν προσενέγκαι τοῖς Ἰουδαίοις· Ἀληθῆς ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὁ λέγων, ὅτι Ἐμμανουὴλ ἐκ παρθένου γεννηθήσεται, ἢ ψευδῆς; Εἰ μὲν γὰρ ὡς ψευδοῦς κατηγοροῦσιν, οὐδὲν θαυμαστόν· ἔθος γὰρ αὐτοῖς οὐ μόνον ὡς ψευδεῖς κατηγορεῖν, ἀλλὰ καὶ λιθάζειν τοὺς προφήτας· εἰ δὲ ἀληθῆς ὁ προφήτης, δεῖξατε τὸν Ἐμμανουὴλ. Καὶ πότερον, ὁ ἐρχεσθαι μέλλων, ὁ ὑφ' ὑμῶν προσδοκώμενος, ἐκ παρθένου τίκτεται, ἢ οὐ; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ παρθένου μὴ γεννᾶται, ψευδοκατηγορεῖτε τοῦ προφήτου· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος τοῦτο προσδοκᾶτε, τί τὸ ἤδη γενόμενον παραιτεῖσθε;

III. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν πλανάσθωσαν, ἐπειδὴ θέλουσιν· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ δοξαζέσθω. Ἡμεῖς γὰρ παραδεχόμεθα Θεὸν Λόγον ἐνανθρωπήσαντα κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὡς αἰρετικοὶ λέγουσιν, ἀλλ' «ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου», κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, «ἐνανθρωπήσαντα», οὐ φαντασίᾳ, ἀλλὰ ἀληθείᾳ. Καὶ ὅτι ἀληθῶς ἐκ Παρθένου

461

PG
33, 727

Catechesis XII, II. Iudaei vero, dum eum qui venit reiiciunt, eumque qui infauste venturus est exspectant; verum illi quidem Christum repudiavere, impostorem vero ipsi in errorem abducti recipient: ut in hoc quoque vera reperiatur Salvatoris sententia: *Ego veni in nomine Patris mei, et non recipitis me; si autem alius venerit in proprio nomine, illum recipietis.*¹ Optimum autem fuerit eam iudaeis interrogationem proponere: Veraxne sit Isaias propheta, dum ait Emmanuelem ex virgine nasciturum,² an mendax? Si quidem illum uti mendacem criminantur, nihil mirum: mos enim illis prophetas non solum quasi mendaces insimulare, sed et lapidibus opprimere; sin verax propheta fuerit, ostendite Emmanuelem. Item, utrumne is qui venturus est, quem exspectatis, ex virgine proditurus est, necne? Si ex virgine non nascitur, falsi arguitis prophetam. Si vero id in futura re exspectatis, occur id quod iam factum est repudiatis?

III. Ac iudaei quidem, quando ita volunt, errore abducantur; Ecclesia autem Dei glorificetur. Nos enim recipimus Deum Verbum inhumanatum vere: non ex voluntate viri et mulieris, ut haeretici aiunt; sed *ex Virgine et Spiritu sancto* iuxta Evangelium *inhumanatum*; non specie, sed veritate. Quod autem vere ex Virgine huma-

461

¹ Io. V, 43.² Isa. VII, 14.

ἐνηθρώπησε, περίμενε τὸν καιρὸν * τῆς διδασκαλίας νῦν, καὶ λήψῃ τὰς ἀπο- *729
 δεΐξεις· πολὺπλοκος γάρ ἐστιν ἡ τῶν αἰρετικῶν πλάνη. Καὶ οἱ μὲν μηδὲν
 αὐτὸν ἐκ Παρθένου γεγενῆσθαι εἰρήκασιν· οἱ δὲ γεγενῆσθαι μὲν, οὐκ ἐκ Παρ-
 θένου δέ, ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἀνδρὶ συνοικουσίης. Οἱ δὲ λέγουσιν οὐ Θεὸν ἐνην-
 θρωπηκέαι τὸν Χριστόν, ἀλλ' ἄνθρωπὸν τινα τεθεοποιῆσθαι. Ἐτόλμησαν
 γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐχ ὁ πρῶν Λόγος, οὗτος ἐνηθρώπησεν· ἀλλὰ ἄνθρωπός
 τις προκόψας, οὗτος ἐστεφανώθη.

IV. Σὺ δὲ μνημόνευσον τῶν χθὲς περὶ τῆς θεότητος εἰρημένων. Πίστευ-
 σον, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱός, οὗτος ἐκ Παρθένου πάλιν
 ἐγεννήθη. Ἰωάννη τῷ εὐαγγελιστῇ πείσθητι λέγοντι· «Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγέν-
 νετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν». Ὁ μὲν γὰρ Λόγος αἰώνιος, πρὸ πάντων τῶν
 αἰῶνων ἐκ Πατρὸς γεννηθείς· τὴν δὲ σάρκα προσφάτως ἀνέλαβε δι' ἡμᾶς.
 Ἄλλὰ ἀντιλέγουσι πολλοί, καὶ λέγουσι· Τί τοσοῦτον ἦν αἷτιον, ὥστε Θεὸν
 εἰς ἀνθρωπότητα καταβῆναι; καὶ εἰ ὅλος Θεοῦ φύσις ἐστὶν ἀνθρώποις συνα-
 ναστρέφειν; καί, εἰ δυνατόν ἐστι παρθένον τεκεῖν ἄνευ ἀνδρός; Πολλῆς δὲ
 ἀντιλογίας οὐσης, καὶ πολυειδοῦς τῆς μάχης· φέρε, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι,
 καὶ ταῖς τῶν παρόντων εὐχαῖς, ἕκαστον διαλύσωμεν.

nam naturam susceperit, tradendae doctrinae tempus nunc * ex- *730
 spectes velim, et huius rei demonstrationes accipies, multiplex enim
 est haereticorum error. Atque hi quidem ipsum in totum ex Virgine
 natum esse pernegarunt; alii vero natum concessere; non tamen ex
 Virgine, sed ex muliere viro permista. Alii aiunt non Deum Chri-
 stum inhumanatum esse, sed hominem quemdam deificatum; ausi
 sunt namque dicere, non illud Verbum quod praeexistebat, homi-
 nem induisse; sed hominem quemdam profectus sui merito coronat-
 um esse.

IV. Tu vero memineris eorum quae hesternae die de divinitate
 sunt dicta. Crede, quod ille ipse unigenitus Dei Filius, iste iterum
 natus est de Virgine. Crede Ioanni evangelistae dicenti: *Et Verbum
 caro factum est, et habitavit in nobis.*¹ Verbum quidem aeternum est,
 ante omnia saecula ex Patre genitum; carnem vero recens propter
 nos suscepit. Verum contradicunt multi, et dicunt: Quae tanta fuit
 causa, ut Deus ad humana delaberetur? Iterumque: an id omnino
 in Dei naturam cadit, ut cum hominibus conversetur?² Et, possi-
 bile estne virginem parere sine viro? Cum plurima sit contradictio
 et multiformis pugna, age, per Christi gratiam et eorum qui hic
 adsunt orationes, singula dissolvamus.

¹ Io. I, 14.

² Baruch III, 38.

V. Καὶ πρῶτόν γε ἡμῖν ζητεῖσθω, τίνος ἕνεκεν κατέβη ὁ Ἰησοῦς. Καὶ μὴ ταῖς ἐμαῖς εὐρεσιλογίαις πρόσεχε· δυνατὸν γὰρ ἴσως κατασοφισθῆναι· ἀλλ' ἐὰν μὴ προφητῶν περὶ ἐκάστου πράγματος δέξη μαρτυρίαν, μὴ πίστευε τοῖς λεγομένοις· ἐὰν μὴ καὶ περὶ τῆς Παρθένου, καὶ τοῦ τόπου, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ τρόπου μάθῃς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, μὴ παραδέξῃ παρὰ ἀνθρώπου μαρτυρίαν.

PG
33, 741

Catechesis XII, XV. [...] Διὰ παρθένου τῆς Εὐας ἦλθεν ὁ θάνατος, ἔδει διὰ παρθένου, μᾶλλον δὲ ἐκ παρθένου, φανῆναι τὴν ζωὴν· ἵνα ὡσπερ ἐκείνην ὄφει ἠπάτησεν, οὕτω καὶ ταύτην Γαβριὴλ εὐαγγελίσηται.

462

PG
33, 753

XXI. Λοιπὸν ζητοῦμεν ἐκ τίνος ἔρχεται καὶ πῶς ἔρχεται. Τοῦτο δὲ ἡμῖν Ἡσαΐας λέγει· «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Καὶ ἀντιλέγουσιν Ἰουδαῖοι τοῦτοις· ἔθος γὰρ αὐτοῖς ἐστὶν ἀνωθεν, τῇ ἀληθείᾳ κακῶς ἀντιπίπτειν· καὶ λέγουσιν, ὅτι οὐ γέγραπται «ἡ παρθένος», ἀλλ' «ἡ νεᾶνις». Ἐγὼ δὲ τῷ λεχθέντι συμπεριφερόμενος, καὶ οὕτως εὐρίσκω τὴν ἀλήθειαν. Ἐρωτητέον γὰρ αὐτούς· Παρθένος βιαζομένη πότε βοᾷ, μετὰ τὴν φθορὰν ἢ πρὸ τῆς φθορᾶς, ἐκκαλουμένη τοὺς βοηθοὺς; Ἐὰν τοίνυν ἀλλαχοῦ λέγη ἢ Γραφή· «Ἐδόθησεν ἡ νεᾶνις, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν αὐτῇ»· ἄρα οὐ περὶ παρθένου λέγει; Ἴνα δὲ σαφέστερον μά-

463

V. Ac primum illud quaeratur a nobis, cuius rei gratia descenderit Iesus. Neque meis ratiocinationibus attende, sophismatis enim forte illudi possibile; verum nisi prophetarum de re unaquaque acceperis testimonia, his quae dicentur ne crede; nisi et de Virgine, et de loco, et de tempore, et de modo didiceris ex divinis Scripturis, ne accipias ab homine testimonium.¹

PG
33, 742

Catechesis XII, XV. [...] Per virginem Evam subiit mors; oportebat per virginem, seu potius de virgine, prodire vitam: ut sicut illam decepit serpens, ita et huic Gabriel bonum nuntium afferret.

462

PG
33, 754

XXI. Deinde quaerimus, ex qua [persona] veniet, et quomodo veniet? Hoc autem nos docet Isaias: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*² Et his contradicunt iudaei, solent enim illi antiquitus veritati male refragari; aiuntque scriptum non esse *virgo*, sed *puella*. Ego autem in hac voce indulgenter acquiescens, sic quoque veritatem reperio: quaerendum namque ex illis: Virgo cum violatur, eequando clamat, num ante vim illatam, an postquam corrupta est, auxilium advocans? Si igitur alicubi dicat Scriptura: *Clamavit puella, et non fuit qui succurreret illi*;³ nunquid hic de virgine non loquitur? Ut vero manifestus ad-

463

¹ Io. V, 34.² Isa. VII, 14.³ Deut. XXII, 27.

θης, ὅτι καὶ ἡ παρθένος ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ « νεάνις » καλεῖται, ἄκουε τοῦ βιβλίου τῶν Βασιλειῶν, περὶ τῆς Ἰαβισὰκ τῆς Σουναμίτιδος, λέγοντος· « Καὶ ἦν ἡ νεάνις καλὴ σφόδρα »· τὸ γὰρ παρθένον αὐτὴν ἐκλεχθεῖσαν ἐνηνέχθαι πρὸς Δαβὶδ, ὠμολόγηται.

XXII. Ἄλλὰ λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν· Τῷ Ἀχάζ ἐρρέθη τοῦτο περὶ Ἐζεκίου. Οὐκοῦν ἀναγνώμεν τὴν Γραφὴν· « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος ». Καὶ μάλιστα μὲν τὸ σημεῖον παράδοξον εἶναι ὀφείλει. Σημεῖον γάρ, τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ πέτρας, τὸ ῥαγῆναι θάλασσαν, τὸ ἥλιον ὑποστρέψαι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τὰ δὲ λεχθησόμενα, φανερώτερον ἔχει τὸν πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγχον. [...] Βασιλεύοντος τοίνυν τοῦ Ἀχάζ, τοῦ Ἡσαίου τοῦτο εἰρηκότος, ἕξ καὶ δέκα ἔτη οὗ Ἀχάζ βασιλεύσαντος μόνα, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν προφητείας ἐν τούτοις ῥηθείσης· ἐλέγχει τὴν ἀντίρρῆσιν Ἰουδαίων ὁ διαδεξάμενος βασιλεὺς Ἐζεκίας, ὁ τοῦ Ἀχάζ υἱός, ἐν τῷ βασιλεύειν ὧν ἐτῶν εἰκοσιπέντε. Τῆς προφητείας γὰρ ἐν ἐκκαίδεκα ἔτεσι περιληφθείσης, προγεννηθεὶς ἦν ὑπὸ τοῦ Ἀχάζ, πρὸ τῆς προφητείας ἐννέα ἔτη. Τί τοίνυν περὶ τοῦ ἤδη γεννηθέντος, καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας

discas, quod virgo etiam in divina Scriptura *puella* appelletur; audi librum Regnorum de Abisac sunamitide dicentem: *Et erat puella pulchra valde*;¹ eam enim virginem electam fuisse, atque ad Davidem adductam, in confesso est.

XXII. Sed dicunt rursus iudaei: De Ezechia hoc dictum est ad Achaz. Legamus igitur Scripturam: *Pete tibi ipsi signum a Domino Deo tuo, in profundum aut in sublime*.² Atqui signum maxime admirabile ac praeter opinionem esse debet. Signum enim fuit aqua de petra elicita:³ disruptio maris:⁴ solis retrocessio,⁵ et similia. Quae autem dicturus sum, evidentiores habent adversus Iudaeos convictionem. [...] Cum itaque regnante Achaz hoc dixerit Isaias; Achaz porro sexdecim duntaxat annos regnaverit,⁶ quos intra dicta est ad ipsum prophetia; iudaeorum contradictionem revincit successor eius rex Ezechias Achaz filius; qui cum regnum adiit, annorum quinque et viginti erat.⁷ Cum enim prophetiae [tempus] annorum sexdecim [spatio] circumscribatur, novem ante prophetiam annis fuerat ex Achaz natus. Quid igitur de eo qui iam natus erat, etiam

¹ III Reg. I, 4.

² Isa. VII, 11.

³ Exod. XVII, 6.

⁴ Exod. XIV, 21-22.

⁵ IV Reg. XX, 11.

⁶ IV Reg. XVI, 2.

⁷ IV Reg. XVIII, 2.

τοῦ Ἀχάζ πατρός, ἀναγκαῖον ἦν λέγειν τὴν προφητείαν; Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι «Ἐλαθεν», ἀλλ', ὅτι «Λήψεται ἡ παρθένος», προγνωστικῶς εἰπών.

*756

* XXIII. Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐκ παρθένου γεννᾶται ὁ Κύριος, σαφῶς ἐγνωμεν. Ἐκ ποίου δὲ γένους ἦν ἡ παρθένος, δεικτέον. «Ἔμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου» καὶ πάλιν· «Θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ» καὶ ἐξῆς· «Ἄπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι· τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα». Ὅρας ὅτι περὶ Χριστοῦ, καὶ οὐ περὶ Σολομῶντος ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἔμεινεν. Εἰ δέ τις ἀντιλέγη, διὰ τὸ μὴ κεκαθικέναι τὸν Χριστὸν ἐπὶ τὸν ξύλινον θρόνον τοῦ Δαβὶδ, προσοίσωμεν ἐκεῖνο τὸ ῥητόν· «Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι» οὐ γὰρ τὴν ξυλίνην καθέδραν, ἀλλὰ τῆς διδασκαλίας σημαίνει τὴν ἐξουσίαν. Οὕτως οὖν καὶ θρόνον Δαβὶδ μοι ζήτηι, μὴ τὸν ξύλινον θρόνον, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτήν. Καὶ μοι μάρτυρας λάβε τοὺς παῖδας τοὺς ἐπιφωνήσαντας· «Ἔσαννά τῷ υἱῷ Δαβὶδ, εὐλογημένος ὁ βασιλεὺς

antequam pater eius Achaz regnum adiret, prophetiam loqui necesse erat? Non enim dixit, *Accipiet*; sed praedictionis modo, *Accipiet virgo*.

*755

* XXIII. At illud quidem manifeste cognovimus, quod ex virgine nascitur Christus: iam vero ex quo genere virgo exstiterit, aperendum. *Iuravit Dominus Davidi veritatem, et non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam;*¹ et rursus: *Ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronum eius sicut dies coeli;*² et deinde: *Semel iuravi in sancto meo, si Davidi mentiar: semen eius in aeternum manebit; et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum.*³ Vides de Christo, non autem de Salomone sermonem haberi; non enim thronus eius sicut sol permansit. Quod si quis contradixerit, eo quod Christus non sederit in ligneo Davidis solio, hanc illi sententiam proferamus: *Super cathedram Moysis sederunt Scribae et Pharisei;*⁴ non enim ligneam cathedram significat, sed doctrinae auctoritatem: sic et solium Davidis quaerito, non ligneum solium, sed ipsam regiam potestatem. Cuius rei testes accipe pueros acclamantes: *Hosanna Filio David:*

¹ Ps. CXXXI, 11.

² Ps. LXXXVIII, 30.

³ Ps. LXXXVIII, 36-38.

⁴ Matth. XXIII, 2.

τοῦ Ἰσραὴλ». Καὶ οἱ τυφλοὶ δὲ λέγουσιν· «Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησον ἡμᾶς». Καὶ ὁ Γαβριὴλ μαρτυρεῖ σαφῶς πρὸς τὴν Μαριάμ, λέγων· «Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ»· καὶ ὁ Παῦλός φησί· «Μνημονεύετε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγγεγεμενὸν ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου»· καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς πρὸς Ῥωμαίους φησί· «Τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα». Καταδέχου τοίνυν τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγεννημένον, πειθόμενος τῇ προφητείᾳ τῇ λεγούσῃ· «Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἀρχεῖν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσιν».

- 464 XXIV. Ἀλλὰ διαπονοῦνται οἱ Ἰουδαῖοι διὰ ταῦτα. Προῆδει καὶ τοῦτο Ἡσαΐας, λέγων· «Καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν (οὐ γὰρ αὐτοῖς), υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν». Σημειῶσαι δέ, ὅτι πρῶτον ἦν Υἱὸς Θεοῦ, εἶτα ἐδόθη ἡμῖν· καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν· «Καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὄριον». Ὅρια Ῥωμαίων ἔστι· τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὄριον οὐκ ἔστιν. Ὅρια Περσῶν καὶ Μήδων ἔστιν, τοῦ δὲ Υἱοῦ ὄριον οὐκ

PG
33, 756

*benedictus Rex Israelis.*¹ Caeci quoque aiunt: *Fili David, miserere nostri.*² Et Gabriel aperte testatur ad Mariam dicens: *Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius.*³ Et Paulus ait: *Mementote Iesum Christum excitatum a mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum;*⁴ et in principio Epistolae ad Romanos, ait: *Qui factus est ex semine David secundum carnem.*⁵ Recipe igitur eum qui ex Davide natus est, obsequens prophetiae aienti: *Et erit in die illa radix Iesse, et qui exsurget rectorus gentes; in ipso gentes sperabunt.*⁶

- 464 XXIV. Sed iudaei propter haec vehementer discruciantur. Praeviderat hoc quoque Isaias dicens: *Et volent, si fuerint igne combusti. Quia puer natus est nobis (non enim illis), et filius datus est nobis.*⁷ Animadvertite porro quod prius Filius Dei erat, deinde datus est nobis; et post pauca dicit: *Et pacis eius non est terminus.*⁸ Romanis sui sunt termini: regni autem Filii Dei terminus non est. Persarum Medorumque determinati sunt fines: Filii vero Dei terminus nullus.

PG
33, 755

¹ Matth. XXI, 9; Io. XII, 13.

² Matth. IX, 27.

³ Lc. I, 32.

⁴ II Tim. II, 8.

⁵ Rom. I, 3.

⁶ Isa. XI, 10.

⁷ Isa. IX, 5-6.

⁸ Isa. IX, 7.

- *757 ἔστιν. Εἶτα ἐξῆς· « Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, καὶ ἐπὶ * τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν » Ἐκ τοῦ Δαβὶδ τοίνυν ἦν ἡ ἀγία Παρθένος.
- PG 33, 757 **XXV.** Ἐπρεπε γὰρ τῷ ἀγνοτάτῳ, καὶ διδασκάλῳ τῆς ἀγνείας, ἐξ ἀγνῶν ἐξεληλυθέναι παστάδων. Εἰ γὰρ ὁ τῷ Ἰησοῦ καλῶς ἱερατεύων ἀπέχεται γυναικός, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς πῶς ἔμελλεν ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἔρχεσθαι; « Ὅτι σὺ εἶ », φησὶν ἐν Ψαλμοῖς, « ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς ». Πρόσεχε ἀκριβῶς τῷ· « ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς », σημαίνουντι τὸ χωρὶς ἀνδρὸς ἐκ παρθένου γαστρὸς καὶ σαρκὸς αὐτὸν ἐκσπασθέντα γεγενῆσθαι· τῶν γὰρ ἀπὸ γαμικῆς ἀκολουθίας γεννωμένων ἕτερος ὁ τρόπος. **465**
- PG 33, 760 **XXVI.** [...] Ὁ προφήτης προεῖρηκεν ἐκ προσώπου Ἰησοῦ· « Σάρξ μου ἐξ αὐτῶν »· καὶ ἀλλαγῆς γέγραπται· « Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης ». Καὶ τί τὸ σημεῖον; ἐξῆς φησὶ « Τέξεται, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι ». Καὶ τίνα τὰ μνηστρα τῆς Παρθένου, τῆς ἀγίας νύμφης; « Καὶ μνηστεύσομαί σε ἑμαυτῷ ἐν πίστει »· καὶ Ἐλισάβετ λαλοῦσα πρὸς αὐτήν ὁμοίως λέγει· « Καὶ μακαρία ἡ πιστεύασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λεγομένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου ». **466**

- *758 Deinde sequitur: * *Super thronum David, et super regnum eius, ut erigat illud.*¹ Ex Davide igitur fuit Virgo sancta.
- PG 33, 758 **XXV.** Decebat enim eum qui purissimus est, et puritatis magister, ex puris prodire thalamis. Si enim is qui apud Iesum bene fungitur sacerdotio, abstinere a muliere: ipse Iesus quomodo ex viro et muliere proditurus foret? *Quoniam tu es*, ait in Psalmis, *qui extraxisti me de ventre.*² Attende diligenter ad illud, *qui extraxisti me de ventre*: quo significatur eum sine virili opera ex virginis utero et carne extractum et natum esse; eorum enim qui nuptiali lege nascuntur alius est modus. **465**
- PG 33, 759 **XXVI.** [...] Propheta ex persona Iesu praedixit. *Caro mea ex ipsis,*³ et alibi scriptum est: *Propter hoc dabit eos usque ad tempus parturientis.*⁴ Quodnam autem signum? In consequentibus dicit: *Pariet, et reliqui fratrum ipsorum convertentur.*⁵ Et quinam sunt virginis, sanctae sponsae, nuptiarum arrhabones? *Et desponsabo te mihi ipsi in fide,*⁶ et Elisabeth ad ipsam loquens similiter dicit: *Et beata quae credidit, quoniam perficientur ea quae dicuntur ei a Domino.*⁷ **466**

¹ Ibid.² Ps. XXI, 10.³ II Reg. XIX, 12.⁴ Mich. V, 3.⁵ Ibid.⁶ Ose. II, 20.⁷ Luc. I, 45.

467 XXVII. Ἄλλὰ διασύρουσιν ἡμᾶς Ἑλληνές τε καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ φασιν, ὅτι ἀδύνατον ἦν τὸν Χριστὸν ἐκ παρθένου γεννηθῆναι. Ἑλληνας μὲν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς μύθων ἐπιστομίσωμεν. Οἱ γὰρ λέγοντες λίθους ῥιπτομένους εἰς ἀνθρώπους μεταβάλλεσθαι, πῶς τὸ παρθένον τεκεῖν λέγετε ἀδύνατον εἶναι; Οἱ ἐξ ἐγκεφάλου θυγατέρα τετέχθαι μυθολογοῦντες, πῶς ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς τετέχθαι υἷὸν λέγετε εἶναι ἀδύνατον; Οἱ ἐκ μηροῦ τοῦ παρ' ὑμῖν Διὸς κυοφορηθῆναι ψευδῶς λέγοντες Διόνυσον, πῶς ἀθετεῖτε τὸ ἡμέτερον ἀληθές; Οἶδα λέγων ἀνάξια τῆς παρουσίας ἀκροάσεως· ἀλλ' ἵνα εὐκαίρως σὺ τοὺς Ἑλληνας ὀνειδίσης ταῦτα προσηνέγκαμεν, ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς μύθων τὰ πρὸς αὐτοὺς λέγοντες.

468 XXVIII. Πρὸς δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς οὕτως ἀπάντησον ἐρωτήσας· Ποῖόν ἐστι δύσκολον; στεῖραν πρεσβύτιν τῶν ἐθίμων ἐκλιπόντων τεκεῖν, ἢ παρθένον νεάζουσαν γενῆσαι; Στεῖρα ἦν Σάρρα, καὶ ἐκλιπόντων τῶν γυναικείων τέτοκε παρὰ φύσιν. Οὐκοῦν εἰ τὸ στεῖραν γενῆσαι παρὰ φύσιν· καὶ τὸ παρθένον γενῆσαι. Ἡ τὰ δύο τοῖνον ἀθέτησον, ἢ τὰ δύο κατάδεξαι. Ὁ γὰρ Θεὸς αὐτός ἐστιν ὁ κάκεινο ποιήσας καὶ τοῦτο κατασκευάσας. Οὐ γὰρ τολμήσεις εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ δυνατόν ἐστι Θεῷ, καὶ ὧδε ἀδύνατον. Καὶ πάλιν· Ποία φύσις χεῖρα ἀνθρώπου μεταβληθῆναι ἐν μιᾷ ὥρᾳ πρὸς ἕτερον εἶδος,

467 XXVII. Sed exagitant nos tam graeci quam iudaei, aientes impossibile fuisse ut Christus ex virgine nasceretur. Graecis primum ex ipsorummet fabulis os obstruamus. Qui enim dicitis proiectos lapides in homines transmutari, quomodo virginem parere impossibile dicitis? Qui ex cerebro natam filiam fabulamini, qui ex virginali utero nasci filium non posse affirmatis? Qui de femore vestri Iovis, quasi praegnante utero, falso editum Bacchum asseritis; quomodo nostra quae sunt vera respuitis? Indigna praesenti auditorio me dicere haud clam me est: verum ut tu graecis opportune opprobres haec attulimus, suis ipsos ex fabulis confutantes.

468 XXVIII. Illis vero qui ex circumcissione sunt ita occurras rogando: Utrum difficilius sit, sterilem anum suetis iam defectam parere; an virginem in aetatis flore generare? Sterilis erat Sara, et postquam muliebria desierant¹ praeter naturam peperit.² Igitur, si sterilem generare praeter naturam est, hoc quoque praeter naturam, virginem matrem fieri: aut ergo utrumque simul reiice, aut utrumque admittito. Idem enim Deus et illud fecit, et hoc molitus est; neque audebis dicere, illic possibilem Deo, hic impossibilem rem fuisse. Rursus: Equis ille naturae ordo, ut manus hominis una in hora in alteram speciem transmutetur, et rursus restituatur? Quo-

¹ Gen. XI, 30; XVIII, 11.

² Gen. XXI, 2.

καὶ πάλιν ἀποκαταστῆναι; Πῶς τοίνυν ἡ Μωσέως χεὶρ ὡς χιῶν ἐλευκάνθη, καὶ ἅμα πάλιν ἀποκατεστάθη; Ἄλλὰ λέγεις, ὅτι Θεὸς θελήσας μετέβαλεν. Ἐκεῖ Θεὸς θελήσας δύναται, καὶ ὧδε ἄρα οὐ δύναται; κακείνο σημεῖον ἦν πρὸς Αἰγυπτίους μόνον, τοῦτο δὲ σημεῖον ἦν τῇ οἰκουμένην δωρούμενον. Ὡς Ἰουδαῖοι, ποῖον δὲ ἐστὶ μᾶλλον δυσκολώτερον; παρθένον γεννῆσαι, ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι; Ὁμολογεῖτε, ὅτι ἐπὶ Μωσέως, * εὐθυτάτη ῥάβδος ὀφιοειδῆς γενομένη, φοβερά ἦν τῷ ῥίψαντι· καὶ ὁ πρὸ τούτου κατέχων τὴν ῥάβδον, ἔφυγε αὐτήν ὡς δράκοντα· δράκων γὰρ ἦν τῇ ἀληθείᾳ, ἔφυγε δέ, οὐ φοβηθεὶς ὃ κατεῖχεν, ἀλλὰ ἀγωνιάσας τὸν μεταβεβληκότα· ὀδόντας εἶχεν ῥάβδος, καὶ δρακοντικούς ὀφθαλμούς. Ἐκ ῥάβδου τοίνυν ὀφθαλμοὶ βλέποντες ἐκφύονται, καὶ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς παιδίον οὐ γεννᾶται Θεοῦ θέλοντος; Σιωπῶ γάρ, ὅτι καὶ ἡ ῥάβδος ἡ Ἀαρῶν, ὅπερ τὰ λοιπὰ δένδρα δι' ἐνιαυτῶν ποιεῖ πλειόνων, τοῦτο διὰ μιᾶς νυκτὸς ἐποίησε. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι ῥάβδος ἀπολέσασα τὸν φλοιόν, οὐτ' ἂν μεταξὺ ποταμῶν τεθῆ, φύσει ποτέ; Ἄλλ' ἐπειδὴ Θεὸς οὐ φύσσειν ἀκολουθεῖ δένδρων, ἀλλὰ φύσεων ἐστὶ ποιητής· ἡ ἄκαρπος καὶ ξηρὰ καὶ ἄφλοιος ῥάβδος ἠνθησε καὶ ἐδλάστησε καὶ κάρυα ἐκαρ-

modo igitur Mosis manus nivis instar in candorem versa, et repente in priorem statum redintegrata est? ¹ Nempe id dices, Deum cum voluisset transmutasse. An vero Deus illic cum voluerit potest, hic autem non valet? Ac illud quidem signum ad Aegyptios tantum pertinebat: istud vero signum fuit universo orbi datum. O iudaei, * quidnam difficilius videtur operae, virginem parere, an virgam in animantem mutari? Confitemini quod sub Mose, virga rectissima serpentis in speciem versa, ipsi qui proiecerat timorem incussit: ² quique antea virgam tenebat, eam postea effugiebat ceu draconem, vere enim draco erat: fugiebat autem, non id quod tenebat extimescens; sed eius qui mutaverat pavore constrictus; dentes habuit virga, et oculos draconis. Scilicet, ex virga oculi videndi vi praediti enascuntur: et ex utero virginali non nascitur, Deo volente, puer? Taceo enim quod Aaronis virga, id quod caeterae arbores plurium annorum spatio producunt, hoc ipsum intra unam noctem protulerit. ³ Quis enim nescit virgam cortice destitutam, etiamsi in mediis fluminibus plantetur, nunquam germinaturam esse? Sed cum Deus arborum naturis non serviat, imo naturarum auctor sit; infructuosa, arida, et decorticata virga floruit, germinavit, et nucum fructus protulit. Ille igitur qui virgae, propter summum sacerdotem

¹ Exod. IV, 6-7.

² Exod. IV, 3.

³ Num. XVII, 8.

ποφόρησεν. Ὁ οὖν τῇ ῥάβδῳ, διὰ τὸν τυπικὸν ἀρχιερέα, καρπὸν ὑπὲρ φύσιν χαρισάμενος, ἄρα τῇ παρθένῳ, διὰ τὸν ἀληθινὸν ἀρχιερέα, τὸ τεκεῖν οὐκ ἐχαρίζετο;

469 **XXIX.** Καλὰ ταῦτα ὑπομνηστικὰ τῶν λόγων. Ἄλλ' ἔτι ἀντιλέγουσιν Ἰουδαῖοι· καὶ οὐ πείθονται τοῖς περὶ ῥάβδου λόγοις, ἐὰν μὴ ὁμοίως παραδόξοις καὶ παρὰ φύσιν πεισθῶσι τοκετοῖς. Ἐξέτασον τοίνυν αὐτοὺς οὕτως· Ἡ Εὐα ἐξ ἀρχῆς ἐκ τίνος ἐγεννήθη; ποία μήτηρ συνείληφεν ἐκείνην τὴν ἀμήτορα; Λέγει δὲ ἡ Γραφή, ὅτι ἐκ πλευρᾶς γέγονε τοῦ Ἀδάμ. Ἄρα οὖν ἡ μὲν Εὐα ἐκ πλευρᾶς ἄρσενος χωρὶς μητρὸς γενᾶται· ἐκ δὲ παρθενικῆς γαστρὸς χωρὶς ἀνδρὸς παιδίον οὐ γενᾶται; Ἐχρεωστεῖτο τοῖς ἀνδράσι παρὰ τοῦ θήλεος γένους ἡ χάρις. Ἡ γὰρ Εὐα ἐκ τοῦ Ἀδάμ ἐγεννήθη, καὶ οὐκ ἐκ μητρὸς συλληφθεῖσα, ἀλλ' ἐκ μόνου ἀνδρὸς ὥσπερ ἀποτεχθεῖσα. Ἀπέδωκεν οὖν ἡ Μαρία τῆς χάριτος τὸ χρέος, οὐκ ἐξ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μόνης ἀχράντως, ἐκ Πνεύματος ἀγίου, δυνάμει Θεοῦ γεννήσασα.

470 **XXX.** Λάβωμεν δὲ ἔτι τὸ τούτου μεῖζον. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ σωμάτων σώματα γεννηθῆναι, εἰ καὶ παράδοξον, ἀλλ' ὅμως καὶ δυνατόν· τὸ δὲ τὸν χοῦν τῆς γῆς ἄνθρωπον γενέσθαι, τοῦτο θαυμαστότερον. Τὸ πηλὸν συγκεχυμένον ὀφθαλμῶν χιτῶνας λαβεῖν καὶ λαμπηδόνας, τοῦτο θαυμαστότερον. Τὸ ἐκ

typicum [seu alterius figuram] fructum supra naturam ferre dedit; nonne virgini, propter verum summum sacerdotem, parere concesserit?

469 **XXIX.** Egregiae sane hae sermonum commemorationes; sed nihilominus pugnant iudaei; nec in his virgae exemplis acquiescunt, nisi similis generis admirabilibus et praeter naturam partibus persuadeantur. Illos itaque in hunc modum percunctare. Eva ab initio de quo nata est? Quae mater illam sine matre feminam concepit? Ait autem Scriptura,¹ quod ex Adae costa effecta est. Ergone Eva ex viri latere sine matre nata fuerit; puer vero ex virginis utero absque opera viri nasci non possit? Reddendae viris gratiae obnoxium erat femineum genus. Eva namque ex Adam nata fuerat, non ex matre concepta, sed ex viro solo tanquam partu edita: reddidit ergo Maria huius gratiae debitum, dum non ex viro, sed ex se sola incontaminata de Spiritu sancto per virtutem Dei genuit.

470 **XXX.** Accipiamus porro aliud longe maius. Ex corporibus namque corpora produci, mirum licet videatur, possibile est tamen. At pulverem terrae hominem fieri hoc admirabilius. Quod lutum confusum, oculorum tunicas et splendores assumat, id sane maiorem habet admirabilitatem. Quod, ex pulvere unius formae, et ossium

¹ Gen. II, 22.

*764 μονοειδοῦς χόος γενᾶσθαι καὶ ὁστέων καρτερότητα, καὶ πνεύμονος * ἀπαλότητα, καὶ λοιπάς διαφόρους ἰδέας μελῶν· τοῦτο θαυμαστόν. Τὸ πηλὸν ψυχωθέντα περιέρχεσθαι τὴν οἰκουμένην αὐτοκινήτως, καὶ οἰκοδομεῖν· τοῦτο θαυμαστόν. Τὸ πηλὸν διδάσκειν, καὶ λαλεῖν, καὶ τεκτονεῦν, καὶ βασιλεῦν· τοῦτο θαυμαστόν. Ὡ τοίνυν ἀμαθέστατοι Ἰουδαῖοι, πόθεν Ἀδὰμ ἐγένετο; οὐχ ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, ἐπλασε τὸ πλάσμα τοῦτο τὸ θαυμάσιον; Εἶτα, πηλὸς μὲν εἰς ὀφθαλμὸν μεταβάλλεται, καὶ παρθένος υἱὸν οὐ γενᾶ; Τὸ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀδύνατον μᾶλλον γίνεται, καὶ τὸ ἐγχωροῦν ἄρα οὐ γίνεται;

PG
33, 764

XXXI. Τούτων μνημονεύωμεν, ἀδελφοί· τοῖς ὀργάνοις τούτοις ἀμυντηρίοις χρῆσώμεθα. Μὴ ἀνεχώμεθα τῶν αἰρετικῶν, τῶν κατὰ φαντασίαν τὴν παρουσίαν διδασκόντων. Καταπτύσωμεν καὶ τῶν λεγόντων ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶναι τὴν γέννησιν τοῦ Σωτῆρος· τῶν τολμησάντων εἰπεῖν, ὅτι ἦν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ καὶ τῆς Μαρίας, διὰ τὸ γεγράφθαι· «Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ». Μνημονεύσωμεν γὰρ τοῦ Ἰακώβ, τοῦ πρὶν λαβεῖν τὴν Ῥαχὴλ λέγοντος τῷ Λάβαν· «Ἀπόδος τὴν γυναῖκά μου». Ὡσπερ γὰρ ἐκείνη πρὸ τῆς γαμικῆς καταστάσεως, τῷ μόνον ἐπαγγελίαν εἶναι, γυνὴ τοῦ Ἰακώβ ὠνομάζετο· οὕτω καὶ ἡ Μαρία, τῷ μνηστευθῆναι, γυνὴ τοῦ Ἰωσήφ ὠνομάζετο.

471

*763 firmitudo, et * pulmonis teneritas, et reliquae membrorum diversae species enascantur; illud admiratione dignum. Lutum animatum, orbem insito motu circuire, et aedificare; hoc mirabile. Lutum docere et loqui, et fabrilia opera exercere, et regnum moderari,¹ hoc mirari decet. Igitur, o imperitissimi iudaei, unde Adam factus est? Nonne Deus pulverem e terra sumens, admirabile illud figmentum effinxit?² Quid ergo? Lutum in oculum transformatur, et virgo filium non generabit? Quod hominum iudicio magis impossibile censetur, fit tamen; et quod se ipso possibile est, id non fiat?

PG
33, 763

XXXI. Horum memores simus, fratres. His tanquam propulsatoriis armis utamur. Ne perferamus haereticos qui adventum [Christi] sola specie atque opinione docent. Despuamus et eos qui natiuitatem Salvatoris ex viro et femina contigisse dicunt, qui eum ex Ioseph et Maria progenitum dicere ausi sunt, eo quod scriptum sit: *Et accepit coniugem suam.*³ Meminerimus Iacob, qui priusquam Rahelem sumeret, dixit ad Laban: *Redde uxorem meam.*⁴ Sicut enim illa ante nuptiarum sanctionem, propter solam quae intercesserat promissionem, Iacobi uxor appellabatur; sic et Maria, propter de-

471

¹ Iob. XXXVIII, 14.

² Gen. II, 7.

³ Matth. I, 24.

⁴ Gen. XXIX, 21.

Καὶ βλέπε τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἀκριβείαν, λέγοντος· « Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας ἧ ὄνομα Ναζαρέθ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ », καὶ ἐξῆς. Καὶ πάλιν, ὅτε ἡ ἀπογραφὴ ἦν, καὶ ἀνέβη Ἰωσήφ ἀπογράψασθαι, τί λέγει ἡ Γραφή; « Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένη αὐτῷ γυναικί, οὕση ἐγκύω »· ἐγκυος μὲν γὰρ ἦν. Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι τῇ γυναικί αὐτοῦ, ἀλλά, « τῇ μεμνηστευμένη αὐτῷ ». * « Ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Ὑῖόν αὐτοῦ », φησὶν ὁ Παῦλος· οὐ γενόμενον ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἀλλὰ « γενόμενον ἐκ γυναικός » μόνον, τοῦτ' ἔστιν ἐκ παρθένου. Τὸ γὰρ γυναῖκα καὶ τὴν παρθένον καλεῖσθαι, προαπεδείξαμεν. Ἐκ παρθένου γὰρ ἐγεννήθη ὁ παρθενοποιὸς τῶν ψυχῶν.

*765

472

XXXII. Ἀλλὰ θαυμάζεις τὸ γενόμενον· ἐθαύμαζε τοῦτο καὶ αὐτὴ ἡ γεννήσασα. Λέγει γὰρ πρὸς τὸν Γαβριήλ· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Ὁ δὲ φησι· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γενώμενον ἅγιον, κληθήσεται Ὑῖός Θεοῦ ». Ἄχραντος καὶ ἀρβύπαρος ἡ γέννησις. Ὅπου γὰρ πνεῖ Πνεῦμα ἅγιον, ἐκεῖ περιήρηται πᾶς μολυσμός· ἀρβύπαρος ἡ ἔνσαρκος γέννησις τοῦ Μονογενοῦς

sponsationem uxor Iosephi dicta fuit. Vide autem Evangelii accuratam loquendi rationem, dum ait: *In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph,*¹ etc. Et iterum, cum descriptio ageretur, et ascenderet Ioseph ut describeretur, quid dicit Scriptura? *Ascendit autem et Ioseph a Galilaea, ut describeretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.*² praegnans enim erat, non autem dixit uxore sua, sed, *desponsata sibi. Misit enim Deus Filium suum,* ait Paulus; non factum * ex viro et muliere, sed *factum ex muliere*³ solum, hoc est ex virgine. Quod enim mulieris nomine vocetur etiam virgo, ante demonstravimus. Ex virgine enim natus est, qui animas virgines efficit.

*766

472

XXXII. Sed miraris quod factum est; hoc admirabatur etiam ipsa quae genuit; dicit enim ad Gabrielem: *Quomodo erit mihi istud, siquidem virum non cognosco?* Ille vero ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Propterea et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.*⁴ Pura et incontaminata generatio. Ubi enim spirat Spiritus sanctus, ibi detractum est omne inquinamentum. Sordis aliena est Unigeniti ex Virgine in carne nati-

PG
33, 766¹ Lc. I, 26, 27.² Lc. II, 4, 5.³ Galat. IV, 4.⁴ Lc. I, 34-35.

ἐκ τῆς Παρθένου. Κἂν ἀντιλέγωσιν οἱ αἰρετικοὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐλέγξαι αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀγανακτήσει ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἢ ἐπισκοπίασα· ἀντικαταστήσεται Γαβριὴλ ἀντιπρόσωπος ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· καταισχυνεῖ αὐτοὺς ὁ τῆς φάτνης τόπος, ὁ δεξάμενος Δεσπότην. Ποιμένες μαρτυρήσουσιν, οἱ τότε εὐαγγελισθέντες· καὶ ἡ στρατιὰ τῶν ἀγγέλων τῶν αἰνούντων, καὶ ὑμνούντων, καὶ εἰπόντων· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας». Ὁ ναός, εἰς ὃν τότε ἀνηρέχθη τῆ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ· τὰ ζεύγη τῶν τρυγόνων, τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ προσενεχθέντα καὶ ὁ τότε ἐναγκαλισάμενος αὐτὸν Συμεών, καὶ ἡ παρούσα προφήτις Ἄννα.

PG
33, 768

XXXIII. [...] «Ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σὰρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα». Προσκυνείσθω ὁ ἐκ Παρθένου γεννηθεὶς Κύριος, γνωριζέτωσαν αἱ παρθένοι τῆς οἰκειᾶς πολιτείας τὸν στέφανον· γνωριζέτω καὶ τῶν μοναζόντων τὸ τάγμα τῆς ἀγνείας τὸ ἐπίδοξον· οὐ γὰρ ἀπεστερήμεθα τοῦ τῆς ἀγνείας ἀξιώματος. Ἐν γαστρὶ μὲν Παρθένου γέγονεν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἐνεαμηναῖος χρόνος· ἀνήρ δὲ γέγονεν ὁ Κύριος

473

vitas. Et si veritati contradicant haeretici, convincet eos Spiritus sanctus: indignabitur virtus Altissimi quae [virginem] obumbravit: ¹ opponet sese in die iudicii adverso Gabriel ² vultu: confundet illos praesepii locus qui Dominum excepit. ³ Pastores testimonium ferent, qui tunc faustum nuntium acceperunt: ⁴ et exercitus angelorum laudantium, celebrantium, et dicentium: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus complaciti.* ⁵ Templum in quod illatus est quadragesima die: ⁶ paria turturum pro ipso oblata: ⁷ et qui tunc eum ulnis amplexatus est Simeon, ⁸ et quae adfuit Anna prophetissa. ⁹

PG
33, 767

XXXIII. [...] *Contrectate me, et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* ¹⁰ Adoretur natus ex Virgine Dominus: noverintque virgines proprii instituti decus et coronam. Agnoscat et monachorum ordo puritatis gloriam; non enim privamur [viri] dignitate integritatis. In ventre Virginis novem mensium tempus exactum est Salvatori; at vir fuit Dominus tres annos et

473

¹ Lc. I, 35.² Ibid.³ Lc. II, 7.⁴ Lc. II, 10.⁵ Lc. II, 14.⁶ Lc. II, 22.⁷ Lc. II, 24.⁸ Lc. II, 28.⁹ Lc. II, 36.¹⁰ Lc. XXIV, 39.

τριάκοντα καὶ τρία ἔτη· ὥστε εἰ σεμνύνεται παρθένος διὰ τὸν ἐννεαμηνιαῖον χρόνον, πολὺ μᾶλλον ἡμεῖς διὰ τὸ πολυετές τῶν χρόνων.

474

XXXIV. Πάντες δὲ τὸν τῆς ἀγνείας δρόμον τοῦ Θεοῦ χάριτι δράμωμεν, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων· οὐκ ἀκολασίας μετιόντες, ἀλλ' αἰνοῦντες τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Μὴ ἀγνοήσωμεν τῆς ἀγνείας τὸ ἐνδοξον· ἀγγελικὸς γὰρ ἐστὶν ὁ στέφανος, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ κατόρθωμα. Φεισώμεθα τῶν σωμάτων, τῶν μελλόντων λάμπειν ὡς ὁ ἥλιος· μὴ διὰ μικρὰν ἡδονὴν τὸ τηλικούτον καὶ τοσοῦτον σῶμα μολύνωμεν· μικρὰ μὲν γὰρ καὶ πρὸς ὦραν ἡ ἀμαρτία, πολυετής δὲ καὶ αἰώνιος ἡ αἰσχύνη. Ἄγγελοι περιπατοῦντες ἐπὶ γῆς εἰσιν, οἱ τῆς ἀγνείας ἐργάται· αἱ παρθένοι μετὰ Μαρίας τῆς παρθένου ἔχουσι τὸ μέρος. Ἐξοριζέσθω πᾶς καλλωπισμὸς, καὶ πᾶν ἀτηρὸν βλέμμα, καὶ πᾶς περίπατος περισεσυρμένος, καὶ πᾶσα στολή, καὶ θυμίαμα ἡδονῆς δελεαστικόν. Θυμίαμα δὲ ἐν πᾶσιν ἔστω ἡ προσευχὴ τῆς εὐωδίας, καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἀγιασμὸς· ἵνα ὁ ἐκ Παρθένου γεννηθεὶς * Κύριος εἴπῃ καὶ περὶ ἡμῶν, ἀνδρῶν τε τῶν ἀγεννούντων, καὶ γυναικῶν τῶν στεφανουμένων· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι λαός ». Ὡς ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
33, 768

*769

triginta: adeo ut si gloriatur virgo propter novimestre tempus; multo nos magis [possumus gloriari] propter annorum multitudinem.

474

XXXIV. Omnes autem castitatis cursum Dei gratia curramus, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus;¹ non lascivias sectantes, sed laudantes nomen Christi. Non ignoremus puritatis gloriam, angelica enim haec excellentia est, et perfectum supra hominem officium: vereamur corpora, quae sicut sol lucebunt olim.² Ne propter tenuem voluptatem tale ac tantum corpus inquinemus. Parvum enim quidpiam et ad horam durans peccatum; multorum vero annorum et aeternum eius opprobrium est. Qui puritatem sectantur, angeli sunt in terra ambulantes. Virgines cum Maria virgine partem habent. Eliminetur omnis curiosus ornatus, et omnis nocivus aspectus, et omnis stola [seu promissa vestis], et suffimentum voluptatem pelliciens. Quantum vero ad omnes, suffimentum sit, cum boni odoris tum bonorum operum oratio, et corporum sanctificatio; ut qui ex Virgine * natus est Dominus, dicat etiam de nobis tum viris integritatem servantibus, tum feminis coronatis: *Inhabitabo in illis et inambulabo: et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.*³ Cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

PG
33, 767

*770

¹ Ps. CXLVIII, 12.

² Matth. XIII, 43.

³ II Cor. VI, 16.

PG
33, 966 Catechesis XVI, II. [...] τὸ βασιλεῦον ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως ἅμα 475
Πατρὶ καὶ Υἱῶ, παρόντων τῶν γεννητῶν ὑποστάσεων· τὸ ἀγιάζον τὰ λει-
τουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κλη-
ρονομεῖν σωτηρίαν· τὸ καταβάν ἐπὶ τὴν ἀγίαν καὶ μακαρίαν Παρθένον Μα-
ριάμ, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸν Κύριον σω-
ματικῶ εἶδει περιστερᾶς ἐν Ἰορδάνῃ ποταμῶ.

APOLLINARIS Ep. Laodicensis in Syria (ca 310 † ca 390)

EXPOSITIO FIDEI ⁴

PG
10, 1116 [...] Ἐπι ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ υἷον ἀνθρώπου γεγενῆσθαι 476
οὐκ ὀνόματι ἀλλὰ ἀληθεία προσλαβόντα σάρκα ἐκ Μαρίας Παρθένου· καὶ
εἶναι τέλειον αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ καὶ αὐτὸν υἷον ἀνθρώπου, ἐν πρόσωπον, καὶ
μίαν τὴν προσκύνησιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἣν ἀνέλαθεν· καὶ ἀναθε-
ματίζομεν τοὺς διαφόρους προσκυνήσεις ποιοῦντας, μίαν θεϊκὴν, καὶ μίαν
ἀνθρωπίνην· καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον ὡς ἕτερον ὄντα

PG
33, 966 Catechesis XVI, II. [... Spiritus S.] sine principio et fine una 475
cum Patre et Filio regnat, praesentibus generatis substantiis. Qui
sanctificat administratorios spiritus, in ministerium missos propter
eos qui salutis haereditatem consecuturi sunt.¹ Qui illapsus est in
sanctam ac beatam Virginem Mariam,² ex qua Christus secundum
carnem natus est: et in ipsum Dominum corporali specie columbae
in Iordane flumine.³

G
, 1115 [...] Praeterea confitemur Filium Dei factum esse filium homi- 476
nis, qui non nomine sed veritate assumpsit carnem ex Maria Vir-
gine, esseque perfectum Filium Deum, et eundem filium hominis,
unam personam, et unam adorationem Verbi et carnis quam as-
sumpsit, et anathematizamus eos qui differentes adorationes faciunt,
unam divinam, et unam humanam, et adorantes hominem ex Ma-
ria tanquam alterum praeter Deum ex Deo. Scimus enim quod *in*

¹ Hebr. I, 14.

² Lc. I, 35; Matth. I, 16.

³ Lc. III, 22.

● PG 33 673, 725.

■ 1189, 1200, 1204.

⁴ Cf. BARDENHEWER, I, 215 et II, 13; ALTANER, 324, qui attribuunt hoc op. Episcopo Laodiceae. Cf. etiam QUA II, 382. Vide alios locos, Apollinari attributos, sub titulo *Incertus Auctor*.

S. PHILASTRIUS Brixienſis († ca 397)

LIBER DE HAERESIBUS (383/391)

- 659 XXXV. Post istum Carpocras nomine surrexit, et ipse dicens ^{PL}_{12, 1151} Unum Principium, de quo Principio, id est, de Deo, prolationes factae sint Angelorum atque Virtutum: quae autem Virtutes deorum sint, fecerint creaturam istam visibilem ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de Virgine Maria, et divino Spiritu natum,¹ sed de semine Ioseph hominem natum arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur.²

DIDYMUS Alexandrinus (313 † ca 398)

DE SPIRITU SANCTO (360/380)

- 660 31. [...] Ad Mariam angelus [*al.* archangelus], *Spiritus*, inquit, ^{PG}_{39, 1062} *sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*³ Creatrix igitur virtus Altissimi, Spiritu sancto superveniente in Virginem Mariam, Christi corpus fabricavit: quo ille usus templo, sine viri natus est semine.

DE TRINITATE (380/392)

- 661 Lib. I, cap. XV. [...] Καθὰ οὖν αὐτοῦ ἢ τῆς ἐνανθρωπήσεως κάτω ^{PG}_{39, 309} γέννησις ἑτέρα γεννήσει οὐ συγκρίνεται (ἐκ Παρθένου γὰρ ἄρευστος, ἀπήμαντος, ὅπερ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει), οὕτω καὶ ἄνω γέννησις ἀκατάληπτος ὑπὲρ τὸ πλεόν, καὶ πᾶσαν ἐξαλλάττουσα γέννησιν ὑπάρχει· καὶ οὔτε ἀπιστεῖν χρή, οὔτε μὴν ζητεῖν ἢ ἐξηγεῖσθαι τὸν τρόπον ἡμῖν ἀσφαλές, τοῖς εἰ-

- 661 Lib. I, cap. XV. [...] Quemadmodum ergo terrena eius in In- ^{PG}_{39, 310} carnatione nativitas nulli alteri nativitati comparari potest (nam et ex Virgine * fuit, et sine fluxione, ac sine violatione, id quod natura nostra non habet): ita etiam coelestis nativitas incomprehensibilis maxime est, et a quavis discrepans nativitate. Neque vero aut fidem denegare oportet, aut tuta res nobis est quaerere, sive exponere, quomodo ea se habeat, cum ne dicere quidem possimus, quo-

¹ Le. I, 35.² CCL IX, 232.³ Le. I, 35.

*311

τοιαῦτά ποτε; τίς δὲ ὁ διδάζας, ἢ μαθών; Ἐκ μὲν γὰρ Σιών ἐξελεύσεται λόγος Κυρίου, καὶ νόμος Θεοῦ ἐξ Ἱερουσαλήμ. Ταῦτα δὲ πόθεν ἐξήλθε; Ποῖος ἄδης ἐξηρεύξατο, ὁμοούσιον εἰπεῖν ἐκ Μαρίας σῶμα τῆ τοῦ Λόγου θεότητι; ἢ ὅτι ὁ Λόγος εἰς σάρκα, καὶ ὁσᾶ, καὶ τρίχας, καὶ ὄλον σῶμα μεταδέβληται, καὶ ἡλλάγη τῆς ἰδίας φύσεως; Τίς ὅλως ἤκουσε παρὰ Χριστιανῶν, ὅτι θέσει, καὶ οὐ φύσει σῶμα πεφόρηκεν ὁ Υἱός; Ἡ τίς τοσοῦτον ἠσέθησεν, ὥστε εἰπεῖν ἅμα καὶ φρονεῖν, ὅτι θεότης αὐτοῦ ἢ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ αὐτῆ περιετμήθη, καὶ ἀτελής ἐκ τελείου γέγονε; καὶ τὸ ἐν τῷ ζύλῳ κατηλούμενον οὐκ ἦν τὸ σῶμα, ἀλλὰ αὐτῆ ἡ δημιουργὸς οὐσία τῆς φύσεως; τίς δὲ ἀκούων, ὅτι οὐκ ἐκ Μαρίας, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας μετεποίησεν ἑαυτῷ σῶμα παθητὸν ὁ Λόγος, εἶποι ἂν Χριστιανὸν τὸν λέγοντα ταῦτα; Τίς δὲ τὴν ἀθέμιτον ταύτην ἐπενόησεν ἀσέβειαν, ὥστε καὶ εἰς ἐνθύμησιν ἐλθεῖν, καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ λέγων ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ Κυριακὸν σῶμα, οὐκέτι Τριάδα, ἀλλὰ τετράδα ἐν τῇ θεότητι φρονεῖ; ὡς διὰ τοῦτο τοὺς οὕτω διακειμένους τῆς οὐσίας τῆς Τριάδος λέγειν τὴν σάρκα, ἣν ἐνεδύσατο ἐκ Μαρίας ὁ Σωτῆρ. Πόθεν δὲ πάλιν ἠρξάντο τινες ἴσῃν ἀσέβειαν τοῖς προειρημένοις, ὥστε εἰπεῖν μὴ νεώτερον εἶναι τὸ σῶμα τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἀλλὰ συναῖδιον

memoria perveniret! Quis enim haec unquam audiit? Quis docuit didicisse? Nam e Sion egreditur verbum Domini, et lex Dei ex Hierusalem.¹ At haec unde prodierunt? Quinam inferi illud eructarunt, consubstantiale divinitati Verbi corpus illud esse, quod a Maria genitum est? Aut Verbum ipsum in carnem, ossa, capillos, ac totum denique corpus esse conversum, et a suapte natura mutatum? Quis omnino de Christianis audiit Filium Dei specie ac fitione sola corpus, non natura gessisse? Quis tam impius fuit, ut ipsammet eiusdem divinitatem circumcisam esse, atque imperfectam e perfecta redditam fuisse sentiret ac diceret? Item illud ipsum, quod in ligno suffixum est, non corpus exstitisse, sed substantiam ipsam naturae totius opificem? Quis cum istud audiat, non e Maria, sed ex propria substantia Dei Verbum obnoxium passioni sibi corpus effinxisse, Christianum qui haec dixerit arbitretur? Quis execrandae illius impietatis auctor est, ut eiusmodi quaedam animo concipere, aut eloqui minime formidaret, eum qui Dominicum e Maria corpus esse natum asserat, non Trinitatem, sed quaternitatem divinitati tribuere? Adeo ut qui ita sentiunt, carnem illam, quam Salvator e Maria Virgine suscepit, ex ipsa substantia Trinitatis esse fateantur. Iam vero undenam parem huic ac germanam impietatem evomere alii quidam in animum induxerunt, uti corpus ipsum non divinitate Verbi recentius, sed coaeternum ac perpetuo

¹ Isa. II, 3.

αὐτῷ διαπαντὸς γεγενῆσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς σοφίας συνέστη; Πῶς δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, εἰ ὁ ἐκ Μαρίας προελθὼν Κύριος, Υἱὸς μὲν τῆ οὐσίας καὶ τῆ φύσει τοῦ Θεοῦ ἐστι, τὸ δὲ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐστι, σαρκὸς δὲ τῆς ἁγίας Μαρίας; Τίνες ἄρα οὕτω τολμηροὶ γεγονάσιν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα, καὶ ἐσταυρωμένον, μὴ εἶναι Κύριον, καὶ Σωτῆρα, καὶ Θεόν, καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς; Ἡ πῶς Χριστιανοὶ θέλουσιν ὀνομάζεσθαι οἱ λέγοντες εἰς ἄνθρωπον ἅγιον, ὡς ἐπὶ ἓνα τῶν προφητῶν, ἐληλυθέναι τὸν Λόγον, καὶ μὴ αὐτὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, λαβόντα ἐκ Μαρίας τὸ σῶμα, ἀλλ' ἕτερον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν τοῦ Θεοῦ * Υἱὸν, τὸν πρὸ Μαρίας καὶ πρὸ αἰώνων Υἱὸν ὄντα τοῦ Πατρὸς; Ἡ πῶς Χριστιανοὶ εἶναι οἱ λέγοντες ἄλλον τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ ἄλλον εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον;

PG
42, 648

VI. [...] Οἱ Πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Υἱὸν εἰρήκασιν ὁμοούσιον τοῦ Πατρὸς· καὶ τοῦτον μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ σῶμα ἐκ Μαρίας ὡμολόγηται εἶναι πάλιν κατὰ τὰς Γραφάς.

704

PG
42, 649

VII. [...] «Σπέρματος γὰρ Ἀβραάμ ἐπιλαμβάνεται», ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, καὶ λαβεῖν ὅμοιον

705

cum illo coniunctum exstitisse definiant, quandoquidem ab ipsa sapientia constitutum est? Potuitne Christianis ab hominibus in dubium vocari, utrumnam Dominus noster de Maria Virgine natus substantia naturaque Dei Filius exstiterit, secundum carnem vero e Davidis stirpe, ac sacrosanctae Virginis carne susceptus? Quinam porro tanta temeritate et audacia fuerunt, ut Christum illum assererent, qui in carne passus, et in crucem actus * est, non esse Dominum, ac Salvatorem, et Deum, Patrisque Filium? Quonam pacto Christianos appellari se volunt, qui in sanctum hominem, perinde ut in aliquem de prophetarum numero, delapsum esse Verbum, non ipsummet hominem factum esse profitentur, cum ex Maria corpus induisset, sed alterum esse Christum, alterum Dei Filium, qui ante Mariam, et ante saecula omnia Filius ex Patre prodierit? An vero Christiani esse possunt, qui alium esse Deum, aliud et ab illo diversum Dei Verbum praedicant?

PG
42, 647

VI. [...] Patres illi, qui Nicaeae convenerant, non corpus, sed Filium ipsum Patri consubstantiali esse dixerunt, eumque de Patris prodiisse substantia, corpus vero e Maria susceptum ex sacrarum Litterarum auctoritate decretum est.

704

PG
42, 650

VII. [...] *Abrahami semen apprehendit*, ut loquitur Apostolus.¹ Unde fratrum suorum similis in omnibus esse debuit,² nec diversum

705

¹ Hebr. II, 16.² Hebr. II, 17.

ἡμῖν σῶμα. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπόκειται ἀληθῶς ἡ Μαρία, ἵνα ἐξ αὐτῆς τοῦτο λάβῃ, καὶ ὡς ἴδιον ὑπὲρ ὑμῶν αὐτὸ προσενέγκῃ. Καὶ ταύτην ὁ μὲν Ἑσαίας προφητεύων ἐδείκνυε, λέγων· « Ἴδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται »· ὁ δὲ Γαβριὴλ ἀποστέλλεται πρὸς αὐτήν, οὐχ ἀπλῶς πρὸς παρθένον, ἀλλὰ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ἐν ἑκ τοῦ μνηστῆρος δείξῃ τὴν Μαρίαν ἀληθῶς ἀνθρωπῶν οὔσαν. Καὶ τοῦ τίκτειν μνημονεύει ἡ Γραφή, καὶ φησιν· « Ἐσπαργάνωσε »· καὶ ἐμακαρίζοντο μαστοὶ οὓς ἐθήλασε. Καὶ προσηνήθη θυσία ὡς διανοίξαντος τοῦ τεχθέντος τὴν μήτραν. Ταῦτα δὲ πάντα τικτοῦσης ἦν Παρθένου γνωρίσματα. Καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἀσφαλῶς εὐηγγελίζετο αὐτῇ λέγων οὐχ ἀπλῶς. « Τὸ γεννώμενον ἐν σοί », ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθεῖται, ἀλλ' « ἐκ σοῦ », ἵνα φύσει τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς εἶναι πιστευθεῖται φανερώς· καὶ τοῦτο τῆς φύσεως δεικνυούσης, ὡς ἀδύνατον σῶμα παρθένου φέρειν γάλα μὴ τεκούσης, καὶ ἀδύνατον γάλακτι τραφῆναι σῶμα, καὶ σπαργανωθῆναι, μὴ πρότερον φύσει τεχθέν.

706

IX. [...] Ἀνθρώπινον ἄρα φύσει τὸ ἐκ Μαρίας, κατὰ τὰς θείας Γραφάς, καὶ ἀληθινὸν σῶμα τοῦ Σωτῆρος. Ἀληθινὸν δὲ ἦν, ἐπειδὴ ταυτὸν ἦν

PG
42, 653

a nobis corpus assumere. Proinde et Maria reipsa nec simulate profertur, ex qua corpus illud sumeret, ac tanquam peculiare et proprium pro nobis offerret. Eamdem illam porro Isaias eiusmodi vaticinio demonstrabat: *Ecce virgo concipiet, et pariet*;¹ tum Gabriel ad eam mittitur, non simpliciter ad virginem, sed ad eam virginem, quae iam viro desponsa fuerat,² ut ipsa sponsi commemoratione Mariam vere hominem fuisse declaret. Hinc et pariendi mentio in Scriptura facta, et fasciis involvisse dicitur, et beata praedicantur ubera, quae lactarunt.³ Ac denique sacrificium oblatum tanquam id, quod natum erat, vulvam aperuisset. Quae omnia parientis Virginis indicia fuerunt. Ad haec Gabriel ipse caute ac prudenter in felici illo nuntio perferendo locutus est. Neque enim dixit: *Quod nascetur in te*, ne extrinsecus in illam inductum corpus esse putaretur; sed *ex te* dixit,⁴ ut quod nasceretur, ex ipsa prodiisse manifeste crederetur. Praesertim cum id natura etiam ipsa demonstret, non posse virginis corpus, quae nondum pepererit, lac concipere; tum nihilo magis fieri posse, ut lacte nutriatur, aut fasciis obvolvatur corpus illud, quod naturali partu ante non sit in lucem editum.

706

IX. [...] Corpus illud Salvatoris, quod, ut sacrae Litterae testantur, e Maria desumptum est, humanum ac verum exstitit. Verum,

PG
42, 654

¹ Isa. VII, 14.

² Le. I, 27; Le. II, 5.

³ Le. XI, 27.

⁴ Le. I, 35.

[έν] τῷ ἡμετέρῳ. Ἀδελφὴ γὰρ ἡμῶν ἡ Μαρία, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐκ τοῦ Ἀδάμ ἔσμεν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἂν τις ἀμφιβάλοι, μνησθεὶς ὧν ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς. Μετὰ γὰρ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν, δοκούντων τινῶν μὴ ἐν τῷ ἐκ Μαρίας σώματι βλέπειν τὸν Κύριον, ἀλλ' ἀντὶ τούτου πνεῦμα θεωρεῖν, ἔλεγεν· «Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἡλῶν, ὅτι ἐγὼ εἰμι αὐτός. Ψηλαφήσατε καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ὑπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας».

PG
42, 653

X. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων τὴν ἀπόδειξιν, περιττὸν ἔτι τῶν ἄλλων ἄπτεσθαι καὶ γυμνάζειν τι περὶ αὐτῶν· τοῦ γὰρ σώματος, ἐν ᾧ ἦν ὁ Λόγος, μὴ ὄντος ὁμοουσίου τῆς θεότητος, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἀληθῶς τεχθέντος· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Λόγου μὴ τραπέντος εἰς ὀστέα καὶ σάρκα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ γενομένου. Τὸ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον· «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο», ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Παύλῳ· «Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρρα». Καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς κατάρρα γέγονεν, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάρραν, εἴρηται κατάρρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σὰρξ ἐγένετο, οὐ τραπείς εἰς σάρκα,

707

inquam, propterea, quod idem omnino cum nostro fuit. Maria quippe soror nostra fuit, cum ab Adamo originem omnes acceperimus. Neque vero dubitandum ea de re putabit, si quis ea meminerit quae sunt a Luca scripta. Cum enim post illius resurrectionem nonnulli suspicarentur, non in eodem illo corpore, quod expressum e Maria fuerat, Dominum sese contueri, sed eius loco spiritum offerri, sic eos allocutus est: *Videte manus et pedes meos, et vestigia clavorum, quoniam ego sum ipse; palpate et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Quibus dictis ostendit illis manus et pedes.*¹

PG
42, 654

X. His ad eum modum comprobatis, de aliis dicere supervacaneum est, aut agitare disputando, cum corpus in quo Verbum inerat, divinitati consubstantiale minime fuerit, sed ex Maria Virgine revera natum, cumque Verbum ipsum non in ossa carnemque mutatum sit, sed in carne resederit. Quod enim a Ioanne scriptum est, *Verbum caro factum est*,² hunc habet sensum, ut ex simili loquendi ratione colligi potest. Est enim a Paulo scriptum: *Christus pro nobis factus est maledictum*.³ Ut igitur maledictum ille proprie non fuit, sed ideo fuisse dicitur, quod illud nostra causa suscepit: sic et caro factum est, non quod in carnem commutatum fuerit,

707

¹ Lc. XXIV, 39-40.

² Io. I, 14.

³ Galat. III, 13.

ἀλλ' ὅτι σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν· «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο», ἴσον ἔστι πάλιν εἰπεῖν, ὅτι Ἄνθρωπος γέγονε, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωήλ· «Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα». Οὐ τῶν ἀλόγων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπους ἐστίν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. Τούτου δὲ τοῦ ῥητοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν διάνοιαν, εἰκότως καταγνώσκονται ἑαυτῶν πάντως οἱ νομίσαντες εἶναι πρὸ τῆς Μαρίας τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης ἐσχημέναι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τὸν Λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι.

708

XIII. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους πάντας γέγονεν ὁ Λόγος τοῦ προφητεύειν χάριν, ἐκ Μαρίας αὐτὸς ὁ Λόγος σάρκα ἑαυτῷ λαβὼν, προῆλθεν ἄνθρωπος, τῇ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ Λόγος ὧν τοῦ Θεοῦ, κατὰ δὲ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ τῆς σαρκὸς Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος, ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. Τοῦτον καὶ ὁ Πατὴρ ἐδείκνυεν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ ἐν τῷ ὄρει, λέγων· «Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός», ἐν ᾧ ἠυδόκησα.

PG
42, 660

709

XXII. [...] Ὁ δὲ συνετίθετο, ὅτι Ναί. Ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας Παρθένου ἄνευ σπέρματος ἀνδρός, καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου; Ὁ δὲ καὶ τοῦτο

PG
42, 673

sed quod carnem pro nobis assumpsit, et homo factus sit. Etenim hoc ipsum, *Verbum caro factum est*, eandem vim habet ac si diceretur, Homo factum est, cuiusmodi est illud a Ioële dictum: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*.¹ Quae quidem denuntiatio ac promissio non ad pecudes, sed ad homines pertinet, quorum gratia Dominus est homo factus. Quae cum ita sint, eaque sit verborum illorum sententia: vel seipsos iure condemnabunt ii qui Maria priorem esse carnem illam existimant, quae de Maria sumpta sit, et ante illam humana praeditum anima fuisse Verbum, eamque antequam huc adveniret habuisse.

708

XIII. Ex quibus evidenter ostenditur, cum in reliquos vaticinandi solum gratia sese Dei Verbum infuderit, idem ipsum e Maria carne suscepta hominem prodiisse. Qui et natura substantiaque Dei Verbum erat, et, quod ad carnem attinet, e Davidis stirpe, Mariaeque carne natus est homo, quemadmodum declarat Apostolus.² Hunc in Iordane³ atque in monte⁴ Pater demonstravit his verbis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*.

PG
42, 659

709

XXII. [...] Christumne, diximus, proprie carnem assumpsisse profiteris? Profiteor, inquit. Eandemne de Maria Virgine sine virili satu ac per Spiritum sanctum accepisse? Ne istud quidem inficiatus

PG
42, 674

¹ Ioël II, 28.

² Rom. I, 3.

³ Matth. III, 17.

⁴ Matth. XVII, 5.

ὡμολόγει. Φύσει ἐκ τῆς Παρθένου ἐλθὼν τὴν σάρκα ἀνειλήφεν ὁ Θεὸς Λόγος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Ὁ δὲ μετὰ βάρους συνετίθετο. Ἦδη δὲ ἐν χαρᾷ καθιστάμεθα· ἐπειδὴ παρά τινων πρὸς ἡμᾶς εἰς Κύπρον ἐλθόντων ἠκούσαμεν τῶν προειρημένων παίδων, ὅτι οὐδ' ὄλωσ ἡ σὰρξ ἀπὸ Μαρίας ὡμολογεῖτο. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ εὐλαβέστατος ἀνὴρ ἐκ Μαρίας τὴν σάρκα ἀνειληφέναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡμολόγησε, πάλιν παρ' ἡμῶν ἠρωτᾶτο, εἰ καὶ ψυχὴν εἴληφεν.

PG
42, 700

Haeres. LXXVIII, I. [...] Ἀντιδικομαριανιτῶν γὰρ τινες, ὥσπερ ἐχθρίαν πρὸς τὴν Παρθένον ἔχοντες, καὶ βουλόμενοι κατευτελίζειν ἐκεῖνης τὸ κλέος, φθόνῳ τινὶ ἀρθέντες ἢ σφάλματι, καὶ χρᾶναι βουλόμενοι διανοίας ἀνθρώπων, ἐτόλμησαν λέγειν τὴν ἁγίαν Μαρίαν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἀνδρὶ συνῆφθαι, φημὶ δὲ αὐτῷ τῷ Ἰωσήφ. Φασὶ δέ, ὡς ἄνω μοι εἴρηται, ὅτι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πρεσβύτου Ἀπολλιναρίου ἐξήχηται ὁ λόγος, ἧ ἀπὸ τινων τῶν αὐτῷ μεμαθητευμένων· καὶ ἀμφιβάλλω.

710

PG
42, 705

V. [...] Κενὸν γὰρ τι ἀκούω περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τινὰ διανοεῖσθαι, καὶ τολμᾶν βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν ἐπ' αὐτὴν ἐνσκήπτειν, εἰς τὸ ἐκ πανταχόθεν εἶναι τὸν χρόνον ἡμῶν δίκην κακοῦ ὄψεως, θηροῦς ἰοδόλου ἐν σκότῳ ἐμφωλεύοντος, καὶ τοῖς δῆγμασι πάντας πειράζοντος,

711

est. Utrumnam proprie Deum Verbum Deique Filium existimas e coelo descendentem carnem sumpsisse de Virgine? Magna ille cum gravitate assensus est. Ea res nobis summae voluptati fuit. Quippe a discipulis illis, quos in Cyprum ad nos venisse antea narravimus, eiusmodi esse dogma illorum audieramus, Christi carnem e Maria nullo modo esse susceptam. Quarè cum religiosissimus iste Vitalis Dominum nostrum Iesum Christum carnem e Maria traxisse praedicaret, iterum a nobis interrogatus est num et animam indidem accepisset.

PG
42, 699

Haeres. LXXVIII, I. [...] Etenim ex Antidicomarianitarum grege nonnulli, quasi praecipue quodam in Virginem odio suscepto, ut eius gloriam obscurarent, sive invidia, sive erroris tenebris obcaecati, quo mortalium animos inquinarent, eo temeritatis progressi sunt, ut sanctissimam Mariam post Christum in lucem editum cum viro suo Iosepho consuetudinem habuisse dicerent. Quam quidem opinionem, ut supra dixi, ab sene illo Apollinari, aut ab eius discipulis manasse praedicant, de quo nondum mihi liquido constat.

710

PG
42, 706

V. [...] ¹ Nescio quem audio adversus sanctissimam perpetuamque Virginem Mariam meditari nonnihil, ac contumeliosa quadam opinione illius honorem incessere. Ex quo illud apparet, nostram

711

¹ Antidicomarianitae.

τὸν μὲν περὶ τὸ πρόσωπον, ἄλλον περὶ τὴν πτέρναν, ἕτερον περὶ τὴν χεῖρα· ἵνα μηδένα λάθοι τὸ δῆγμα τῆς ἀπιστίας.

712

VI. Πόθεν αὕτη ἡ κακόνοια; Πόθεν ἡ τοσαύτη τόλμα; Αὐτὸ τὸ ὄνομα οὐ μαρτυρεῖ, οὐ πείθει σε, ὦ φιλόνοικε; Τίς ποτε, ἢ ἐν ποίᾳ γενεᾷ τετόλμηκε καλεῖν τὸ ὄνομα Μαρίας τῆς ἀγίας, καὶ ἐρωτώμενος οὐκ εὐθὺς ἐπήνεγκε τὸ Παρθένον; ἔξ αὐτῶν γὰρ τῶν * ἐπιθέτων ὀνομάτων καὶ τῆς ἀρετῆς ὑποφαίνει τὰ τεκμήρια. Ἀξιώματα μὲν γὰρ ὀνομασιῶν εἰλήφασιν οἱ δίκαιοι ἐκάστῳ πρεπόντως, καὶ ὡς ἤρμοζε. Καὶ τῷ μὲν Ἀβραάμ προσετέθη τὸ « φίλος Θεοῦ », καὶ οὐ διαλυθήσεται· τῷ δὲ Ἰακώβ, τὸ « Ἰσραὴλ » καλεῖσθαι, καὶ οὐκ ἀλλοιωθήσεται· καὶ τοῖς ἀποστόλοις, τὸ « βοανεργές », τουτέστιν, « υἱοὶ βροντῆς », καὶ οὐκ ἀποκαταλειφθήσεται· καὶ τῇ ἀγίᾳ Μαρίᾳ τὸ « Παρθένος », καὶ οὐ τραπήσεται. Ἀχραντος γὰρ διέμευεν ἡ ἀγία. Αὕτη ἡ φύσις οὐ διδάσκει ὑμᾶς; ὦ καινῆς μανίας! ὦ καινῶν πραγμάτων! Πολλὰ δὲ ἐστὶν ἕτερα, ἃ ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις οὐκ ἐτολμήθη τοῖς πατράσι. Νῦν δὲ ἄλλος μὲν βλασφημεῖ εἰς τὴν ἕνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ἕτερα λαλῶν εἰς αὐτὴν τὴν θεότητα· ἄλλος δὲ ἐλλιπῆ ποιεῖται ἐν ἑαυτῷ τὴν τῆς πάσης ἐνσάρκου

PG
42, 705

*708

hanc tempestatem letifero cuidam serpenti ac venenato esse simillimam, qui in tenebris delitescens infestis omnes morsibus appetat.

712

VI. Undenam vero haec improbitas emersit? Unde tanta prorupit audacia? Nonne vel ipsum nomen abunde testificatur? Non tibi, homo pervicacissime, istud ipsum persuadet? Quis ullo tempore unquam exstitit, qui sanctae Mariae nomen * appellare auderet, et non rogatus subinde Virginis vocabulum adiiceret? Nam in adiunctis istiusmodi vocibus virtutis indicia collucent. Quippe iustis omnibus, pro eo ac singulos decebat, sua cuique sunt dignitatis attributa nomina. Ita Abrahamo amici Dei titulus accommodatus est,¹ neque is unquam intercidet. Iacob vero *Israëlis*² cognomen sine ulla mutatione concessum. Apostoli quoque *Boanerges*, hoc est, *tonitruī filii*,³ nominati sunt, nec ulla dies nomen istud oblitterabit. Sic sancta Maria Virgo nuncupatur, nec appellatio ista aliquando commutabitur. Haec enim perpetuo incorrupta permansit. Cur igitur vos natura ipsa non docet? O inauditam insaniam! O praeposteram novitatem! Multa sunt praeterea, quae priscis temporibus maiores nostri nequaquam aggressi sunt. Hodie vero alius in assumptam a Christo naturam contumeliosus est, et inusitata quaedam de divinitate ipsa praedicat; alius ipsum illud incarnationis negotium mancum atque imperfectum constituit; alius resurrectione mortuorum offenditur; alius denique aliud sibi ad oppugnandum

PG
42, 706

*707

¹ Iac. II, 23.

² Gen. XXXII, 28.

³ Marc. III, 17.

παρουσίας πραγματείαν· ἕτερος δὲ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀσχάλλει τῶν νεκρῶν· ἕτερος δὲ μέρος. Καὶ ἀπαξᾶπλῶς, ὡς τῆς ἡμῶν τεθολωμένης γενεᾶς! ἥς ἡ ζωὴ ἐν κινδύνῳ διάκειται, ἐκ πανταχόθεν περιαντλομένη κακαῖς ὑπὸ διαβόλου ἐπισποραῖς διανοημάτων τε καὶ λογισμῶν κακοπιστίας. Πῶς τοιμῶσι τὴν ἄχραντον Παρθένον, καὶ τὴν οἰκητήριον καταξιωθεῖσαν γενέσθαι τοῦ Υἱοῦ, τὴν εἰς ταυτὸ τοῦτο ἐκλεχθεῖσαν ἐκ τῶν μυριάδων Ἰσραήλ, ὅπως σκεῦος καὶ οἰκητήριον ἡξιωμένος εἰς σημεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετῶν;

PG
42, 708

VII. Ἦκουσα γὰρ παρά τινος, ὡς τινες τοιμῶσι περὶ ταύτης λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν Σωτῆρα συνήφθη ἀνδρὶ. Καὶ οὐ θαυμάζω. Ἄει γὰρ ἡ ἀγνοία τῶν μὴ τὰ ἀκριβοῦς ἐγνωκότων τῶν θείων Γραφῶν, μηδὲ ἱστορίαις προσεγγισάντων, ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα τρέπει, καὶ περισπᾶ, τὸν ἀσπιδίου νοδὸς βουλούμενόν τι περὶ τῆς ἀληθείας ἰχνηλατεῖν. Πρῶτον γὰρ ὅτε ἡ Παρθένος παρεδίδοτο τῷ Ἰωσήφ, κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων αὐτὴν ἤκειν, οὐ παρεδόθη αὐτῷ εἰς συνάφειαν, εἰ δεῖ τὰ ἀληθῆ λέγειν, ἐπειδὴ χῆρος ἦν. Ἀλλὰ διὰ τὸν νόμον μὲν ἀνὴρ κέκληται τῆς αὐτῆς· κατὰ δὲ τὴν ἀκολοιθίαν ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων παραδόσεως δείκνυται, ὡς οὐχ ἔνεκεν τοῦ ζευχθῆναι αὐτῷ παρεδίδοτο αὐτῷ ἡ Παρθένος, ἀλλ' ὅπως διαφυλαχθεῖ εἰς μαρτύριον τῶν ἐσομένων, ὅτι οὐ νόθος ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία ἐπεδήμησεν, ἀλλὰ μεμαρτυρημένη ἐν ἀληθείᾳ, ἐκτὸς

713

arripit. O turbulentum nostrum saeculum, in quo hominum vita summum in discrimen adducitur, quae undique pessimis a daemone propagatis opinionum erroribus ac perfidiae commentis obruitur! Quanam vero fronte incorruptam illam Virginem aggrediuntur, quae Dei Filii domicilium esse meruit, quae ex infinito Israelitarum numero ad id unum est electa, ut vas quoddam et habitatio uni esset divino partui consecrata?

PG
42, 707

VII. Hoc enim certo ex auctore cognovi, nonnullos id de illa [Maria] affirmare ausos esse: postquam Salvatorem peperit, cum viro consuetudinem habuisse. Quod equidem minus admiror. Nam eorum inscitia, qui neque sacras Litteras accurate callent, neque in veterum historiarum lectione triti sunt, hos ipsos ab aliis ad alia transfert et abripit, cum ex ingenio suo ac mente veritatis vestigia consecantur. In primis itaque cum beata Virgo Iosepho tradita est, quo illam sortis necessitas adduxerat, nequaquam ei ad copulationem est concessa, si quod res est asseverare volumus, cum utique viduus esset.¹ Sed propter legem tamen vir illius appellatur. Porro ex iudaica traditione consequenter istud ostenditur, non, ut cum illo copularetur, Virginem ei fuisse traditam, sed ut ad futurorum testimonium servaretur, palamque fieret, susceptam hominis

713

¹ Usitatum ac tritum commentum (quod supra diximus) ex *apocrypho* Iacobi.

μὲν σπέρματος ἀνδρός, ἐν Πνεύματι ἀγίῳ οἰκονομηθεῖσα ἐν ἀληθείᾳ. Πῶς γὰρ ἠδύνατο ὁ τοσοῦτος γέρον παρθένον ἕξειν γυναῖκα, ὧν ἀπὸ πρώτης γυναικὸς χῆρος τοσαῦτα ἔτη; Οὗτος μὲν γὰρ ὁ Ἰωσήφ ἀδελφὸς γίνεται τοῦ Κλωπᾶ, ἦν δὲ υἱὸς τοῦ Ἰακώβ, ἐπίκλην δὲ Πάνθηρ καλουμένου. Ἀμφότεροι οὗτοι ἀπὸ τοῦ Πάνθηρος ἐπίκλην γεννῶνται.

* Ἔσχε δὲ οὗτος ὁ Ἰωσήφ τὴν μὲν πρώτην αὐτοῦ γυναῖκα ἐκ τῆς φυλῆς *709 Ἰούδα, καὶ κυῖσκει αὐτῷ αὕτη παῖδας τὸν ἀριθμὸν ἕξ, τέσσαρας μὲν ἄρρενας, θηλείας δὲ δύο· καθάπερ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Μάρκον καὶ κατὰ Ἰωάννην ἐσαφήμισαν. Ἔσχε μὲν οὖν πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπίκληθῆντα Ὠδλίαν, ἐρμηνευόμενον τεῖχος, καὶ δίκαιον ἐπίκληθῆντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ὅπερ ἐρμηνεύεται ἅγιος. Καὶ πρῶτος οὗτος εἴληφε τὴν καθέδραν τῆς ἐπισκοπῆς, ᾧ πεπίστευκε Κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ· ὅς καὶ ἐκαλεῖτο «ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου»· καθάπερ καὶ ὁ Ἀπόστολος συνάδει τούτοις, ὧδέ που λέγων «Ἔτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου», καὶ τὰ ἕξῃς. Ἀδελφὸς δὲ τοῦ Κυρίου οὗτος καλεῖται διὰ τὸ ὁμότροπον, οὐχὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ χάριν. Μαρία μὲν γὰρ, ἄρμωσθεῖσα τῷ Ἰωσήφ, ἐδόκει γυνὴ εἶναι τοῦ ἀνδρός, μὴ ἔχουσα πρὸς αὐτὸν σωματίων συνάφειαν· ἐκ ταύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως ἡ γειννάσις ἀγγιστείας τῶν υἱῶν Ἰωσήφ πρὸς τὸν Σωτῆρα ἐν ἀδελφῶν τάξει κέκληται· μᾶλ-

a Deo naturam non adulterinam ac spuriam fuisse, sed certissimis suffragantibus testimoniis sine virili satu, Spiritus sancti vi et efficientia constitutam. Quomodo enim tam effetae senex aetatis virginem habere uxorem potuit, qui tot annis antea priori coniuge esset orbatus? Siquidem hic ipse Iosephus Cleophae frater, Iacobi filius cognomento Pantheris, fuit: ambo, inquam, illi Panthere patre nati sunt.

* Caeterum Iosephus primam e tribu Iudae coniugem habuit, e *710 qua sex liberos suscepit, mares quatuor, feminas duas¹ id quod Marci ac Ioannis Evangelia declarant. Primus ex omni stirpe natus illi filius est Iacobus, cognomento Oblias (quod *murum*, vel *castellum* interpretari licet), qui et iustus appellatus est, et Nazaraeus fuit, quod vocabulum *sanctum* significat. Idem ille primus episcopalem cathedram cepit, cum ei ante caeteros omnes suum in terris thronum Dominus tradidisset. Qui quidem Domini frater est vulgo nominatus. Quibus omnibus astipulatur Apostolus his verbis: *Alium autem ex apostolis vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini*,² etc. Verum Domini ille frater ob communem educationem, non natura, sed gratia vocatur. Nam Maria cum Iosepho coniuncta, viri uxor esse videbatur, cum nullum inter ipsos corporum commercium in-

¹ Agitur semper de apocrypho.

² Gal. I, 19.

λον δὲ καὶ ἐλογίσθη. Ὡς γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰωσήφ, μὴ σχῶν κοινωνίαν πρὸς τὴν γέννησιν τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος, ἐν τάξει πατρὸς λογίζεται κατ' οἰκονομίαν· καθὼς λέγει Λουκᾶς εὐαγγελιστῆς περὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι « Ὡν υἱός, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ ». Ὡς καὶ αὐτὴ ἡ Μαριάμ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ· « Ἴδού ἐγώ, καὶ ὁ πατὴρ σου ἐζητοῦμέν σε ὀδυνώμενοι ». Τίς οὖν ἂν εἴποι τὸν Ἰωσήφ πατέρα τοῦ Κυρίου, ὃς οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶχεν αἷτιον, μάλιστα τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἐκτὸς σπέρματος ἀνδρὸς ὑπαρχούσης; Ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦτον εἴληφε τὸν κλῆρον τὰ πράγματα.

*712 *IX. Πόθεν γὰρ οὐ δεῖξωμεν, ὅτι ἀγνή διετέλεσεν ἡ Παρθένος; Δειξάτωσαν ἡμῖν εὐθύς, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κύησιν τινὰς ἐγέννησεν ἡ Μαρία. Εἴπωσι τὰ ὀνόματα πλάττοντες οἱ πλαστοουργοὶ καὶ ῥαψωδοὶ τῆς ἀπάτης καὶ κακομηχανίας· καὶ οὐκ ἔχουσι δεῖξει. Οὐ γὰρ συνήφθη ἔτι Παρθένος· μὴ γένοιτο! Εἰ γὰρ ἐγέννησεν αἰεὶ ποτε σὺν αὐτῷ ὑπάρχουσα τῷ Σωτῆρι, ἅμα ἔλεγον καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς συνεῖναι. Πλανᾷ δὲ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον· « Ἴδού ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοὶ σου ἔξω ἐστήρασι ζητοῦντές σε ». Καὶ οὐκ οἶδασιν ὃ πρὸ τούτου ἦν γεγραμμένον· « Ὅτι οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον

teresset. Ex quo illa Iosephi filiorum cum Salvatore propinquitatis affinitas est nata, quae fraternam appellationem obtineret, vel ea potius necessitudine censeretur. Ut enim Iosephus ipse, licet nihil haberet cum Salvatore secundum carnem origine commune, certa tamen providentiae ratione loco patris est habitus, quemadmodum Lucas evangelista de Salvatore ipso testatur: *Qui erat, inquit, filius, ut credebatur, Ioseph.*¹ Sed et Maria ipsa illum alloquens in Evangelio Lucae idem asserit: *Ecce ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.*² Quis igitur Iosephum Domini patrem audeat dicere, quocum nullam principii aut causae rationem habebat, cum incarnatio ipsa sine virili semine perfecta administrataque fuerit? Sed, quod providentiae ratio postulabat, ea rebus est sors atque conditio tributa.

*711 *IX. Nam quae rationes ad illud ostendendum non suppetant, beatam Virginem in castimonia perstitisse? Doceant nos illi, post Salvatorem in lucem editum ullos Mariam peperisse liberos. Dicant horum nomina, ac, si placet, confingant fraudis ac versutiae omnis architecti. Sed illud demonstrare nunquam poterunt. Non enim ullam Virgo viri consuetudinem habuit. Absit ut habuisse putemus! Si enim aliquos liberos peperisset, quae cum Salvatore ipso versabatur assidue, una et ipsius filios vixisse dicerent. Sed hoc illis Evangelii dictum imposuit: *Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quae-*

¹ Lc. III, 23.

² Lc. II, 48.

εἰς αὐτόν». Προβαίνοντες γὰρ καὶ ἡμεῖς τῷ χρόνῳ, καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ὡς εὐτελεῶς γεγραμμένοις, ἰδοὺ κατὰ πᾶν ἐν αἰσθήσει γινόμενοι, εὐχαριστοῦμεν Θεῷ τῷ προασφαλισαμένῳ διὰ τῶν δοκούντων βραχέων ῥημάτων ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ παριστᾶν πάσης Γραφῆς τὴν ἀλήθειαν. Ἄει γὰρ ἀκούοντες περὶ Ἰακώβου, ὅτι οὗτος ἀδελφὸς ἐκαλεῖτο τοῦ Κυρίου, θαυμάζοντες ἐλέγομεν, τίς ἡ χρεία; Νῦν δὲ ἐγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν, ὡς προεῖπεν ἡ θεία Γραφή· ἀλλὰ πάντως ἵνα ἔταν ἀκούωμεν, ὅτι «Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἕξω ἐστήκασι ζητοῦντές σε», μάθωμεν, ὅτι περὶ Ἰακώβου λέγει, καὶ τῶν ἄλλων υἱῶν Ἰωσήφ, καὶ οὐ περὶ υἱῶν Μαρίας τῶν μὴ γινομένων. Δῆλον γὰρ ἦν, ὅτι μείζων ἦν ὁ Ἰάκωβος τῇ ἡλικίᾳ κατὰ τὴν ἕνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Ἀδελφοὺς δὲ αὐτοὺς λέγει διελέγχουσα ἡ Γραφή, καὶ ὀνομαστί καλοῦσα Ἰάκωβον, καὶ Ἰωσή, καὶ Συμεῶνα.

* X. [...] «Οὐδεὶς ταῦτα ποιῶν θέλει ἐν κρυπτῷ εἶναι. Εἰ ταῦτα ποιεῖς, *713 φανέρωσον σεαυτὸν», οὐκ εἶπεν, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἀλλ' οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς τοῦ Ἰωσήφ μηκέτι ὑπάρχοντος κατὰ τὸ σῶμα. Εἶτα δὲ ἐπ' αὐτῇ τῇ τελειώσει, ὅτε ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ σταυρῷ ἔστη-

*rentes te.*¹ Nec illud animadvertunt, quod antea scriptum est: *Quoniam fratres eius non credebant in illum.*² Enimvero nos progressu temporis instructiores redditi, cum aliquando sacras Litteras tam simpliciter scriptas esse miraremur, postquam penitus omnia pervidimus, Deo gratias agere coepimus, qui paucissimis quibusdam verbis eorum omnium, quae in sacris Litteris scripta sunt, munitam ac stabilitam veritatem exhibere voluit. Cum enim de Iacobo assidue illud audiremus, fratrem ipsum Domini vocatum fuisse, quid istud toties necesse foret repetere ad mirabundi quaerebamus. Nunc autem cur id in sacris Litteris ante sit inculcatum intelligimus. Videlicet ut cum audimus: *Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quaerentes te*, de Iacobo ac caeteris Iosephi filiis, non Mariae, qui nulli sunt, dictum illud esse doceamur. Neque enim dubium est, quin Iacobus, quo tempore Christus in hoc mundo versabatur, esset aetate provector. Caeterum fratres ipsos Scriptura vocat, contrarias haereses tacite redarguens, ac nomina illorum exprimens: Iacobum, Iose, Symeonem [...]

* X. [...] *Nemo haec agens in occulto versari cupit. Si haec facis, *714 praebe te manifestum.*³ Non dixit: Pater ipsius et fratres, sed fratres ipsius, eo quod Iosephus in corpore esse desiisset. Quin etiam in ipso vitae exitu, cum Christus in cruce penderet, ut in Ioannis Evan-

¹ Lc. VIII, 20.

² Io. VII, 5.

³ Io. VII, 4.

κεν, ὡς ἔχει τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον. «Στραφεῖς, φησίν, εἶδε τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Κύριος», καὶ εἶπεν αὐτῷ περὶ Μαρίας: «Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου»· καὶ τῇ αὐτῇ λέγει: «Ἰδοὺ ὁ υἱός σου». Εἰ ἦσαν δὲ τέκνα τῇ Μαρίᾳ, καὶ εἰ ὑπῆρχεν αὐτῇ ἀνὴρ, τίνι λόγῳ παρεδίδου τὴν Μαρίαν τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τὸν Ἰωάννην τῇ Μαρίᾳ; Τίνι δὲ τῷ λόγῳ Πέτρῳ μᾶλλον οὐ παραδίδωσι; τίνι δὲ τῷ λόγῳ Ἀνδρέᾳ, Ματθαίῳ τε καὶ Βαρθολομαίῳ; Ἄλλὰ δῆλον, ὅτι Ἰωάννη διὰ τὴν παρθενίαν: «Ἰδοὺ γὰρ ἡ μήτηρ σου». Καίτοι γε οὐκ ἦν μήτηρ αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου κατὰ σάρκα· ἀλλ' ἵνα δείξῃ αὐτὴν μητέρα ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας· ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἡ ζωὴ ἦν· καὶ τῷ Ἰωάννῃ, καίτοι γε ὄντι κατὰ σάρκα ἀλλοτρίῳ, ἔλεγεν, ἵνα διδάξῃ τιμᾶν τὴν ἰδίαν αὐτοῦ μητέρα, ὅτι τῷ μὲν ὄντι κατὰ σάρκα ἐξ αὐτῆς αὐτός ὁ Κύριος γεγέννηται, ἵνα μή τις νομίσῃ δόκησιν εἶναι τὴν πραγματείαν, καὶ οὐκ ἀλήθειαν. Εἰ μὴ γὰρ ἦν αὐτοῦ ἀληθῶς μήτηρ κατὰ σάρκα κυήσασα αὐτόν, * οὐκ ἂν περὶ αὐτῆς τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τὸ παραδοῦναι τὴν Ἀειπάρθενον, μητέρα μὲν γεγυνοῦσαν διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἄχραντον δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν αὐτόν τιμὴν, καὶ τὸ σκεῦος τὸ θαυμαστόν. Λέγει δὲ τὸ Εὐαγγέλιον: «Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν». Εἰ δὲ εἶχεν ἄνδρα, εἰ εἶχεν οἶκον, εἰ εἶχε τέκνα, εἰς τὰ ἴδια ἀνεχώρει, οὐ πρὸς τὸν ἀλλότριον.

*716

gelio scriptum est.¹ *Conversus*, inquit, *vidit discipulum, quem diligebat Dominus*, eique de Maria dixit: *Ecce mater tua*; tum matri: *Ecce filius tuus*. Atqui si Maria liberos habuisset, aut superstes vir eius fuisset, cur illam Ioanni, Ioannem illi commendaret? Verum cur non Petro potius, vel Andree, vel Matthaeo Bartholomaeove commendat? Nimirum Ioanni propter virginitatem hoc tribuit: *Ecce*, inquit, *mater tua*. Quanquam si corpus consideres, Ioannis mater non erat, sed eam ipsam virginitatis esse principem significare voluit, quoniam ab illa vita processit. Ad haec Ioannem, licet alienus ac minime propinquus esset, verbis illis affatus est, uti matrem honorandam esse monstraret. Siquidem ex illa Dominus, quod ad corpus attinet, revera natus est, ne quis fortasse totum incarnationis negotium putet externa specie, non veritate constare. Nam nisi vere mater eius exstitisset, a qua carnem acceperat, quaeque ipsum pepererat, non tantam ei curam adhiberet, ut perpetuam Virginem commendaret; quae et mater ob susceptum ex ipsa corpus fuisset,

*715

* et ob illius honorem atque admirabile corporis sui vas nullam labem admisisset. Sed pergit Evangelium, et, *Ex illa*, inquit, *die accepit eam discipulus ad sese*. Atqui si et virum haberet, et domum, et liberos, ad sua potius, quam ad alienum sese conferret.

¹ Io. XIX, 26 ss.

714 XI. Ἄλλὰ μὴ τοῦτο στραφῆ εἰς βλάβην τισί, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. Ἐκεῖσε γὰρ τὰ πράγματα ἐτελεῖτο, κατ'οἰκονομίαν δὲ διηρημένων τῶν πραγμάτων ἀπὸ τῆς ἄλλης ἀπάσης κατὰ Θεὸν ὀφειλοῦσης φυλάττεσθαι ἀκριβείας. Καὶ γὰρ ὅτε τοῦτο γεγένητο, καὶ παρείληφεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν, οὐκέτι παρέμεινε παρ' αὐτῶ. Ἄλλὰ καὶ εἰ δοκοῦσί τινες ἐσφάλθαι, ζητήσωσι τὰ ἕχνη τῶν Γραφῶν, καὶ εὗρωσιν ἂν οὔτε θάνατον Μαρίας, οὔτε εἰ τέθνηκεν, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν· οὔτε εἰ τέθαπται, οὔτε εἰ μὴ τέθαπται. Καίτοι γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστειλαμένου τὴν πορείαν· καὶ οὐδαμοῦ λέγει, ὅτι ἐπηγάγετο μεθ' ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν Παρθένον· ἀλλ' ἀπλῶς ἐσιώπησεν ἡ Γραφή διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ θαύματος, ἵνα μὴ εἰς ἔκπληξιν ἀγάγη τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐγὼ γὰρ οὐ τολμῶ λέγειν, ἀλλὰ διανοούμενος σιωπῆν ἀσκόῳ. Τάχα γὰρ που καὶ ἕχνη εὗρομεν τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ μακαρίας, ὡς οὔτε εὗρεῖν ἔστι τὸν θάνατον αὐτῆς. Πῆ μὲν γὰρ ὁ Συμεὼν φάσκει περὶ αὐτῆς· «Καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν δια-

714 XI. Vereor ne hoc ipsum quod dicimus fraudi sit aliquibus, ut ad contubernales ac dilectas quas vocant feminas retinendas (quod genus pessimo sibi animi errore machinati sunt), fucum inde aliquem et colorem arcessisse videantur. Verum illic certa quadam providentiae ratione administrata sunt omnia; ita ut totum hoc negotium ab aliorum omnium, quae ex Dei mandato praestanda sunt, officiorum lege esset ac necessitate seiunctum. Praeterea posteaquam illud ita gestum est, et ad sese illam accepit, non amplius apud ipsum permansit. Quod si falso iactari quispiam a nobis existimet, licet sacrarum Litterarum vestigia consecrari, in quibus nullam de Mariae obitu mentionem reperiet, mortua sit necne, sepulta an non sepulta fuerit. Ac cum Ioannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen B. Virginem itineris comitem secum illum habuisse significat; sed de ea re penitus Scriptura conticescit, id quod propter admirationis vehementiam factum arbitror, ne hominum animos maiorem quemdam in stuporem coniceret. Ego enim pronuntiare illud vereor, et tacita apud me cogitatione reputans mihi silentium indico. Quippe haud scio an de sanctissima illa ac beatissima Virgine obscura quaedam inveniri vestigia possint, quae incertam nobis illius mortis fidem faciant. Nam ex una parte illud occurrit, quod de illa pronuntiat: *Et tuam ipsius animam percadet gladius, ut retegantur ex multorum cordibus cogitationes.*¹ Aliunde vero

¹ Lc. II, 35.

λογισμοί»· πῆ δὲ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου φασκούσης, ὅτι καὶ ἔσπευδεν ὁ δράκων ἐπὶ τὴν γυναῖκα τὴν γεννήσασαν τὸν ἄρρῆνα, καὶ ἐδόθησαν αὐτῇ πτέρυγες ἀετοῦ, καὶ ἐλήφθη εἰς τὴν ἔρημον, ὅπως ἂν μὴ λάβῃ αὐτὴν ὁ δράκων. Τάχα δὲ δύναται ἐπ' αὐτῇ πληροῦσθαι· οὐ πάντως δὲ ὀρίζομαι τοῦτο, καὶ οὐ λέγω, ὅτι ἀθάνατος ἔμεινεν· ἀλλ' οὔτε διαβεβαιούμαι εἰ τέθνηκεν. Ὑπερέβαλε γὰρ ἡ Γραφή τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐν μετεώρῳ εἶασε, διὰ τὸ σκεῦος τὸ τίμιον καὶ ἐξοχώτατον· ἵνα μὴ τις ἐν ὑπονοίᾳ γένηται περὶ αὐτῆς σαρκικῶν πραγμάτων. Κἄν τε οὖν τέθνηκεν, οὐκ ἔγνωμεν· καὶ εἰ τέθαπται, οὐ συνῆπται σαρκί· μὴ γένοιτο! Τίς δὲ φρενοθάλαβειαν ἑαυτῷ συναγαγὼν θελήσει ἐνσκηψαί βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν, καὶ ἀπᾶραι στόμα, χαλάσαι τε γλῶτταν, διελεῖν δὲ χεῖλη ἐκ διανοίας κακῆς; μᾶλλον δὲ ἀντὶ ὕμνων καὶ δόξης ὕβρεις τινὰς ἐπινοεῖν, καὶ ἐμπαροινεῖν εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ μὴ τιμᾶν τὸ τετιμημένον σκεῦος;

PG
42, 725

XVII. Ἀλλὰ μὴ τις ἐκεῖνα ὑπονοεῖται, καὶ ἐτέρως αὐτὰ ὑποσπεῖρειν ἑαυτῷ πειρώμενος, λεγέτω· Πῶς οὖν εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι «Εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἡ Μαρία, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς»; Ἐρα οὖν

715

in Apocalypsi Ioannis legimus, draconem adversus mulierem properasse, quae marem pepererat: et datas ei esse pennas aquilae, et translata esse in desertum, ne eam draco comprehenderet.¹ Quod quidem in illa esse potest impletum. Quanquam illud non affirmo penitus; neque aut immortalem perseverasse definitio, aut utrum mortua sit confirmare possum. Quippe Scriptura sacra, mentis humanae captum praetergressa, rem in incerto reliquit, propter vas illud eximium ac praestans, ne quis carnis propriam ullam ei foeditatem ascribat. Sive igitur mortua sit, nescimus, sive consepulta sit, non tamen ullam est coniunctionem * corporis experta: absit ut illud existimemus! Quis est autem, qui furorem sibi et insaniam asciscens, tantam beatae Virgini contumeliam velit imponere, et os suum adversus illam attollere, laxare linguam, ad pestiferam illam pronuntiandam sententiam labra diducere, pro laudibus ac praeconiis probra contumeliasque comminisci, sacrosanctae insultare Virgini, vas illud denique omni honore dignum nullo honore prorsus afficere?

*717-718

PG
42, 726

XVII. Sed vereor, ne quis illum ipsum errorem in animum inducat suum, aliaque ratione impulsus in seipso velut conserere conetur, atque in hunc modum ratiocinari velit: Quid est quod Evangelium narrat: *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto Maria, antequam convenirent?*² Utrumnam igitur conventio illa ac con-

715

¹ Apoc. XII, 13 ss.² Matth. I, 18.

προσεδοκᾶτο ἢ συνέλευσις, καὶ τούτου χάριν εἶπε· «πρὸ τοῦ συνελθεῖν»; Ἄλλὰ καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ τὸ αὐτὸ πάλιν Εὐαγγέλιόν φησι· («Καὶ εὗρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα πρὶν εἰσελθεῖν αὐτούς»· ἢ «Καὶ ἐγέννησε, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν»· ἢ «Καὶ ἐγέννησε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ οὐκ ᾔδει αὐτήν»)· «Καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἕως ὅτου ἐγέννησε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον». Καὶ οὐκ οἶδασιν οἱ τὰς θεωρίας τῶν Γραφῶν διαιρεῖν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰ μετέωρα καὶ βαθύτατα περιεργάζεσθαι ἐπιχειροῦντες, ὅτι ἡ θεωρία τοιούτον ἔχει τὸν τρόπον. Εἰ γὰρ πάλιν ἐγέννησεν ἡ Μαρία, εἶδει καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν εἰπεῖν τὰ ὀνόματα. Εἰ δὲ ἐπειδὴ «πρωτότοκός ἐστι πάσης * κτίσεως» *728 ὁ Μονογενής, μὴ θορυβοῦ. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐγέννησε τὸν πρωτότοκον αὐτῆς, ἀλλ' «Οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἕως ὅτου ἐγέννησε τὸν υἱὸν αὐτῆς». Καὶ οὐκ εἶπε «τὸν πρωτότοκον» αὐτῆς, ἀλλὰ «τὸν πρωτότοκον». Ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ υἱῷ αὐτῆς ἐσήμανεν ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγενῆσθαι· ἐπὶ δὲ τῇ «τοῦ πρωτοτόκου» ἐπωνυμίᾳ οὐκέτι τὸ «αὐτῆς» ἔθετο, ἀλλὰ «πρωτότοκον» μόνον. Οὗτος γὰρ ἐστὶν ὁ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένος Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, μὴ συνημμένος τῇ κτίσει, ἀλλὰ πρὸ κτίσεως γεγεννημένος. Οὐ γὰρ εἶπε, πρωτόκτιστος,

gressus exspectabatur, ideoque, *antequam convenirent*, dixit? Praeterea in eodem Evangelio alio loco scriptum est (*Inventa est in utero habens antequam convenirent*; vel: *Et peperit, et non cognovit eam*; sive: *Peperit filium suum primogenitum*,¹ *et non cognoscebat ipsam*): *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum*.² Sed et illud homines isti non vident, qui se ea, quae in Scripturis tractantur, distincte explicatque disserere profitentur, ac sublimia illa altissimaque mysteria perscrutari student, hanc esse narrationis illius locique* sententiam. Si enim Maria denuo peperisset, caeterorum Christi fratrum erant proferenda nomina. Quod autem primogenitus creaturae omnis³ ille unicus appellatur, non est quod ea te res perturbet. Non enim dixit, peperisse illam primogenitum suum, sed hoc solum: *Non cognovit eam, donec peperit filium suum*. Ubi non *primogenitum suum*, sed *primogenitum* duntaxat appellavit. Nam hoc ipso, quod *filium suum* dixit, natum hunc ex illa, quod ad carnem pertinet, ostendit. Ad *primogeniti* porro vocabulum, non vocem illam, *suum*, adiunxit, sed *primogenitum* tantummodo vocavit. Hic est enim ille, quem Primogenitum creaturae omnis Apostolus nominat, quique cum creaturis caeteris minime coniungitur, sed ante eas omnes originem accepit. Neque enim, primo creatus, dixit, sed, *primogenitus*: adeo ut ad maiorem audientium fructum

¹ Lc. II, 7.

² Matth. I, 25.

³ Coloss. I, 15.

ἀλλὰ « πρωτότοκος », διαιρουμένης τῆς ἀναγνώσεως ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ ἀσφαλέστερον, τοῦ πρώτον μὲν λέγειν « πρωτότοκος », ἔπειτα υποβεβήκυϊαν λέγειν τὴν κτίσιν. Τὸ μὲν γὰρ « πρωτότοκος » ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνεται, ἡ δὲ κτίσις διὰ τοῦ Υἱοῦ. « Ἐγέννησε τοίνυν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον »· οὐκ αὐτῆς δὲ τὸ πρωτότοκον, ὡς αὐτῆς μελλούσης ἄλλον κυτσκεῖν, « καὶ οὐκ ἤδει αὐτὴν ». Πόθεν γὰρ ἤδει, ὅτι τοσαύτην χάριν λήψεται γυνή; Ἡ πόθεν ἤδει, ὅτι τοιαύτην δόξαν δοξασθήσεται παρθένος; Γυναῖκα μὲν ἤδει αὐτὴν τῇ πλάσει, καὶ θήλειαν τῇ φύσει, καὶ ἐκ μητρὸς Ἄννης, καὶ ἐκ πατρὸς Ἰωακείμ· συγγένισαν δὲ τῆς Ἐλισάβετ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς τοῦ Δαβίδ· οὐκ ἤδει δέ, ὅτι τοιαύτην δόξαν τιμηθήσεται τις ἐπὶ τῆς γῆς, μάλιστα γυνή. Οὐκ ἤδει οὖν αὐτὴν, ἕως οὗ εἶδε τὸ θαῦμα. Οὐκ ἤδει αὐτῆς τὸ θαῦμα, ἕως ὅτου εἶδε τὸ γεγεννημένον ἐξ αὐτῆς. Ὅτε δὲ ἔτεκεν, ἔγνω καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν, ὅτι αὐτὴ ἦν ἡ ἀκούσασα· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ».

PG
42, 728

XVIII. Αὕτη ἐστὶν ἡ παρὰ μὲν τῇ Εὐᾶ σημαινόμενη, δι' αἰνίγματος λαβοῦσα τὸ καλεῖσθαι μήτηρ ζώντων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ μήτηρ ζώντων κέκληται, καὶ μετὰ τὸ ἀκούσαι· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση », μετὰ τὴν παράδασιν. Καὶ ἦν θαῦμα, ὅτι μετὰ τὴν παράδασιν αὐτὴν τὴν μεγάλην ἔσχεν ἔπωνυ-

716

atque cautionem haec illo in loco discreta sint, ac *primogeniti* voce praemissa inferiorem deinde creaturam subiecit. Siquidem *primogeniti* nomen ad Filium refertur; creatura per Filium est producta. *Peperit* itaque *filium suum primogenitum*, non primogenitum suum, quasi alios postea paritura fuerit, et non cognoscebat illam. Qui enim nosse potuit tantum esse ei mulieri gratiae conferendum? Unde sciret, inquam, tam excellenti gloria virginem esse celebrandam? Quippe mulierem hanc a natura formatam, ac feminei sexus esse cognorat, atque ab Anna matre et Ioacimo patre genitam; Elizabethae cognatam, e domo Davidis ac familia: hoc vero nondum intellexerat, tantum illam in terris decus ac splendorem, et quidem feminam, esse consecuturam. Quocirca non cognovit illam, donec prodigium illud animadvertit. Non cognovit quod in ea mirabile contigerat, donec natum ex ea Filium vidit. Posteaquam vere peperit, habitum illi divinitus honorem agnovit; eamque didicit his verbis ab angelo salutatam: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.¹

PG
42, 727

XVIII. Haec est quam adumbravit Eva, quae viventium mater quodam aenigmatis involucro nuncupatur. Siquidem Eva tum viventium est appellata mater, cum iam illud audiisset: *Terra es, et in terram reverteris*,² post admissum videlicet peccatum. Quod qui-

716

¹ Lc. I, 28.² Gen. III, 19.

μίαν. Καὶ κατὰ μὲν τὸ αἰσθητόν, ἀπ' ἐκείνης τῆς Εὐας πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ γέννησις ἐπὶ γῆς γεγέννηται· ὧδε δὲ ἀληθῶς ἀπὸ Μαρίας αὕτη ἡ ζωὴ τῷ κόσμῳ γεγέννηται, ἵνα ζῶντα γεννήσῃ, καὶ γένηται ἡ Μαρία μήτηρ ζώντων. Δι' αἰνίγματος οὖν ἡ Μαρία μήτηρ ζώντων κέκληται. Περὶ γὰρ τῶν δύο γυναικῶν ἐλέχθη· «Τίς δέδωκε γυναικὶ σοφίαν, ἢ ποικιλικὴν ἐπιστήμην;» Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρώτη σοφὴ Εὐα ὑφαίνουσα ἱμάτια τὰ αἰσθητὰ διὰ τὸν Ἀδάμ, ὄνπερ ἐγύμνωσεν· αὐτῇ γὰρ ἐδόθη οὗτος ὁ κάματος. Ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτῆς ἡ γύμνωσις εὔρηται, αὐτῇ δέδοται ἀμφιεννύειν τὸ σῶμα τὸ αἰσθητὸν διὰ τὴν γύμνωσιν τὴν αἰσθητήν· τῇ δὲ Μαρία δέδοται ὑπὸ Θεοῦ, ὅπως τέκῃ ἡμῖν ἀρνίον καὶ πρόβατον, καὶ ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ ἀρνίου καὶ προβάτου γένηται ἡμῖν, ὡς ἀπὸ πόκου ἐν σοφίᾳ, δι' ἀρετῆς αὐτοῦ ἔνδυμα ἀφθαρσίας. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον περὶ τούτων διανοεῖσθαι ἔστι θαυμαστόν, περὶ τε τῆς * Εὐας καὶ τῆς Μαρίας. Ἡ μὲν γὰρ Εὐα πρόφασις γεγέννηται θανάτου τοῖς ἀνθρώποις· δι' αὐτῆς γὰρ εἰσῆλθεν ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον· ἡ δὲ Μαρία πρόφασις ζωῆς, δι' ἧς ἐγεννήθη ἡμῖν ζωὴ. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς Θεοῦ παρεγένετο εἰς τὸν κόσμον· καὶ «Ὁὐ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις»· καὶ

*729

dem admiratione dignum est, post illam offensionem, tam praeclarum ei cognomen attributum. Ac si exteriora duntaxat et sensibus obvia consideres, ab eadem hac Eva totius est in terris humani generis origo deducta. Revera tamen a Maria Virgine vita ipsa est in mundum introducta, ut viventem pariat, et viventium Maria sit mater. Quocirca viventium mater adumbrata similitudine Maria dicitur. Nam de duabus feminis dictum illud est: *Quis dedit mulieri sapientiam, aut variegandi scientiam?*¹ Etenim Eva illa prior sapiens mulier Adamo, quem ipsa nudaverat, aspectabilia quaedam vestimenta contexit: quippe huiusmodi est labore damnata. Quod enim nuditas illius opera reperta fuerat, hoc eidem datum negotium est, ut ad externam nuditatem tegendam corpus istud, quod sensibus expositum est, veste contegeret. At Mariae divinitus illud obtigit, ut agnum nobis * atque ovem pareret; cuius ex splendore ac gloria, tanquam e vellere, per eiusdem virtutem immortalitatis nobis vestis sapienter est confecta. Aliud vero praeterea in utraque, Eva scilicet ac Maria, considerari potest, et quidem admiratione dignum: siquidem Eva generi hominum causam mortis attulit, per quam mors est in orbem terrarum invecta; Maria vitae causam prae-buit, per quam vita est nobis ipsa producta. Ob id Filius Dei in hunc mundum venit: et, *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.*² Unde mors accidit, vita illuc accessit, ut in mortis locum

*730

¹ Iob XXXVIII, 36.

² Rom. V, 20.

ὅθεν γέγονε θάνατος, ἐκεῖ προέλαθεν ἡ ζωὴ, ἵνα ζωὴ ἀντὶ θανάτου γένηται, ἐκκλείσασα τὸν θάνατον τὸν ἐκ γυναικός, πάλιν ὁ διὰ γυναικὸς ἡμῶν ζωὴ γεγεννημένος. Καὶ ἐπειδὴ ἐκεῖ μὲν ἔτι οὔσα παρθένος ἡ Εὐὰ ἐν παρεκβάσει παρακοῆς γέγονε, πάλιν διὰ τῆς Παρθένου γέγονεν ἡ ὑπακοὴ τῆς χάριτος, εὐαγγελισθείσης τῆς ἀπ' οὐρανοῦ καθόδου ἐνσάρκου παρουσίας καὶ ζωῆς αἰωνίου. Ἐκεῖ γάρ φησι πρὸς τὸν ὄφιν· «Καὶ ἔχθραν θήσω ἀναμέσον σοῦ καὶ ἀναμέσον αὐτῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος σοῦ, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς». Οὐδαμοῦ δὲ σπέρμα εὐρίσκεται γυναικός· ἀλλ' ἢ κατὰ τὸ αἰνίγμα, ἐπὶ τῆς Εὐας λαμβάνεται ἡ ἔχθρα πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῆς γεννώμενα, τοῦ τε ὄφεως καὶ τοῦ ἐν τῷ ὄφει γενομένου διαδόλου καὶ φθόνου.

PG
42, 729

XIX. Ἄλλ' οὖν γε κατὰ τὸ τελειότατον οὐ δύναται ἐν αὐτῇ τὸ πᾶν πληρωθῆναι· πληρωθήσεται δὲ ὡς ἀληθῶς ἐν τῷ σπέρματι τῷ ἀγίῳ, τῷ ἐξαιρέτῳ, τῷ μονωτάτῳ, τῷ ἀπὸ Μαρίας μόνον εὐρεθέντι, καὶ οὐκ ἀπὸ συζυγίας ἀνδρός. Οὗτος γὰρ ἦλθεν ἀνελεῖν τὴν τε δύναμιν τοῦ δράκοντος καὶ σκολιοῦ ὄφεως φεύγοντος, καὶ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην κατελιφέναι λέγοντος. Διὰ τοῦτο παρεγένετο ἐκ γυναικὸς ὁ Μονογενής, εἰς ἀναίρεσιν μὲν τοῦ ὄφεως, τουτέστι τῆς κακοδιδασκαλίας, καὶ φθορᾶς, καὶ ἀπάτης, πλάνης τε καὶ ἀνομίας. Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ἀνοίγων μήτραν μητρός. Πάντες γὰρ ὅσοι ἐγεν-

717

vita succederet, et illatam a muliere mortem ille ipse, qui e muliere, vita ut esset nostra, natus erat, excluderet. Quoniam vero cum adhuc virgo in hortis Eva degeret, per contumaciam apud Deum offenderat, ideo gratiae propria ab Virgine manavit obedientia, postquam circumfusi corpore Verbi sempiternaeque vitae de coelo est nuntiatus adventus. Nam illic ita serpentem Deus alloquitur: *Inimicitiam ponam inter te, et inter illam; inter semen tuum, et semen illius.*¹ Atqui nusquam eiusmodi semen mulieris inveniri potest. Unde non aliter quam per adumbrationem ac similitudinem ad Evam hostiles illae inimicitiae referuntur, quas cum huius stirpe serpens ille, et qui in serpente inerat invidia flagrans diabolus, exercet.

PG
42, 730

XIX. Plene quidem ac perfecte accommodari ad illam universa nequeunt; sed in sanctissima, eximia ac singulari stirpe, quae ab sola Virgine Maria, sine ulla viri consuetudine, propagata est, reipsa ac penitus impletur. Hic enim illius filius ad extinguendam serpentis ac tortuosi colubri fugacisque vim ac potentiam, qui se totum orbem terrarum dominatu suo comprehendisse iactabat, ad haec infima descendit. Propterea unicus e muliere Dei Filius processit, ut serpentem, hoc est impiae doctrinae corruptelam, ac frau-

717

¹ Gen. III, 15.

νήθησαν πρωτότοκοι, ἵνα καὶ σεμνότερον εἴπωμεν, οὐκ ἠδυνήθησαν τοῦτο πληροῦν, ἀλλ' ἡ μόνος ὁ Μονογενῆς μήτραν παρθένον ἀνοιξας· ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ τετελείωται, καὶ ἐν ἄλλῳ οὐδενί. Ἄλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔστιν ἰδεῖν. Ἀπὸ Μαρίας γὰρ λαμβάνεται ἡ λέξις, καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας ἔσται μοι τοῦτο λέγειν· «Ἐνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν». Ὁ δὲ ἅγιος Ἀπόστολος φησι· «Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν». Καὶ ὄρα μοι τὴν τῶν Γραφῶν ἀκρίθειαν· ὅτι ἐπὶ μὲν τῷ Ἀδὰμ ἔπλασεν λέγων, ἐπὶ δὲ τῇ Εὐᾷ οὐκέτι πεπλάσθαι λέγων, ἀλλ' οἰκοδομεῖσθαι. «Ἐλαθε γάρ, φησί, μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα». ἵνα δείξῃ τὸν μὲν Κύριον ἀπὸ Μαρίας ἀναπλάσαντα ἑαυτῷ σῶμα, ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς πλευρᾶς οἰκοδομηθῆναι Ἐκκλησίαν, ἐν τῷ νυχθῆναι αὐτοῦ τὴν πλευράν, καὶ * τὰ *732 μυστήρια τοῦ αἵματος καὶ ὕδατος ἐν ἡμῖν λύτρα γενέσθαι.

XX. Ἄλλ' ὁμως ἔγνω τὴν Μαρίαν ὁ Ἰωσήφ, οὐ κατὰ γνώσιν τινα χρήσεως, οὐ κατὰ γνώσιν κοινωνίας. Ἄλλ' ἔγνω αὐτήν, τιμῶν τὴν ἐκ Θεοῦ τε-

dem, et errorem, ac pravitatem everteret. Hic est qui revera uterum Matris aperuit.¹ Nam quocumque primogeniti illum antecesserant, ut honestissime dicam, istud ipsum efficere nequiverunt, sed solus hoc unicus Dei Filius obtinuit, in quo, caeteris exclusis omnibus, illud est perfectum. Sed ut alia praetermittam, vel ex eo ipso, quod modo tractamus, potest illud intelligi. Quippe ex Maria sumpta illa Scripturae sententia est, quam ad Ecclesiam accommodare possumus: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carnem unam.*² Apostolus vero: *Sacramentum hoc, inquit, magnum est. Ego autem dico in Christum et Ecclesiam.*³ In quo accuratam sacrarum Litterarum diligentiam observare licet: quae cum de Adamo loquuntur, formandi vocabulum adhibent. Evam vero nequaquam formatam, sed aedificatam esse dicunt: *Sumpsit enim, inquit, unam e costis illius, et aedificavit ipsi in mulierem.*⁴ Quo illud intelligeremus, Dominum sibi ipsi corpus * e Maria finxisse; Ecclesiam vero ex ipso latere velut aedificatam *731 fuisse, cum eius latus est cuspide sauciatum, ab eodemque sanguinis et aquae ad lotionem nostram profluxisse mysteria.⁵

XX. Iam vero quod Mariam Iosephus cognovisse dicitur, non ad usum aliquem corporis, atque usitatae consuetudinis referenda

¹ Exod. XIII, 2.

² Gen. II, 24.

³ Ephes. V, 32.

⁴ Gen. II, 21-22.

⁵ Io. XIX, 34.

τιμημένην. Οὐ γὰρ ἤδει αὐτὴν τοιαύτης δόξης οὔσαν, ἕως ὅτε εἶδε Κύριον ἐκ γυναικὸς γεγεννημένον. Καὶ τὸ « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα », ἵνα μὴ ποτε κρατήσῃ ὁ λόγος τῶν νομιζόντων, ἐκ κοινωνίας ἀνδρὸς εἶναι τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκονομηθὲν μυστήριον. Ἔλεγε γάρ· Πρὶν ἢ τοῦτο γενέσθαι, ὕπερ προσεδοκᾶτο· οὐ γέγονε δὲ τοῦτο τὸ πρᾶγμα. Εἰ γὰρ καὶ προσεδοκᾶτο ἢ Παρθένος τῷ Ἰωσήφ εἰς συνάφειαν (ὡς οὐδὲ ἐπεδέχετο διὰ τὸ γηραλέον), ὅμως προλαμβάνει ἡ Γραφή, καὶ ἡμῖν ὑποτίθεται, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπασφαλίζεται, δυνατῆς οὔσης τῆς ὑποθέσεως, κατὰ τὸν θεῖον τόκον, πείσαι μηκέτι ἐγγίξειν ἀνδρὶ πρὸς συνάφειαν τῇ Παρθένῳ· ὡς καὶ ὁ ἄγγελος τὸν Ἰωσήφ ἔπεισε μὴ εἶναι τὴν ὑπόνοιαν, ἥνπερ αὐτὸς ἐνόμιζεν. Ὅμοιον γὰρ τῷ προῤῥήθέντι· « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς », ὡς προσδοκωμένου, οὐ γενομένου δέ, τὸ « Δίκαιος ὢν ἐζήτει μὴ παραδειγματίσαι αὐτὴν, ἀλλὰ λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν », ὡς φάυλου μὲν γινομένου ἀπὸ τοῦ παραδειγματίσαι αὐτὴν, οὐ γενομένου δέ· ὡς ὁ ἄγγελος διδάσκει λέγων· « Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου », τὴν μηδέπω γενομένην, καὶ ἐν ὑπο-

Lib. VII, cap. I. Praedictio iudaeorum incredulitatis erga Christum, et signum eis a Domino datum. Fuit autem illud: Virgo generans Deum; sub cuius generatione universalis iudaeorum nationis purgatio caneatur; et sicut externi et hostes regionem illorum occupabunt, et quemadmodum quae ante desertum fuit, agriculturam sortita divinam, fecunda erit. Ecclesia ex gentibus collecta hunc ostendente modum quemadmodum divinus evangelista Ioannes, plus quam humana voce de Salvatore ac Domino nostro, de ipso, inquam, Dei Verbo disserens, sacramque illius Scripturam narrationemque aggrediens, una cum ipsa de illa theologia eiusdem ad homines accessum, per assumptum corpus exponit, sic dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*¹ Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt: atque his deinceps adiungens: *Et Verbum caro factum est, et*

PG
22, 487¹ Io. I, 1.

καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ». Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης Θεοῦ ἐκ Παρθένου γεγεννημένον μέλλων ἀνακηρύττειν, τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ θεοπτεῖαν προθεωρεῖ.

PG
22, 496

[...] Τοῦτο οὖν ὅλον τῷ φιλανθρωποτάτῳ Θεῷ τε καὶ Θεοῦ Λόγῳ ὑπὲρ τῆς πάντων ἀνθρώπων θεραπείας τε καὶ σωτηρίας ταῖς τῶν προφητῶν ἀκολούθως ἐνηργεῖτο φωναῖς, ἀνωθεν ἐκ παλαιῶν χρόνων τὴν θαυμασίαν ἐκ Παρθένου γέννησιν αὐτοῦ προμαρτυρομένας. Σφόδρα δὲ ἀναγκαίως ὁ προφήτης προτάττει τῆς ἐκ Παρθένου γενέσεως τοῦ Χριστοῦ τὸ ἐπιστρεφές, ἐπιφωνῶν ἀντικρυς τοῖς τούτων ἀκροωμένοις τό· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε »· ὃ ἐπιφέρει ἐξῆς τὰ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε ». « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχαζ, λέγων· Αἰτήσαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βᾶθος ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχαζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυὶδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀνθρώποις παρέχειν ἀγῶνα; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, πρὶν ἢ γυνῶναι αὐτὸν ἢ προελῆσθαι πονηρά, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γυνῶναι

184

*habitavit in nobis.*¹ Ita divino Spiritu afflatus propheta, cum Deum de Virgine genitum esset nuntiaturus, visionem antea quamdam illius gloriae contempletur.

PG
22, 495

[...] Totum igitur hoc hominum amantissimus Deus Deique Verbum pro cunctorum hominum medela et salute, vocibus interim prophetarum consentanea gerens effecit, qui quidem prophetae tanto ante a priscis usque temporibus, admirabilem ipsius de Virgine ortum testificati fuerant. Porro autem admodum necessario huic Christi ortui de Virgine, propheta anteponit id quod reddat attentum, inclamans ad eos qui ipsa haec audiant, illud: *Si non credideritis, non intelligetis*; cui deinceps adiungit ea quae in hunc modum se habent: *Si non credideritis, non intelligetis*. — *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite iam, domus David: Num parum vobis est, hominibus exhibere certamen? Et cur Domino exhibetis certamen? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: ecce Virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabis nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet, priusquam cognoscat ipse, aut eligat mala, ut*

184

¹ Io. I, 14.

τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Καὶ καταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ φοβῆ, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων ». Καὶ τὰ μὲν τῆς προφητείας ὧδέ τῃ εἶχεν· ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον τῷ τοῦ λόγου προοιμίῳ μαρτυρομένῳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν, οὐδὲ μὴ συνῶσι. Καὶ ἀναγκαίως χρῆν ἐπισημῆνασθαι, δεικνύοντας, ὅτι μὴ μόνον συνέσεως, ἀλλὰ καὶ πίστεως δεῖ τοῖς ἐντευξομένοις, καὶ οὐ μόνον πίστεως, ἀλλὰ καὶ συνέσεως. "Ὅθεν οἱ ἐκ περιτομῆς μὴ πιστεύσαντες εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, εἰσέτι καὶ νῦν τούτων ἀκροώμενοι, οὕτω καὶ εἰς δεῦρο συνῆκαν τὸν προφητευόμενον, ὥστε ἐπ' αὐτοῖς πρώτοις ἐπαληθεῦσαι τὴν πρόρρησιν· ἀκοῇ γὰρ τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητειῶν διὰ πάσης ἡμέρας ἀκούοντες, ὡσὶ διανοίας οὐκ ἀκούουσιν. Τῆς τε ἀγνοίας αὐτῶν αἴτιον οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀπιστία τυγχάνει, καὶ τοῦτο τῆς προρρήσεως ἀψευδῶς περὶ αὐτῶν καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀποφνηαμένης. « Ἐὰν γάρ », φησί, « μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε ». Ἄλλ' εἰ φαῖεν μὴ Παρθένον, νεᾶνιν δὲ ὀνομάσθαι ἐν τῇ Γραφῇ (οὕτω γάρ φασι φέρεσθαι παρ' αὐτοῖς), καὶ ποῖον ἂν γένοιτο, φήσομεν, σημεῖον ἐπαγγελίας Θεοῦ ἄξιον, εἰ συνήθως τίχτειν, οἷα καὶ πᾶσαι γυναῖκες, ἐξ ὀμιλίας ἀνδρὸς ἐν γαστρὶ λαβοῦσα νεᾶνίς τις ἔμελλε; Πῶς δὲ καὶ Θεὸς ἦν ὁ ἐξ

*497

*seligat bonum: quia prius quam cognoscat puer bonum aut malum, non est obediens malitiae, ut seligat bonum. Et comprehendetur terra, quam tu times a *facie duorum regum.*¹ Et quae quidem ad prophetiam pertinent, in hunc modum se habent. Diligentius vero attendere par est ipsius oraculi exordium, quod legentes admonet, si non crediderint, ne intellecturos quidem esse; et sane adnotare necesse fuit, atque ostendere, quod non solum intellectu, sed etiam fide iis qui lecturi sunt, opus sit, et vicissim, non solum fide sed etiam intellectu. Ex quo iudaei qui in Christum Dei non crediderunt etiam nunc haec audientes, nondum tamen quis sit, de quo propheta loquitur intellexerunt, ut in ipsis primis veritatem suam probaverit vaticinium: auditu enim tota die prophetias de Christo audientes, auribus intelligentiae non audiunt. Atque ipsorum ignorantiae alia nulla est causa quam incredulitas, cum ipsum hoc absque mendacio et de ipsis, et ad ipsos vaticinium, plane enuntiaverit: *Si enim non credideritis, inquit, ne intelligetis quidem.* Quod si dixerint non Virginem, sed puellam apud Scripturam nominatam esse (sic enim aiunt apud ipsos haberi), cuiusmodi tandem signum hoc futurum dicemus, quod divina promissione sit dignum, si usitate, quemadmodum caeterae omnes mulieres, ubi ex viri coniunctione praegnans evaserit, puella quaequam fuit paritura? Quomodo praeterea Deus

*498

¹ Isa. VII, 10-16.

αὐτῆς γεννώμενος; καὶ οὐχ ἀπλῶς Θεός, ἀλλ' ὁ « μεθ' ἡμῶν »; τοῦτο γὰρ σημαίνει βούλεται τὸ Ἐμμανουήλ, ὅπερ φησὶ δεῖν ὀνομάζειν τὸν γεννώμενον. « Ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος, φησὶν, ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ »· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, « μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ποῖος δὲ καὶ ἀγῶν Θεῶ, ἢ ποῖος ἂν εἴη κόπος, καὶ μόχθος ἐπὶ συνήθει τρόπῳ γυναικὸς τικτούσης; Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, ὑφ' Ἑβδομήκοντα ἀνδρῶν ἄνωθεν μὲν Ἑβραίων τὸ γένος, ἐπ' ἀκριθεία δὲ τῆς πατρίου παιδείας δεδοκιμασμένων ἡρμηνευμένοις, ὧδέ πως φέρεται· « Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, ὃς κεκλήσεται ὁ μεθ' ἡμῶν Θεός ». Τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφην, δηλοῦν βούλεται τὸ Ἐμμανουήλ ὄνομα. Ἐν δὲ τοῖς αὐτῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφοις, κατὰ τὴν Ἀκύλου μεταβολὴν φερομένοις (προσῆλυτος δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος), ὅμως δ' οὖν καὶ κατ' αὐτὸν τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον· « Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυὶδ· μήτι ὀλίγον ἀπὸ ὑμῶν μοχθοῦν ἀνδρας, ὅτι μοχθοῦτέ γε καὶ τὸν Κύριον Θεόν μου; Διὰ τοῦτο δώσει αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει, καὶ τίκει υἱόν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Παρὰ δὲ τῷ Συμμάχῳ ταῦθ' οὕτως ἔχει· (λέγεται δὲ ὁ Σύμμαχος Ἐδιωναῖος εἶναι· αἴρσεις

erit qui ex illa nascatur, neque simpliciter Deus, sed *nobiscum Deus*? Hoc enim significat vox Emmanuel, quo nomine ait esse vocandum illum qui nascetur: *Ecce enim, inquit, Virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabis nomen eius Emmanuel, quod est, si quis interpretetur, nobiscum Deus*. Cuiusmodi autem certamen Deo, aut quis tandem labor, quaeve difficultas obiecta, si de more paritura fuit mulier? In nostris enim exemplaribus, quae quicumque interpretati sunt, ii et genere ab Hebraeis oriundi fuerunt, et patriae ipsorum linguae peritissimi, et in ea eruditione probatissimi, sic habetur: « Num parum vobis est, certamen exhibere hominibus? Et cur Domino exhibetis certamen? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero capiet, et pariet filium, qui vocatur *nobiscum Deus* ». Hoc enim sibi vult, quemadmodum dixi, ipsa vox Emmanuel. In ipsis autem iudaeorum exemplaribus, quae secundum Aquilae conversionem feruntur (adventitius autem Aquila fuit, non natura iudaeus), sed tamen etiam secundum hunc, hoc sane scriptum est modo: « Nunquid parum est a vobis fatigari viros? Quod laborem exhibetis etiam Deo meo? Propter hoc dabit ipse vobis signum: Ecce puella in utero concipit, et parit filium, et vocabis nomen eius Emmanuel ». Apud Symmachum vero haec ita se habent (porro Symmachus dicitur Ebionaeus fuisse: secta autem

δὲ ἦν οὕτω καλουμένων τινῶν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν πιστεύειν λεγομένων, ἐξ ὧν ὁ Σύμμαχος ἦν), παρ' ᾧ καὶ αὐτῷ ταῦτα οὕτως ἔχει· « Ἀκούσατε, οἶκος Δαυὶδ· Μὴ οὐκ αὐταρκες ὑμῖν κοποῦν ἀνθρώπους, ὅτι κοποῦτε τὸν Θεὸν μου; Διὰ τοῦτο δώσει αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἴδου ἡ νεᾶνις συλλαμβάνει, καὶ τίκτει υἱόν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ Ἰουδαίων ἔθρους τὸ σκληρὸν τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς εὐσέβειαν δυσένδοτον, ἰδρῶτα καὶ κόπον, μόχθον τε οὐ τὸν τυχόντα, καὶ ἀγῶνα παρεῖχε τοῖς πάλαι θεοφιλέσι προφήταις, τούτου χάριν, « Οὐκ αὐταρκες ὑμῖν », φησί, « τοὺς προφήτας τοῦ Θεοῦ μοχθοῦν, καὶ ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν Θεὸν μου κοποῦτε, καὶ ἀγῶνα παρέχετε καὶ γε τῷ Θεῷ μου »; Οὕτω γὰρ καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκεν. Ὁ γοῦν προφήτης ἰδίως ἑαυτοῦ Θεόν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν πρὸς οὓς ὁ λόγος, τὸν κοπούμενον καὶ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀποδύμενον προσεῖπεν, οὐκ ἂν φήσας, Θεὸν μου τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐν Ἰουδαίοις, παρ' οἷς ἐκ πατέρων τὸ περὶ τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν Θεὸν σέβας ἐφυλάττετο. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ ἀγὼν καὶ μόχθος, * ἢ ὁ κόπος τοῦ προφητευομένου Θεοῦ, ἢ τὸ εἰς ἀνθρώπων γένεσιν ἐλθεῖν; κατὰ μὲν ἡμᾶς καὶ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἐρμηγίαν, ἐκ Παρθένου γεννώμενον, κατὰ δὲ τὴν νῦν παρὰ Ἰουδαίοις φερομένην, ἐκ νεάνιδος. Εὐροὶς δ' ἂν παρὰ Μωσεῖ καὶ τὴν ὁμολο-

*500

haec fuit iudaeorum, qui eo nomine vocabantur, et in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit); apud ipsum hunc igitur haec ita se habent: « Audite, domus David, nunquid * non satis vobis est fatigare homines, quod fatigatis Deum meum? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce puella concipit et parit filium, et vocabis nomen eius Emmanuel ». Quibus enim iudaicae gentis mores asperrimi, et a pietate admodum abhorrentes, sudorem laboremque, ac fatigationem non vulgarem, atque certamen, antiquis illis Deo amicis prophetis exhibebant, idcirco, « non satis est, inquit, vobis, Dei prophetas affligere, hominibusque exhibere certamen, nisi iam etiam Deum meum fatigatis, eique exhibeatis certamen? » nec Deo simpliciter, sed Deo meo? Sic enim Theodotion quoque convertit. Propheta igitur suum peculiariter Deum, et non eorum ad quos sermo dirigebatur, eum qui vexaretur, et in certamen daretur, appellavit, qui quidem nunquam Deum meum dixisset eum qui apud Iudaeos supremus habetur, apud quos, quem a patribus rerum omnium conditoris Dei cultum ipsi acceperant, is diligentissime servabatur, sed quod tandem esse potest certamen, quis labor, quae fatigatio eius Dei, de quo propheta loquitur, nisi illud ad hominum generationem accedere, et tum secundum nos, tum secundum Septuaginta interpretationem de Virgine nasci: secundum vero eam quae apud iuniores fertur Iudaeos, de puella? Caeterum apud Mosen quoque invenies eam, quae absque

*499

γουμένως Παρθένον νεᾶνιν προσηγορευμένην. Τὴν γοῦν ἑτέρω μεμνηστευμένην, ὕφ' ἑτέρου δὲ ἐκβεβιασμένην τούτῳ κέκληκε τῷ προσρήματι. Ἄλλὰ καὶ ὁ ἐκ τῆς δηλουμένης τεχθισόμενος Ἐμμανουὴλ μείζονα ἢ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ἐπιφέρεται δύναμιν, ἐκλεγόμενος τὸ ἀγαθὸν πρὶν ἢ γινῶναι πονηρά, καὶ ἀπειθῶν πονηρία, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· καὶ ταῦτα οὐκ ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ παιδίου. Διὸ εἴρηται· « Πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρία, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν »· δι' ὧν παντελῶς τὸ τῆς κακίας ἀπειρον τοῦ δηλουμένου παρίσταται. Ἄλλὰ καὶ κρείττονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐπάγεται τὴν ἐπωνυμίαν ὁ μεθ' ἡμῶν ὑπάρχων Θεός· διὸ καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ σημεῖον βάθος ἐλέγετο περιέχειν, ὁμοῦ δὲ καὶ ὕψος· βάθος μὲν διὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους κάθοδον, ἢ καὶ τὴν μέχρι θανάτου παρουσίαν, ὕψος δὲ διὰ τὴν ἐνθεον ἐκ τοῦ βάθους ἀποκατάστασιν, ἢ διὰ τὴν τῆς ἐνθέου προϋπάρξεως αὐτοῦ θεολογίαν. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ μεθ' ἡμῶν Θεός ἢ ὁ διὰ τῶν πρόσθεν ἀποδεδειγμένος Θεὸς Κύριος; ὁ καὶ τῷ Ἀβραάμ οὐκ ἄλλως ἢ δι' ἀνθρώπου μορφῆς τεθεαμένος; Εἰ δ' ἀναφέροιεν ἐπὶ τὸν Ἐζεκιάν οἱ ἐκ περιτομῆς ταῦτα, τὸν τοῦ Ἀχαζ παῖδα, τοῦτον εἶναι φάσκοντες τὸν τῷ πατρὶ προσημαινόμενον, ἀλλ' οὔτε ὁ μεθ' ἡμῶν Θεός Ἐζεκιᾶς ἦν, οὔτε σημεῖον θεοπρεπὲς πέπρακται τι ἐπ'

controversia sit virgo, puellam appellari: siquidem eam quae alii desponsata sit, alia vero repudiata, hac appellatione vocavit. Is praeterea qui de tali femina sit edendus nomine Emmanuel, maiore fertur potentia, quam omnium aliorum hominum, quippe qui eligat bonum prius quam cognoverit mala, et malitiae non obtemperet boni eligendi gratia, eo magis quod haec praestet non in virili iam, sed in puerili adhuc aetate constitutus; ex quo illud dictum est: « Prius quam noverit puer bonum aut malum, non paret malitiae, ut eligat bonum ». Quibus verbis prorsus quod ille de quo agitur nullam malitiam attigerit, demonstratur. Sed excellentiorem quoque denominationem, quam hominis ulla esse possit appellatio, nanciscitur is qui nobiscum est Deus: quare signum item quod de illo datur, profunditatem simul habere dicitur, et simul altitudinem: profunditatem quidem propter descensum ad homines, aut etiam usque ad mortem accessum: altitudinem vero propter divinitatis a profunditate restitutionem, aut etiam propter divinae eius substantiae, quae omni natura prior est, theologiam. Quis vero alius sit nobiscum Deus, quam is quem superioribus libris Deum Dominumque ostendimus? Quique item Abrahae quondam non alia quam hominis forma visus est? Quod si Iudaei haec ad Ezechiam referant filium Achaz, et dicant hunc esse qui patri suo futurus oraculo promittatur, videant quomodo nobiscum Deus fuerit Ezechias, aut

αὐτῶ· ἀλλ' οὐδὲ ἀγών ἢ μόχθος τῶ Θεῶ ἦν περὶ τὴν ἐκείνου γένεσιν· καὶ ἄλλως παρὰ ταῦτα δείκνυται ὁ Ἐζεκίας ἀποκλειόμενος τῶν χρόνων τῆς προφητείας. Ταῦτα μὲν γὰρ βασιλεύοντος αὐτοῦ δὴ τοῦ πατρὸς Ἀχαζ περὶ μελλόντων ἐθεσπίζετο· ὁ δὲ Ἐζεκίας πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Ἀχαζ συνίσταται γεγεννημένος. Εἰ δὲ μὴ ἐπὶ τοῦτον ἀναχθεῖη τὰ τῆς προκειμένης προφῆ-
 ρήσεως, πολλοῦ δεῖ ἐφ' ἕτερον τῶν παρὰ Ἰουδαίους μετὰ τοὺς τῆς προφη-
 τείας χρόνους γενομένων. Ἐπί γε μὴν τῆς τοῦ ἀληθοῦς Ἐμμανουήλ, τοῦτ' ἔστι τοῦ γεγονότος μεθ' ἡμῶν Θεοῦ γενέσεως, καὶ ἐπὶ μόνῃς τῆς τοῦ Σω-
 τῆρος ἡμῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας· τῶν γὰρ δυεῖν βασι-
 λέων καθηρημένων, κατελείφθη ἔρημος ἡ τῶν Ἰουδαίων γῆ, ὥσπερ ἔσσεσθαι
 φησιν ὁ χρησμὸς εἰπών· « Καταλειφθήσεται ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου τῶν βασι-
 λέων » ὁ καὶ αὐτὸ ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν οὕτως ἂν ἀποδοθεῖη. Κατὰ γὰρ
 βασιλέα Ἀχαζ, καὶ Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμώς, καὶ τοὺς τῆς προφητείας χρόνους,
 βασιλεὺς Συρίας ὁ ἐν Δαμασκάῳ, καὶ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ὁ ἐν Σαμαρείᾳ, οὐχ
 ὁ ἐν Ἱερουσαλήμ, ἀλλ' ὁ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων τῶν ἀποστάντων τοῦ
 θείου νόμου, συνθήκας πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, τοὺς ὑπὸ τοῖς διαδόχοις τοῦ
 Δαυτῆ βασιλευομένους ἐπολιόρχουν. Τούτων οὖν ἀμφοῖν τὴν καθάρσειν ἡ
 προφητεία θεσπίζουσα, αὐτοὺς μὲν τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίους τε
 καὶ ἀλλοφύλους, κατὰ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ δεξιὰς ἀλλήλοις δεδωκότας, αὐτίκα

quodnam signum sua maiestate dignum, Deus in illo ostenderit: sed neque certamen ullum, neque labor in illius ortu Deo exhibitus est: praeterea plane a prophetia excluditur, * ratione temporum Ezechias. Haec enim ipso iam tum patre Achaz regnante futura canebantur. Ezechiam vero antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Quod si ad hunc ea quae ad propositum oraculum pertinent, minime referri possunt, multo minus ad alium quempiam eorum, qui apud iudaeos post prophetiae tempora exstiterint, praeterquam ad ortum eius, qui verus est Emmanuel, hoc est eius qui exstiterit vere nobiscum Deus, et ad unum Salvatoris nostri Dei Verbi ad homines accessum: duobus enim sublati regibus, deserta et sola relicta est Iudaeorum terra, sicut oraculum ait futurum, dicens: « Relinquetur terra a facie duorum regum »; quod quidem ipsum etiam plane ad verbum sic demonstrabitur. Temporibus enim regis Achaz, et Isaiæ filii Amos, quibus prophetia illa edita est, rex Syriae qui Damasci, et rex Israel non is qui in Ierusalem, sed is qui Samariae regnabat, et multitudini Iudaeorum, qui a divina lege defecerant, imperabat, foedere inter se icto, eos quibus Davidis successores imperabant, obsidere coeperunt. Hosce igitur ambos cum prophetia tollendos atque evertendos canat, ipsos quidem illius temporis iudaeos et externos, qui adversus populum Dei sibi dextras

*501 μάλα διαλυθήσεσθαι καὶ ἀποχωρήσειν τοῦ πολέμου * φησί· τὴν γε μὴν βασιλείαν αὐτῶν καὶ τὴν διαδοχὴν εἰς τὸ παντελὲς καταλυθήσεσθαι, καὶ ἀποσθεσθήσεσθαι ἐπὶ τῆς τοῦ προφητευομένου, μεθ' ἡμῶν Θεοῦ, γενέσεως. Ἐπίστησον τοίνυν πότε ἡ Δαμασκηῶν ὁμοῦ καὶ Ἰουδαίων καταλύθη βασιλεία, καὶ κατὰ ποίους χρόνους κατελείφθη ἡ γῆ τῶν Ἰουδαίων ἀβασίλευτος, καὶ αὐτὴ γε ἡ πρὶν πολλὰ δυναμένη Δαμασκηῶν χώρα, μεγάλη χειρὶ τὸ παλαιὸν τῆς Συρίας ἀπάσης βασιλεύουσα. Ἐπὶ γὰρ τῆς τούτων καθαιρέσεως τὸν Ἐμμανουὴλ πάντως που γεννηθήσεσθαι εἰκόσ, καὶ τὸν προφητευόμενον ἐληλυθέναι. Εἰ μὲν οὖν τῶν δηλουμένων παρῶν ὄραξιν συνεστῶσας τὰς βασιλείας, οὐδὲν χρῆν περαιτέρω ζητεῖν, μόνον δὲ ἔτι καὶ νῦν εἰς μέλλοντα χρόνον ἀναρτᾶν τὰς ἐλπίδας· εἰ δὲ ἔργω προφανῆς ἡ καθαιρέσις τῶν εἰρημένων, ὡς μήτε ἐν Δαμασκῶ, μήτε ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς φαίνεσθαι βασιλεία, πρόδηλον ὡς τέλους ἔτυχε τὸ λόγιον φῆσαν· « Καὶ καταλειφθήσεται ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων, ὧν σὺ φοβῆ, ἀπὸ προσώπου αὐτῶν »· τῶν βασιλέων, ἀντὶ τῶν βασιλειῶν ὀνομασμένων. Ὁ γοῦν Σύμμαχος φησιν· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἀφ' ἧς σὺ ἐγκακεῖς, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς »· καὶ ὁ Ἀκύλας· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ χθὼν, ἣν σὺ σικχαίνεις, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς ». Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ βδελύσση,

inter se dederant, e vestigio dissolvendos, et discessuros a bello praedicit; regnum tamen illud ac successionem eorum prorsus dissolutum extinctumque iri, sub illius, de quo prophetia loquitur, nobiscum Dei, ortum. Attende igitur diligenter quo tempore Damascenorum simul ac iudaeorum dissolutum est regnum, et quando tandem relicta est terra iudaeorum sine rege, necnon ipsa quae prius multum poterat, magna manu quondam Syriae universae imperitans, Damascenorum regio. Namque sub horum eversionem atque interitum, ipsum Emmanuel prorsus oriturum fuisse par est, et eum de quo prophetia loquitur venturum. Si igitur horum ipsorum, de quibus dictum est, regna, adhuc stare intueri liceret, nihil amplius quaerere opus esset, sed etiam nunc in futurum tempus spem omnem intendere. Sin autem reipsa constat ea de quibus dictum est, eversa sublataque esse, usque adeo ut neque in Damasco, neque in Iudaea, nostris temporibus regem intueri liceat, quid amplius dubitandum est, oraculum suum finem accepisse, quod ait? « Et relinquetur terra a facie duorum regum, quos tu times a facie ipsorum »; quibus in verbis reges pro regnis nominati sunt. Siquidem Symmachus ita ait: « Relinquetur terra, a qua tu mala pateris, a facie duorum regum ipsius ». Aquila vero: « Relinquetur terra, quam tu fastidis, a facie duorum regum ipsius ». Theodotion quoque

ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς ». Ὅρᾳς ὅπως τὴν γῆν καταλειφθή-
 σεσθαι ἀβασίλευτον θεσπίζει; Ποίαν δὲ γῆν, ἢ τὴν τῶν Δαμασκηῶν, καὶ
 τὴν τοῦ Ἰσραήλ; τούτων γὰρ ἦσαν οἱ δύο βασιλεῖς, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος· ὧν
 ὁ Ἄχαζ τὴν γῆν ἐσίχαινε, ἢ ἐδδελύσσετο, ἀποκάνων ἢ ἐγκακῶν ἀπ' αὐ-
 τῆς. Πότ' οὖν τοῦτο γέγονε; τούτων γὰρ συμπερασθέντων, πᾶσα ἀνάγκη
 καὶ τὸ προλεγόμενον μέρος τῆς προφητείας εἰς ἔργον κεχωρηκέναι· τοῦτο
 δὲ ἦν τὸ τὴν Παρθένον τεκεῖν τὸν μεθ' ἡμῶν Θεόν. Καὶ δὴ πρόδηλον τοῖς
 τὰς ἱστορίας ἐξετάζουσιν, ὡς μέχρι μὲν τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σω-
 τῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπὶ τῆς Δαμασκοῦ συνειστήκει τὸ ἐκ
 προγόνων διαδοχῆς βασιλείον. Μέννηται γοῦν ὁ ἱερός ἀπόστολος Ἀρέτα
 τοῦ βασιλέως Δαμασκηῶν καὶ τοῦ Ἰουδαίων δὲ ἔθνους ἡ ἄτακτος, καὶ οὐ
 κατὰ νόμον εἰσέτι τότε διέμενε βασιλεία. Οὐ γὰρ ἀπὸ γένους Δαυὶδ ἔφερον
 τὴν τῆς ἀρχῆς διαδοχὴν Ἡρώδης καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν
 γενόμενοι. Μετὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν εἰς πάντας
 ἀνθρώπους τοῦ ἐκ τῆς Παρθένου παιδὸς κήρυγμα, καταλέλειπται αὐτίκα ἢ
 γῆ ἀπὸ προσώπου τοῦν δυεῖν βασιλέων. Ἐξ ἐκείνου γὰρ τῆς Ῥωμαίων μο-
 ναρχίας τῶν ἔθνῶν ἐπικρατησάσης, ἐλέλυτο μὲν καὶ πᾶσα ἢ κατὰ τοὺς τό-
 πους ἐθναρχία τε καὶ πολιαρχία· τέλος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ τῆς ἐν

eodem interpretatus est modo: « Relinquetur, inquit, terra quam tu
 abominaris a facie duorum regum ipsius ». Cernis vaticinetur terram
 relinquendam esse sine rege. Sed quam tandem terram, nisi Dama-
 scenorum atque Israel? Horum enim duo reges erant, de * quibus *503
 hic sermo est. Quorum terram Achaz fastidiebat sive abominabatur
 laborans, sive mala patiens ab ea. Quando igitur, quaeso, hoc fac-
 tum est? His enim confectis, necesse est prorsus eam prophetiae
 partem, de qua hic dictum est, ad exitum pervenisse, hoc est Vir-
 ginem nobiscum Deum peperisse. Et sane constat apud eos qui
 non indiligenter historias exploraverint, quemadmodum usque ad
 tempora Salvatoris nostri Iesu Christi, reges Damasci a maioribus
 suis acceptum imperium tenuerint. Nam sanctus quoque Apostolus
 Aretae Damascenorum regis meminit, et Iudaicae gentis ad illud
 usque tempus, quamvis inordinatum et praeter leges, regnum ma-
 nebat. Non enim a genere David aut Herodes, aut qui post Hero-
 dem, Salvatoris nostri temporibus exstiterunt, regni successorem
 ferebant. At vero post eius adventum, postque de Virgine nati evan-
 gelicam in omnes homines praedicationem, terra continuo a facie
 duorum regum relicta est. Nam ex illo cum romani omnium gen-
 tium imperium obtinuissent, solutus quidem est omnis per singula
 loca, tam gentium quam civitatum principatus, finemque una cum

χερσίν ἐλάμβανε προφητείας. Ῥητὰ μὲν οὖν τάδε· πρὸς δὲ διάνοιαν ὁ τῆς
 προφητείας λόγος ἀπάσης ψυχῆς τὸ εὐσταθὲς καὶ γαληναῖον, καὶ εἰρηναῖον
 σημαίνει τῆς τὸν γεννηθέντα Θεὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἐμμανουὴλ παραδεξαμέ-
 νης. Ἐνὸς γὰρ Χριστοῦ καὶ τοῦ καταγγελθέντος πρὸς αὐτοῦ λόγου τῆς τῶν
 *504 ἀνθρώπων * ψυχῆς βασιλεύοντος, οἳ πρὶν ἀποπεφεύγασιν πολέμιοι, δύο τρόποι
 δυσσεβείας, ὃ τε τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὴν ἐν πολυτρόποις δόγμασιν ἑτε-
 ροδοξίαν ὑποβάλλον ἀνθρώποις, καὶ ὁ τὴν ἐν ἤθεσι διαστροφὴν ἐνεργῶν.
 Τούτων δὲ οὖν ἔφερον οἱ πάλαι δηλούμενοι σωματικοὶ βασιλεῖς τὰ σύμβολα
 ὧν ὁ μὲν Δαμασκηνῶν τῆς τῶν ἐθνῶν περὶ τὰ εἰδωλα πλάνης εἰκῶν ἦν, ὁ δ'
 ἕτερος τῶν ἀποστάντων τῆς Ἱερουσαλήμ, δηλαδὴ τῶν ἀποπεπτωκότων τῆς
 κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ λατρείας. Ὅτι δὲ ταῦτα κατὰ διάνοιαν τροπικῶς
 ἀποδέχασθαι προσήκει, μάθοι ἂν τις καὶ ἀπὸ τῶν ἐξῆς ἐπιλεγόμενων, δι'
 ὧν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἐμμανουὴλ μίας τινὰς καὶ μελίσσας ἐπελεύσεσθαι τῷ
 Ἰουδαίων ἔθνει καὶ ὁ λόγος θεσπίζει, τὰς μὲν ἀπ' Αἰγύπτου, τὰς δὲ ἀπὸ
 τῶν Ἀσσυρίων, τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὸν πῶγωνα ἀποξυρῆσειν·
 ἄνθρωπον δὲ δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα θρέψειν, καὶ ἄλλα τινὰ καθ'
 ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἔσεσθαι οὐδαμῶς πρὸς λέξιν νοούμενα, κατὰ μόνην
 δὲ διάνοιαν θεωρούμενα. Ταῦτα μὲν οὖν τοιαῦτα· ὅπως δὲ ἡ παροῦσα γραφὴ

multis aliis, etiam ea quae ad praesentem prophetiam pertinent,
 sortita sunt. Et haec quidem ad verbum interpretantibus dicta sint.
 Ad sensum vero in hunc modum dicatur: huius prophetiae verba
 omnis animae quae Deum hunc natum, ipsum, inquam, Emmanuel
 suscepit, stabiles, tranquillos, pacificos significare mores. Uno
 enim Christo, et eo quod ab ipso nuntiatum est verbo, humanae
 animae imperium obtinente, priores eius hostes, duo impietatis modi
 fugati sunt: unus is, qui et simulacrorum cultum, et in multimodis
 opinionibus diversitatem hominibus suggerebat: alter is, qui in mo-
 ribus perversitatem propagabat. Nam ii, qui dicti sunt corporales
 reges, horum notas et signa gestabant, e quibus unus Damascenis
 imperans, erroris, quo in simulacris colendis gentes tenebantur,
 erat imago: alter vero eorum, qui ab Ierusalem defecerant, qui vi-
 delicet a Dei legitima adoratione deciderant, figurate personam
 gerere videbatur. Quod vero haec ad sensum ex figura accipere
 oporteat, poterit quispiam etiam ex iis quae sequuntur addiscere,
 ubi in diebus Emmanuel muscas quasdam atque apes, iudaicam
 gentem invasuras oraculum canit, alias quidem ab Aegypto, alias
 autem ab Assyriis, caput ac pedes et barbam Dominum abrasurum,
 hominem vero iuvenecam boum et duas oves nutriturum, et alia
 quaedam sub unum atque idem tempus futura, quae nullo modo
 ad verbum intelligi possunt, sed ad sensum duntaxat accipienda

τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως προεσήμαινε τὸν τρόπον, μαρτυρήσει ὧδέ πως ὁ εὐαγγελιστὴς γράφων· «Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν· Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Ἰωσήφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων παραδειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται αὐτῷ λέγων· Ἰωσήφ υἱὸς Δαυΐδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν». Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· «Ἴδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὃ ἐστι μεθερμηνεύμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Οὕτω δὴ καθ' ἡμᾶς τὰ τῆς θείας προγνώσεως ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως πιστοῦται, ἄλλως οὐκ ἂν τῆς προφητείας ἀληθοῦς ἀποφανθησομένης.

185

Ἔχεται τῆς προτεταγμένης καὶ ἡ παροῦσα προφητεία. Ἡ γὰρ ἐκεῖ Παρθένος ἡ τὸν μεθ' ἡμῶν Θεὸν τίκτειν λεγομένη, προφήτις ἐπὶ τοῦ παρόντος ὠνόμασται. Ζητουμένου δὲ πόθεν ἄρα συλλήψεται ἀπειρόγαμος οὔσα,

PG
22, 517

sunt; et haec quidem in hunc modum se habent. Quod autem ea quae sic scripta sunt, Salvatoris nostri Iesu Christi modum nascendi significaverint, ipse evangelista hoc pacto testificatur scribens: *Iesu Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparet ei dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea genitum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis ipsorum. Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, «nobiscum Deus».*¹ Sic sane secundum nos ea, quae ad divinam praedictionem pertinent, ex ipso rerum eventu comprobantur: quippe, cum alia ratione, nunquam prae se veritatem prophetia latura esse videatur.

185

Continuatur cum superiore prophetia haec: Quae enim illic Virgo, nobiscum Deum, parere dicitur, prophetissa in praesenti nominata est. Sed cum quaestio oriretur undenam esset concep-

PG
22, 51

¹ Matth. I, 18-23.

τοῦτο νῦν ὁ λόγος διδάσκει· « Καὶ προσῆλθον », λέγων, « πρὸς τὴν προφητίν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἷόν ». Ἀκουστέον δὲ ταῦτα ὡς ἐξ ἁγίου Πνεύματος, ὑφ' οὗ θεοφορούμενος ὁ προφήτης ἐθέσπιζεν. Αὐτὸ δὴ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προεληλυθέναι ὁμολογεῖ τῇ προφητίδι· ὃ καὶ σαφῶς πεπλήρωται ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως, ὅτε « ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας ἣ ὄνομα Ναζαρέθ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ· καὶ εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί ». Καὶ πάλιν· « Μὴ φοβοῦ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοῦ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν ». Εἰπούσης τε τῆς Μαρίας· « Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » ἀπεκρίνατο· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιαίσει σοί. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ».

PG
22, 553

Cap. III. [...] Εἰ δὲ ὁμνύντα τὸν Θεὸν ἀκούεις κατὰ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ὡς πατὴρ ἀκούει ὁμνύντος κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ πάντων αἰώνων προΐφροστῶτος, ἁγίου καὶ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδός, ὃν ποικίλως ἐθεολόγησαν

186

tura, quae virum experta non esset, ipsum hoc de quo quaeritur, nunc oraculum docet: *Et accessi, inquit, ad prophetissam, et in utero accepit, et peperit filium.*¹ Est autem intelligendum de Spiritu sancto, a quo afflatus propheta divinabat. Ipse enim sanctus Spiritus se accessisse ad prophetissam fatetur, quod quidem ipsum plane completum est in Salvatoris nostri Iesu Christi ortu, quo tempore *missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, de domo et familia David, ad quam dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*² Et rursus: *Ne timeas, invenisti enim gratiam apud Deum, et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum;*³ et cum dixisset Maria: *Quomodo erit istud quoniam virum non cognosco?*⁴ respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod gignitur, sanctum vocabitur, Filius Dei.*⁵

PG
22, 554

Cap. III. [...] Ubi vero Deum per sanctum suum iurantem audis, Patrem accipe iurantem per Deum Verbum, qui omnia saecula antecedit, sanctum utique atque unicum suum Filium, quem varie ut Deum ante a nobis expositi sermones celebraverunt, per quem iurat

186

¹ Isa. VIII, 3.² Le. I, 26-28.³ Le. I, 30-31.⁴ Le. I, 34.⁵ Le. I, 35.

αἱ πρόσθεν ἡμῖν παρατεθεῖσαι φωναί, καθ' οὗ ὄμνυσιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ὡς κατὰ ἡγαπημένου, τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸν ἄπειρον αἰῶνα δοξάσειν· ὁ καὶ γέγονεν ὅτε ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀνείληφ' τε καὶ ἐθεοποίησε. Διὸ καὶ υἷὸν αὐτὸν ἀναγορεύει λέγων· « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἷόν »· καὶ πάλιν· « Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν ». Σαφῶς τοιγαροῦν ἐκ τούτων ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ πρωτότοκος ἐκ σπέρματος ἔσεσθαι Δαβὶδ ἀνείρηται, ὥστε ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν υἷὸν τοῦ Δαβὶδ τῷ Θεῷ Υἱῷ, καὶ τὸν Υἷὸν τοῦ Θεοῦ τῷ υἱῷ Δαβὶδ· δι' ὧν ἐναργῶς ὁ Πρωτότοκος πάσης κτίσεως αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἷος ἀνθρώπου γενήσεσθαι προεφητεύετο. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ λόγιον ἢ τοῦ Εὐαγγελίου γραφῇ ἐπισφραγίζεται, δι' ὧν φησιν ἐπιστάντα τὸν Γαβριὴλ τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ φάναί περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· « Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἷος Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος ». Καὶ μετὰ βραχέα δὲ ἐν τῷ * αὐτῷ Εὐαγγελίῳ Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ τάδε περὶ τοῦ Χριστοῦ θεσπίζει· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶ-

*556

Deus et pater ipsius tanquam per dilectum, se eum qui de semine David oriatur in infinitum saeculum glorificaturum; quod ipsum etiam est factum quo tempore Verbum caro effectum est, et eum qui de semine David oriebatur, assumpsit Deumque effecit. Quocirca Filium quoque eumdem appellat dicens: « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium ». Et rursus: « Et ego primogenitum ponam illum ». Planissime igitur in his verbis Filius Dei primogenitus de semine David futurus dictus est, adeo quidem, ut unus atque idem sit filius David cum Filio Dei, et Filius Dei cum filio David, in quibus evidentissime primogenitus omnis creaturae ipse Filius Dei, filius hominis futurus canebatur. Hoc autem oraculum Scriptura evangelica * quasi signo impresso confirmat, ubi ait, Gabriel, cum astitisset Virgini, dixisse de Salvatore nostro, *Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.*¹ Et post pauca in eodem Evangelio, Zacharias Ioannis pater haec de Christo divinat: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem populo suo, et erexit cornu salutis in nobis in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanc-*

*555

¹ Lc. I, 32-33.

νος αὐτοῦ προφητῶν ». Ἄλλ' ὅτι μὲν τὸν ἐπηγγελλόμενον τῷ Δαβίδ αἰώνιον θρόνον ὁ Σωτῆρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων ἀπέληφεν, ἵκαναὶ πιστώσασθαι αἱ προπαρατεθεῖσαι μαρτυρίαι, ἧ τε τοῦ Γαβριὴλ καὶ ἧ τοῦ Ζαχαρίου, δι' ὧν καὶ συνίσταται ἐκ σπέρματος γεγωνῶς Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Τίτι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσήφ γενεαλογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταί, καίπερ μὴ ὄντος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὅπως τε καὶ αὐτῇ ἧ τοῦ Κυρίου μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβίδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ζητημάτων καὶ λύσεων διειληφότες, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμπομεν, ἐφ' ἑτέραν ἡμᾶς ὑπόθεσιν κατεπειγοντος τοῦ παρόντος καιροῦ.

PG
22, 657

Lib. IX. [...] « Ἴδου Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἤξει εἰς Αἴγυπτον· καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἠττηθήσεται ἐν αὐτοῖς » 187

[...] «Ὡρα μὴ ἄλλως ταῦτα γεγονέναι συνομολογεῖν ἢ τοῦ Κυρίου ἐληλυθότος εἰς Αἴγυπτον ἀκολούθως τῇ προκειμένῃ προῤῥήσει. Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλως τὸν λόγον αἰνίττεσθαι τροπικῶς τὸν περιγεῖον κόσμον, εἰς ὃν ὁ λόγος προφητεύει τὸν Κύριον ἐπὶ νεφέλης κούφης ἤξειν, οὕτω τὸν ἐκ Παρ-

*torum, qui a saeculo sunt prophetarum eius.*¹ Quod vero promissam ipsi David aeternam sedem Salvator et Dominus noster Iesus, qui Christus est Dei, neque alius ex hominum genere quispiam acceperit, satis ea quae superius posita sunt testimonia comprobaverint, necnon ipsius Gabriel et Zachariae, in quibus etiam illud confirmatur, quod, quatenus ad humanam eius naturam pertinet, de semine David natus est. Caeterum, qua ratione ipsius Ioseph genus sancti evangelistae describant, quamvis Salvator noster ex eo natus non sit, sed de Spiritu sancto et sancta Virgine, quoque modo haec ipsius Domini mater de genere ex semine David fuisse ostendatur, in primo et quaestionum et solutionum quae ad generis Salvatoris nostri seriem atque enarrationem pertinent, explicavimus.

PG
22, 658

Lib. IX. [...] « Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Aegyptum: et commovebuntur manufacta Aegypti a facie eius, et cor eorum vincetur in ipsis ». ² 187

[...] Quid aliud iam superest, nisi ut fateamur non aliter ista contigisse, quam per Domini in Aegyptum adventum, sicut vaticinium proxime expositum significabat? Et nihil quidem impedit aliter quoque idem accipere oraculum, ut videlicet figurate terrenum hunc mundum significet: in quem verba ipsa Dominum super nube

¹ Lc. I, 68-70.

² Isa. XIX, 1.

θένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ληφθέντα αὐτῷ ἄνθρωπον αἰνιττόμενος· χειροποίητα δὲ Αἰγύπτου σεισθήσεσθαι τὰ τῶν ἐθνῶν ζόανα, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας, ὡς αὖ πάλιν Αἰγυπτίους ἠττωμένους πάντας τοὺς πάλαι πρότερον περὶ τὴν εἰδωλολατρείαν ἐπτοημένους.

188

Lib. X. [...] Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς διαλαβούσης αὐτὸν εἰσέτι τότε περιστάσεως ἠῦχετο· εἰδῶς δὲ μὴ χεῖρονα οὖσαν τῆς τοῦ θανάτου συμφορᾶς τὴν πρώτην αὐτοῦ εἰς σάρκα ἔνδесιν, καὶ τὴν ἐκ θηλείας καὶ παρθένου γένεσιν, κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς περὶ θανάτου τῶν τῆς γενέσεως αὐτοῦ μνημονεύει λόγων πρὸς τὸν Πατέρα· «Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπᾶσας με ἐκ γαστροῦ, ἢ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπεβρίβην ἐκ μήτρας, ἐκ κοιλίας μητρός μου Θεός μου εἶ σὺ». Τούτων δὲ εἰκότως ἀναφέρει τὴν μνήμην εἰς παραμυθίαν τῆς τῶν παρόντων ἀπαλλαγῆς. Ὡσπερ γάρ, φησί, γέγονάς μου βοηθός, σῶμα ἀνθρώπειον ἀναλαβόντος, ὅτε καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς κυοφορούσης με γαστροῦ σὺ αὐτὸς ὁ Θεός μου καὶ Πατήρ μου, ὥσπερ μαιούμενος τὴν ἐμοὶ κατεσκευασμένην ἐξ ἁγίου Πνεύματος σάρκα, ἐξέσπασας, τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὀρέξας, ὡς ἂν μὴ τις ἐνέδρα καὶ ἐπιβουλὴ ἐξ ἀντικειμένων δυνάμεων καὶ πονηρῶν πνευμάτων διαφθορουμένων τῇ εἰς ἀνθρώπους παρόδῳ μου γένοιτο· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν πρώτην σύλληψιν σὺ πάλιν τὸ κατὰ γαστροῦ ἐπεσκίασας, ὡς ἂν λάθῳ τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου ἢ ἐξ ἁγίου Πνεύ-

PG
22, 773

levi venturum vaticinentur: quippe quae hoc modo hominem ab illo de Virgine et Spiritu sancto assumptum, intelligi velint.

188

Lib. X. [...] Cum autem nihilo viliores primam corporeae naturae assumptionem, ortumque illum de femina et virgine, ipsa mortis calamitate esse intelligeret, non incommode in iis quae ad mortem pertinent, etiam ea quae ad ortum spectant commemorat, sic ad Patrem dicens: *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. In te proiectus sum ex utero matris meae * Deus meus es tu.*¹ Merito autem haec meminit, ut seipsum consoletur, et a praesentibus malis avertat. Qui enim, inquit, fuisti mihi adiutor, cum humanum corpus assumerem, quo tempore ex ipsius parturientis utero, me, tu ipse Deus meus et Pater meus, tanquam obstetricis fungens officio, pro ea quae mihi de Spiritu sancto comparata erat carne, extraxisti, tua porrecta virtute da mihi iam nunc salutem, ne qua fraus aut ullae insidiae, ab adversis potestatibus malignisque spiritibus, qui mihi etiam in accessu meo ad homines inviderunt, fiant, quoniam in prima item conceptione tu rursus quod in utero fui, obumbrasti, ut principes saeculi huius

PG
22, 774

*775

¹ Ps. XXI, 10.

*776 ματος τῆς ἁγίας Παρθένου σύλληψις. "Ὁπερ μέγα μυστήριον ὁ σὸς ἀρχάγγελος ἐξέφηγε Γαβριήλ, τῇ Μαρίᾳ εἰπών· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». * [...] Οὕτως δὲ ἐπὶ σέ ἐπεβρίφην ἐκ μήτρας, καὶ ἀπὸ γαστρὸς μητρὸς Θεός μου ἦσθα, ὡς αἰσθέσθαι τῆς ἐμῆς δυνάμεως ἔτι κυοφορουμένης πρὸς τῆς ἁγίας Παρθένου, τὸν ἐμὸν πρόδρομον Ἰωάννην, καὶ αὐτὸν κατὰ γαστρὸς τῆς Ἑλισάβεθ κυοφορούμενον, ὥστε ὑπὸ τῆς ἐμῆς θεότητος κινήθηντα σκιρτῆσαι ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθῆναι.

QUAESTIONES EVANGELICAE AD STEPHANUM

PG
22, 880 Quaestio I. Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως 189
ὅτι διὰ τὸν Ἰωσήφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσήφ ὁ Χριστός, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὡς φησιν ἡ Γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐ τὸν Ἰωσήφ, ὃ μηδὲν προσήκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστός, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὢν, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπειδὴ * τὴν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γενομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ θρυλλοῦσι, μῆτε τοῦ Ἰωσήφ ὄντα υἱόν, μῆτε τῆς Μαρίας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλο-

ipsa de Spiritu sancto et sancta Virgine conceptio lateret. Quod sane ingens mysterium, tuus archangelus Gabriel Mariae indicavit, dicens: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*¹ [...] Porro autem sic *in te proiectus sum ex utero*, et sic *de ventre matris meae Deus meus es tu*, ut meam virtutem cum adhuc in utero a Virgine sancta gestarer, meus quoque iam tum senserit praecursor Ioannes, qui etiam ipse in utero Elisabeth gestabatur, usque adeo ut mea divinitate concitus exsultatione exsilierit, et Spiritu sancto repletus sit.

PG
22, 879 Quaestio I. Qui fit, ut Christum evangelistae tanquam a Davide 189
genus ducentem narrent? Prorsus propter Iosephum Davidis pro-
sapia genitum. Atqui non abs Iosepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait Scriptura. Oportuisset igitur Mariae genus enarrari, siquidem Christi stemma non Iosephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Iam vero si Iesus a Iosepho non oritur sed a Maria * tantummodo, is ne a Davide quidem est: quandoquidem Mariam nulla historia Davide oriundam demonstrat. Temere igitur evangelistae Christum Davidis genere ortum celebrant, cum neque is Iosephi

¹ Le. I, 35.

γουμένης· τοιαῦτα μὲν τινα τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσις δ' ἂν εἶη αὐτῶ ἥδε.

2. Φησὶ δὲ πού ὁ ἅγιος ἀνὴρ (Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῶ), τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας δεῦτερος γεγονώς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος, ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως· «Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη». Ἔστι δὲ καὶ λογισμῶ λαβεῖν, ὅτι μὴ πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν Χριστὸν Θεοῦ καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἀνθρώπων ὁράντων, τὸ δύνασθαι πιστεῦειν ἐξ ἀπειρογάμου κόρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσήφ ἡ Μαρία συλλαβοῦσα τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτιλὲς ἦν· ἥ γὰρ ἂν καὶ δίκην κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἡ παρθένος ὑπέσχεν, ὡς πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ Γραφή· «Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα»· μονονουχὶ διδάκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε, μηδὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν· μετὰ δὲ τὸ συναφθῆναι τὸν Ἰωσήφ καὶ παρ' αὐτῶ γενέσθαι, παρὰ πᾶσι τε γυναῖκα αὐτοῦ χρηματίσαι, συνόντων ἀλλήλοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἀπτεσθαι ἤδη

sit filius, neque Mariam in familia Davidis fuisse docuerint. Huiusmodi erat quaestio prima, quae sic dissolvitur.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui Antiochenae Ecclesiae secundus fuit post apostolos episcopus, ipsum saeculi principem latuisse Mariae virginitatem, ac Servatoris ex ea natiuitatem. Ipse enim ait: «Latuit principem huius saeculi virginitas Mariae, eiusque partus, itemque Christi mors: mysteria tria clamosa, quae tamen sub divino silentio peracta fuerunt».¹ Iam ipso mentis ratiocinio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut mortales omnes, qui Dei unctum inter homines communi hominis forma versantem cernebant, natum crederent e puella nuptiarum ignara, patre nullo. Neque porro expediebat, ut multi compertum haberent, Mariam haud ex Iosepho conceptum peperisse Iesum: prorsus enim poenae fuisset obnoxia de Mosaicae legis mandato virgo, ceu si ante nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quamobrem merito animadversum est, vigilanter admodum Scripturam dicere: *Antequam ipsi convenirent, inventa est in utero habens*; tanquam si aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse, neque prius quam ad virum accederet: sed postquam cum Iosepho coniugata fuit, atque apud eum diversari coepit, et ab omnibus coniux

¹ Vide N. 2 huius Ench.

καταπλαγείς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· μείζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃ, δίκαιος ὢν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου Πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴδὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου δράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πρᾶξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου Πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου γεγονέναι κήσιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴδὲ τοῖς πολλοῖς φανεράν γενομένην· εὖ γοῦν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρηῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι θέλων· πολλῆς οὖσης ἐν τούτοις διαφορᾶς ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ παραγράψαι, καὶ τὸ λογισασθαι καὶ παραλογισασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ

Illico igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quae acciderant maiora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque haec causa fuit, quamobrem iustus cum esset, haud aequum iudicavit eam diffamare: maluit autem occulte eamdem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepissee; cum probe simul sciret eamdem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suae iustitiae munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis iudicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo iustus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Iosephum ita se gerentem, ab evangelista iustum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem Virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Iosepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque obiectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffamare noluerit. Non enim ait nolens eam infamare, sed «diffamare»; quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefac-

καταπλαγείς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολύσαι αὐτήν· μείζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃ, δίκαιος ὢν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολύσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου Πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴδὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνὴρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου δράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πράξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου Πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς Παρθένου γεγονέναι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴδὲ τοῖς πολλοῖς φανεράν γενομένην· εὖ γοῦν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρησθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἔφησε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι θέλων· πολλῆς οὕσης ἐν τούτοις διαφορᾶς ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ παραγράψαι, καὶ τὸ λογίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ

Illico igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quae acciderant maiora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque haec causa fuit, quamobrem iustus cum esset, haud aequum iudicavit eam diffamare: maluit autem occulte eamdem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; cum probe simul sciret eamdem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suae iustitiae munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis iudicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo iustus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Iosephum ita se gerentem, ab evangelista iustum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem Virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Iosepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque obiectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffamare noluerit. Non enim ait nolens eam infamare, sed «diffamare»; quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefac-

μὲν γὰρ παραδειγματίσαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσιν τε καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν· τὸ δὲ δειγματίσαι, τὸ φανερόν ἀπλῶς ποιῆσαι.

885

4. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μεῖζον ἦν τὸ πράγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιστάς ὄναρ ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσήφ Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου ». Καὶ θέα γε ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πᾶσι προσδοκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἔφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατήρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· « Ματθάν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ »· νῦν δὲ παρεῖς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ προπάτορος ὑπομιμνήσκει· μονονουχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπηγγελημένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κούμενος· ἔπειτα δὲ αὐτῷ θαρσεῖν παρακελεύεται δι' ὃν εἶχεν φόβον· οὐχ ὁ τυχῶν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συναισθημένῳ μὴ ἐξ ἀνδρὸς κευκηέναι τὴν Μαρίαν· κάπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ ὁ μὴ ἠγνόει, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γνωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου ».

tionem ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

886

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Iosephus clam deseruisset, commode angelus per somnium huic oblatum ait: *Ioseph fili Davidis, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.*¹ Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat, scilicet eundem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes exspectabant. Alioqui cur non eum Iacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista: *Matthan autem genuit Iacobum; Iacobus autem genuit Iosephum.*² Nunc vero, praetermissa patris mentione, progenitorem commemorat: propemodum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Iosephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum iubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exin eundem docet non quod non ignorabat, sed praecogniti causam. Ait igitur: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.*

¹ Matth. I, 20.

² Matth. I, 15-16.

5. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι οἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστους, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεται μοι Γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεῖθῃ βραδύως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἄνδρα τε αὐτὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλάττοντα θεωμένους.

[...] Αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλο τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώμενα ὑπ' αὐτοῦ ὁρῶντες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· « Πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Ἰάκωβος καὶ Ἰωσήφ καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐστῶτων ἔξω καὶ ζητούντων λαλῆσαι αὐτῷ, εἶπέ τις αὐτῷ· « Ἴδου ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοὶ σου ἐστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες ».

190

6. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἀγίου Πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεσιωπάτο, ὁ δὲ Ἰωσήφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομίσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέθειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλούς, οἱ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμουν τὴν γένεσιν· χρη-

PG
22, 888

5. Tale mihi tantumque agitata consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile credituri erant, qui sermonem eiusmodi audirent de homine mira narrantem, quem aequae ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili praeditum viderent. [...] Reapse homines illius aetatis, nihil insolitum de nativitate eius suspicantes, quanquam eiusdem facta aspiciebant, ita colloquebantur: *Unde huic omnis sapientia haec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, et fratres eius Iacobus et Iosephus et Simon et Iudas? Itemque sorores eius nonne omnes apud nos sunt?*¹ Rursus alias matre eius fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque loqui volentibus, ait quidam: *En parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt.*²

190

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Iesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Iosephus autem in parentis locum assumptus est, ita ut merito tanquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cuius stemma ab illo non deduceretur: quae res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei verae ignorantiam, de

PG
22, 887

¹ Matth. XIII, 54-56.

² Matth. XII, 47.

σίμως οὖν καὶ τοῦ τέκτονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὀνομασμένων τέκνων ἀδελφὸς ἐχρημάτιζεν.

PG
22, 888

7. [...] Διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσήφ ἀπὸ Δαβίδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταυτῶ καὶ τὴν Μαριάμ ἐκ Δαβίδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τοῦ μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαίνοντες γένος· νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορεύοντος μὴ ἄλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κληρὸς ἀπὸ φυλῆς * εἰς φυλὴν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφή καὶ τὴν γυναικίκα δηλῶσαι· νομικῶς γὰρ βιούς οὐδ' ἄλλοθεν ἐμνᾶτο τὴν γυναικίκα, ἢ πρῶτα μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβίδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα· ὅτε τοίνυν ὁ Ἰωσήφ φυλῆς γεγονώς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβίδ, πῶς οὐχ ἔπεται καὶ τῆ Μαριά ἐκ τῶν αὐτῶν ὀραῖσθαι;

191

*889

8. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενῆς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὔσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, μὴ θαυμάσης· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἑνὸς ἦν γένους, αἳ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔνθεν καὶ ὁ θεὸς Ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων· « Ἡὐχόμεν γὰρ ἀνάθημα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινες εἰσιν Ἰσραηλῖται »· καίτοι συγγενεῖς αὐτοῦ

natalibus eius haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est.

PG
22, 887

7. [...] Commode igitur dum Iosephum praedictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul David oriundam comprobant, genere coniugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare * quam ex genere proprio suaque tribu, ne videlicet generis haereditas ex una in aliam tribum commoveretur; satis erat viri descriptio ad coniugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quae primum esset ex eius patria, tribu, Iudae videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Illatenus enim lex iubebat. Si Iosephus igitur de Iudae tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

191

*890

8. Quod si eadem dicitur Elisabeth cognata; cum tamen illa de tribu Iudae, Elisabeth de Levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Iudaeorum gens uno genere censebatur, cunctaeque tribus invicem cognatae erant. Hinc etiam divus Apostolus Iudaeos omnes appellat cognatos suos, dum ait: *Optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui mihi secundum carneam naturam cognati sunt, Israe-*

ἐτύγχανον μόνοι ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· οὐκοῦν πάντας ἀπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφούς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβητ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαριάμ, διὰ τὰ ἄμφω Ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τόπου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκληθῆσθαι τὴν Ἐλισάβητ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὠρμᾶτο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· « Ἀναστᾶσα δὲ Μαριάμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὄρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβητ »· τοῦ γὰρ Μωϋσέως νόμου μὴ ἀφορίσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κληρὸν, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτούς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβητ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὠρμᾶτο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἔνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτάς ἀνειρηθῆσαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν Σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ Σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἑνὸς τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μιᾶς τῆς κατὰ Θεὸν συγγενείας μετεῖχον. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

9. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὢν ἀνὴρ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπό-

*litis.*¹ Atqui cognati eius soli revera erant Beniamitae: et tamen omnes Israelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabeth dixit Mariae cognatam, propterea quod ambae Israelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabeth appellari Mariae cognatam, quia nimirum habitabat in Iudae tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: *Earsurgens autem his diebus Maria abiit in montana cum festinatione, in urbem Iudae, et ingressa est domum Zachariae, ac salutavit Elisabeth.*² Etenim cum lex Mosaica sacerdotali tribui possessiones non assignavisset, quia Dominus Deus pars eius est, mandavisset autem ut inter caeteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabeth quadam in urbe tribus Iudae habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque id rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit: et altera quidem Servatorem, altera Servatoris praecursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet eiusdemque sancti Spiritus gratia potitae. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatae fuerunt. Haec praesentis dubitationis solutio est.

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de Apostoli divi sen-

¹ Rom. IX, 3.

² Le. I, 39-40.

στολον, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, ἢ τε μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἦδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραφασμένη τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἔπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἦδη * συνημμένην τῷ Ἰωσήφ, εἰκότως συναντιλαμβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἴρηκε· « Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γενησομένου προπάτωρ ἦν ὁ Δαβὶδ· πῶς γὰρ ἄλλως εἰκὸς ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογοῦντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἰρήκει τό· « Δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ »· ποίου γὰρ πατρὸς; εἰκότως ἂν ἤρετο ἢ παρθένος, ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ ὅτι σαφῆς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· ἔνθεν εἰκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσήφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρεθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς πόλιν Δαβὶδ ἣτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ

tentia,¹ duoque sunt in carne una ex Mosaicae legis regula;² et si nupta viro, quae flagitium admiserit, adulterii poenam ob id ipsum subit; ceu quae iam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consecaneum? Quamobrem Maria Iosepho iam * nupta, merito in eius genealogia intelligenda est; cum praesertim perspicue demonstratum sit non solum ex eius tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Praeter quam quod etiam Gabriel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter caetera ait: *Dabit illi Deus sedem Davidis patris eius*:³ aperte docens, eius qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset haec ab angelo dici apud virginem, nisi eamdem de Davidis genere esse confiteretur? Neque sane feminae alienae a Davidis stirpe dictum fuisset, *dabit illi Deus sedem Davidis patris eius*. Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quae quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet), nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait: *Ascendit autem Iosephus de Galilaea ex urbe Nazareth in Iudaeam, ut nomen suum profiteretur in urbe Davidis cui nomen Bethlehem,*

¹ Ephes. V, 23.

² Gen. II, 24.

³ Lc. I, 32.

οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένη αὐτῶ οὔση ἐγκύω ». Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα τὴν παροῦσαν λέξιν, ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσήφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἐρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδοδεομένων. Δεδειχθαι τοίνυν σαφῶς ἠγοῦμαι, ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσήφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὔσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

ECLOGAE PROPHETICAE

- 192 Lib. II, cap. X. [...] « Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκῆνωμα αὐτοῦ » ἡλίου νοουμένου τῆς θεότητος, εἰς ἣν τὴν ἑαυτοῦ μονὴν καὶ τὴν οἶονεὶ κατασκῆνωσιν ἔθετο, ἣ καὶ ὅπερ ἐκ τῆς Παρθένου ἔλαβε σῶμα, ὅπερ ἦν ὡσπερ εἰς σκῆνωμα τῆς ἐν αὐτῷ καταμενούσης θείας δυνάμεως. PG 22, 110
- 193 Lib. IV, cap. IV. « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ, λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυὶδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἄνθρωποις, καὶ πῶς PG 22, 120

*propterea quod esset de domo familiaque Davidis cum Maria desponsata sibi praegnante.*¹ Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc Evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Iosephum, de domo familiaque Davidis esse: quam Scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quae hactenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Iosephi genealogiam ab inclytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Iesum Dei unctum.

- 192 Lib. II, cap. X. [...] Scriptura docet, quod *in sole posuit tabernaculum suum*;² sol deitatem innuit, in qua sedem suam et quasi tabernaculum posuit, vel quod ex Virgine sumpsit corpus, quod quasi tabernaculum erat divinae potestatis in eo permanentis. PG 22, 110
- 193 Lib. IV, cap. IV. *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo, domus David: Numquid parum vobis est; mo-* PG 22, 120

¹ Lc. II, 4-5.

² Ps. XVIII, 6.

Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοῦ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, πρὶν ἢ γινῶναι αὐτὸν ἢ προελεσθαι πονηρά, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν· διότι, πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρία, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν». Οἱ μὴ παραδεχόμενοι τῶν ἐκ περιτομῆς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν
 *1204 λεγέτωσαν τίς ἢ παρθένος, ἢ κατὰ τὴν προφητείαν ἐν * γαστρὶ ληψομένη καὶ τέξουσα τὸν ἐπονομαζόμενον Ἐμμανουήλ υἱόν· ἀλλ' εἰ φάσκοιεν μὴ γεγράφθαι παρθένον, ἀλλὰ νεᾶνιν κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν, λεκτέον, ὡς οὐχ οἱ τυχόντες ἐτύγγαλον οἱ πρῶτοι τὴν Γραφὴν κατὰ θεῖαν ἐρμηνεύσαντες οἰκονομίαν, ἐβδομήκοντα μὲν ὄντες τὸ πλῆθος, ἀναλελεγμένοι ἀριστίνδην ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ, δοκιμὴν τε οὐ σμικρὰν κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους ἐπὶ σοφίᾳ δεδωκότες· τί δ' ἂν παράδοξον ὁ Λόγος ὑπισχνεῖτο σημεῖον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὡσπερ τι θαυμαστὸν τῷ οἴκῳ Δαυὶδ δοθήσεσθαι προμαρτυράμενος, εἰ περὶ ψιλῆς νεάνιδος ὁ λόγος ᾗν· οὐδὲν δὲ ἡμᾶς κωλύει, εἰ καὶ νεάνιδα[ν] κατ' αὐτοὺς περιέχει τὸ Ἑβραϊκόν, ὡς περὶ παρθένου δηλοῦσθαι νομίζειν τὰ εἰρημμένα· καὶ γὰρ οὖν ἐν τῷ Λευϊτικῷ εὔροις ἂν τὴν ὁμολογουμένως παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ὑφ' ἑτέρου δὲ βεβιασμένην, νεᾶνιν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὀνομαζομένην· καὶ αὐτῇ γε ἀξιοπρεπὲς ἂν εἴη τῷ οἴκῳ Δαυὶδ διὰ

*lestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, non est obediens malitiae, ut seligat bonum.*¹ Non accipientes qui ex circumcissione sunt, Salvatoris nostri Iesu Christi adventum, dicant quatenam sit haec virgo, quae iuxta
 *1203 prophetiam * in utero accipiet et pariet filium, cuius nomen erit Emmanuel. Quod si dixerint non virginem, sed puellam apud Scripturam hebraica voce nominatam esse, respondendum quod primi qui divinum Scripturae sensum ita sunt interpretati, non quilibet erant, septuaginta scilicet e populo praestantiores delecti, et maxima pro illis temporibus sapientia probati. Quodnam enim mirum Sermo pollicebatur signum ab ipso Domino, quasi prodigium aliquid, domo David datum iri praenuntians, si tantummodo simplex puella designaretur. Nihil vero prohibet, etsi puellam iuxta eos hebraicum significet, quin prophetia virginem indicari existimemus. Caeterum in Levitico quoque invenies virginem viro desponsatam, et quae vim ab alio tulit, puellam quoque Scriptura appellari. Et hic quidem decorum esset domo David propter eorum incredulitatem a

¹ Isa. VII, 10-16.

τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν παρὰ Κυρίου δίδοσθαι σημεῖον, τὸ παραδόξως παρθένον ἀποτεκεῖν, δι' ὃ δὴ καὶ ὁ τεχθησόμενος θαυμαστός τις ὦν ἀνηγόρευται· εἴ γε ἐκ παιδός, καὶ ὡς εἰπεῖν, ἐξ αὐτῆς γενέσεως, ἀπειθήσειν μὲν πονηρία, ἐκλέξασθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν προφητεύεται. Καὶ τὸ ὄνομα δὲ αὐτοῦ θαυμαστικῶς προαναπεφώνηται Ἐμμανουήλ τυγχάνον· «ὃ ἔστι, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Ὁ καὶ φήσαιμεν ἂν ἡμεῖς οἱ ὁμολογοῦντες αὐτόν, καὶ συναισθόμενοι τῆς ἐν-θέου καὶ ἀπορρήτου εἰς πάντας ἀνθρώπους διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐπιδη-μίας· λέγοιτο δ' ἂν πάλιν Ἐμμανουήλ, «ὃ μεθ' ἡμῶν Θεός», τῷ τὸν μὲν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὄλων ἐπέκεινα οὐ μόνον τῆς θνητῆς, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς λογικῆς φύσεως τυγχάνειν· τὸν δὲ Υἱόν, «τὸν μεθ' ἡμῶν Θεόν» εἰκότως ὀνομάζεσθαι τῆς μέχρις ἡμῶν ἐπιδημίας αὐτοῦ ἔνεκεν. Ἐπεὶ δέ τις τῶν ἐκ περιτομῆς εἰρηκότος ἀκούσας μέμνημαι ταῦτα τῷ Ἀχάζ προφητεύεσθαι περὶ Ἐζεκίου τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενομένου καὶ μετ' αὐτόν βασιλεύσαντος, ἐπιτηρητέον, ὅτι πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Ἀχάζ καὶ πρὸ τῆς εἰρημένης αὐτῷ ταύτης δὴ αὐτῆς τῆς προφητείας, Ἐζεκίας ἤδη πάλαι γεγεννημένος ἀποδείκνυται· ἐπὶ δέκα γοῦν καὶ ἐξ ἔτεσι τὸν Ἀχάζ βασιλεύσαντα διαδέχεται, ἄγων ἔτος τῆς ἡλικίας πέμπτου καὶ εἰκοστόν, ὀπηνίκα τῆς βασιλείας ἤρχετο, ὡς προλαμβάνειν αὐτοῦ τὴν γένεσιν ἔτεσιν ἑννέα τὴν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν πάροδον· ἀλλὰ γὰρ ἤδη βασιλεύοντι τὰ προκείμενα τῷ Ἀχάζ προφητεύεται περὶ τῆς δεδηλωμένης τοῦ Χριστοῦ παραδόξου καὶ θαυμασιωτά-

Domino dari signum, virginem inusitate parturire, cuius nasciturus puer admirabilis fore praedicaretur. Siquidem a pueritia, et ut ita dicam, ab ipsa nativitate malitiae non obtemperaturus, bonumque electurus prophetizatur. Et nomen eius mirum in modum praenuntiatur Emmanuel fore, scilicet *nobiscum Deus*. Quod et diceremus nos ipsi, qui eum agnoscimus et confitemur eius divinam et mysticam apud omnes homines ipsius potentia incarnationem. Dicatur iterum Emmanuel, *nobiscum Deus*, eo quod Pater quidem, Deusque omnium supra non tantum mortalem, sed et omnem spiritualem naturam sit; Filius vero non immerito *nobiscum Deus* nominatur, cum apud nos commoratus sit. Quod si iudaei haec Achaz praenuntiata ad Ezechiam, eius filium regnique successorem, referant, animadvertendum haec ipso iam tum patre Achaz regnante praedicta; Ezechiam vero antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Sexdecim annos regnaverat Achaz, cum ei successit Ezechias, qui tum aetatis quintum et vicesimum annum agebat; ita ut novem annis antequam pater in solium ascenderet, natus sit. Sed iam regnanti haec praedicta sunt Achaz de mirifica atque insolita Christi nativitate. Singulorum vero huius prophetiae verborum

της γενέσεως. Τὰ δὲ κατὰ τὴν λέξιν ἕκαστα ὁποῖον ἔχει νοῦν, τοῖς εἰς τοὺς τόπους τοῦ θαυμασίου ἀνδρὸς ἐξηγητικοῖς ἐντυχῶν ὁ φιλομαθὴς εἴσεται.

PG
22, 1205

Cap. V. [...] « Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφήτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν », καὶ τὰ ἐξῆς. Σφόδρα δὲ ἀπρεπὲς καὶ τῆς προφητικῆς σεμνότητός τε καὶ καθαρότητος ἀλλότριον τὸ προχείρως οὕτως οἶσθαι τὸν προφήτην ἐν αὐτῷ τῷ θεοφορεῖσθαι ἐπὶ μαρτύρων τῶν προδεδηλωμένων κοινωνίας χάριν αἰσχυρᾶς προσεληλυθέναι γυναικὶ προφήτιδι καὶ αὐτῇ ποία δὲ κἂν πιθανότης τολμάτω προσελθεῖν αὐτὸν συνειληφέναι καὶ τετοκέναι αὐτὴν υἱόν· ἀλλὰ γὰρ ἔχασθαι καὶ ταύτην τὴν προφητείαν ἠγοῦμαι τοῦ νοῦ τῆς προεκτεθείσης, καθ' ἣν εἴρητο· « Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται »· ἐκεῖσε μὲν γὰρ ἐν γαστρὶ λήψεσθαι καὶ τέξεσθαι υἱὸν προὔλεγετο ἡ παρθένος· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ τρόπος καθ' ὃν πέρας εἴληφεν ἡ προφητεία δηλοῦται· « Ἐν γαστρὶ γάρ, φησὶν, ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν ». Τίς ἂν οὖν εἴη ὁ φάσκων τὸ « Προσῆλθον πρὸς τὴν προφήτιν, » ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λαλοῦν ἐν τῷ προφήτῃ, περὶ οὗ λέλεκται τῇ Μαρίᾳ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Διὸ καὶ προφήτις οὐκ ἀπεικίτως καὶ αὐτὴ ἂν λεχθείη· ἀπὸ γοῦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος συλλαβοῦσα τέτοκε τὸν ἐκεῖσε μὲν ἐπικεκλημένον Ἐμμανουήλ, ἐνταῦθα δὲ ἄλλως προσαγορευόμενον.

194

sensum, qualis sit, noverit qui in hos locos mirabilis viri exegeticis studiose attenderit.

PG
22, 1206

Cap. V. [...] *Et accessi ad prophetissam, et in utero accepit, et peperit filium*,¹ et quae sequuntur. Magnopere quidem indignum prophetica dignitate et sinceritate existimare prophetam, praesertim cum inter praedictos testes divinitus inspiratur, turpis causa consortii ad mulierem, prophetissam licet accedere. Nunquid verisimile erat eum accessisse, et illam concepisse et peperisse filium? Nobis enim idem esse videtur sensus huius, ac prioris prophetiae, qua dicitur: *Ecce virgo in utero accipiet*: illic enim in utero accepturam et filium parituram esse virginem praedictum erat; nunc hic ratio ostenditur qua eventu probata est prophetia. *In utero enim, ait, accepit et peperit filium*. Quis igitur esset dicens: *Accessi ad prophetissam*, nisi Spiritus sanctus, a quo afflatus propheta divinabat, et de quo dictum est Mariae: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*.² Ideoque prophetissa non immerito diceretur ipsa, quae a sancto Spiritu concipiens, peperit eum qui illic vocatur Emmanuel, hic vero aliter nominatur.

194

¹ Isa. VIII, 3.

² Lc. I, 35.

- 195 Cap. XXIV. [...] « Ἐκ κοιλίας », φησί, « μητρός μου ἐκάλεσε τὸ ὄνομά μου »· ὁ καὶ σαφῶς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· αὐτοῦ γὰρ τοι τυγχάνουσιν οἱ λόγοι, οὓς ἐκ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου γραφῆς μεμαθήκαμεν. Ἄγνοοῦντι γὰρ τῷ Ἰωσήφ περὶ τῆς συλλήψεως τῆς Μαρίας ἐπιστάς ὁ Γαβριήλ, διάκονος ὢν τοῦ πατρικοῦ βουλήματος, κατ' ὄναρ εἶπε μεθ' ἕτερα καὶ τό· « Τέξεται δὲ υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ».

COMMENTARIA IN PSALMOS

- 196 Ps. IX, 1. « Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ Υἱοῦ ». PG 23, 132
 Πολλὰ δὲ ἦν αὐτῷ τὰ κρυφίως πεπραγμένα, ἧ τε ἐκ Παρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου κατὰ σάρκα γέννησις, αἱ τε παράδοξοι καὶ θαυματουργοὶ δυνάμεις, ὅ τε θάνατος αὐτὸς καὶ ἡ εἰς ἄδου κάθοδος καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ πάντα κρυφίως πέπρακται. Ἀπέκρυψε γὰρ αὐτὰ καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ κόσμου τούτου.
- 197 Ps. LXVIII, 8-9. [...] « Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη τῶν ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τῶν υἱῶν τῆς μητρός μου ». Δύο δὲ ἀτάγματα ἐν τούτοις παρίστησιν· ἐν μὲν τὸ τῶν ἀληθῶς ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ἀπηλλοτριωμένος· ἕτερον δὲ τὸ τῶν υἱῶν τῆς μητρός αὐτοῦ, οὐ μὴν ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς

- 195 Cap. XXIV. [...] *Ex utero matris meae vocavit nomen meum*;¹ PG 22, 1235
 quod et aperte de Christo, ipsius enim sunt haec verba, quae ex Evangelii scriptura didicimus. Inscio enim Ioseph Mariam concepissee cum apparuisset Gabriel, paternae minister voluntatis, in somniis inter caetera haec ait: *Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum*.²

- 196 Ps. IX, 1. *In finem pro occultis Filii*. PG 23, 131
 Multa erant quae ipse occulte peregerat, generatio scilicet ex Virgine secundum carnem per Spiritum sanctum, stupendae illae virtutes quibus mirabilia edebat, mors eius et descensus in infernum, ac resurrectio ex mortuis. Haec, inquam, omnia latenter ab ipso perpetrata. Nam haec principibus huius mundi abscondita voluit.

- 197 Ps. LXVIII, 8-9. [...] *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meae*.³ PG 23, 738
 Duos hic ordines significat; alterum eorum qui vere fratres eius erant, quibus extraneus factus est; alterum eorum qui filii matris eius erant, sed non fratres eius, quibus

¹ Isa. XLIX, 1.

² Matth. I, 21.

³ Ps. LXVIII, 9.

ἐγενήθη ξένος. Καὶ μὴν ἐχρῆν υἱὸς μητρὸς αὐτοῦ, ὄντας ἀδελφούς, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς προτέροις χρηματίζειν. Ἄλλ' οὐκ ἀνόμασε τοὺς υἱοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφούς, ὡς ἑτέρους ὄντας δηλαδὴ παρὰ τὸ πρῶτον τάγμα τῶν ὀνομασθέντων ἀδελφῶν αὐτοῦ. Εἰς οὖν ἀδελφούς μὲν αὐτοῦ γεγεγονέναι τοὺς αὐτοῦ μαθητάς, περὶ ὧν καὶ ἐν ἑτέρᾳ φησίν· « Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε ». Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῆς Μαρίας φανεῖς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔλεγε· « Πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἶπον αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεὸν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν ». Τούτοις οὖν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη κατὰ καιρὸν τοῦ δηλουμένου πάθους, ὅτε πάντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀφέντες αὐτὸν ἔφευγον, αὐτὸς τε ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἠρνήσατο αὐτὸν τρίτον. Τούτοις ξένος καὶ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη· τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν καὶ ἀδελφοῖς οὖσιν αὐτοῦ, ξένος γέγονε. Μέννηται δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ μητρὸς, ὅτε, ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ, ὡς ἐκπλήσσεισθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· « Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὐτῆ; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; Πόθεν τούτῳ ταῦτα πάντα »; Ἐάν μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ μετὰ χειρᾶς λεγομένους υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ τούτους εἶναι ἐκλά-

peregrinus effectus est. Et tamen oportuit filios matris eius, cum fratres eius essent, perinde atque priores nuncupari fratres. At filios matris fratres non vocavit, utpote alios et diversos a priore ordine eorum qui fratres vocati sunt. Fratres ergo eius, discipuli existimandi, de quibus alibi dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, et in medio Ecclesiae laudabo te.*¹ Et in Evangelio post resurrectionem ex mortuis, cum Mariae visus est, dicebat: *Vade ad fratres meos, et dic illis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.*² His itaque fratribus suis extraneus factus est tempore praedictae passionis, quando omnes discipuli eius relicto eo fugiebant, ipseque praecipuus apostolorum Petrus ter negavit eum. His peregrinus et extraneus effectus est. Filiis item matris suae, qui fratres sui non erant, peregrinus fuit. Meminit porro Evangelium fratrum et matris eius, ubi cum venisset in patriam suam, docebat in synagoga, ita ut ipsi stuperent ac dicerent: *Unde huic sapientia haec? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius et fratres eius, et sorores eius omnes apud nos sunt? Unde huic haec omnia?*³ Si igitur filios matris eius in hoc psalmo sic vocatos, pro istis acci-

¹ Ps. XXI, 23.

² Io. XX, 17.

³ Matth. XIII, 54-56.

βοιμεν, ἀνάγκη τὴν ἁγίαν Παρθένον μητέρα φάναι γεγονέναι τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Ἄλλ' ἐπιφαίνεται Ἰάκωβος ὁ χρηματίσας αὐτοῦ ἀδελφός οὐκ ἀπεξενωμένος αὐτοῦ γεγονώς, οὐδὲ ἀλλότριος τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, εἷς δὲ τῶν σφόδρα γνησίων αὐτοῦ μαθητῶν· ὡς καὶ τὸν θρόνον ἀναδέξασθαι πρῶτον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ αὐτοῦ ἀδελφοί, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατ' ἀρχάς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα δῆλοι εἰσι πιστεύσαντες. Ἱστορεῖ δ' οὖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἄρα ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰστήκεισαν ἔξω ζητοῦντες λαλῆσαι αὐτῷ. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων λέλεκται, ὡς ἄρα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι κοινῇ πάντες προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ σὺν Μαριάμ * τῇ μητρὶ αὐτοῦ *740 καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Πῶς οὖν δύναται τούτοις ξένος εἶναι νομίζεσθαι; Ὡστε μὴ χῶραν ἔχειν περὶ τούτων λέγεσθαι τό· « Ἀπῆλλοτριωμένος ἐγενήθη τῶν ἀδελφῶν μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρὸς μου ». Οὐ γὰρ ἦν τούτων ξένος, ἀλλὰ καὶ ἄγαν τίμιος· ὡς μηκέτι τοὺς προλεχθέντας αὐτοῦ ἀδελφούς υἱούς εἶναι τῆς Μαρίας ἡγεῖσθαι, ἕτεροι δ' ἂν εἶεν παρὰ τούτους οἱ διὰ τοῦ ψαλμοῦ λεγόμενοι υἱοὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οἷς ξένος ἐγενήθη. Νοήσεις δὲ μητέρα μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ σάρ-

pianus, necesse est nos sanctam Virginem, reliquorum fratrum eius matrem dicere. Verum Iacobus qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extraneus; imo vero unus ex iis qui cum primis inter germanos eius discipulos erant; ita ut ipse primus Hierosolymitanae Ecclesiae thronum acciperet. Reliqui item eius fratres, etsi a principio non crederent in ipsum, at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium¹ matrem et fratres eius foras stetisse quaerentes eum alloqui. Et in Actibus apostolorum² dicitur, fuisse apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre eius et fratribus eius. Qui ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest ut de iis dicatur: *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meae*. Non enim iis peregrinus, * sed multum pretiosus erat, ita ut nullatenus credere liceat memoratos fratres eius filios Mariae fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii matris eius dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelligas porro matrem quidem eius esse iudaeorum Synagogam omnemque cognationem secundum carnem, eorum scilicet qui ex circumcisione erant; filios vero huiusmodi ma-

¹ Matth. XII, 47.

² Act. I, 14.

κα συγγένειαν τῶν ἐκ περιτομῆς· υἱοὺς δὲ τῆς τοιαύτης μητρὸς τοὺς ἀρνησαμένους αὐτόν, καὶ εἰρηκότας· «Τοῦτον δὲ οὐκ οἶδαμεν πόθεν ἐστίν».

PG
23, 800

Ps. LXXI, 6. [...] «Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὥσει σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν».

198

[...] Ὑετὸς γὰρ ἐπὶ πόκον κατιῶν, ἀνεπαισθήτως καὶ ἀφορητὶ κάτεισιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ κατὰ σάρκα γένεσις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοιαύτην ἀνείληφε τὴν οἰκονομίαν, ὡς μηδένα νοῆσαι μηδὲ ἀκουσθῆναι, μηδὲ τοὺς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσι τὸ μυστήριον τῆς συλλήψεως καὶ τοῦ τοκετοῦ τῆς ἀγίας Παρθένου.

PG
23, 1341

Ps. CIX, 4. «Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀγίων, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἐωσφόρου ἐγέννησά σε». Ἀκύλας· «Ἐκ μήτρας ἐξωρθρισμένης σοι δρόσος παιδιότητός σου»· ὁ δὲ Σύμμαχος· «Ὅς κατ' ὄρθρον σοι δρόσος ἡ νεότης σου»· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· «Ἐκ μήτρας ἀπὸ ὄρθρου σοι δρόσος νεότητός σου». Καὶ ἔοικέ γε διὰ τούτων τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν σημαίνειν. Ἀπὸ γὰρ μήτρας, φησί, γενήσεται δρόσος ἐξωρθρισμένη τῆς παιδιότητός σου· ἢ ἐκ μήτρας * γενήσεται σοι δρόσος σου ὄρθρου ἐν τῇ νεότητί σου. Σημαίνεισθαι δὲ διὰ τούτων ἡγοῦμαι τὸ μὴ ἐκ σπέρματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐξ ἀγίου Πνεύματος συστῆναι τὴν ἐνσάρκον γέννησιν. Οἷα γὰρ δρόσος ἀνωθεν ἐξ οὐρανοῦ φερομένη, οὕτω πως ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς κυοφορούσης αὐτὸν μητρὸς ἢ τῆς σαρκὸς ὑπέστη σύστασις ἐν τῇ παιδιότητι αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ «ἐκ γαστρὸς», ἢ «ἀπὸ μήτρας», τὸ Ἑβραϊκὸν

199

*1344

tris, eos qui ipsum abnegarunt, ac dixerunt: *Hunc autem nescimus unde sit.*¹

PG
23, 799

Ps. LXXI, 6. *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram.*

198

[...] Pluvia quippe in vellus insensili modo sine strepitu demittitur. Quia igitur Servatoris nostri generatio secundum carnem tali dispensatione facta est, ut ne ex vicinis quidem ullus conceptionis et partus sanctae Virginis mysterium vel cogitaret vel audiret.

PG
23, 1342

Ps. CIX, 4. *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum, ex utero ante Luciferum genui te. Aquila, ab utero diluculo excitato tibi ros pueritiae tuae; Symmachus, velut diluculo tibi ros iuventus tua; quinta autem editio, ex utero diluculo tibi ros iuventutis tuae. Hisque videtur generationis eius carnalis oeconomiam significare. Ab utero enim, ait, erit ros matutinus pueritiae tuae; sive ex utero fiet tibi ros tuus diluculo in iuventute tua. Hisque arbitror declarari, non ex semine viri, sed * ex Spiritu sancto, carnalem generationem constitui. Nam quemadmodum ros superne de coelo defluens, sic in utero praegnantis matris eius, carnis constitutio facta est in infantia ipsius. Pro illo autem, ex ventre, sive ex utero, He-*

199

*1343

¹ Io. IX, 29.

ἔχει « Μαριάμ ». Οἶδα δὲ εἰς τοῦτο τινὸς ἀκούσας, ὡς τῆς Ἑβραϊκῆς φωνῆς ἐνταῦθα τῆς Μαρίας μνημονευσάσης· τὸ γὰρ « Μαριάμ », τὸ Μαρίας ὄνομα σημαίνει, ὡς ὀνομαστὶ διὰ τούτων τῆς Θεοτόκου μνημονευθείσης.

COMMENTARIA IN ISAIAM

200 Cap. VII, 14. « Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἴδου παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἑμμανουήλ ». Τί, φησίν, ἐστὶ τὸ σωτήριον σημεῖον, ὃ καὶ μὴ βουλομένοις ὑμῖν παρέξει; παρὰδοξόν τι θαῦμα ἔσται ποτὲ ἐν ἀνθρώποις, καὶ σημεῖον· μηδέποτε ἀκουσθὲν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος. Παρθένος κυήσει δίχρα τῆς πρὸς ἄνδρα κοινωνίας, καὶ Θεὸν γεννήσει, Σωτῆρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Τοῦτον αὐτὸν τὸν μέλλοντα λαγχάνειν τοιαύτης γεννήσεως Θεὸν σημεῖον ὑμῖν σωτήριον ἐντεῦθεν ἤδη ὁ Θεὸς παρέχει· ὃ δὴ καὶ εἰς βάθος μὲν δι' ἣν ποιήσεται μέχρις ἄδου κατάβασιν, εἰς ὕψος δὲ διὰ τὴν εἰς οὐρανούς ἐπάνοδον. [...]

* Ἄλλ' ἐνταῦθα γενομένους ἡμᾶς ἐπιστῆσαι προσήκει, ὡς ἀκριβῶς ἢ προφητεία τῷ οἴκῳ Δαυτὶδ προστάττει, καλέσαι τὸν ἐκ τῆς Παρθένου γενησόμενον Ἑμμανουήλ. Σὺ γὰρ αὐτός, ὁ οἶκος Δαυτὶδ, ὁ νῦν τῷ προφήτῃ συμπάρων, καὶ τούτου ἀκροώμενος τῶν λόγων τὸν θεσπιζόμενον καλέσεις Ἑμ-

braicum habet *Mariam*. Aliquo autem narrante novi, Hebraicam vocem hic Mariam meminisse: nam illud, *Mariam*, Mariae nomen significat; ita ut his nominatim Deipara commemoretur.

200 Cap. VII, 14. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabis nomen eius Emmanuel.*¹ Quod est, inquit, signum salutare, quod vobis vel nolentibus praebebit? Stupendum quoddam miraculum aliquando in hominibus erit, ac signum nunquam omni saeculo auditum. Virgo uterum gestabit sine ulla cum viro consuetudine, et Deum gignet, humani generis Salvatorem. Hunc ipsum, qui talem ortum ducturus est, Deum, in signum vobis salutare iam exhinc Deus exhibet; quod et in profundum et in altum extendetur; in profundum quidem, per descensum suum usque ad infernum; in altum vero, per suum ad coelos reditum. [...]

* Sed nos postquam huc devenimus, animadvertere par est, quo pacto prophetia domui David diserte praecipiat, ut eum qui ex Virgine nasciturus est, Emmanuelem nuncupet. Nam tu ipsa, domus David, quae iam prophetae ades, eiusque sermones audis, eum

¹ Isa. VII, 14.

μανουήλ· ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγεν· Ἐπικαλοῦ βοθηθὸν ἑαυτῷ συνεχῶς, πολ-
λάκις Ἐμμανουήλ ὀνομάζων, καὶ ὡς συνόντα σοι Θεόν, τοῦτον ἀνακαλού-
μενος· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἢ Παρθένος τοῦτον
κυήσει καὶ τέξεται· ὅτε καὶ τὸ ἀποτέλεσμα γενήσεται τῆς προφητείας, ὅτε
καὶ Σωτὴρ ἀναφανήσεται τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους, τῷ ἐτέρῳ χρήσεται
ὀνόματι τῆς σωτηρίας ἐπωνύμῳ· ἀλλ' ἐντεῦθεν ἤδη, σύ, ὁ οἶκος Δαυὶδ, ἀγα-
θὸν σύνθημα παρὰ Θεοῦ λαθὼν, ἀνακαλοῦ, τὸν Ἐμμανουήλ ὀνομάζων· σω-
τηρίαν γὰρ σοι πιστεύοντι καὶ πειθαρχοῦντι τοῖς λεγομένοις ἢ τοιαύτη προ-
ξενήσει κλήσις. Εἰ μὲν οὖν εἴρητο· « Καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμ-
μανουήλ », ἔδοξεν ἂν εἰς μέλλοντα χρόνον τὴν πᾶσαν παραπέμπειν προφη-
τείαν· οὕτω γὰρ ἀμφιβολίαν εἶχεν ὁ λόγος· ἐπεὶ μὴ Ἐμμανουήλ, ἀλλὰ Ἰη-
σοῦς κέκληται τὸ ὄνομα τοῦ ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου γεννηθέντος Σωτῆρος
ἡμῶν, κατὰ τὸν τοῦ ἀγγέλου χρηματισμὸν φήσαντα τῷ Ἰωσήφ· « Μὴ φο-
βηθῆς παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ
Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰη-
σοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτοῦ ». Εἰ οὖν
Ἰησοῦς, ἀλλ' οὐχὶ Ἐμμανουήλ τὸ ἐπάνυμον εἴληφεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ
Σωτὴρ, ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθεὶς κατὰ τὴν προφητείαν· πῶς ἂν ἔτι ἠλή-
θευσε τὸ λόγιον φῆσαν· « Καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ »;

qui in vaticinio fertur, vocabis Emmanuel; ac si clarius diceret:
Eum tibi adiutorem frequentius evoca, plerumque Emmanuelem
appellans, ac ut praesentem tibi Deum vociferans. Licet enim lon-
gissimis abhinc temporibus futurum sit, ut eum Virgo in utero gestet
et pariat; quando prophetiae complementum adveniet, quando ille
totius generis humani Salvator declarabitur, alio utetur nomine a
salute derivato; sed iam hoc tempore tu, domus David, quae bo-
num a Deo pignus accepisti, eum invoca, Emmanuelem appellans:
salutem quippe tibi credenti et dictis obtemperanti nomen illud
conciliabit. Si enim dictum fuisset, *Et vocabunt nomen eius Emma-
nuel*, visum fuisset in futurum tempus totam prophetiam remittere;
hoc enim pacto dubitandi causa amphibologia in sermone fuisset;
quandoquidem is qui ex sancta Virgine natus est Salvator noster,
non Emmanuel, sed Iesus vocatus est, secundum angeli oraculum
Iosepho editum his verbis, *Ne timeas accipere Mariam coniugem
tuam: quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est. Pariet autem
filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet popu-
lum suum a peccatis eius.*¹ Si itaque Iesus, non autem Emmanuel,
nomen accepit Dominus noster et Salvator ex Virgine natus secun-
dum prophetiam; quomodo verum fuerit oraculum dicens, *Et voca-*

¹ Matth. I, 20-21.

Διόπερ οὐκ εἴρηται μὲν οὕτως· οὐ γὰρ ἔμελλεν ὑπὸ πάντων τούτῳ καλεῖσθαι τῷ προσρήματι· ἀκριβῶς δὲ ὁ προφητικὸς λόγος· «Καὶ καλέσεις», περιέχει. Σὺ γὰρ αὐτός, ὁ οἶκος Δαυὶδ, δι' ὃν ταῦτα θεσπίζεται, σύνθημα σωτηρίας λαθῶν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους συμβολῆς, Ἐμμανουὴλ κάλει, καὶ τῆς τῶν πολεμιῶν ἡττητῆς ἐπιγράφου τοῦτον αἴτιον· ἐκ Παρθένου μὲν γεννησόμενόν ποτε, ἤδη δὲ Θεὸν ὄντα, καὶ μεθ' ἡμῶν ὄντα, ἐντεῦθεν δὲ ἤδη τὰ μεγάλα πρὸς σωτηρίαν χαριτούμενόν σοι.

COMMENTARIA IN LUCAM

- 201 «Εἶπε Μαριάμ· Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου». PG 24, 532
 Δούλη εἰμι Κυρίου· πίναξ εἰμι γραφόμενος· ὃ * βούλεται ὁ γραφεύς, γράφῃ τῷ ποιῆτῳ ὃ ἐθέλει ὁ τοῦ παντὸς Κύριος. *533

bunt nomen eius Emmanuel? Quamobrem non illo modo dictum est, non enim ab omnibus hoc nomine appellandus erat; sed accurate propheticus sermo sic habet, *Et vocabis*. Tu enim ipsa, domus David, cuius causa hoc vaticinium enuntiatur, accepto salutis pignore, quo tempore cum inimicis congredieris, ipsum Emmanuelem voca, et victoriae de inimicis partae auctorem ascribe: qui aliquando quidem ex Virgine nasciturus, sed iam Deus et nobiscum est, et iam tibi magna ad salutem tribuit.

- 201 *Dixit Maria: Ecce ancilla Domini.*¹ PG 24, 531
 Ancilla Domini sum; tabula pictoria sum; quidquid * vult pictor in ea depingat: quod vult omnium rerum Dominus faciat. *534

DE INCORPORALI ET INVISIBILI DEO

- 202 [...] De Filio eius cum dictum esset, *Emmanuel, nobiscum Deus*;² PG 24, 112.
 non simpliciter nobiscum est dictum, sed cum in corpore venit Dominus, tunc nobiscum: cum Virgo in utero concepit, tunc nobiscum Deus. Ante istam autem dispensationem, etiam dum esset praesens, non erat nobiscum.

¹ Lc. I, 38.

² Matth. I, 23.

● PG 20, 273, 452, 1104, 1265. PG 22, 16, 140, 141, 181, 281, 444, 489, 492, 493, 513, 516, 526, 529, 533, 536, 537, 540, 777, 932, 964, 973, 975, 978, 1136. PG 23, 793, 1112, 1113. PG 24, 25, 136, 140, 153, 169, 220, 456, 532, 732, 777, 780, 784, 801, 833, 836, 861, 864, 880, 900, 905, 984, 1020, 1033, 1057, 1065, 1066, 1195.

DE VITA CONSTANTINI
ORATIO AD SANCTORUM COETUM¹

- PG
20, 1265 Cap. XI. [...] Ἀνάγκη γὰρ τὸν δημιουργὸν τῶν ἔργων αὐτοῦ κήδεσθαι. **203**
Ἐπεὶ δὲ κοσμικῶ σώματι πλησιάζειν, ἔν τε γῆ χρονίζειν ἔμελλε, τῆς χρείας
τοῦτο ἀπαιτούσης, νόθην τινὰ γένεσιν ἑαυτοῦ ἐμηχανήσατο· χωρὶς γὰρ τοι
γάμων σύλληψις, καὶ ἀργῆς παρθενίας εἰλείθουα, καὶ Θεοῦ μήτηρ κόρη, καὶ
αἰωνίας φύσεως ἀρχὴ χρόνιος, καὶ νοητῆς οὐσίας αἴσθησις, καὶ ἀσωμάτου
φανότητος ὕλη· ἀκόλουθα τοιγαροῦν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ φάσματος· αἰγλήεσσα
περιστερὰ ἐκ τῆς Νῶε λάρνακος ἀποπταμένη, ἐπὶ τοὺς τῆς παρθένου κόλ-
πους κατῆρεν· ἀκόλουθα δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀναφῆ, πάσης τε ἀργείας καθαρῶ-
τερον, καὶ αὐτῆς ἐγκρατείας κρείσσονα ὑμέναιον.
- PG
20, 1292 Cap. XIX. [...] Ἀντωνίου δ' αὖ πάλιν Αὐγουστον περιγεγενῆσθαι, ὃς **204**
ἕξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. Τοῦτον Τιβέριος διεδέξατο· καθ' ὃν χρό-
νον ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἀγιωτάτης θρησκείας
ἐπεκράτησε μυστήριον, ἧ τε νέας τοῦ δήμου διαδοχὴ συνέστη· περὶ ἧς οἴμαι
λέγειν τὸν ἐξοχώτατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποιητῶν·

- PG
20, 1266 Cap. XI. [...] Cum vero ad terrenum corpus accessurus esset, et **203**
inter homines, necessitate sic exigente, aliquandiu moraturus, no-
vam quamdam nascendi rationem commentus est sibi. Nam absque
nuptiis fuit conceptio; et castae virginitatis puerperium; et puella
Dei mater: et aeternae naturae temporale principium; et intelli-
gibilis substantiae sensus; et incorporei splendoris materia. Cuncta
igitur quae tunc visa sunt, his fuere consentanea. Splendidissima
columba ex arca Noe devolans, in sinum Virginis descendit. Con-
sentanea item sunt reliqua, quae illibatum illum et omni castitate
puriorem, ipsaque adeo continentia praestantiozem hymenaeum
sunt consecuta.
- PG
20, 1291 Cap. XIX. [...] Antonius vero post haec superatus est ab Augu- **204**
sto, qui sex et quinquaginta annis imperium obtinuit. Huic deinde
successit Tiberius: quo tempore Servatoris adventus orbi illuxit, et
sanctissimae religionis mysterium vigere coepit, et nova quaedam
populi fetura ac successio instituta est: de qua princeps latinorum
poëtarum sensisse mihi videtur cum dicit:

¹ « Certains attribuent aussi à Eusèbe le *Discours à l'assemblée des saints* (ou à l'Église de Dieu), qui constitue le livre V de la *Vie de Constantin* (CAYRÉ, I, 373). Sermo hic est vere *Constantini Imperatoris*, ca 280 † 337 (cf. ALTANER, 221).

« Ἐνθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφράσθη ».

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν Βουκολικῶν τόπων·

« Σικελίδες Μοῦσαι, μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν ».

Τί τούτου φανερώτερον; Προστίθησι γάρ·

« Ἦλυθε Κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ὁμφή ».

Κυμαίαν αἰνιττόμενος δηλαδή τὴν Σιβύλλαν. Καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις, ἀλλὰ περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς χρείας τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἐπιποθούσης· τί λέγων αὖθις:

« Οὗτος ἄρ' αἰῶνων ἱερὸς στίχος ὄρνυται ἡμῖν·

Ἦκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἔρατὸν βασιλῆα ».

Τίς οὖν ἄρα εἶη παρθένος ἢ ἐπανάκουσα; Ἄρ' οὐχ ἡ πλήρης τε καὶ ἔγκυος γενομένη τοῦ θεοῦ Πνεύματος; Καὶ τί τὸ κωλύον τὴν ἔγκυον τοῦ θεοῦ Πνεύματος, κόρην εἶναι ἀεὶ καὶ διαμένειν παρθένον; Ἐπανάξει δὲ ἐκ δευτέρου, (καὶ) τὴν οἰκουμένην παραγενόμενος ἐπικουφίσει.

Iam nova progenies coelo demittitur alto.

Et rursus in alio *Bucolicorum* loco:

Sicelides musae, paulo maiora canamus.

Quid hoc apertius? Addit enim:

Ultima Cumaei venit iam carminis aetas.

Cumaeam scilicet Sibyllam intelligens. Ne his contentus, ulterius progressus est: quasi necessitas ipsa testimonium eius requireret. Quid igitur dicit?

Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo:

Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna.

Quaenam ergo est virgo illa quae redit? Nonne illa quae plena et gravida fuit Spiritu sancto? Quid autem obstat, quominus ea quae Spiritu divino praegnans est, puella semper et virgo permaneat? Redibit etiam optabilis Rex, et orbem terrarum adventu suo sublevabit.

in isto sexto miliario in quo nunc sumus, Deus et homo Christus Iesus, unus Dei filius et ipse virginis filius. Quia dum deitas in utero virginis humanitatem adsumpsit, et cum ea per portam virginis integram et inlaesam nascendo mundum ingressus est virginis filius; et homo quem adsumpsit idem est Dei filius, sicut iam supradiximus, et deitas et humanitas in Christo, et Dei Patris pariter et virginis matris filius.¹

EVAGRIUS Scholasticus (ca 536 † ca 600)

HISTORIA ECCLESIASTICA

PG 86^{bis},
2424
*2425

Lib. I, cap. II. [...] Ἀναστάσιός τις πρεσβύτερος, τὴν γνώμην κακόδοξος, Νεστορίου καὶ τῶν Νεστορίου Ἰουδαϊκῶν δογμάτων διάπυρος * ἐραστῆς, ὃς καὶ συνέκδημός οἱ γέγονε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαίροντι, ὅτε καὶ Θεοδώρῳ κατὰ τὴν Μοψουεστίαν συντυχῶν ὁ Νεστόριος, τῆς εὐσεβείας παρεστράπη, τῶν ἐκείνου διδασκάλων ἀκροασάμενος, ὡς Θεοδούλῳ περὶ τούτων ἐπιστολικῶς γέγραπται, τὰς διαλέξεις τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ ποιούμενος ἀνὰ τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, ἀναφανδὸν ἐτόλμησεν εἰπεῖν· Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλεῖτω μηδεὶς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον. Πρὸς ταῦτα τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ δυσχεράναντος, καὶ βλασφημίαν εἰκότως ἠγούμενου τὴν διάλεξιν, Νεστόριος ὁ τῆς βλασφημίας καθηγγητής, οὐ μόνον οὐ διεκώλυσεν, οὐδὲ τοῖς ὀρθοῖς προσετίθετο δόγ-

1667

PG 86^{bis},
2423
*2426

Lib. I, cap. II. [...] Fuit quidam Anastasius presbyter, haud * quam sanae fidei; Nestorii eiusque iudaicorum dogmatum fautor acerrimus; qui etiam Nestorium ad episcopatum urbis Regiae proficiscentem fuerat comitatus; quo quidem tempore Nestorius apud Mopsuestiam congressus cum Theodoro, audita illius doctrina, a recta pietate deflexit, sicut in Epistola quadam de his rebus agens scribit Theodulus. Hic igitur Anastasius cum in Ecclesia Constantinopolitana sermonem haberet ad populum Christi amantem, ausus est palam ac diserte dicere: Mariam nemo Deiparam vocet; nam Maria homo fuit: fieri autem non potest, ut ex homine nascatur Deus. Iis auditis, cum populus Dei graviter commotus esset, et sermonem illum, uti par erat, blasphemiam duceret, Nestorius auctor illius blasphemiae, non modo Anastasium non prohibuit, nec rectae sanaeque doctrinae patrocinium suscepit; verum iis quae ab Anastasio dicta

1667

¹ PL 88, 589.

● PL 88, 175; PLS III, 717, 734.

■ PL 88, 265, 348.

μασι· ἀλλὰ καὶ μάλα ἀτεχνῶς τοῖς εἰρημένοις Ἀναστασίῳ τὴν ῥοπὴν ἐδίδου, φιλονεικότερον ἐν τοῖς περὶ τούτων ἐνιστάμενος.

1668

Lib. I, cap. VII. [...] Αὐτὸς τοίνυν ὁ τῆς βλασφημίας πατὴρ Νεστόριος, ὁ μὴ κατὰ τοῦ τεθέντος θεμελίου τὴν οἰκοδομίαν ποιησάμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψάμμου κτίσας, ἣ καὶ ταχέως διελύθη κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παραβολὴν, πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντάς οἱ, μὴ κατὰ τὸ δέον τι καινουργῆσαι, μηδὲ μὴν καλῶς αἰτῆσαι τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον ἀλισθῆναι, γράφει πρὸς ἄλλοις οἷς ἐβουλήθη, ὑπὲρ τῆς ἰδίας βλασφημίας ἀπολογούμενος· ὡς ἐκ πάσης ἀνάγκης ἐς τοῦτο τάξεως ἐλήλυθεν ἀποκριθείσης τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ τῶν μὲν λεγόντων « ἀνθρωποτόκον » δεῖν τὴν Μαρίαν ὀνομάζεσθαι· τῶν δὲ « Θεοτόκον »· ἵνα γε, φησί, μὴ δυοῖν θάτερον ἀμαρτάνοιτο, ἢ ἀθάνατα συμπλεκόμενων, ἢ προσχωροῦντος αὐτῷ θατέρου τῶν μερῶν τοῦ ἐτέρου στερηθείη, τὴν « Χριστοτόκος » ἐπενόησε φωνήν. Ἐπισημαίνεται τε ὡς τὰ μὲν πρῶτα Θεοδόσιος τῇ πρὸς αὐτὸν προσπαθεία τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην ἀποβολὴν οὐκ ἐκύρωσεν· εἶτα ὅτι τινῶν ἐπισκόπων ἔνθεν τε ἀκκέϊθεν πεμφθέντων πρὸς Θεοδόσιον ἐκ τῆς Ἐφesiῶν πόλεως, αὐτοῦ τε αὖ δεηθέντος, ἐπετράπη κατὰ τὸ οἰκεῖον ἐπαναζεῦξαι μοναστήριον, ὃ πρὸ τῶν πυλῶν τῆς νυκτὸς Θεοπολιτῶν διάκειται, καὶ Νεστορίῳ μὲν ἐπὶ λέξεως οὐκ ὠνόμασται. * [...] Ἐγὼ δὲ καὶ τινος γεγραφὸτος τὴν τελευταίαν ἐκείνου ῥοπὴν ἀκήκοα, λέγοντος ὡς τὴν

PG 86^{bis},
2436

*2444

erant, aperte robur addidit, in huiusmodi disputationibus pervicaciter insistens.

1668

Lib. I, cap. VII. [...] Ipse igitur blasphemiae parens et auctor Nestorius, qui non super id fundamentum quod positum fuerat, sed super arenam aedificavit domum, quae et confestim collapsa est, iuxta Dominicam parabolam: adversus eos qui ipsum incusaverant, quod secus quam decebat novi aliquid invexisset, nec recte postulasset ut synodus Ephesi congregaretur: blasphemiam suam, ut voluit, defendens, praeter alia ita scribit: se omnino necessitate compulsus ad eius partis defensionem venisse, cum sacrosancta Ecclesia duas in partes divisa esset, et alii quidem ἀνθρωποτόκον, alii vero Θεοτόκον Mariam appellandam esse affirmarent. Ne igitur, inquit, duorum alterum peccarem, aut immortalia copulans mortalibus, aut si ad alteram partem me adiunxissem, exciderem altera, vocem Χριστοτόκος exco-gitavi. Addit etiam Theodosium initio quidem ob benevolentiam qua ipsum prosequabatur, depositioni ipsius minime consensisse: postea vero cum quidam episcopi utriusque partis ex Ephesiorum urbe missi essent ad Theodosium, et Nestorius ipse id rogasset, permissum ipsi esse ut ad monasterium suum reverteretur, situm ante portas urbis Antiochiae. * [...] Ego vero scriptorem quemdam legi, de illius morte

PG 86^{bis},
2435

*2443

γλωσσαν σκώληξι διαβρωθείς, ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ ἀθάνατα κατ' αὐτοῦ δικαιωτήρια μετεχώρησε.

PG 86^{bis},
2588

Lib. II, cap. XVIII. [...] Καὶ κατὰ τὴν ἐνάτην σύνοδον, ἐκινήθη τὰ κατὰ Θεοδώριτον. Καὶ ἀνεθεμάτισε Νεστόριον εἰρηκῶς· Ἀνάθεμα Νεστορίῳ, καὶ τῷ μὴ λέγοντι Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν, καὶ τῷ εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντι τὸν ἕνα Υἱὸν τὸν μονογενῆ. Ἐγὼ δὲ καὶ τῷ ὄρω τῆς πίστεως ὑπέγραψα, καὶ τῇ ἐπιστολῇ Λέοντος. Καὶ ἀπὸ διαλαλιᾶς πάντων ἀπέλαβε τὸν οἰκεῖον θρόνον.

1669

PG 86^{bis},
2793

Lib. V, cap. IV. Γράφει δὲ ὁ Ἰουστῖνος τοῖς ἐκασταχοῦ Χριστιανοῖς πρόγραμμα, αὐτοῖς ὀνόμασι τοῦτο· Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότητος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, Ἡμερος, Μέγιστος, Εὐεργέτης, Ἀλαμανικός, Γοτθικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Φραγκικός, Ἐρουλικός, Γηπαιδικός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Ἐνδοξος, Νικητής, Τροπαιοῦχος, Ἀεισέδαστος, Αὐγουστος. « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν », φησὶν ὁ Δεσπότης Χριστός, ὁ ἀληθινὸς * ἡμῶν Θεός. « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφήμι ὑμῖν », ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. Οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν, εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν ὁμοφρονούντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν

1670

*2796

ita narrantem, eum lingua vermibus erosa ad graviora et sempiterna migrasse supplicia.

PG 86^{bis},
2587

Lib. II, cap. XVIII. [...] Nono consessu actum est de causa Theodoriti. Qui Nestorium anathemate damnavit his verbis usus: Anathema Nestorio, et ei qui sanctam Virginem Mariam negat esse Deiparam, et ei qui unum Filium unigenitum in duos filios partitur. Ego vero et definitioni fidei, et Leonis epistolae subscripsi. Omnium igitur sententia propriam sedem recuperavit.¹

1669

PG 86^{bis},
2794

Lib. V, cap. IV. Scripsit porro idem Iustinus ad omnes qui ubique sunt Christianos edictum in haec verba: In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri, imperator Caesar Flavius Iustinus, fidelis in Christo, Clemens, Maximus, Beneficus, Alamannicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erulicus, Gepidicus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor ac Triumphator, semper Augustus. *Pacem meam do vobis*, ait Dominus Christus, verus Deus noster. *Pacem meam * relinquo vobis*,² idem Christus universis hominibus praedicat. Istud porro nihil aliud sibi vult, quam ut omnes qui in ipsum credunt, in unam eandemque Ecclesiam convenient, et in recta quidem Christianorum fide inde

1670

*2795

¹ Agitur de Concilio Chalcedonensi (451).

² Io. XIV, 27.

■ PG 86 bis, 2508, 2601, 2621.

δόξαν, ἀποστρεφόμενους δὲ τοὺς τάναντία λέγοντας ἢ δοξάζοντας. Πρώτη γὰρ σωτηρία καθέστηκε πᾶσιν ἀνθρώποις, ἢ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς κατακολουθοῦντες παραγγέλμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι τῶν ἁγίων Πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην προτρεπόμεθα πάντας συνελθεῖν· πιστεύοντες εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα [...]. Θεὸν τὰ τρία μετ' ἀλλήλων νοοῦμενα· τῷ αὐτῷ τῆς κινήσεως καὶ τῆς φύσεως, ἐπειδὴ χρῆ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἡγουν ιδιότητος κηρύττειν. Ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτόν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν Λόγον τὸν πρὸ αἰῶνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, ὅς ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἰς τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξάζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

inter se consentiant, aversentur autem eos qui contraria dicunt aut sentiunt. Prima enim salus cunctis hominibus est constituta, rectae fidei confessio. Quocirca nos quoque evangelica praecepta et sacrum Symbolum sive doctrinam sanctorum Patrum sectantes, cunctos hortamur ut ad unam eandemque Ecclesiam ac sententiam se conferant: credentes in Patrem et Filium ac Spiritum sanctum [...]. Deum unum tres personas, simul intellectas, ob eundem motum eandemque naturam. Quippe et unum Deum confiteri oportet, et tres subsistentias, sive proprietates praedicare. Confitemur vero ipsum unigenitum Filium Dei Deum Verbum, qui ante saecula et sine tempore ex Patre genitus est, non autem factus: in extremis diebus propter nos et propter nostram salutem e coelo descendisse, et incarnatum esse ex Spiritu sancto et ex Domina nostra, sancta et gloriosa Dei-para ac semper virgine Maria, et ex illa genitum. Qui est Dominus noster Iesus Christus, unus e sancta Trinitate, qui cum Patre et sancto Spiritu glorificatur.

S. GREGORIUS Magnus PP. (ca 540 †604)

MORALIUM LIBRI SIVE EXPOSITIO IN LIBRUM IOB (... 590)

1671

Lib. XVI, cap. XXXVI, 44. *Et in sinu meo abscondi verba oris eius.* In sinu etenim cordis verba oris eius abscondimus, quanto mandata illius non transitorie, sed implenda opere audimus. Hinc est quod

PL
75, 1143

S. CYPRIANUS (ca 210 †258)

DE IDOLORUM VANITATE ¹PL
4, 599

XI. [...] Huius igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister **169**
Sermo et Filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes retro illumina-
tor et doctor humani generis praedicabatur. Hic est virtus Dei,
hic ratio, hic sapientia eius et gloria. Hic in virginem illabatur, car-
nem Spiritus sanctus induitur, Deus cum homine miscetur. Hic
Deus noster, hic Christus est, qui mediator duorum, hominem in-
duit, quem perducatur ad Patrem. Quod homo est esse Christus vo-
luit, ut et homo possit esse quod Christus est.

S. FELIX I PP. et M. (†274)

FRAGMENTUM ²

AD MAXIMUM EP. ET CLERUM ALEXANDRINUM

PL
5, 144

Περὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν **170**
Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι
αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀίδιος Υἱὸς καὶ Λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ
ἀναληφθεὶς, ἵν' ἕτερος ἢ παρ' ἐκεῖνον· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαθεν ὁ τοῦ
Θεοῦ Υἱός, ἵνα ἢ ἕτερος παρ' αὐτόν· ἀλλά, Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα
καὶ τέλειος ἄνθρωπος, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

ACTA MARTYRUM (saec. III)

PG
10, 565

IV. [...] Σαβινιανὸς εἶπεν· Ἐγὼ πάντοτε ταπεινοφροσύνην ἐδιδάχθην **171**
παρὰ τῆς ἁγίας παρθένου Χρυσῆς, ἥτις καὶ ἐδίδαξέν με καθομολογεῖν ἕνα

PL
5, 143

De Verbi autem incarnatione et fide, credimus in Dominum **170**
nostrum Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod ipse est
sempiternus Dei filius et Verbum, non autem homo a Deo assump-
tus, ut alius sit ab illo. Neque enim hominem assumpsit Dei Filius,
ut alius ab eo exsistat: sed cum perfectus Deus esset, factus est
simul et homo perfectus, ex virgine incarnatus.

PG
10, 566

IV. [...] Sabinianus dixit: Ego vero semper humilitatem doctus **171**
sum a sancta Aura quae me docuit confiteri Dominum meum Iesum

¹ Viri docti attribuunt scriptum hoc Cypriano, Novatiano vel Pontio (cf. PLS I, 47). Genuinitatem vindicavit SIMONETTI (Clavis 57; Qua I, 595).

• S. GREGORIUS THAUMATURGUS († ca 270). Vide aliquot locos, sub titulo *Incertus Auctor*, Gregorio attributos.

• PL 3, 1158. PL 4, 248.

• MALCHIO ANTIOCHENUS (saec. III): PG 10, 259.

² Sunt qui censent fragmentum hoc confectum esse ab Apollinaris sectatoribus (cf. PLS I, 73).

Θεόν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Ἐπεὶ χρυσὸς ἡμῖν καὶ ἄργυρος ἢ μαργαρίται οὐχ ὑπάρχουσιν.

S. VICTORINUS Petovionensis M. (ca †304)

DE FABRICA MUNDI

- 172 [...] Quis itaque lege Dei doctus, quis plenus Spiritu sancto, non respiciat corde, ea die Gabriel * angelum Mariae virgini evangelizasse, qua die draco Evam seduxit; ea die Spiritum sanctum Mariam virginem inundasse, qua lucem fecit. PL
5, 312
*313

S. METHODIUS Ep. M. (†311)

CONVIVIUM DECEM VIRGINUM¹

- 173 Cap. IV. [...] Ἠρμoζε γὰρ τὸ πρωτόγονον τοῦ Θεοῦ καὶ πρῶτον βλάστημα * καὶ μονογενές, τὴν σοφίαν, τῷ πρωτοπλάστῳ καὶ πρώτῳ καὶ πρωτογόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπῳ κερασθεῖσαν ἐνηθροπηθέναι. Τοῦτο γὰρ εἶναι τὸν Χριστόν, ἀνθρωπῶν ἀκράτῳ θεότητι καὶ τελείᾳ πεπληρωμένον, καὶ Θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ κεχωρημένον· ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν πρεσβύτατον τῶν αἰώνων καὶ πρῶτον τῶν ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, εἰς τὸν πρεσβύτατον καὶ πρῶτον τῶν ἀνθρώπων εἰσοικισθῆναι τὸν Ἀδάμ. Ταύτῃ γὰρ ἀναζωγραφῶν τὰ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἀναπλάσσωσιν αὔθις ἐκ PG
18, 65
*68

Christum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Nam aurum aut argentum vel margaritas non me habere scias, nisi Dominum Iesum Christum.

- 173 Cap. IV. [...] Decebat * enim Primogenitum Dei, ac unigenitum germen, id est Sapientiam, primum formato primoque ac primogenito hominum generis homini admistum, hominem fieri. Id enim Christum esse, hominem pura perfectaue deitate plenum, et Deum qui in homine capiatur. Congruentissimum quippe erat antiquissimum aeonum et primum archangelorum cum hominibus versaturum, in antiquissimo primoque hominum inhabitare, id est Adamo. PG
18, 66
*67

■ *Epistola supp. S. Eutychiani Pp.* (saec. III): PL 5, 168, 169 (cf. PLS I, 73).

■ *Epistola supp. S. Caii Pp.* (saec. III): PL 5, 185, 187, 188 (cf. PLS I, 73).

● PG 10, 554. «*Adamantius*» (saec. III exeunte): PG 11, 1717, 1844, 1845. Cf. ALTANER 217. PG 18, 212.

● PL 5, 324. PLS I, 91, 103, 122.

¹ *Sermo de Simeone et Anna non est Methodii.* Cf. BARDENHEWER, I, 220.

σκάνδαλον, ἵνα μὴ βλαπτώμεθα ἀδίκως σκανδαλιζόμενοι. Καὶ βαλὼν μετάνοιαν, ἀνέστη, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν μετὰ θαυμάσιων εἶπεν· Ὁ μὴ λέγων τὴν Δέσποιναν ἡμῶν τὴν πανύμνητον καὶ παναγίαν ἄχραντον, καὶ πάση τῇ φύσει τῇ νοερᾷ σεπτὴν, φυσικὴν ἀληθῶς μητέρα τοῦ Θεοῦ γενομένην, τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἔστω ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, καὶ πάσης ἐπουρανίου Δυνάμεως· καὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων * ἀποστόλων καὶ προφητῶν, καὶ τοῦ ἀπείρου δήμου τῶν μαρτύρων· καὶ παντὸς πνεύματος ἐν δικαιοσύνῃ τετελειωμένου, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

GEORGIUS Pisida (saec. VII)

BELLUM AVARICUM

PG
92, 1264

Τῶν ζωγράφων τις εἰ θέλει τὰ τῆς μάχης
Τρόπαια δεῖξαι, τὴν Τεκοῦσαν ἀσπόρως
Μόνην προτάξοι, καὶ γράφει τὴν εἰκόνα.
Ἄει γὰρ οἶδε τὴν φύσιν νικᾶν μόνη,
Τόκῳ τὸ πρῶτον καὶ μάχῃ τὸ δεύτερον·
Ἔδει γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ ἀσπόρως τότε,
Οὕτως ἀόπλως νῦν τεκεῖν σωτηρίαν,

1777

esse, adiuro te per sanctam et consubstantialem et vivificam Trinitatem, ut dicas nobis an ita res habeat, atque scandalum hoc a cordibus nostris abstergas, ne iniuste scandalizati, damni aliquid referamus». Prostratusque in genua, surrexit, extensisque in coelum manibus cum lacrymis, dixit: «Qui non dicit Dominam nostram omni laude prosequendam, sanctissimamque intemeratam, atque omni naturae intelligenti venerabilem, vere natura Dei Matrem existitisse, eius qui fecit coelum et terram et mare, et omnia quae in eis sunt, sit * anathema et catathema a Patre et Filio et Spiritu sancto, consubstantiali et adoranda Trinitate, et ab omni coelesti Virtute; ab omni quoque choro sanctorum apostolorum et prophetarum infinitaque plebe martyrum; necnon abs Spiritu omni in iustitia consummato, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen».

PG
92, 1263

Pictor si quis velit belli tropaea ponere ob oculos, Virginem matrem solam ponat, eius pingens imaginem: nam ipsa sola novit semper vincere naturam partu primum et deinde bello. Aequum enim erat ut, sicut prius sine semine, ita nunc sine armis pareret salutem;

1777

Ὅπως δι' ἀμφοῖν εὐρεθῆ καὶ παρθένος
Καὶ πρὸς μάχην ἄτρεπτος ὡς πρὸς τὸν τόκον.

HEXAEMERON SIVE COSMOPOEIA

- 1778 Εἰ δ' αὖγε καὶ τίκτουςιν ὀρνίθων γένη,
'Εγκυμονοῦντα τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἢ τεκοῦσα Παρθένος
Τὸ πιστὸν ἔξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου,
'Εκ ζωοποιοῦ Πνεύματος πληρουμένη;

PG
92, 1522

SENARIORUM FRAGMENTA

- 1779 *Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Δέσποιαν Θεοτόκον.*
Γύναι, γυναιξὶ κόσμος εὐκλεῆς ἔφους·
Κοινὴ δὲ παντὸς τοῦ γένους σωτηρία.
Εἰς αὐτὴν βαστάζουσας καὶ τὸ βρέφος καὶ ἀτενίζουσας εἰς αὐτό.
'Ορῶσα τὴν ἄφραστον ἐν σαρκὶ φύσιν,
'Αμυχανεῖς, δέσποινα, καὶ γεγραμμένη.

PG
92, 1736

S. ANTIOCHUS Monachus (saec. VII)

HOMILIAE SEU PANDECTAE S. SCRIPTURAE (ca 620)

- 1780 Homilia XXI. De virginitate. [...] Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἠυδόκησεν ἐκ τῆς ἀγίας ἀχράντου Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τῷ κόσμῳ ἐπιφανῆναι, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν κατὰ τοῦ

PG
89, 1496

ut per utrumque constaret et esse virginem, et peraeque esse intactam in bello ac in partu.

- 1778 At vero si avium est genus, qui vento spirante concipiant; quidni quae peperit Virgo maiorem sibi fidem comparabit, quod sine semine genuerit, cum Spiritu vivificante fuerit repleta?

PG
92, 1522

- 1779 *In sanctissimam Dominam Deiparam.*

PG
92, 1735

Mulier, mulierum es inclytum ornamentum,

Et communis totius generis salus.

In eandem, in ulnis ferentem puerum, ipsumque demirantem.

Videns ineffabilem in carne naturam,

Deficis, o Domina, vel etiam picta.

- 1780 Homilia XXI. De virginitate. [...] Ex quo tempore Dominus noster Iesus Christus Dei Filius sua solius erga nos benignitate ex utero voluit sanctae et intemeratae Deiparae semper virginis Mariae,

PG
89, 1498

Ἰσαάκ, ὡς τύπος τοῦ τὰ πάντα χαροποιήσαντος Χριστοῦ, μεθ' ἣν πάλιν σκηνην καὶ ἡ τοῦ μαρτυρίου σκηνη δευτέρα οὔσα, τὴν σκηνωματοφόρον ταύτην Εὐάν γυναῖκα Χριστοῦ τοῦ Ἀδάμ, Ἐκκλησίαν ἐσήμανε, καὶ τὴν λεγομένην ζωὴν, τὴν μητέρα τῆς ζωῆς, ζωηφόρον σκηνην τῆς ἀκηράτου φύσεως τὴν Θεοτόκον καὶ Θεοδόχον καὶ Θεοτρόφον. Ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἡμᾶς Παρθένον καὶ Ἀειπαρθένον Μαρίαν προδιέγραφεν, ἐν ἧ ὡσπερ τινὶ σκηνηῖ λογικῇ ἀβυθούρακτῳ συνδρομῇ καὶ συνόδῳ ἀκαριαία διδυμοφυῶς συνεπλάκη, καὶ συνεπλάσθη καθ' ὑπόστασιν, ἀλλ' οὐ προεπλάσθη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν σκηνώδημον φύσιν.

S. GERMANUS Constantinopolitanus (ca 653 † 733)¹

DE HAERESIBUS ET SYNODIS (ca 727)

PG
98, 44
*45

7. Παῦλος δὲ ὁ Σαμοσατῶν ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ἔλεγε τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι * τῆς θεϊκῆς ὑπάρξεως τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ προεῖναι πρὸ τοῦ κατὰ σάρκα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανῆναι. Αὐτίκα δὲ σύνοδος τοπικὴ κατ' αὐτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνίσταται, προεδρεύοντος ἐν αὐτῇ τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν καὶ Θαυματουργοῦ τῆς Νεοκαισαρέων γεγονότος πόλεως· τούτῳ δὲ συνῆν καὶ Λέων Ταρσοῦ, καὶ Μάξιμος Βόστρης, Ἱεροσολύμων Μάγνης τις ἱερεὺς, καὶ τῆς Καππαδοκίας Φιρμιλιανὸς ὁ θαυμάσιος. Σὺν τούτοις συνηριθμεῖτο

1801

Christi omnia gaudio collustrantis, a quo tentorio tabernaculum testimonii secundum existens tabernaculiferam illam Evam Christi Adae mulierem Ecclesiam significavit, eamque designavit, quae Vita dicitur, matrem vitae, salutare tabernaculum immortalis naturae, Deiparam illam, Dei hospitam, Dei nutricem, sed quod ad homines, semper Virginem Mariam. Intra quam veluti intra tabernaculum quoddam rationale, per se existenti concursu et congressu incorrupto Verbum Dei dupliciter complicatum et connexum est per hypostasim, neque adhaesit tabernaculo illi naturali.

PG
98, 43
*46

7. Iam Paulus Samosatensis ex inviolata Domina nostra Deipara aiebat sumpsisse divinae existentiae * initium Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium, neque ante exstitisse quam humano generi in carne apparuerit. Igitur sine mora provincialis synodus contra ipsum Antiochiae coacta fuit, praesidente ei magno Patre nostro Thaumaturgo Neocaesariensis urbis episcopo; cui aderant Leo Tarsensis, Maximus Bostrensis, Magnes quidam Hierosolymorum sacerdos, et ex Cappadocia nostra admirabilis Firmilianus; atque horum in numero Theotecnus quoque Palaestinae antistes erat. Porro

1801

¹Vide aliquot locos, Germano attributos, sub titulo « Incertus Auctor ».

καὶ Θεότεκνος ὁ Παλαιστίνης, καὶ Φωτεινός, καὶ Μάρκελλος, τῆς αὐτῆς ἐν τούτῳ γεγονότες ἀθεῖας, ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ αὐτοὶ τὸν Κύριον ὠρισάμενοι, καὶ ἀπὸ Μαρίας ἀρχόμενον.

1802

23. Κάκειψε Ἀπολιναρίου τοῦ Σύρου σπέρματα καὶ μαθητὰς εὐρηκώς, ἐνίσταται κατ' αὐτῶν, καὶ γράφει τὰς δύο κατ' αὐτοῦ ἐπιστολάς πρὸς Κληδόνιον, καὶ κατακρίνει τοῦτον καὶ ἀναθεματίζει, καὶ τελείως τῆς ὀρθοδόξων ἐξελαύνει Ἐκκλησίας. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀπολιναρίος ἔλεγεν, ὡσπερ ἔφημεν, καὶ ἄνουν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ὃν ἀνείληφεν ὁ Θεὸς Λόγος, ἤγουν μὴ ἐνυπάρχειν ψυχὴν λογικὴν τε καὶ νοεράν τῷ ἀνθρωπίνῳ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἀντὶ ψυχῆς τὴν θεότητα λογιζέσθαι ἐνοικεῖν ἐν τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος, μᾶλλον δὲ ἀντὶ τοῦ νοός· τοῦτο γὰρ ὕστερον ἐκύρωσεν, ἀντὶ τῆς ψυχῆς. Ἔλεγε δὲ καὶ τὴν σάρκα ἄνωθεν κεκομισθαι αὐτόν, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος διελθεῖν τῆς Παρθένου, καὶ ἕτερα ἅτινα προσετίθει φλυαρῶν ἄξια τῆς αὐτοῦ παροινίας.

PG
98, 61

et Photinus atque Marcellus praedictorum impietatem aemulantes, merum ipsi quoque hominem fuisse Dominum affirmabant, qui de Maria sumpserit initium.

1802

23. Illic tamen Apollinaris Syri semina ac discipulos nactus, coepit eos oppugnare, scriptis duabus ad Cledonium epistolis, Apollinaremque damnavit atque anathemate perculit, et ab orthodoxorum Ecclesia prorsus expulit. Apollinaris enim aiebat, ut iam diximus, mente caruisse humanitatem quam Deus Verbum suscepit, videlicet animam rationalem et intellectualem in Christi humanitate nequaquam fuisse, verum loco animae divinitatem reputari in humana natura habitantem, imo vero loco mentis; mentem enim postea dixit pro anima. Aiebat insuper Verbum carnem secum de coelo attulisse, et per Virginem tamquam ea fistula esset transisse: atque talia inepta quaedam et insaniae eius digna effutiebat.

PG
98, 62

EPISTOLA AD ARMENIOS

1803

8. Cum nos itaque duas in Christo Iesu naturas iuxta catholicum congregatorum Chalcedone Patrum sensum profiteamur, persuadere nobis haud possumus, quin ii a Deo sint condemnandi qui contradicunt, neque admittunt et sine haesitatione profitentur dictam locutionem. Nam sancti Patres haud simpliciter dixerunt se duas agnoscere in Christo Iesu naturas, sed omnem aditum Nestorio obstruxerunt: atque ita nos profiteri docuerunt unigenitum Dei Verbum, ut nemo secundum illius impietatem dicere auderet Iesum Christum Dominum per homonymiam tantum ac dignitatem Deo Verbo aequalem, caeteroqui seorsum ab eo qui de Davidis stirpe est. Qua credita ab eo unigeniti Verbi divini in duo divisione, cum

PG
98, 139

illius heterodoxa sententia revelata fuisset, Patres ut se contra eundem munirent, diserte in primis professi sunt natum de Patre secundum deitatem ante omnia saecula; de Virgine autem Deipara secundum humanitatem; quod ille *Deiparae* vocabulum, ceu suae opinioni contrarium, ne audire quidem sustinuit, sed aures obturavit magis quam ii qui sanctum Stephanum interimendi causa circumstebant; imo magis * quam serpens aures obstruit ne periti incantatoris vocem auscultet; id est salutarem traditionem, quam vir beatus in prima sua ad Nestorium epistola scripserat, pro Iesu Christi divinitate, Deiparam simul appellans sanctam Virginem...

ORATIONES

- PG
98, 260 Oratio II. In dominici Corporis sepulturam. [...] Πλὴν ὡσπερ ἡ ἐκ Παρθένου γέννησις οὐ κατὰ πάντα ἦν καθ' ἡμᾶς, οὐδὲ τῆ ἀνθρωπείᾳ γεννήσει ὀλοτελῶς ἠκολούθησεν· ἀλλ' εἰσὶν ἐν οἷς καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ τόκος παρεδοξάσθη, καὶ ἡ φύσις κεκαινοτόμηται· τίνα ταῦτα; ἡ τῆς συλλήψεως ἀσπορία· ἡ ὠδίνων ἀνευ κυφορία· ἡ μετὰ τὴν κύησιν ὡς πρὸ ταύτης τῆς παρθενίας συντήρησις· ὡς ἐκ τηλικούτου παραδοξάσματος, μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν τεχθέντα, Θεὸν δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐγνωσθαι σεσαρκωμένον· καὶ οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ θανάτῳ, τὰ κατὰ φύσιν σύμμικτα τοῖς ὑπερφυέσι.
- PG
98, 292 Oratio III. In ingressum SS. Deiparae. I. Θυμηδίας μὲν πᾶσα θειοτάτη πανήγυρις ἐκάστοτε τελουμένη τοὺς θιασώτας ἐμπιπλάσι πνευματικῶς ἐκ θησαυρῶν καὶ θεορρύτων πηγῶν. Μεῖζον δὲ καὶ ὑπὲρ ἀπάσας λαμπροφορεῖται τελεταρχικῶς ψυχαγωγούσα ἢ ἀρτύμνητος, ὅτω καὶ ὑπεραναβαινού-
- PG
98, 259 Oratio II. In dominici Corporis sepulturam. [...] Caeterum, quae ratione nativitas ex Virgine non per omnia similis nostrae habuit, nec omnino humanae nativitatis leges secuta est, suntque etiam in quibus partus supra humanam rationem mirabilis fuit, ac natura novata est. Quaeenam illa? Utique conceptio sine semine, partus dolorum expers; servata post partum, uti ante partum virginitas, ut ex rebus adeo mirabilibus, non nudus homo existimaretur qui natus esset, sed veritate Deus cognosceretur qui carnem induisset. Sic sane etiam in morte naturalia commixta fuerunt, iis quae naturae rationem excedunt.
- PG
98, 291 Oratio III. In ingressum SS. Deiparae, I. Cunctae quidem, quotiescumque celebrantur, sacrosanctae solemnitates eos qui ad sacra convenerint, e thesauris (coelestibus) ac fontibus a Deo fluentibus spiritali perfundunt voluptate. Verum quae modo praeconiis celebranda est, pro principe loco, quem tenet, splendidior illucescit,

σης τῆς ἑξαρχούσης Θεόπαιδος. Καὶ γὰρ αὐτῆς ἱερουργικωτάτη περίεσιν ἐτήσιος πανδαισία, ἧς τοὺς δαιτυμόνας ἀπειροκάκους εἶναι δέον. Καὶ μοι, εἰ δοκεῖ ὑμῖν, προφρόνως συνέψοισθε καθαρωτάταις ἐννοίαις καὶ λαμπροφεγγέσιν εὐστολίαις κομῶντες. Συνδράμωμεν τῇ δρέψει τῶν περισπουδάστων ἀνθέων τοῦ οἰκείου τῆς θεομήτορος λειμῶνος. Εὐμυρίσωμεν ὡς ἐκ καλύκων ῥοδόχρουν αὐτῆς καλλονὴν ἀναβαίνουσαν πλήρη θυμιαμάτων, ὡς Σολομῶντι ἐν τοῖς Ἄσμασιν φάσκοντι καλῶς ἐστίχισται· « Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη, σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κοινορτῶν μυρψοῦ; » — « Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη μου, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου ». Τοιγαροῦν σπουδαίως * συναπέθωμεν ἀλλήλους τῇ κοινωφελεί *293 σωτηριώδει πανηγύρει τῆς Θεομήτορος προτρεπόμενοι, καὶ τοῖς ἀδύτοις προκύψαντες εἰσδλέψωμεν παῖδα τὴν πρὸς τὸ δεύτερον καταπέτασμα χωροῦσαν, Μαρίαν τὴν πάναγνον καὶ Θεομήτορα, τὴν ἀκαρπίας στεῖρωσιν διαλύσασαν, καὶ νομικοῦ γράμματος σκιὰν τῇ τοῦ τόκου χάριτι διελάσασαν.

II. Σήμερον γὰρ τριετίζουσα πρόβεισι τῶ νομικῷ ναῶ ἀνατεθησομένη ἡ ναὸς ἀκηλίδωτος καὶ ὑπέρτατος μόνη χρηματίσασα τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ἀπάντων τελετάρχου Κυρίου, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μαρμαρυγῇ τῆς θεολαμποῦς

et maiori prae caeteris oblectatione animos exhilarat, quanto scilicet super omnes attollitur atque omnibus Dei filia principatur. Anniversaria enim recurrit sanctissima eius convivalis laetitia; cuius epuli quisquis particeps esse velit, omni nequitia purus sit oportet. Si itaque vobis placet, alacri animo, mente purissima, et nitentissimis stolis amicti me sequimini. Pergamus simul ad exoptatissimos flores ex ipsomet Dei Matris prato decerpandos. Odoremus eius pulchritudinem instar rosae e folliculis plenam odoramentorum erumpentem, quemadmodum in Canticis Salomon egregie cecinit, inquires: *Quae est ista quae ascendit e deserto, sicut virgula fumi * suffita myrrha et thure, ex omnibus pulveribus unguentarii?* ¹ — *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano.* ² Alacriter igitur simul abeamus, adhortantes invicem ad Dei Genitricis solemnitatem omnibus communiter utilem ac salutarem agendam; et penetralia sacra intropicientes, intueamur puellam ad secundum velum contendentem, intueamur, inquam, Mariam integerrimam Virginem et Dei matrem, quae infecundae finem imposuit sterilitati, ac legalis litterae umbram gratia sui partus abegit.

II. Hodie enim trimula legali dedicanda templo ea progreditur, quae sola impollutum augustissimumque pontificis ac sacerdotum omnium principis Domini templum fuit, quaeque fulgore

¹ Cant. III, 6.

² Cant. IV, 8.

αἰγλης, τὴν ἐν τῷ γράμματι ἀγλὸν διελοῦσα. Σήμερον τῷ ἱερεῖ βρέφος ἀποδίδεται, ἢ τὸν δι' ἡμᾶς βρεφωθέντα σαρκὶ μόνον Ἀρχιερέα Θεὸν τεσσαρακονθήμερον ἀναθησομένη οἰκειαῖς ὠλέναις τὸν ἄσχετον κατέχουσα, ὑπὲρ πᾶσαν βρότειον ἔνοιαν. Σήμερον ὁ καινότητος καὶ καθαρώτατος ἀμόλυντος τόμος, οὐ χειρὶ γραφησόμενος, ἀλλὰ πνεύματι χρυσοθησόμενος, ταῖς κατὰ νόμον εὐλογίαις ἀγιαζομένη, χαριστήριον δῶρον προσάγεται. Σήμερον Ἰωακείμ τὸ τῆς ἀπαίδιας ὄνειδος ἀποσημειζόμενος, ἀναφανδὸν ταῖς λεωφόροις μεγαλαυχικώτατα δείξων πρόβεισιν οἰκειὰν γονὴν, καὶ πάλιν μυσταγωγὸς τῆς κατὰ νόμον ἀγιαστείας δείκνυται. Σήμερον καὶ Ἄννα τὸν τῆς ἀτεκνίας ἐνδελεχισμόν, εὐτεκνίᾳ ἀμείψασα, ἀπλέτῳ χαρμονῇ ἔνθους γινομένη τοῖς πέραςι καρπὸν διακηρυκεύεται κεκτηῖσθαι, στέρνοις ἐναγκαλισαμένη τὴν τῶν οὐρανῶν πλατυτέρα. Σήμερον ἢ τοῦ θεοῦ ναοῦ πύλη διαπετασθεῖσα, τὴν ἀνατολόβλεπτον καὶ ἐσφραγισμένην τοῦ Ἐμμανουὴλ πύλην εἰσιοῦσαν δέχεται. Σήμερον ἢ ἱερὰ τοῦ ναοῦ τράπεζα λαμπρύνεσθαι ἄρχεται, πρὸς ἀναιμάκτους θυσίας τὴν μεταβίβασιν μετηλλαχυῖα τῇ τῆς οὐρανοῦ καὶ ψυχοτρόφου ἄρτου τραπέζης θείας προσκυνήσεως μεθέξει καὶ γλυκυτάτῳ ἄσπασμῳ. Σήμερον τῷ ἱλαστήριῳ ἀνατίθεται ἢ μόνη τοῖς τῶν βροτῶν ἐσφαλλομένοις διεξαχθεῖσιν ἀμπλακημάτων ἐπιβροαῖς, ἱλαστήριον καινόν τε καὶ θεοειδέστα-

suo splendoreque divinitus micante circumfusam litterae caliginem disiecit. Hodie redditur sacerdoti infans, quae solum illum magnum Pontificem Deum, infantem propter nos secundum carnem factum, quadraginta dies natum oblata est, ulnis suis praeter omne hominum cogitatum amplectens eum, qui nullibi contineri potest. Hodie novissimus aequae ac purissimus, et nulla sorde inquinatus codex, non hominis manu conscribendus, sed spiritu inaurandus, benedictionibus secundum legem consecratur, et ceu donum in gratiarum actiones offertur. Hodie, deterso infecunditatis opprobrio, Ioachim palam per vias prolem suam ostendens maxime gloriabundus prodit, et legalium observationum studiosum denuo se cultorem probat. Hodie Anna diuturnam sterilitatem felici partu compensans, immenso gaudio gestiens, eamque pectori apprimens, quae coelis latior apparuit, finibus terrae se fructu potitam esse annuntiat. Hodie patrefacta divini templi porta obsignatam illam et ad orientem versam Emmanuelis¹ portam ingredientem excipit. Hodie sacra templi mensa participatione et amplexu dulcissimo divinae illius mensae, quae coelestem atque animas nutrientem fert panem, ad incruenta sacrificia gradum movens, incipit splendescere. Hodie in propitiatorio ea reponitur, quae sola mortalibus, inundatione peccatorum in transversum actis, novum Deoque simillimum, et emundandi vir-

¹ Ezech. XLIV, 1-3.

τον καθαρτικόν τε καὶ ἀχειρότευκτον χρηματίσασα. Σήμερον ἢ τὸν τῶν ἁγίων Ἁγίων εἰσδεξομένη Πνεύματος ἁγιασμῶ, τοῖς τῶν ἁγίων Ἁγίοις ἀγιωτάτως καὶ εὐκλεῶς ἁγιασμῶ μείζονι, ἀπειροκάκῳ καὶ ἀδαήμονι ἡλικίᾳ, Χερουδιμ δόξης ὑπεραρθεῖσα θαυμασιωτάτως ἐναποτίθεται.

1806

III. Σήμερον ἢ Μαρία, περὶ ἧς τις μυρία λέξας οὐδαμῶς ἐφομαρτήσει, μὴ ὅτι γε καταμάρψει τῆς ἐφέσεως, τοῦ αἴνους τῷ πάσης ὑπεαρθῆναι καλλονῇ γλώσσης τε καὶ νοῦς ἐξεστηκότως, προάγει. Πέλαγος γὰρ ἀχανὲς τὰ ταύτης μεγαλεῖα, ὃ ἐξ αὐτῆς οὐράνιος γεννηθεὶς σταγὼν ἀνέδειξεν. Διὸ δὴ τοῦ χάριν καὶ ἄληπτος τῇ ἀπειρία ὃ ταύτης πλοῦτος πέφυκε, καὶ ἡ αὐτῆς τρυφή ἀδάπανος· πᾶσι μὲν γὰρ ἐν ἅπασι κορέννυσθαι ἔνεστιν. Ἐν δὲ τοῖς ταύτης ἐφυμνείοις τε καὶ πανηγύρεσιν ἀκόρεστος ἢ πανδαισία * τῇ ἡδύτητι πέλει. Ἐντεῦθεν καὶ ἀνίμαστοι αἱ τῶν ἐπαίνων ἀφορμαὶ ἐκ ταύτης τὴν ἀρχὴν ποιούμεναι· καὶ ἐπεὶ ἀνευθεὶς ἡ πηγὴ μήτε μειομένη τῷ ἀντλεῖσθαι, ἀλλ' ὅσον γε ἀρύεται ἑκατονταπλασίως ἢ μυριοπλασίως πλημμυρεῖ, ἀμήχανον τοὺς ἀρουμένους λῆξαι. Ἐν τῷ κατοίκτρῳ γὰρ] τὸ μυστήριον ὑπερβλύζει καὶ βλαστάνον ὑπερανίσταται καὶ ἀύλους νόας, μὴ ὅτι γε ἐνύλους, τῆς πανολβίου καὶ πανάγνου κόρης!

PG
98, 293

*296

tute praeditum, et haudquaquam manibus hominum constructum, propitiatorium evasit. Hodie (puella) illa, quae Sancti sanctorum domicilium futura est, innocente ac simplici aetate per sanctificationem Spiritus praecellentius consecrata, prorsus mirabiliter super gloriam Cherubinatorum elevata, in Sanctis sanctorum sanctissime et gloriose collocatur.

1806

III. Hodie ad promendas laudes Maria nos provocat; cuius encomia utut in immensum quispiam congerat, nedum metam queat attingere, ne a longe quidem ad verum accessurus est; quippe cuius pulchritudo et sermonem omnem et omnem cogitationem infinito intervallo praetergreditur. Nam gutta illa coelestis, quae ab ea manavit, ad instar immensi pelagi magnalia ipsius esse palam fecit. Quocirca huius quidem gratia et incomprehensibiles propter ipsarum infinitatem factae sunt eius * divitiae, nec deliciae, quae ab ipsa profluunt, exhauriri ullo modo possunt. Prorsus enim in caeteris omnibus satiari contingit: in huius vero laudibus et canticis nusquam prae suavitate epulum satietatem parit. Hinc et indeficientia sunt quae ab ipsa proficiscuntur laudandi argumenta; et quoniam uberrimus fons est, neque hauriendo imminuitur, sed quo plus inde hauritur, centies aut millies magis redundat; ideo fieri non potest ut hauriendo finis aliquis fiat. Nam in effusissima liberalitate sua mysterium supra modum exuberat, et exuberantia sua mentes, nedum corporibus immersas, incorporeorum quoque supergreditur. Tanta est beatissima illa ac purissima puella!

PG
98, 294

*295

PG 98, 296 IV. [...] Ἐπει γοῦν αὐτῆς γε τῆς παναγίας καὶ ὑπεραρχίου Τριάδος ὁ εἷς, τῇ ταύτης τῆς παρθενομήτητος κόρης γαστρί, Πατρικῇ εὐδοκίᾳ, ἰδιοθελῶς, τοῦ τε παναγίου Πνεύματος ἐπισκιάσει χωρηθῆναι ἠπείγετο. 1807

PG 98, 296 V. Ἦδη μὲν οὖν ἀπογαλακτισθείσης αὐτῆς τῆς ἡμετέρας ζωῆς τροφοῦ, 1808
*297 οἱ ταύτης τοκεῖ, τήν, ἣν *ὑπέσχοντο, προθεσμίαν τελειοῦσι. Συγκαλεσάμενοι γάρ, φησίν, τὰς γειννιαζούσας καὶ πέριξ ἐχούσας παρθέτους λαμπαδηφόρους προεμβιδάζουσι κατόπιν αὐτὴν ἀκόλουθον παρασκευάζοντες· ἔν' ἠδομένη ταῖς λαμπαδουχίαις, ἀμεταστρεπτῆ βადίση.

Καὶ προέφθασεν ἡ στείρα τε καὶ ἄκαρπος Ἄννα χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ διδοῦσα καὶ μεγαλοφωνότατα διαβρόχην βοῶσα· Δεῦτέ μοι, φησίν, συγγαίρετε, αἰτινές τε καὶ ὅσοι τῇ γεννήσει συνειλεγμένοι, μειζόνως, ἄρτι τὴν ἐξ ἐμῶν σπλάγχχνων ἀνατιθεμένη Κυρίῳ δῶρον θεοκαλλώπιστον ἡγιασμένον. Δεῦτέ μοι, ἀρχιχοροί, θυμηρέστατα μετὰ χορῶν καὶ τυμπανιστριῶν, νέον ἄσμα καινὸν ἐπάδουσαι προεξάρχοιτε· οὐ τῆς Μωσέως Μαριάμ προοδοποιούσης, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἐμέθεν γεγεννημένης ἀφηγουμένης.

Δεῦτέ μοι, καὶ οἱ πέλας ὅσοι τε ἐπήλυδες εὐτεκνησάση καὶ εὐχαριστήσαση εὐγνωμοσύνη μεγίστη, εὐφραντικώτερον τὴν τῶν ἐμῶν ὠδίνων καρποφορίαν τοῖς ἀγίοις ἀποδιδούση συνεπόμενοι, ἀλαλάξατε θεοκίχνητα μέλη.

PG 98, 295 IV. [...] Quandoquidem igitur ipsius sanctissimae ac sempiternae Trinitatis altera persona [Filius] cum Patris beneplacito, tum propria electione, et sanctissimi Spiritus obumbratione in puellae huius Virginis Matris utero includi festinabat. 1807

PG 98, 295 V. Cum itaque ablactata fuisset haec vitae nostrae altrix, parentes eius id, quod accedente voto *praestituerant, perficiunt. 1808
*298 Cum enim (inquit) circumcirca e vicinia virgines congregassent, effecerunt ut hae quidem, sumptis facibus, praeirent, ipsa vero omnium postrema subsequeretur; quo scilicet facularum ardentium fulgoribus oblectata, incederet haud retrospectans.

Illa vero sterilis olim et infecunda Anna, omnia sua Deo committens, magna voce palam exclamabat: Adeste, inquiens, congaudete mihi maiorem in modum, quaecumque et quicumque mihi parienti affuistis; iam enim viscerum meorum fructum ceu donum, divino fulgens splendore et sanctificatum Domino consecro. Adeste, o chori principes, et iucunde exsultantes, simul cum canentium coetu ac puellis tympana pulsantibus, novum modo canticum, non quidem praeunte Maria sorore Moysis, sed duce filia ex me genita, modulantes praecinite.

Vos etiam, quotquot estis et propinqui et extranei, adeste mihi felicem nactae prolem: dumque in gratiarum actionem, summo pietatis studio, partus mei fructum sacro templo reddo, attollite vocem,

Δεῦρο δὴ μοι, καὶ ὁ τῶν προφητῶν θίασος τὸ ἐκλελεγμένον συνάθροισμα, ταῖς διὰ Πνεύματος Θεοῦ ὑμῖν ἐνηχημέναις ἀγλαοφανέσιν αἰνέσεις καταρτίζοντες, τὸν ὕμνον κατασκευάζετε. Ἐνθα γὰρ προφητικῆς ἡχῆς δονακίζεται λόγος, ἐκεῖσε ἅπαντα ἐναντιωτάτη δυσφημία ἐκνευρισμένη γίνεται.

VI. Ἄλλ' ἄγε μοι, Δαυὶδ ὁ προπάτωρ καὶ θεοπάτωρ, μελουργικώτατα τὴν κινύραν τινάσων ταῖς τοῦ πνεύματος νευραῖς ἐμμελέστερον ἤχει, τῷ θεοπνεύστῳ σου στόματι, τρανότερον διατυπῶν τῶν νεανίδων ἔφεψιν, ὡς « ἀπενεχθήσονται τῷ Βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται ». Ἴδου γὰρ χοροστατεῖ τῶν νέων ὁ ὄμιλος ταῖς πλατεῖαις, ἄγεται δόμοις ἱεροῖς ἢ τοῦ Βασιλέως ἐν ἀγίῳ ναῶ ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει τὸ σὸν λόγιον τελέσουσα, ἣν αὐτὸς θυγατέρα ἐκάλες, ἐμὴ παῖς βασιλικώτατα. « Πᾶσα ἡ δόξα γάρ, ἔφη, τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς », περιβεβλημένη τῇ ἀμιάντῳ καὶ ἀσπίλῳ παρθενίᾳ, καὶ πεποικιλμένη τῇ ἀσυγκρίτῳ καλλονῇ, ὁμοιοτρόπως λελέξων· δεῦρ' ἴθι, Δαυὶδ ἡωσφῶν· « Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὕρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος; τί ὠραιώθησαν διαθήματά σου ἐν ὑποδήμασι; » — « Τί

divinitus inspirata carmina cantantes. Huc age, et prophetarum divinitus actorum coetus, et chorum electum splendidis laudibus per Dei Spiritum infusis instruentes, hymnum instaurate. Ubi enim sermo prophetae vocis personans aures pulsat, ibi omnis adversantium maledicentia enervata concidit.

VI. Verum tu maxime huc ades, o David, puellae simul et Dei progenitor, ac lyricam suavissime citharam pulsans, iucundior ore tuo divinitus inspirato fidibus spiritus ede sonum, disertissime iuvenularum comitantium chorum describens, quomodo *adducentur Regi virgines post eam, proximae eius adducentur*.¹ Ecce enim iuvenularum agmen choreas in plateis agit, et filia Regis, filia nempe mea, quam ipsemet filiam (tuam) vocabas, prorsus regio honore in sacram aedem, in templum sanctum cum laetitia et exultatione, vaticinium tuum impletura, ducitur. Dixisti enim: *Omnis gloria filiae regis ab intus in fimbriis aureis*,² intemerata et immaculata virginitate circumamicta, et incomparabilis pulchritudinis varietate refulgens. Age, effare tu quoque, Davidis proles, inquires: *Quae est ista quae progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?*³ — *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, et quam*

¹ Ps. XLIV, 15.

² Ibid. 14.

³ Cant. VI, 9.

ὄραιώθης καὶ τί ἡδύνθης », ἡ τὸν ἥλιον περιδυσομένη, καὶ καινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον προσάξουσα θέαμα!

Πάρεσο, μεγαλόφωνος Ἰεζεκιήλ, τὴν κεφαλίδα θεόθεν κατίσχων τοῦ ζωοποιῦ Πνεύματος καὶ κεκράζων τὴν εὐφημίαν τῇ ἀνατολοδρόμῳ καὶ θεοπαρόδῳ ἐσφραγισμένη πύλῃ, καὶ εἴτις ἄλλος κατ' ἄμφω τοῦ ἱερολέκτου τάγματος, ἦτοι ὁ τῶν βλεπόντων ἐπίλοιπος ἅπας χορὸς, ἀναφωνεῖτε, προφητευθέντων δεδορκότες τὴν ἔκθασιν ἰοῦσαν. Τί δέ; Οἱ προπάτορες τῆς ἀρᾶς ἀπολυθησόμενοι καὶ τῆς ἡς ἐξεβλήθητε * τρυφῆς, τὴν οἰκισιν πάλιν ἀποκληρούμενοι· ἄρ' οὐχὶ τὴν αἰτίαν ὑμνήσετε τῆς σωτηρίας, ἀραρότοις ἐγκωμίοις καὶ μεγίσταις αἰνέσεσιν; ἡ καὶ μάλιστα ὑμῖν ἐστι κεκραγένοι καὶ μεσὺν ὑμῖν καὶ πᾶσαν μετ' ἀμφοτέροις τὴν κτίσιν ἀγαλλιᾶσθαι.

*300

VII. Ταῦταις, ὡς εἰκός, ταῖς διανοίαις ἡ τοῖς διαθήμασιν ρυθμιζουσα ἑαυτὴν ἡ σώφρων Ἄννα, σὺν τῷ γλυκυτάτῳ ὁμοζύγῳ τὴν ἐξ αὐτῶν ὠδινθηθεῖσαν προπέμποντες λαμπαδηφορουσῶν τῶν παρθένων, τὸν ναὸν καταλαμβάνουσι, καὶ διαπετάννυνται πύλαι δεχόμεναι τὴν νοητὴν πύλῃν τοῦ Ἐμμανουὴλ Θεοῦ, καὶ βαλθῆς ἀγιάζεται τῇ τῆς Μαρίας ἰχνηλατήσῃ. Φαιδρύνεται μὲν οὖν ὁ οἶκος ταῖς λαμπάσι· πλέον δὲ τῇ τῆς μιᾶς λαμπάδος δαδου-

*suavis*¹ quae sole circumamicta eris, novumque sub sole spectaculum adduces!

Adesdum, Ezechiel altiloquus, vivifici Spiritus a Deo datum volumen tenens, atque illius portae laudes enarra, quae ad orientem respicit, quaeque, obsignata manens, transitum Deo praebet. Tum si quis alius e primariis sacri et electi ordinis, seu etiam reliquis omnibus videntium chorus, vocem laeti extollite, accedentem vaticiniorum vestrorum exitum intuentes. Quid vero? Num vos, o primi * parentes, qui a maledictione iam solvendi estis, et antiquam illam deliciarum sedem, e qua expulsi fuistis, recuperaturi estis, numquid congruis encomiis summisque laudibus salutis auctricem non celebrabitis? An vero ad vos maxime non spectat vocem efferre, et me vobiscum, et una cum nobis omnibus universas creaturas gaudio exsultare?

*299

VII. His animi affectibus, uti par erat, venerabilis Anna, semet rei quae gerebatur accommodans, dum simul cum duleissimo coniuge filiam a se genitam deducunt, tenellis virginibus cum face comitantibus, iam ad templi limina pertingunt. Tum portae, ut spirituales Emmanuelis Dei portam excipiant, panduntur, et pressum Mariae vestigiis limen sanctificatur. Ac templum lampadarum quidem luce coruscet; sed multo magis unius huius lampadis ful-

¹ Cant. VII, 1.

χία στυλπονοφαῶς καταστράπτεται· ὠραίζεται δὲ ἡ αὐτοῦ εὐπρέπεια τῇ αὐτῆς εισόδῳ. Πορφυρίζονται στολαὶ τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τῇ ἀλουργοιδεῖ αὐτῆς καὶ παρθενικῇ ἀμφιάσει. Χαίρει Ζαχαρίας ἡξιωμένος δέξασθαι τὴν Θεομήτορα· εὐφραίνεται Ἰωακείμ τὴν τῶν χρησμῶν ἔκθασιν βεβαιῶν τῇ τελειώσει τῆς ἀποδόσεως. Γέγηθεν ἡ Ἄννα τῆς αὐτῆς γονῆς τῇ ἀφιερώσει· σκιρτῶσι προπάτορες τὴν τῆς κατακρίσεως εἴρξιν ὑπεκφεύγοντες· τέρπονται οἱ προφῆται, καὶ σὺν αὐτοῖς ἅπανα ἡ ἐν χάριτι ἡλικία χαρμονικῶς προσκιρτᾷ.

VIII. Εἰσάγεται μὲν οὖν οὕτως ἡ Θεόπαις, τοῖς κέρασιν ἴσταται, τῶν τε γονέων ἐπευξαμένων, τοῦ τε ἱερέως ἐπευλογήσοντος. Πάλιν οἱ γεννήτορες βοῶσιν τῷ ἱερεῖ· Δέδεξο τὴν δεδεξομένην τὸ ἄβυλον καὶ ἀκατάληπτον πῦρ· δέδεξο τὴν δοχεῖον χρηματίσουσαν τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Πατρὸς καὶ μόνοι Θεοῦ· λάβε τὴν τὸ ὄνειδος ἡμῶν τῆς ἀτοκίας καὶ τὴν στέρωσιν ἐκμειώσασαν· εἰσάγαγε τῷ θυσιαστηρίῳ τὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν νομὴν ἡμᾶς τοῦ παραδείσου εἰσοικίσουσαν· κράτησον τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ τόκῳ τὴν καθ' ἡμῶν δειλίαν φερομένην θανάτου ἰσχὺν καὶ ἄδου τυραννίδα κρατήσουσαν· περιπτύξαι τὴν περισκέπουσαν ἡμῶν τὴν ἐν Ἐδέμ γυμνωθεῖσαν φύσιν· ἐπιλαβοῦ τῆς χειρὸς τῆς σπαργανούσης τὸν τὴν ἡμῶν ἀκρατῆ καὶ ὀρμητικὴν ἀθάδεστά-

gurantibus radiis resplendet, eiusque decor, ipsa ingrediente, ampliori venustate nitescit. Purpurascunt cornuum altaris stolae e purpureo ac virginali eius amictu. Gaudet Zacharias excipiendae Dei Genitricis honore dignatus: laetatur Ioachim, qui oblationem reddendo iam suum vaticinia exitum nancisci invicte testatur. Gaudio gestit Anna in suae prolis consecratione: tripudiant protoparentes, latam in se damnationis sententiam effugientes: iucundantur prophetae, et una cum ipsis omnis ordo gratia exornatus laetissime exsultat.

VIII. In hunc itaque modum inducitur Dei filia, et ad cornua altaris inter parentes bene ei adprecaturus, et sacerdotem, benedictione ipsam confirmaturum, consistit. Rursus autem ad sacerdotem parentes: Suspice (inquiunt) eam, quae ignem coelestem atque incomprehensibilem susceptura est: suspice eam, quae Filii ac Verbi Patris atque unius Dei futura est receptaculum: accipe eam, quae infecunditatis nostrae opprobrium ac sterilitatem abstulit; induc ad altare eam, quae in antiquam paradisi sedem nos est introductura: tene eam, quae partu suo vim mortis, unde nobis terror incumbens, et inferni tyrannidem debellabit: complectere eam, quae naturam nostram in Edem exspoliata contegit: prehende illius manus, quae fasciis astringet eum qui manum nostram intemperantem et auda-

τως ὑφαπλωθεῖσαν χειῖρα συντελοῦντα· ἀνάθου Θεῷ τὴν ἀναθεῖσαν ἡμᾶς, θεοτελὲς τῶν ἐλπίδων προσδοκίας.

Ἴδε, Κύριε, ἴδε· ἦν δέδωκας, λάβε· ἦν παρέσχες, εἶσδεξαι· ἦν ἡμῖν διαλύουσαν στεῖρωσιν ἔνειμας, δέχου· δι' αὐτῆς καὶ νόμου ἀπαιδίαν κατακρίνων, ἐλυτρώσω ἡμᾶς ἐνδελειχισμοῦ δεινοτάτου δι' αὐτῆς· ταύτην καλῶς ἡμᾶς δι-οικήσασαν ἀπολάμβανε, ἦν ἡρετίσω, καὶ προώρισας, καὶ ἡγίασας, ἐπίσπασαί σοι προσερείδομένην καὶ τῇ ὁσμῇ σου τεθελγμένην, ἦν ὡς κρίνον ἐξ ἀκανθῶν τῆς ἡμετέρας ἀναξίότητος ἐξελέξω· εὐχροώτατά σοι προσφερομένην ἐναγκάλισαι. Ἰδού σοι ταύτην παρατιθέμεθα καὶ ἑαυτοὺς ἀνατιθέμεθα.

*301

* IX. Ταῦτα τὰ τῶν δικαίων σύμφωνα· οὗτοι οἱ κρότοι τοῦ θεοφιλοῦς ζεύγους· αὕτη ἡ καλλισύλλεκτος ἐπιγραφή τῶν θεοπατόρων. Τοιγαροῦν ὁ Ζαχαρίας τὴν παῖδα δεδεγμένος, πρῶτα τοῖς γονεῦσιν εἰκότως προσφθέγγεται· Ὡ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας αἴτιοι, τί ὑμᾶς προσεῖπω; Τί καλέσω; Ἐξίσταμαι βλέπων, ὅποῖον καρπὸν προσήξατε. Τοιοῦτος γὰρ ὅστις τῇ καθάρτῃτι θέλγει Θεὸν ἐν αὐτῇ οἰκῆσαι. Οὐδὲ γὰρ πώποτε τις γέγονεν ἢ γενήσεται τοιαύτη καλλονῇ διαλάμπουσα. Ὑμεῖς ὠφθῆτε οἱ ἐκ παραδείσου ἀφιγμένοι δύο διπλούμενοι ποταμοί, ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον φέροντες λαμπάδα, τὴν τῷ κάλλει τῆς ἑαυτῆς ἀμώμου παρθενίας καὶ ταῖς δροσιστικαῖς

cem insolentissime porrectam cohibebit: Deo illam consecra, cui nos toti innitimur, et in qua spes nostrae divinitus sunt repositae.

Intuere, Domine, intuere; accipe quam dedisti, quam ipse largitus es excipe: suscipe quam nobis ad sterilitatem nostram solvendam tribuisti, legis quoque sterilitatem per eamdem ablaturus, per quam et nos e diuturna et gravissima aerumna liberasti: suscipe istam, quae feliciter res nostras disponit: suscipe quam ipse elegisti, quam praedestinasti, quam sanctificasti: habe tibi firmatam in te, et odore tuo attractam; quam, tamquam liliū e spinis, e nobis indignis elegisti, hanc, hilari animo tibi oblatam, ulnis tuis complectere. En tibi eam dono offerimus, ac nosmetipsos tibi committimus.

*302

* IX. Haec concors iustorum vox; hic concentus coniugum Deo amabiliū; haec Dei progenitorum concinne parata oblatio. Zacharias itaque, excepta puella, primum quidem parentes, ut par est credere, sic affatur: O salutis nostrae auctores, quo vos nomine appellem? Quales vos dixerim? Obtupesco, cernens qualem fructum obtuleritis. Eiusmodi enim est, qui utique Deum ad inhabitandum in se puritate sua alliciat. Nulla sane, quae eiusmodi pulchritudine fulgeat, inventa umquam est, aut invenietur. Vos instar duplicis e paradiso egredientis fluminis¹ apparuistis, lampadem ferentes auro ac lapide pretioso pretiosorem; quae pulchritudine immaculatae

¹ Gen. II, 10-13.

μαρμαρυγαῖς τὴν ἅπασαν γῆν καταυγάζουσιν. Ὑμεῖς ἀστέρες φαεινότατοι ἐγνωρίσθητε, τῷ στερεώματι ὡσπερ ἐμπεπαρμένοι, ἐκάτερος ὑμῶν τὴν τε τοῦ σκιώδους γράμματος καὶ λαίλαποειδοῦς νόμου γνοφερὰν σκιὰν φαιδρῶς δαδουχοῦντες· τὴν τε τὴν πρὸς τὴν νέαν χάριν τοῦ καινοῦ φωτὸς τοὺς Χριστοπειθεῖς ἀπρόσκοπα ἔχεφρόνως ποδηγοῦντες. Ὑμεῖς τὰ τῆς νέας διαθήκης νοητοῦ ναοῦ ἐκλαμπρότατα κέρατα ἐγνωρίσθητε, ἐν τοῖς σφῶν στέρνοις κατίσχοντες τὸ τοῦ ἱεροῦ σφαγίου ἡγιασμένον καὶ θεεγκαίνιστον λογικώτατον θυσιαστήριον. Ὑμεῖς, εἰ μὴ μικρὸν τι προφθάντα εἰπεῖν, καὶ Χερουβιμ ἐγνωρίσθητε τὸ ἱεραστήριον περιθέοντες τῇ τιθηγήσει τοῦ κοσμοαγωγῷ Ἱερέως μυστικώτατα. Ὑμεῖς ὠράθητε ὑπὲρ τὸν πάλαι χαλκευθέντα χρυσοῦν πρὸς τὸ τῆς κιβωτοῦ κάλυμμα τὴν τῆς νέας διαθήκης, τοῦ ἐν σταυρῷ ἡμῖν ἄφειν ὑπογράψαντος νοητὴν τε καὶ θείαν κιβωτὸν περικαλύπτοντες. Ὑμετέρων ἡ χαρμονὴ κοσμικὴ γεγένηται· ὑμῶν τὸ κλέος ἅπασιν εὐφροσύνη ἐξήκουσται. Μακάριοι ὑμεῖς, τοιαύτης παιδὸς γεννήτορες χρηματίσαντες! Εὐλογημένοι ὑμεῖς, τοιοῦτον εὐλογημένον δῶρον Κυρίῳ προσάξαντες! Μακάριοι μασθοὶ οἷς ἐτιθηθήθη, καὶ γαστήρ ἧ βεδάσταιται.

X. Δεῦρο γοῦν μοι καὶ σύ, παιδίον τῶν οὐρανῶν ἀνώτερον. Δεῦρο, βρέφος ὀρώμενον καὶ θεϊκὸν ἐργαστήριον νοούμενον. Δεῦρο, προπύλαια τοῦ ἁγία-

virginitatis suae, et exhilarantibus fulgoribus suis universam terram illuminat. Vos ceu duo fulgentissima sidera, firmamento quodammodo inserta, contemplamur; utrique enim caliginosae litterae et latae inter procellas legis obscuram umbram hilari luce dispellit, et sapienter ad hanc novam novi luminis gratiam credentes in Christum inoffenso pede deducitis. Vos intuemur tamquam splendidissima cornua spiritualis templi novi Testamenti, utpote qui in gremio vestro sanctificatum illud ac Deo dicatum sacrae victimae rationalissimum altare continetis. Vos (si quidem fieri possit ut non meritis inferiora dicam) in educanda puella assidui, Cherubim apparuistis, mystica prorsus obumbratione propitiatorium Pontificis, omnium Salvatoris, circumtegentes. Vos prae auro illo, quod ad circumvestiendam arcam olim fabrefactum est, vos, inquam, visi estis circumoperientes spiritualem divinamque novi Testamenti arcam, eum continentem qui nobis in cruce veniam subscripsit. Gaudium vestrum, gaudium est universae terrae: gloria vestra fit omnium communis laetitia. Vos beati, quibus datum fuit ut talis filiae parentes essetis! Vos benedicti, qui huiusmodi benedictum donum Domino attulistis! Beata ubera quibus nutrita ipsa fuit, et venter quo portata est!

X. Huc iam adsis tu quoque, puellula coelis sublimior. Accede, quae infans cerneris, sed Dei officina dignosceris. Accede, et sanctuarii

στηρίου ἀγίασον μᾶλλον· οὐ γὰρ σύ, ὡς ἔπος ἔτι φάναι, ταύτῳ καθαιρομένη ἀγιάζη, ἀλλ' ἢ καὶ λίαν ἀγιάζεις.

Δεῦρο, πρόκυψον εἰς ἄδυτον καὶ φρικῶδες ταμειῖον, ἢ κειμήλιον ἄπλετον καὶ ἀνεξερευνητον γενησομένη. Εἴσελθε τοῖς τοῦ βήματος προθύροις, ἢ τὰ τοῦ θανάτου πρόθυρα συνθλώσα. Εἴσδλεψον ἐπὶ τὸ καταπέτασμα, ἢ τοὺς τῆ ἀμβλυοποιῶ γέυσει τετυφλωμένους τῆ σῆ ἀστραπῆ φωτίζουσα. Δίδου μοι χεῖράς σε ποδηγοῦντι ὡς βρέφος, καὶ κρατεῖ μου χεῖρα τῷ γήρῳ κεκμηκότι καὶ τῆ τῆς ἐντολῆς παρεκδύσει γέηφρονι ζήλῳ νενευκότι, καὶ ἄγοις με πρὸς ζωήν. Ἴδου γὰρ σε κατέχω βακτηρίαν τοῦ γήρους καὶ τῆς ἀσθηνσάσης τῷ ὀλισθήματι φύσεως ἀνόρθωσιν. Ἴδου σε στήριγμα βλέπω γενησομένην τῶν καταβεδνηκότων πρὸς θάνατον. Πλησίασον τῆ * τραπέζῃ προσκυνήσουσα, περὶ

*304 ἧς ἐν συμβόλοις πλείοσι λέλεκται τράπεζαν κεχρηματικένας σε λογικωτάτην καὶ ἀμόλυντον. Ὀδευσον διὰ τῆς ἐπαύλεως τοῦ ὄλου θυσιαστηρίου, ὡς ὁσμὴν θυμιάματος ἐκπνέουσα, καὶ ὑπὲρ μύρον τοῖς ὀσφραινομένοις γεγενημένη ἢ καλῶς τῆς θεολέκτου γλώσσης καὶ πνευματεμφόρου τοῦ προφήτου πύριον ἐξηχημένη. Ἀνάβηθι, ἀνάβηθι ἐπὶ βαθμίδα ἱεροῦ δόμου· ἧς τῆ καλλονῆ τῆς ὠραιότητος ἠδόμεναι θυγατέρες Ἱερουσαλήμ αἶνον γεγηθυῖαι πλέκουσιν καὶ βασιλεῖς τῆς γῆς μακαρίζουσιν· ἢ βάσις θεία γεγνωρισμένη καὶ θεοστήρικτος κλίμαξ δεδειγμένη τῷ πατριαρχικωτάτῳ Ἰακῶβ θυμηρέστατα.

limina tu potius sanctifica: non enim, ut uno verbo iam dicam, te perpurgans altare sanctificat, imo vero a te uberrime sanctificatur.

Age iam, penetralia sacra et tremendum conclave introspecte, quae cimelium futura es immensum et imperscrutabile. Ingredere ad altaris atrium, quae portas mortis confringis. Aspice intra velum quae fulgore tuo eos illuminas, qui obnubilante oculos gustu excaecati sunt. Praebe manus mihi, te ut infantem ducenti; sed simul sustine manum meam, qui senio confectus sum, atque in mandati transgressionem rerum terrenarum studium pronus fui, ac me ad vitam adducito. Ecce enim te ceu baculum senectutis, et naturae, propter lapsum elanguentis, fulcimentum habeo. Ecce te fore praesidium eorum video qui in mortem prolapsi sunt. Adoratura * veni prope altaris mensam, quandoquidem rationabilissimam et impollutam mensam te evasuram per plura symbola iam praesignificatum est. Totum perambula altaris circuitum, utpote quae thymiamatis odorem efflas, et quolibet suaveolentior unguento odorantibus facta, per os diviniloqui et superno spiritu acti prophetae apte thuribulum nuncupata fuisti. Ascende super aedis sacrae gradum, ascende, cui filiae Ierusalem, venustate pulchritudinis tuae oblectatae, laudes cum gaudio texunt, quamque reges terrae beatam praedicant: quae sacra basis agnita es, et praecelso patriarchae Iacob fuisti iucun-

*303

Καθέσθητι, ὦ Δέσποινα· καὶ πρέπει γάρ σοι τῇ βασιλίσση καὶ ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου δεδοξασμένη, ἐν τοιαύτῃ βαθμίδι ἐφέζεσθαι. Εὐ-
 πρεπές σοι τῷ Χερουδικωτάτῳ θρόνῳ ὁ ἡγιασμένος τόπος εἰς κατοικητή-
 ριον. Ἴδου σοί, ὡς παντανάσση, τὴν προκαθεδρίαν καταξίως ἐνειμα, ἀνάστη-
 σον δὴ καὶ αὐτὴ τοὺς καταραχθέντας. Καὶ νῦν οὖν μετὰ Δαυτῶ σοι προσ-
 φωνῶ· «Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ
 λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλ-
 λους σου ».

XI. Καὶ ὁ μὲν πρέσβυς οὕτως εἶχετο, εἰ καὶ πλείω τούτων τοῖς κατὰ
 διάνοιαν ἐγκωμίοις. Καὶ οἱ γονεῖς ὑπεχώρουν, καὶ ἡ παῖς ἀφιερωθεῖσα Θεῷ
 κατελιμπάνετο. Καὶ τῇ τῆς ἐπισιτήσεως ὑπηρεσίᾳ ἄγγελοι μετὰ δέους ἐλει-
 τούργουν, καὶ ἐξ ἄλλων ὕλικήν τροφήν ἢ ἄϋλον ἐσιτίζετο ἡ κόρη. Οὕτω τὰ
 τῆς θείας μυσταρχίας τελεσιουργήματα δι' ἐκβάσεως θεόθεν εἶχοντο· οὕτω
 τε τὸ βρέφος ἠῦξει καὶ ἐκραταιοῦτο· καὶ ἡ τῆς ἐν Ἐδέμ ἡμῶν δεδομένης κα-
 τάρας ἄπασα ἐναντιότης ἡσθένει.

1809

XII. Ἄλλ' ἄγε δῆτα, φίλη Θεῷ πανήγυρις, ὁμοφώνως ὅσον τῇ ἡμετέρᾳ
 νηπιῶδει ἐννοία ἡ ἰσχύς ἐνεστι, τὸ «Χαῖρε» τῇ Παρθένῳ προσείπωμεν, οὐ τὴν
 αὐτῆς εὐφημηῆσαι δυνάμενοι τέλειον ἐορτήν· ἀλλὰ γε τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν

PG
98, 304

dissime ostensa ceu scala a Deo firmata. Sede, Domina; decet enim,
 regina cum sis et prae omnibus regibus terrae gloriosa, sublimi adeo
 loco sedere. Tibi, quae Cherubico longe nobilior es thronus, sacro-
 sancta ad inhabitandum sedes debetur. En tibi pro merito, tamquam
 universorum Reginae, primam offero sedem. Et tu itaque erige in
 praeceps provolutos. Nunc autem propterea tibi cum David acclamo:
*Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum
 tuum, et domum patris tui, et concupiscet Rex pulchritudinem tuam.*¹

XI. Et haec quidem senex; quamquam longe his plura encomia
 mente volvebat. Parentes interim recesserunt; puella vero, Deo con-
 secrata, (ibidem) remansit. Et quoad victum ipsi suppeditandum,
 angeli ei cum timore deserviebant,² et (sic) ab incorporeis spiritibus
 esca delata, sive corporea haec fuerit sive incorporea, (puella) ale-
 batur. Ita initiatio sacra divinitus perfecta est: sic infans crescebat
 et confirmabatur; maledictionis autem, qua in Edem perculsi fuera-
 mus, vis omnis elidebatur.

1809

XII. Agite ergo, quotquot adestis Deo dilecti, voce unanimi,
 pro virili, quantum videlicet per rudem nostram ac prope dixerim
 infantilem intelligentiam licet, ad Virginem illud inclamemus *Ave*;
 non quasi hac ratione pro dignitate festivitatem eius celebrare pos-

PG
98, 303

¹ Ps. XLIV, 11-12.

² Hic, in sequenti Oratione IV et alibi, *Iacobi librum* (Protoevangelium quod dicitur) Germanus prae oculis habuit.

παρηγοροῦντες ὅσον ἐφικτόν, ἐπεὶ καὶ φίλον Θεῷ τὸ κατὰ δύναμιν. Ὑπερ-
βέβηκε μὲν γὰρ οὖν ἅπασαν ἔννοιαν ἢ μόνη παρθένος καὶ μήτηρ γνωρισθεῖσα,
καὶ δῆλον τὸ αἷτιον. Τίς γὰρ παρθένος ἔτεκεν, ἢ τεκοῦσα ἄσυλον τὴν παρ-
θενίαν τετήρηκεν, εἰ μὴ σὺ μόνη, ἢ ἀπεριτρέπτως ἡμῖν σαρκὶ Θεὸν κυήσασα,
πανολβία κόρη;

PG
98, 304

XIII. Χαίροις τοιγαροῦν τῇ τῆς Ἐδὲμ ἡμῖν θανατηφόρῳ καὶ ψυχοπύρῳ 1810
βρώσει γυμνωθεῖσιν, εὐκλεεῖ καὶ ἀχειροτεύκτῳ ἐνδύματι ἐν τῇ σῆ πρὸς τὰ
τῶν ἀγίων Ἄγια εἰσδύσει σήμερον ἀλουργοειδῆ στολὴν ἥτοι θεοπερίβλητον
ἄφρασιν ἐπαμφιάσασα, ἢ ἄφρασις τῶν παραπτωμάτων τοῖς βορβορώδεσιν ἡμῖν
ἐκ Θεοῦ δοθεῖσα, Θεόλυμφο.

*305

Χαίροις, ἢ τῇ ἐξάρξει σήμερον τῆς φαινοτάτης * καὶ σεβασμιόφρου
Προόδου θίασον ἅπαντα προφητικὸν ἐπαγείρουσα, μουσικοῖς ὡσπερ ὀργά-
νοις εὐηχεστάτοις κυμβάλαις θεοφανότατον ἀλαλαγμὸν ὑπανακρούοντας καὶ
ἐν εὐφροσύνῃ ψυχαγωγῶς χορεύοντας.

XIV. Χαίροις, ἢ τῇ τῶν βημάτων σου ῥυθμίσει καταπατήσασα τὸν δει-
νὸν μοι ποδηγόν, κεχηματικώτα πρὸς τὴν παράβασιν σκολιογνώμονα καὶ
μισόκαλον ὄφιν διάβολον· καὶ συνοδεύουσαν ἐπιλαβομένη τὴν ὀλισθηρὰν φα-
νεῖσαν φθαρτὴν οὐσίαν πρὸς τὴν ἄσυλον καὶ ἀγίαν ἀγγήρω πάλιν σκηνήν.

simus, sed ut saltem aliquod infirmitati nostrae solatium, quantum
possumus, afferamus; quandoquidem Deo quoque, quidquid pro
viribus fiat, gratum accidit. Caeterum superat ipsa sane omnem men-
tis captum, quae sola virgo simul et mater agnita est. Et causa in
promptu est. Quae enim alia virgo enixa est, aut enixa integram
servavit virginitatem, nisi tu sola, quae prorsus integra Deum in-
carnatum nobis genuisti, puella beatissima?

PG
98, 303

XIII. Ave igitur, quae dum glorioso et non manufacto indu- 1810
mento ornata, hodie in Sancta sanctorum ingredieris, nos, qui ob
mortiferum animisque exitialem cibum denudati fueramus, pur-
purea veste, videlicet circumiecto divinitus remissionis pallio, su-
perinduisti, remissionis, inquam, peccatorum, quae nobis in coeno
iacentibus a Deo donata est, o Dei sponsa.

*306

Ave, quae hodierna die in ipso exordio splendidissimae * et
summe venerandae Praesentationis tuae universum ad te congregas
prophetarum coetum, qui propterea musicis quodammodo organis
et cymbalis bene sonantibus hymnum propheticum concinunt, et
alacriter exsultantes choreas ducunt.

XIV. Ave, quae gressuum tuorum concinnitate, serpentem
truculentum mihi ad transgressionem ducem, vaferrimum et sce-
lestissimum diabolium, conculcasti; corruptam vero naturam quae ad
labendum prona cernebatur, tecum per viam velut manu prehensens,
ad coeleste et sanctum non senescens tabernaculum rursus adduxisti.

Χαίροις, ἡ ταῖς τῆς σῆς Προόδου λαμπαδουχίαις τοῖς ἐν σκιᾷ θανάτου καὶ ἀσθενείας βυθῶ περιπαγεῖσι τηλαυγῶς ἡμέραν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως καταυγάσασα, καὶ ζόφου διάλυσιν ἐπιμαρτυρουμένη θεοδράδευτον διὰ σοῦ γενήσεσθαι, πανυπερθαύμαστε Μαρία.

Χαίροις, ἡ νοητικὴν θείαν δρόσον ἡμῖν ἐπιστάζουσα φωτεινὴ νεφέλη, ἡ τῇ τῶν Ἁγίων ἀγία σήμερον ὑπεισδύσει τοῖς ἐν σκιᾷ θανάτου κατεχομένοις παμφαίνοντα ἥλιον ἐξανατείλασα· πηγὴ ἡ θεόβρυτος, ἀφ' ἧς οἱ τῆς θεογονίας ποταμοὶ τὸ διειδέστατον καὶ ἀγλαοφανὲς τῆς ὀρθοδοξίας ὕδωρ διαρρέοντες, ἔλην τὴν τῶν αἰρέσεων ἐκμειοῦσιν.

XV. Χαίροις, ὁ τερπνότατος καὶ λογικὸς Θεοῦ παράδεισος, σήμερον πρὸς ἀνατολὰς τῆς αὐτοῦ θελήσεως φυτευόμενος δεξιᾷ παντοκράτορι, καὶ αὐτῷ τὸ εὐανθὲς κρίνον καὶ ἀμάραντον βόδον κυπρίζουσα, τοῖς πρὸς δυσμὰς θανάτου λοιμικὴν ψυχοφθόρον τε πικρίαν ἐκπιοῦσιν, ἐν ᾧ τὸ ζωοπάροχον ζῦλον τῆς πρὸς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ἐξανθεῖ, ἐξ οὗ οἱ γευσάμενοι ἀθανατίζονται.

Χαίροις, τὸ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ιεροτέυκτον ἄχραντὸν τε καὶ καθάρωτατον παλάτιον, τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα περιβεβλημένη καὶ ξεναγοῦσά σου τῇ μυσταρχικῇ ἀπολαύσει ἅπαντας· ἡ ἐν τῇ τοῦ Κυρίου αὐλῇ ἦτοι τῷ ἀγίῳ αὐτοῦ ναῷ νυνὶ θεμελιουμένη, ἐν ᾗ ἡ ἀχειρότευκτος καὶ πεποικιλημένη

Ave, quae fulgentibus Praesentationis tuae facibus splendorem late diffundens, diem laetitiae et exultationis iis attulisti qui in umbra mortis et extremo languore detinebantur, pollicita insuper, caliginem penitus disiciendam fore, Deo per te efficiente, o quolibet miraculo maior Maria.

Ave, lucida nubes, quae spiritualemente divinum rorem nobis superinstillas, quaeque per hodiernum tuum in Sancta sanctorum ingressum, sedentibus in umbra mortis splendidissimum solem oriri fecisti: fons divinitus scaturiens, e quo divinae sapientiae fluvii, purissimis ac limpidissimis orthodoxiae undis defluentes, haereseon agmen dispellunt.

XV. Ave, amoenissimus et rationalis Dei paradus, benevolentissima et omnipotenti eiusdem dextera hodie ad orientem plantatus, et ipsi suaveolens lilium, et rosam immarcescibilem gemmans in eorum medelam, qui pestiferam animaeque exitialem amaritudinem mortis ad occidentem ebiberant; paradus, in quo ad veritatis agnitionem lignum vivificum efflorescit, e quo qui gustaverint, immortalitatem consequuntur.

Ave, sacrosancte aedificatum, et immaculatum, purissimumque Dei, summi Regis, palatium, eiusdem (Dei Regis) magnificentia circumornatum, omnesque hospitio recipiens ac mysticis reficiens deliciis; quod nunc in aula Domini, in sancto nempe illius templo, fundaris; in quo non manufactus, et vario decore nitens, situs est

παστὰς τοῦ νοητοῦ νυμφίου· ἐφ' ἧ τὸ πλανηθὲν ἐπιστρέψαι βουλευθεῖς, ὁ Λόγος τὴν σάρκα νενύμφευται, τοὺς ἤδη οἰκεία βουλήσει διενηνεγμένους καταλλάσσων.

XVI. Χαίροις, ἡ νέα Σιών, καὶ θεία Ἱερουσαλήμ, ἅγια « πόλις τοῦ μεγάλου ἀνακτος Θεοῦ, ἧς αὐτὸς Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσι γινώσκεται », καὶ βασιλεῖς ὑποκλίνων ἐν τῇ τῆς σῆς δόξης προσκυνήσει, καὶ κόσμον ἅπαντα ἐν ἀγαλλιᾷσει τὴν τῆς Προόδου σου πανήγυριν ἄγειν παρασκευάζων· ἡ ὄντως χρυσοειδῆς καὶ φωτεινῆ... ἐπτάφωτος λυχνία τῷ ἀδύτῳ φωτὶ ὑφαπτομένη καὶ τῷ τῆς ἀγνεῖας ἐλαίῳ πιανομένη, καὶ τοῖς ἐν ζόφῳ πταισμάτων ἀχλύϊ τυφλώττουσι αἴγλης ἀνατολὴν πιστομένη.

*308

* Χαίροις, τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ πύοτατον καὶ κατάσκιον ὄρος· ἐν ᾧ ὁ λογικὸς ἀμνὸς ἐκτραφεὶς τὰς ἡμῶν ἀμαρτίας καὶ τὰς νόσους ἐθάστασεν· ἐξ οὗ ὁ ἀχειρότμητος λίθος κυλισθεῖς, βωμοὺς εἰδωλικούς συνέθλασεν, καὶ « εἰς κεφαλὴν γωνίας ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θαυμαστούμενος γέγονεν ».

XVII. Χαίροις, ὁ τοῦ Θεοῦ ἅγιος θρόνος, ἡ θεῖον ἀνάθημα, ἡ δόξης αἴκος, ἡ περικαλλὲς ἀγλαΐσμα, καὶ ἐκλεκτὸν κειμήλιον, καὶ παγκόσμιον ἱλαστήριον, « καὶ Θεοῦ δόξαν διηγούμενος οὐρανός ». Ἀνατολὴ ἄδυτον λαμ-

spiritualis sponsi thalamus, in quo Verbum, errantem (humanam stirpem) revocare volens, carnem sibi desponsavit, ut eos qui voluntate propria extorres facti fuerant, (Patri) reconciliaret.

XVI. Ave, nova Sion, et divina Ierusalem, « magni Regis Dei civitas, in cuius domibus Deus ipse cognoscitur », et per quam medius pertransit, intactam te servans, commovens gentes, et inclinans reges ad adorandam gloriam tuam, et universum mundum compellans ad celebrandam cum exultatione Praesentationis tuae festivitatem; quae vere auriforme et refulgens, et septies decorum et septem luminibus ardens es candelabrum, ab innocidua luce lucem recipiens, innocentiae autem oleo enutritum, atque illis qui in tenebris ex peccatorum caligine caecutiunt, lucis ortum certo spondens.

* Ave, Dei mons praepinguis¹ et umbrosus: in quo enutritus rationalis Agnus peccata atque infirmitates nostras portavit; mons e quo devolutus ille, nulla manu praecisus, lapis,² contrivit aras idolorum, et factus est *in caput anguli, mirabilis in oculis nostris*.³

*307

XVII. Ave, sanctus Dei thronus, divinum donarium, domus gloriae, perpulchrum ornamentum, et cimelium electum, et totius orbis propitiatorium, *coelumque Dei gloriam enarrans*.⁴ Oriens iubar

¹ Ps. LXVII, 16.

² Dan. II, 34.

³ Ps. CXVII, 22, 23.

⁴ Ps. XVIII, 2.

πτῆρα ἀνατέλλουσα· οὐ « ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος καὶ τῆς θερμῆς », ἦτοι τῆς διοικητικῆς προνοίας, « ἔκτοθεν οὐδεις τῶν πάποτε γινομένων ».

Χαίροις, ἡ τῆ σῆ γεννήσει στειρώσεως δεσμὰ λύσασα, καὶ ὄνειδισμὸν ἀτεκνίας λικηήσασα, καὶ νομικὴν κατάραν βυθίσασα, καὶ χάριτος εὐλογίαν ἀνθήσασα, καὶ τῆ πρὸς τὰ τῶν ἁγίων Ἄγια εἰσόδα εὐχῆς τελείωσιν γονικῆς καὶ θεμέλιον τῆς ἡμῶν ἀφέσεως καὶ χαρμονῆς συμπλήρωσιν τελειώσασα, ὡς χάριτος ἀρχὴν προαγαγοῦσα.

XVIII. Χαῖρε, κεχαριτωμένη Μαρία, ἡ τῶν ἁγίων ἁγιωτέρα, καὶ οὐρανῶν ὑψηλοτέρα, καὶ Χερουβιμ ἐνδοξοτέρα, καὶ Σεραφίμ τιμιωτέρα, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν σεβασμιωτέρα· ἡ τῆ ἐνδόξῳ καὶ αἰγληφανεῖ σου Προόδῳ ἔλαιον ἡμῖν κομίζουσα, τὸν τοῦ νοητοῦ κατακλυσμοῦ λυτῆρα, τὸν σωτηριώδη ἡμῖν ὄρμον εὐαγγελιζομένη περιστερὰ· ἥς « αἱ πτέρυγες περιηργυρωμέναι καὶ τὰ μετάφρενα ἐν χλωρότητι χρυσοῦ », τοῦ παναγίου καὶ φωτιστικοῦ καταστραπτόμενα Πνεύματος· ἡ πάνχρυσος στάμνος, τὸν ἡδύτατον τῶν ψυχῶν ἡμῶν γλυκασμὸν ἦτοι Χριστὸν τὸ μάννα φέρουσα.

1811

XIX. Ἄλλ', ὦ πανάμωμε, καὶ πανύμνητε, καὶ πανσέβαστε, καὶ πάντων δημιουργημάτων ὑπερφερὲς Θεοῦ ἀνάθημα· ἀγεώργητε γῆ, ἀνήροτε ἄρουρα, εὐκληματοῦσα ἄμπελος, κρατῆρ εὐφραντικώτατε, κρήνη πηγάζουσα, Παρ-

PG
98, 308

praebens non occiduum; cuius *egressio a summo coelo, et a cuius calore, id est providentia gubernante, nemo umquam absconditur.*¹

Ave, quae nativitate tua solvisti sterilitatis vincula, et infecunditatis opprobrium dispulisti, maledictionem legalem demersisti in profundum, et gratiae benedictionem progerminasti, tuoque in Sancta sanctorum ingressu cum parentum votum implevisti, tum remissionis a nobis obtinendae iecisti fundamenta, et laetitiae cumulum addidisti, utpote gratiae primordia adducens.

XVIII. Ave, Maria, gratia plena, sanctis sanctior, et coelis excelsior, et Cherubim gloriosior, et Seraphim honorabilior, et super omnem creaturam venerabilior. Ave, columba, quae glorioso ac splendido tuo (in templum) ingressu, nobis et fructum fers olivae, et servatorem a spirituali diluvio, ac portum salutis annuntias, cuius *pennae deargentatae et posteriora dorsi in pallore auri,*² sanctissimi et illuminantis Spiritus fulgore irradiantur. Ave, urna ex puro auro conflata, et suavissimam animarum nostrarum dulcedinem, Christum scilicet, qui manna est, continens.

1811

XIX. Sed, o purissima et omni laude et obsequio dignissima, ac Deo dicatum donarium, omni creaturarum conditioni praecellens, terra non secta, inaratus ager, vitis floridissima, poculum maxime

PG
98, 307¹ Ibid., 7.² Ps. LXVII, 14.

θένε γεννώσα καὶ Μήτηρ ἀπείρανδρε, ἀγνείας κειμήλιον καὶ σεμνότητος ἐγκαλλώπισμα, ταῖς πρὸς τὸν σόν, τὸν ἐκ σοῦ ἀπάτορα, Υἱόν τε καὶ Θεὸν πάντων δημιουργὸν εὐπροσδέκτοις καὶ μητροπειθέσι λιταῖς, τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας οἶακας διέπουσα, εἰς ἀκύμαντον λιμένα ἤτοι ἀπόντιστον ἐξ ἐπιβροίας αἰρέσεών τε καὶ σκανδάλων πηδαλιούχησον. Τοὺς ἱερεῖς τῆ δικαιοσύνη καὶ τῆ τῆς εὐκλεοῦς ἀμωμήτου εἰλικρινοῦς πίστεως ἀγαλλιάσει φωτεινοτάτως ἔνδυσον. Τοῖς ὑπὲρ πᾶσαν βαφὴν ἀλουργοειδῆ καὶ πάνχρυσον, ἢ μαργαρίτην, ἢ πολύτιμον λίθον διάδημά σε καὶ περιβόλαιον καὶ τῆς ἰδίας βασιλείας ἄστυλον κόσμον ὀρθοδόξοις ἀναξιν εἰληχόσιν, ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐσταθείᾳ τὰ σκήπτρα διέπουσα. Τὰ εἰς σὲ καὶ τὸν ἐκ σοῦ Θεὸν βλασφημοῦντα κακότεχνα βάρβαρα ἔθνη τοῖς τούτων ποσὶ στρωννύουσα ὑπόταξον. Τῷ ταῖς σαῖς ἐπικουραῖαις ἀεὶ ἐπερειδομένῳ στρατῷ ἐν τῆ τοῦ πολέμου ὥρᾳ συνεπάμμον· τό τε ὑπήκοον εὐηνίῳ εὐταξίας δουλείᾳ θεοπαραγγέλτως ἵνα βεβαίωσον. * Τὴν ὡς πύργον σε καὶ θεμέλιον κατέχουσιν τὴν σὴν πόλιν νικητικοῖς ἐπάθλοις καταστέφουσα, ἰσχὺν περιζώσασα φρουρήσον· τὴν τοῦ Θεοῦ κατοίκησιν ναοῦ εὐπρέπειαν ἀεὶ διατήρησον· τοὺς σοὺς ὕμνητάς ἐκ πάσης περιστάσεως καὶ ψυχικῶν ἀλγηδόνων διαφύλαξον· τοῖς αἰχμαλώτοις τε ἀνάρρυσιν βραβεύουσα· ξενιζομένοις ἀστέγοις τε καὶ ἀπεριστάτοις, παραμυθία

*309

exhilarans, fons aquas effundens, Virgo generans et Mater viri nescia, innocentiae thesaurus absconditus, et sanctimoniae decus; acceptissimis tuis ac materna auctoritate validis precibus ad Dominum ac Deum omnium conditorem, Filium tuum, ex te sine patre genitum, ecclesiastici ordinis gubernacula fac dirigas, et ad portum tranquilum, a fluctibus scilicet haereseon scandalorumque securum, perducas. Sacerdotes iustitia, et probatae, immacolatae ac sinceræ fidei exultatione splendidissime induito.¹ Orthodoxis imperatoribus, qui prae omni purpuræ aut auri splendore, et prae margaritis ac lapidibus pretiosis, te nacti sunt diadema et indumentum ac firmissimum regni sui ornamentum, in tranquillo ac prospero statu sceptrā dirige. Malefidas nationes barbaras, in te ac Deum ex te genitum blasphemantes, eorum pedibus sternens subiicito. Exercitui, qui tuis semper innititur auxiliis, tempore belli adiutrix esto; subiectumque populum, * ut secundum Dei praeceptum in suavi obedientiae obsequio perseveret, confirmato. Tuam hanc civitatem, quae te tamquam turrim ac fundamentum habet, victoriae triumphis coronato, et fortitudine circumcingens custodito, Dei habitationem, templi decorem semper conservato; laudatores tuos ab omni discrimine et animi angore exime: captivis redemptionem tribuito: peregrinis, tecto et quovis praesidio destitutis, solamen te exhibe. Uni-

*310

¹ Ps. CXXXI, 9.

φάνηθι. Τῷ σύμπαντι κόσμῳ τὴν ἀντιληπτικὴν σου χεῖρα ὄρεξον, ἵν' ἐν εὐφροσύνῃ τε καὶ ἀγαλλιάσει τὰς σὰς πανηγύρεις σὺν τῇ νῦν ἡμῖν ἑορταζομένη λαμπροτάτῃ τελετῇ διεξάγωμεν. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῶν ἀπάντων Βασιλεῖ καὶ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωαρχικῷ Πατρὶ, καὶ τῷ συναϊδίῳ καὶ ὁμοουσίῳ συνθρόνῳ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1812

Oratio IV. In praesentationem SS. Deiparae.¹ Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις, καὶ φαιδρὰ ἑορτὴ τῆς Μητρὸς τοῦ Κυρίου· ἰδοὺ πρόδοδος τῆς ἀμωμῆτου νύμφης· ἰδοὺ προπομπὴ πρώτη τῆς βασιλίδος· ἰδοὺ σήμαντρον ἀκριβὲς τῆς ἐσομένης περὶ αὐτὴν δόξης· ἰδοὺ προοίμιον τῆς μελλούσης ἐπισκιάζειν αὐτῇ θείας χάριτος· ἰδοὺ γνώρισμα τηλαυγὲς τῆς ὑπερβαλλούσης αὐτῆς καθαρότητος. "Ὅπου γὰρ οὐ πολλάκις, ἀλλ' ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ ἱερεὺς εἰσιών, τὰς μυστικὰς ἐπετελεῖ λατρείας, ἐκεῖ αὐτῇ πρὸς διαμονὴν ἀδιάπαστον ὑπὸ τῶν αὐτῆς γονέων προσάγεται, ἐν τοῖς ἀδύτοις εἶναι ἱεροῖς τῆς χάριτος. Τίς ἔγνω τοιοῦτον πάποτε; Τίς εἶδεν, ἢ τίς ἤκουσε τῶν νῦν ἢ τῶν πάλαι, θῆλυ προσαγόμενον εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἐνδότερα Ἄγια, τὰ μικροῦ δεῖν καὶ ἀνδράσιν ἀπρόσιτα, ἐν αὐτοῖς κατοικεῖν καὶ ἐνδιατρέφεσθαι; Ἄρ' οὐκ ἀπόδειξις ἐναργῆς τοῦτο τῆς ἐπ' αὐτῇ γενησομένης ξένης εἰς ὕστερον μεγαλουργίας; Ἄρ' οὐ σημεῖον ἐμφανές; Ἄρ' οὐ τεκμήριον εὐδῆλον;

PG
98, 309

verso mundo auxiliatricem manum tuam porrige, ut in laetitia et exultatione solemnitates tuas simul cum ista, quam modo celebramus, festivitate splendidissimo exitu transigamus, in Christo Iesu universorum Rege ac vero Deo nostro, cui gloria et fortitudo, una cum sancto vitaeque principio Patre, et coaeterno et consubstantiali et conregnante Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

1812

Oratio IV. In praesentationem SS. Deiparae.¹ Ecce alius quoque celebris conventus, ac Matris Domini laeta festivitas; ecce irreprehensae sponsae processio; ecce quo primum Regina deducitur comitatu; ecce signum certissimum futurae ipsius gloriae; ecce clarissima divinae gratiae ipsam obumbraturae primordia; ecce eminentis eius puritatis splendidissimum specimen. Ubi enim non saepe, sed semel dumtaxat quot annis sacerdos ingrediens, mysticum cultum exhibebat: illic ea, in sacris gratiae penetralibus assidue versatura, offertur. Quis tale quid umquam cognovit? Quis vidit, vel audivit, nostra, maiorumve aetate, feminam, in interioribus sanctorum Sanctis oblatam esse; ac quibus vix accessus viris concessus esset, iis illam habitare, ac enutrirī? Nonne manifestum hoc argumentum, rerum maximarum, novarumque postea in ipsa designandarum? Nonne apertissimum signum? Nonne indicium sese ultro prodens?

PG
98, 310

¹ Halkin attribuit Orationem hanc etiam Chrysostomo. Cf. BHG, III, 55.

*312 * Δειξάτωσαν ἡμῖν οἱ κατ' αὐτῆς κινουῦντες τὰς γλώσσας, καὶ βλέποντες ὡς μὴ βλέποντες, ποῦ τοιαῦτα πάποτε κατεῦδον; Κόρην ἐξ ἐπαγγελίας, καὶ αὐτὴν τριετίζουσαν, εἰς τὸ τρίτον καταπέτασμα ὡς δῶρον ἄμωμον προσφερομένην, πρὸς τὸ ἐκεῖσε οἰκεῖν ἀπαραλείπτως, καὶ ὑπὸ τῶν πλουσίων τοῦ λαοῦ λιτανευομένην· ὑπὸ παρθένων προπεμπομένην· μετὰ λαμπάδων προσαγομένην· ὑπὸ ἱερέων καὶ προφητῶν χερσὶν ὑπτίαις προσλαμβανομένην; Πῶς οὖν οὐκ ἠβουλήθησαν συνιέναι; Πῶς ὀρώντες τὰ πρῶτα, τοῖς ἐσχάτοις ἠπίστησαν; Πῶς ξένα καὶ παρηλλαγμένα τὰ ἐπ' αὐτῇ προιδόντες, τοῖς μετέπειτα γενομένοις ἀντέλεξαν; Οὐ γὰρ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε, τὰ περὶ αὐτὴν πρῶτα γεγονόασιν· ἀλλὰ πάντα προοίμια τῶν ὑστάτων. Εἰπάτωσαν γὰρ ἡμῖν οἱ παρ' ἑαυτοῖς σοφοὶ τὰ μάταια, πῶς καὶ ἐτέρων στειρῶν τεκουσῶν, οὐδεμιᾶς θυγάτριον εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἀνατίθεται Ἄγια, καὶ ὑπὸ προφητῶν προσεῖληπται; Ἄρ' οὐκ εἶχον οἱ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα εἰς αὐτὴν τότε θεωροῦντες εἰπεῖν, οἷα καὶ τούτων οἱ ὁμογνώμονες ὕστερον εἰς τὸν ἐκεῖνης υἱόν· « Τί ἄρα ἔσται τὸ παιδίον τοῦτο; » Πάνυ μὲν οὖν.

Ἄλλ' οἱ μὲν ἀλλοτριόφρονες τὴν τῆς ἀπωλείας ὁδὸν ὀδευέτωσαν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτῶν ὀρυχθέντι βαράθρῳ ἐμπιπέτωσαν· ἡμεῖς δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ λαὸς ὁ περιούσιος, ἱερεῖς καὶ ἄρχοντες, κοσμικοὶ τε καὶ μονάζοντες, δοῦλοι καὶ ἐλεύ-

*311 * Ostendant nobis qui contra ipsam linguas suas movent, videntque tamquam non videntes, ubi tale quid umquam viderint? Nimirum, puellam ex voto, eamque triennem intra tertium templi velum, tamquam donum omni reprehensione vacans, oblatam, illic assidue habitaturam; quamque divites plebis deprecentur, ac virgines solemnī pompa deducant; quam cum facibus ardentibus prae-mittant, sacerdotesque ac prophetae supinis manibus suscipiant? Quomodo ergo noluerunt intelligere? Quomodo videntes prima, postremis fidem non habuere? Quomodo, cum nova haec miraque antea iam in ea conspexissent, iis quae postea successerunt contradixere? Neque enim nequidquam aut fortuito prima haec ei acciderunt, sed omnia velut exordium posteriorum fuerunt. Alioqui dicant nobis, qui apud se frustra sapientes sunt, quamobrem, etsi etiam aliae pepererunt steriles, nullius tamen puella in Sanctis sanctorum fuerit umquam oblata, atque a prophetis suscepta? Non qui haec talia ac tanta in ipsa tunc contemplabantur, merito dicere potuerunt, quod postea alii eiusdem cum ipsis sententiae, de filio illius protulere: *Quis putas puer iste erit?*¹ Plane.

Sed illi quidem alienam opinionem secuti, perditionis semitam insistant, atque in barathrum quod ipsi sibi effoderunt, incidant: nos autem peculiaris Dei populus, sacerdotes pariter atque princi-

¹ Lc. I, 66.

θεροι, χειροτέχνη καὶ γηπόνιοι, φυτοκόμοι καὶ ἀλιεῖς, νέοι καὶ πρεσβύτεροι, ἄνδρες καὶ γυναῖκες· δεῦτε, προθύμως τῇ Θεοτόκῳ προσέλθωμεν, καὶ τὰ εἰς αὐτὴν προτελεσθέντα θεῖα μυστήρια [οἰκονομικῶς] ἐποπτεύσωμεν· πῶς ὑπὸ γονέων σήμερον ἢ πανίερος τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων προσάγεται· πῶς ὁ ναὸς ὁ ἔμψυχος Κυρίου τῷ ἀψύχῳ προσανατίθεται· πῶς ὁ προφήτης αὐτοχειρὶ ταύτην εἰσδέχεται, καὶ τοῖς ἀδύτοις εἰσφέρει, οὐδὲν δυσχεράνας, οὐδὲ εἰπὼν τοῖς ταύτης γεννήτορσιν· Οὐ πράσσω τοῦτο τὸ καινότερον ἐπιτήδευμα, καὶ κόρην εἰσάγω εἰς τὰ τῶν ἁγίων Ἄγια, πρὸς τὸ ἐν αὐτοῖς αὐλιζέσθαι, καὶ κατοικεῖν ἀδιάσπαστα, ἔνθα ἐγὼ μίαν τοῦ χρόνου εἰσιέναι προστέταγμα. Οὐδὲν ὁ προφήτης ἐφθέγγετο τοιοῦτον· ἀλλ' ὡς προειδὼς τὸ ἐσόμενον· ἐπεὶ προφήτης ἦν· πάντως προσδεχόμενος ταύτην, καὶ προσμένων, οἷον ὁ μετ' αὐτὸν Συμεὼν τὸν ἐκείνης υἱόν, δέχεται ταύτην προθύμως.

1813

Εἶτα περιπτυζάμενος τυχόν, προσεφώνησε τῇ μητρί, τοιάδε λέγων, καὶ τὴν παῖδα ταῖς χερσὶ κατέχων· Πόθεν ἔφυς, ὦ γυναι; Τίς σου ὁ τρόπος, καὶ ὁ σκοπὸς τῆς τοιαύτης ἐπιτηδεύσεως; καὶ πῶς ὑπογραμμὸν τοιοῦτον μὴ ἔχουσα, μόνη τοῦτο ἐφεῦρες τὸ καινὸν καὶ ἀνήκουστον δρᾶμα; κόρην προσάγειν * σκηνοβατεῖν εἰς τὰ ἄδυτα; Τίς σου ἡ σκέψις, φράσον· καὶ τί σου τὸ ὄνομα; Ἐγὼ, φησὶν, ἡ χαριτώνυμος Ἄννα τῷ ὑποφῆτῃ, γένους μὲν πέφυκα

PG
98, 312

*313

pes, saeculares ac monachi, servi ac liberi, opifices ac agricolae, plantarum satores ac piscatores, iuvenes ac senes, viri ac mulieres, venite; alacriter ad Deiparam accedamus, inque ea designata provide divina sacramenta inspectemus: quomodo, inquam, sacratissima Virgo a suis hodie parentibus per sacerdotes in templo praesentetur, quomodo animatum Domini templum, in templo inanimato collocetur, quomodo propheta suis ipse manibus eam suscipiat, ac sacris penetralibus inferat, nihil indignatus, neque eius parentibus dicens nolle se totius hanc rem novitatis praestare, ac puellam in Sancta sanctorum introducere, ut in illis assidue commoretur, atque inhabitet, ubi ipse semel tantum in anno iussus esset intrare. Nihil, inquam, tale propheta locutus est; sed velut praevidens quod futurum erat, quippe qui propheta esset, omnino exspectans eam, praestolansque, sicut post eum, Simeon eiusdem Filium, tota eam suscipit alacritate.

1813

Tum amplexatus, in haec forte verba matrem alloquitur, in manibus puellam tenens: Unde tibi genus, o mulier? Qui mores tui, quive scopus huius tui facti? Cumque simile exemplum, quod sequi possis, non habeas, quomodo ipsa sola, primaque novum hoc ac inauditum facinus aggressa * es? Tunc puellam in sacra penetralia, eorum communicaturam religionem inferas? Quid spectas? Quid animo propositum est? Eloquere. Ego, inquit Anna prophetae (illa nomen

PG
98, 311

*314

ιερατικοῦ, φυλῆς Ἀαρωνείτιδος, ρίζης προφητικῆς καὶ βασιλικῆς. Τοῦ γὰρ Δαβὶδ καὶ Σολομῶντος, καὶ καθεξῆς ἔρπηξ καθέστηκα· συγγενῆς δέ, καὶ τῆς σῆς γαμετῆς Ἑλισάβετ. Εἶτα συνήφθην μὲν ἀνδρὶ, νόμῳ τῷ τοῦ Δεσπότη· εὗρέθην δὲ στεῖρα καὶ ἄγονος ἐφ' ἱκανὸν χρόνον. Μηδὲν οὖν ὅλως ἀκεσώδυνον τῆς συμφορᾶς εὐρηκυῖα φάρμακον, πρὸς τὸν μόνον δυνάστην, καὶ τῶν ἀπόρων ποριστὴν Θεὸν κατέφυγον· καὶ πρὸς αὐτόν μου τὸ στόμα σπουδαίως ἀνοίξασα, σὺν οἰμωγῇ καρδίας, μετὰ δακρύων ἐβόησα, τοιαῦτα εἰποῦσα· « ὦ δὴ Κύριε, ὁ καταδύνων ψυχῶν εἰσακούων ταχύτατα, ἵνα τί με παρήλλαξας φύσεως τῶν προγόνων μου; ἵνα τί ἔθου με παραβολὴν ἐν τῷ γένει μου, καὶ κίνησιν κεφαλῆς ἐν τῇ φυλῇ μου; Ἴνα τί τῆς κατάρας τῶν σῶν προφητῶν μέτοχόν με ἀνέδειξας, δούς μοι μήτραν ἀτεκνοῦσαν, καὶ μασθοὺς ξηρούς; Ἴνα τί μου τὰ δῶρα ἀπρόσδεκτα ὡς ἀτέκνου ἐποίησας; Ἴνα τί μυκτηρισμὸν με τοῖς γνωστοῖς, καὶ χλευασμὸν τοῖς ὑπὸ χεῖρα, καὶ τοῖς γείτοσιν ὄνειδος γενέσθαι κατέλιπες; Ἐπίβλεψον, Κύριε· εἰσάκουσον, Δέσποτα· σπλαγχνίσθητι, Ἄγιε. Ὁμοιώσον με τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, τοῖς τῆς θαλάσσης ἰχθύσιν· ὅτι καὶ αὐτὰ γόνιμά εἰσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. Μὴ χείρων φανείη τῶν ἀλόγων, Ὑψιστε, ἢ κατὰ σὴν ὁμοίωσιν καὶ εἰκόνα ὑπὸ σοῦ γεγονυῖα ».

a gratia habens), sacerdotali prosapia orta sum, ex tribu Aaronitica, prophetica stirpe atque regia. Nam Davidis ac Salomonis, reliquorumque deinceps ramus exsisto: sed et cognata sum Elisabeth coniugis tuae. Postquam autem deinde, ex Dominicae praescripto legis, viro coniuncta fuisset, inventa sum sterilis, mansique multum tempus sine prole. Nullum itaque calamitatis meae remedium inveniens, ad solum rerum omnium potentem, quique rebus etiam difficillimis, viam nobis rationemque ostendit, Deum confugi: atque os meum enixe ad eum aperiens, cum gemitu cordis ac lacrymis clamavi, in haec verba dicens: « O Domine, Domine, qui moestas ac dolore oppressas animas celerrime exaudis, cur me a maiorum meorum natura discrepare voluisti? Cur me parabolam fabulamque in familia mea posuisti, ac commotionem capitis in tribu mea? Cur me tuorum prophetarum execrationibus obnoxiam ostendisti, dando uterum sterilem, ac arentia ubera? Cur mea velut sterilis munera non accepta fecisti? Cur me notis subsannationem, subditisque derisum, ac probrum vicinis fieri reliquisti? Respice, Domine: exaudi, Domine: miserere, Sancte. Fac me similem volatilibus coeli, bestiis terrae, piscibus maris; nam et illa gignendi vim [habent coram te, o Domine. Ne, Altissime, brutis ipsis animantibus deterior appareat, quam creasti ad imaginem tuam, ac similitudinem] ».¹

¹ Annae oratio ex Protoevangelio Iacobi apocrypho.

Ταῦτα εἰποῦσα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, προστέθεικα ὅτι· « Σοί, Δέσποτα, δῶρον χαριστήριον πάντως ἀναθήσομαι, ὃ ἂν δοίης μοι τέκνον, τοῦ εἶναι αὐτὸ καὶ διαμένειν εἰς τὸ σὸν ἁγιαστήριον, ὡς ἱερὸν ἀνάθημα καὶ δῶρον πάντιμον, παρὰ σοῦ δωρηθὲν μοι τοῦ δαψιλεστάτου δοτῆρος τῶν τελείων δωρημάτων ».

Τοιαῦτα ἐγὼ αἴθριος οὔσα ἐν τῷ ἐμῷ παραδείσῳ, τὸ μὲν ὄμμα εἰς οὐρανοὺς τείνουσα, τὸ δὲ στῆθός μου ταῖς χερσὶ τύπτουσα, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Θεὸν ἀνεβόων. Ὁ δὲ ἐμοὶ σύνευνος ἐν τῷ ὄρει μονώτατος ὢν, καὶ νηστεύων τεσσαρακονθήμερον, τὰ ἴσα τούτων τὸν Θεὸν ἐλιπάρει· οὕτω τοίνυν ἐπικαμφθεὶς ὁ πρὸς οἶκτον ἔτοιμος καὶ φιλόψυχος Κύριος, ταῖς ἀμφοτέρων εὐχαῖς τὸν αὐτοῦ πέπομφεν ἄγγελον, τὴν τῆς ἐμῆς παιδὸς σύλληψιν ἡμῖν προσαγγείλαντα. Αὐτίκα γοῦν ἡ φύσις πρὸς Θεοῦ κελευσθεῖσα, τὴν γονὴν εἰσεδέξατο· οὐ γὰρ πρὶν τῆς θείας χάριτος αὐτὴν τετόλμηκε δέξασθαι. Ἄλλ' ἐκείνης προεισελθούσης, οὕτως ἡ μύσασα μήτρα τὰς ἰδίας πύλας ἤνοιξε, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ παραθήκην ὑποδεξαμένη παρ' ἑαυτῆ καταέσχεν, ἄχρι Θεοῦ εὐδοκίᾳ τὸ ἐν αὐτῇ σπερμανθὲν εἰς φῶς ἐξῆλθεν.

* Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀπογαλακτισθέντος αὐτοῦ· « Τὰς εὐχὰς μου τῷ Θεῷ ἀποδίδωμι, ἃς διέστειλε τὰ χεῖλη μου, καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα μου ἐν τῇ θλίψει μου ». Διὰ τοῦτο τὸ τῶν παρθένων στίφος μετὰ λαμπάδων συνήθροισα, τοὺς ἱερεῖς συνεκάλεσα· τοὺς συγγενεῖς μου συνήγαγον, πᾶσι λέγουσα ταῦτα·

Haec dicens, ac iis similia, adiecit: « Tibi, Domine, gratitudinis ergo omnino donum voveo oblaturam, quam mihi dederis prolem, ut maneat in sanctuario tuo, tamquam sacrum donarium, munusque pretiosissimum, abs te mihi, perfectorum datore liberalissimo donorum, concessum ».

Haec ego in horto meo sub dio oculis in coelum defixa, manibus autem pectus tundens, ad Deum, qui in coelis est, clamabam. Coniux autem meus, solus omnino in monte agens, ac quadraginta ieiunans dies, similia Deum comprecabatur: atque ita tandem clemens Dominus, ac ad miserandum promptus, amborum inflexus precibus, angelum suum misit, qui nobis huiusce filiae meae conceptionem annuntiaret. Statim ergo, iubente Deo, natura fetum suscepit: neque enim ante gratiam divinam ausa erat suscipere. Verum cum illa prior ingressa esset, matrix hactenus clausa portas suas aperuit, susceptumque a Deo pignus apud se retinuit, donec, eiusdem voluntate, quod conceptum erat in lucem prodiiit.

* Idcirco igitur, ablactata iam puella, *vota mea reddo Deo, quae distinxerunt labia mea; osque meum locutum est in tribulatione mea*¹ Propterea etiam virginum agmen cum facibus coëgi, sacerdotes convocavi; congregavi cognatos, in haec verba universos alloquens:

¹ Ps. LXV, 13-14.

Συγχαρήτέ μοι, πάντες, ὅτι καὶ μήτηρ, καὶ προσαγωγὸς σήμερον ἀναδέδειγμαί· οὐ βασιλεῖ ἐπιγείω τὸ ἐμὸν τέκνον προσάγουσα· ὅτι οὐδὲ ἔοικεν· ἀλλὰ τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ ἀναθεῖσα τοῦτο, ὡς τούτου δῶρα. Δέξαι λοιπόν, ὦ προφήτα, τὴν ἐμὴν θεόσδοτον θυγατέρα· δέξαι, καὶ εἰσαγαγὼν καταφύτευσον αὐτὴν εἰς τόπον ἀγιάσματος, εἰς ἔτοιμον κατοικητήριον Θεοῦ, μηδὲν περιεργαζόμενος, ἕως ἂν τὰ κατ' αὐτὴν εὐδοκήσειεν εἰς πέρας ἔλθειν, ὁ ταύτην ἐνταῦθα καλέσας Θεός.

Τούτων ἀκούσας ὁ Ζαχαρίας τῶν λόγων, εὐθύς τῇ Ἄννῃ προσεῖπεν· Εὐλογημένη ἡ ρίζα σου, πάντιμ· δεδοξασμένη ἡ μήτρα σου, φίλανδρε· καὶ ὑπερῆνος ἡ προσαγωγή σου, φιλόθεε. Εἶτα τὴν παῖδα περιχαρῶς κατέχων, ταύτην εἰς τὰ τῶν ἁγίων εἰσφέρει προθύμως Ἄγια, τάχα που τοιαῦτα πρὸς αὐτὴν εἰπὼν· Δεῦρο, πλήρωσις τῆς ἐμῆς προφητείας· δεῦρο, τέλοςμα τῶν συνταγῶν Κυρίου· δεῦρο, σφράγισμα τῆς αὐτοῦ διαθήκης· δεῦρο, τὸ πέρας τῶν αὐτοῦ βαυλευμάτων· δεῦρο, δῆλωσις τῶν αὐτοῦ μυστηρίων· δεῦρο, διόπτρα τῶν προφητῶν ἀπάντων· δεῦρο, σύλλογε κακῶς διαφωνούντων· δεῦρο, σύναψις τῶν πάλοι διεστηκότων· δεῦρο, στήριγμα τῶν κάτω νενευκότων· δεῦρο, καινισμὸς τῶν πεπαλαιωμένων· δεῦρο, τὸ σέλας τῶν ἐν σκότει κειμένων· δεῦρο, δώρημα καινότατον καὶ θεῖον· δεῦρο, Δέσποινα τῶν γηγενῶν

Congratulamini mihi omnes, quia hodie mater pariter, offerensque effecta fui; non ut terreno regi filiam offeram (nec enim decet), sed ut Regi coelesti, tamquam eius munus ac donarium sistam. Iam ergo accipe, propheta, Dei mihi munere concessam filiam, atque inducens, planta in monte sanctificationis,¹ in praeparato habitaculo Dei,² nihil anxie inquirens, donec ei, qui illam huc vocavit, visum fuerit finem accipere quae ad ipsam spectant.

His Zacharias sermonibus auditis, statim Annae respondit: «Benedicta radix tua, summe veneranda; gloriosus uterus tuus, viro amata; praegloriosa tua oblatio, Deo dilecta». Tum puellam summo gaudio tenens, in Sancta eam sanctorum alacriter infert, haec fortean ad ipsam dicens: «Adesdum, meae plenitudo prophetiae; huc ades, Domini ordinationum perfectio, ades, obsignatio eius testamenti; ades, ipsius consiliorum finis; ades, declaratio eius sacramentorum; ades, universorum speculum prophetarum; ades, collectio male dissonantium; ades, coniunctrix olim dissidentium; ades, firmamentum in terram nutantium: ades, instauratio iam veteratorum; ades, splendor in tenebris iacentium; ades, novum maxime ac divinum donarium; ades, Domina terrigenarum omnium; ingredere in Domini tui

¹ Ps. LXXVII, 54.

² Ps. XXXII, 14.

ἀπάντων· εἴσελθε εἰς τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου σου· τέως μὲν, εἰς τὴν κάτω καὶ πατουμένην, μετ' οὐ πολὺ δέ, εἰς τὴν ἄνω καὶ ἄβατον ἀνθρώποις.

Οὕτως εἰκότως λέξας ὁ μύστης πρὸς τὸ παιδίον, ἐναπέθετο τοῦτο ἔνθα προσῆκε, καὶ προσήρμοσται, καὶ προώρισται. Ἡ δὲ παῖς σκιρτώσα καὶ ἀγαλλομένη, καθάπερ ἐν θαλάμῳ, ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ἐβάδιζε· τριετίζουσα μὲν τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας, ὑπερτελής δὲ τῇ χάριτι τῇ θεία, ὡς ἅτε προεγνωσμένη καὶ προωρισμένη καὶ ἐκλελεγμένη τῷ πάντων Θεῷ καὶ ταμία.

1814

Ἐμεινεν δὲ αὐτὴ εἰς τὰ τῶν ἀγίων ἐνδότερα Ἄγια, ἀμβροσίῳ τροφῇ δι' ἀγγέλου τρεφομένη, καὶ τοῦ θείου νέκταρος ποτιζομένη, μέχρι δευτέρας μεθελικιώσεως· καὶ τότε νεύματι Θεοῦ, καὶ βουλῇ ἱερέων δίδοται περὶ αὐτῆς κληῖρος, καὶ κατακληροῦται Ἰωσήφ ὁ δίκαιος, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην Παρθένον οἰκονομικῶς ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἱερέων παραλαμβάνει, πρὸς δελεασμὸν τοῦ ἀρχεκάκου ὄφρα· ἵνα μὴ ὡς παρθένῳ προσθάλη τῇ ἀκηράτῳ κόρῃ, ἀλλ' ὡς ἅτε μεμνηστευμένην ταύτην παραδράμη. Ὑπῆρχε τοίνυν ἡ πανάκραντος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ τέκτονος * Ἰωσήφ, τῷ ἀρχιτέκτονι Θεῷ τηρουμένη, ἕως τὸ πρὸ πάντων αἰῶνων ἀπόκρυφον θεῖον μυστήριον ἐν αὐτῇ ἐτελέσθη, καὶ τοῖς βροτοῖς ὁ Θεὸς ἐξ αὐτῆς ὁμοιώθη. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἄλλης πραγματείας καὶ καιροῦ πρέποντος δεόμενον· ἡμῖν δὲ ὁ λόγος ἐπὶ τὸ προκείμενον πάλιν ἀναγέσθω, καὶ ἡ ἡμέρα τῆς προπομπῆς σήμερον εὐφημεῖται.

PG
98, 316

*317

gloriam; hactenus quidem in eam quae in terris est, ac calcari potest; paulo autem post, in supernam illam, ac hominibus inaccessam ».

Atque ita merito sacerdos puellam allocutus, eam intus deposuit loco congruo, ac quo praefinitum erat. At illa exsultans, gestiensque, tamquam in thalamo, ita in templo Dei gradiebatur: triennis quidem ut aetatem spectes; ut autem gratiam, summe perfecta ac consummata, tamquam universorum Deo ac moderatori praescita, praedestinataque, atque electa.

1814

Mansit autem in Sanctorum penitissimis penetralibus, ambrosiis dapibus ab angelo nutrita, ac sacro potata nectare, ad alteram usque aetatem; tumque Dei nutu, ac consilio sacerdotum datur sors super eam, Iosephque vir iustus sorte victor exit, ac sacram hanc Virginem divina dispensatione a Dei templo, ipsiusque sacerdotibus accipit ad serpentem illum malorum acutorem decipiendum; ne tamquam puellam adhuc integram eam adoriretur, sed tamquam desponsatam praeteriret. Fuit igitur castissima Virgo in domo Ioseph fabri,* summo illi universorum fabro ac conditori Deo servata, quousque sacramentum illud divinum, ante saecula omnia absconditum, in ea perficeretur, atque ex illa Deus mortalibus similis efficeretur. Caeterum id alterius operis ac temporis est ad hoc opportuni: nobis autem nunc sermo ad id quod propositum est revertatur, diemque solemnem huius deductionis impraesentiarum prosequamur.

PG
98, 315

*318

PG
98, 317

Ἄπιθι τοιγαροῦν, ὦ Δέσποινα Θεομητορ, ἄπιθι πρὸς τὴν σὴν κληρου-
χίαν, καὶ βιάδιζε εἰς τὰς αὐλάς τοῦ Κυρίου, σκιρτῶσα καὶ χαίρουσα, τρεφο-
μένη καὶ θάλλουσα, προσδεχομένη ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὴν ἐν σοὶ τοῦ πανα-
γίου Πνεύματος ἔλευσιν, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ Ὑψίστου τὴν ἐπισκίασιν,
καὶ τοῦ Υἱοῦ σου τὴν σύλληψιν, ὡς Γαβριήλ σοι προσφωνήσει· καὶ δὸς τοῖς
τὴν σὴν ἐορτὴν τελοῦσιν, τὴν σὴν βοήθειαν, καὶ σκέπην, καὶ προστασίαν·
ῥυομένη πάντοτε ταῖς σαῖς πρεσβείαις τούτους ἐκ πάσης ἀνάγκης καὶ κινδύ-
νων, νόσων τε δεινῶν, καὶ συμφορῶν παντοίων, καὶ τῆς μελλούσης ἀπειλῆς
δικαίας τοῦ Υἱοῦ σου. Τάξον δὲ αὐτούς, ὡς τοῦ Δεσπότητος μήτηρ, ἐν τόπῳ
τρυφῆς, ἐνθα φῶς καὶ εἰρήνην, καὶ τῶν ὄρεκτῶν ἢ ἀκροτάτη δόσις· «Καὶ
γενηθήτω ἅλα τὰ χεῖλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ σοῦ τῆς δικαίας, ἀνο-
μίαν ἐν ὑπερηφανείᾳ καὶ ἐξουδενώσει»· καὶ ἐξουδενωθήτω ἐν τῇ πόλει σου
ἡ τούτων εἰκῶν· αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἐκλιπέτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν, καὶ
γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι Δέσποινα. Σὺ γὰρ μόνη Θεοτόκος, ὑψηλοτάτη ἐπὶ
παῖσαν τὴν γῆν· ἡμεῖς δὲ σε, Θεόνυμφε, πίστει εὐλογοῦμεν, καὶ πόθῳ γεραί-
ρομεν, καὶ φόβῳ προσκυνοῦμεν, ἀεὶ σε μεγαλύνοντες, καὶ σεπτῶς μακαρί-
ζοντες. Μακάριος γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἐξ ἀνδρῶν ὁ πατήρ σου, καὶ μακαρία ἐκ
γυναικῶν ἡ μήτηρ σου, μακάριος ὁ οἶκός σου, μακάριοι οἱ γνωστοί σου, μα-
κάριοι οἱ ἰδόντες σε, μακάριοι οἱ συνομιλήσαντες, μακάριοι οἱ ὑπηρετήσαν-

1815

PG
98, 318

Abi igitur, Deipara Domina, abi in tuam haereditatem; incede
in atriis Domini exsultans ac gaudens; alta illic, ac virens, sancti in
te Spiritus quotidie adventum exspectans, ac Altissimi obumbran-
tem virtutem, tuique Filii conceptionem, uti tibi Gabriel acclama-
turus est: atque iis qui tuam celebrant festivitatem, tuum impende
auxilium, ac protectionem, tutamenque: tuis semper intercessioni-
bus, ab omni eos libera necessitate ac periculis; gravibusque morbis,
ac omnis generis calamitatibus, futuraque iusta tui Filii commina-
tione. Colloca vero ut Domini mater in voluptatis loco, ubi lumen
ac pax, summaque desiderabilium impertito: *Fiantque muta labia
dolosa, quae loquuntur adversum te iustam, iniquitatem in superbia,
et contemptu:*¹ ad nihilum redigatur eorum imago in tua civitate:
confundantur, et deficient, pereantque, ac sciant quia nomen tibi
Domina.² Tu enim sola Dei Genitrix, altissima super omnem ter-
ram: nos vero te, divina Sponsa, fide benedicimus, desiderioque ho-
noramus, ac timore adoramus, semper te exaltantes, ac veneratione
beatam praedicantes. Beatus quippe revera e viris pater tuus, et
beata ex mulieribus mater tua, beata domus tua, beati noti tui,
beati qui te viderunt, beati qui tua usi sunt consuetudine, beati qui

1815

¹ Ps. XXX, 19.² Ps. LXXXII, 18-19.

τες, μακάριοι οἱ τόποι σου οὓς ἐδάδισας, μακάριος ὁ ναὸς ἐν ᾧ προσηνέχθης, μακάριος Ζαχαρίας, ὁ σὲ ἐναγκαλισάμενος, μακάριος Ἰωσήφ, ὁ σὲ μνηστευσάμενος, μακαρία ἡ κλίνη σου, μακάριος ὁ τάφος σου! Σὺ γάρ, τιμὴ τῶν τιμῶν, καὶ γέρας τῶν γερῶν, καὶ ὑψωμάτων ὕψωμα.

Ἄλλ', ὦ μοι, Δέσποινα, μόνη τὸ ἐμὸν ἐκ Θεοῦ ψυχαγώγημα, τοῦ ἐν ἐμοὶ καύσωνος ἢ θεία δρόσος, τῆς ξηρανθείσης μου καρδίας ἢ θεόρρυθτος βάνις, τῆς ζοφερᾶς μου ψυχῆς ἢ τηλαυγεστάτη λαμπάς, τῆς ἐμῆς πορείας ἢ ποδηγία, τῆς ἀσθενείας μου ἢ δύναμις, τῆς γυμνώσεως ἢ ἀμφίαισις, τῆς πτωχείας ὁ πλοῦτος, τὸ τῶν ἀνιάτων τραυμάτων τὸ ἴαμα, ἢ τῶν δακρύων ἀναίρεσις, τῶν στεναγμῶν ἢ κατάπαυσις, τῶν συμφορῶν ἢ μεταποίησις, τῶν ὀδυνῶν ὁ κουφισμός, τῶν δεσμῶν ἢ λύσις, τῆς σωτηρίας μου ἢ ἐλπὶς, εἰσάκουσόν μου τῶν προσευχῶν οἰκτειρόν μου τοὺς στεναγμούς, καὶ πρόσδεξάι μου τοὺς ὀδυρμούς. Ἐλέησόν με ἐπικαμφθεῖσα τοῖς δάκρυσι τοῖς ἐμοῖς, * σπλαγ-
 χνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ ὡς μήτηρ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. Ἐπίβλεψον καὶ κατανευσσον πρὸς τὴν ἐμὴν ἱκεσίαν, ἐκπλήρωσόν μου τὸ ἐκδιψώμενον καταθύμιον, καὶ συναψόν με τῇ ἐμῇ συγγόνῳ καὶ συνδούλῃ ἐν τῇ γῆ τῶν πραέων, ἐν σκηναῖς τῶν δικαίων, καὶ χορῶ τῶν ἁγίων· καὶ ἀξιώσόν με, ἢ πάντων προστασία καὶ χαρά, καὶ φαιδρὰ θυμηδία, συνευφρανθῆναι ταύτῃ, δέομαί σου, ἐν τῇ χαρᾷ ἐκείνῃ τῇ ὄντως ἀνεκφράστῳ τοῦ ἐκ σοῦ γεννηθέντος Θεοῦ καὶ Βασιλέως, καὶ τῷ νυμφῶνι αὐτοῦ τῷ ἀφθάρτῳ, καὶ τρυφῇ τῇ ἀλήκτῳ καὶ ἀκο-
 *320

tibi ministrarunt; beata loca quae calcasti; beatum templum in quo oblata fuisti: beatus Zacharias, qui te ulnis excepit; beatus Ioseph, qui te sibi despondit; beatus lectus tuus, beatum sepulcrum tuum! Tu enim summus honor es, summum praemium, ac summa celsitudo.

Sed, o Domina, sola tu meum ex Deo solatium: divinus ros in me exsistentis aestus; exarescentis cordis mei divinitus affluentes guttae, tenebricosae animae meae splendidissima lampas, itineris mei deductio, meae debilitatis virtus, nuditatis meae vestimentum, mendicitatis meae divitiae, insanabilium vulnorum meorum medicina, lacrymarum mearum extinctio, gemituum meorum cessatio, calamitatum depulsio, dolorum levatio, vinculorum solutio, meae spes salutis, exaudi preces meas; miserere meorum gemituum, ac suscipe lamenta mea. Miserere mei; meis tu inclinata lacrymis, misericordiae in me visceribus, tamquam benigni * Dei, ac clementis
 *319
 parens inflectere. Aspice, atque annue supplicationi meae; imple animae meae sitibundum desiderium; meque meae cognatae atque conservae in mansuetorum terra, in tabernaculis iustorum in sanctorum regione coniunge: tuque universorum patrocinium, gaudiumque, ac laeta iucunditas dignare, quaeso, simul me cum ea laetari, in gaudio illo vere ineffabili, nati ex te Dei ac Regis, thalamoque eius incorrupto, ac deliciis perpetuis, nullaque satietate oblectanti-

ρέστω, καὶ ἐν τῇ ἀνεσπέρῳ καὶ ἀπεράντῳ βασιλείᾳ. Ναί, Δέσποινα· ναί, τὸ ἐμὸν καταφύγιον, ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀντίληψις, τὸ ὄπλον καὶ τὸ καύχημα, ἡ ἐλπίς μου καὶ τὸ σθένος μου. Δός μοι σὺν αὐτῇ ἀπολαῦσαι τῶν τοῦ Υἱοῦ σου ἀνεκδιηγῆτων καὶ ἀκαταλήπτων δωρεῶν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ διαμονῇ. Ἔχεις γάρ, οἶδα, σύνδρομον τῇ θελήσει τὸ δύνασθαι, ὡς τοῦ Ὑψίστου μήτηρ· καὶ διὰ τοῦτο τολμῶ. Μὴ οὖν ἀποστερηθεῖην, πανάχραντε Κυρία, τῆς ἐμῆς προσδοκίας· ἀλλὰ τύχοιμι ταύτης, Θεόνυμφε, ἢ τὴν τῶν ὄλων προσδοκίαν ὑπὲρ λόγον τεκοῦσα, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

PG
98, 320

Oratio V. In annuntiationem SS. Deiparae.¹ Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς συναξέως, τὴν φαεινὴν τε καὶ ὑπερένδοξον ἀνάμνησιν, λαοί, φυλαί, καὶ γλῶσσαι, καὶ ἅπαν ἀξίωμα, καὶ ὁ πολὺῖβρεστος οὗτος ὁ φιλέορτος σύλλογος, καὶ λαὸς ὁ περιούσιος, νῦν ἀγαλλιωμένη τῇ ψυχῇ πνευματικῶς πανηγυρίζομεν· καὶ ὕμνους θεοπρεπεῖς, τῇ ἐκ Δαβὶδ Βασιλίδι μετὰ πάσης σπουδῆς ἐξυφάνομεν· καὶ συστησόμεθα ἑορτὴν ἑορτῶν ἑαρινῆν, καὶ πανήγυριν πανηγύρεων τῆς * ἐλπίδος ἡμῶν, « ἐν εὐσήμεν ἡμέρᾳ ἑορτῆς » ἡμῶν.

1816

*321

bus; inque ipsius regno occasum nesciente, ac interminabili. Ita, Domina mea, ita, meum refugium: vita ac auxilium meum, armatura ac gloriatio, spes mea, ac robur meum. Da mihi una cum illa perfrui inenarrabilibus ac incomprehensibus Filii tui donis in coelesti illa mansione. Habes enim, novi, parem cum voluntate facultatem tamquam Altissimi parens: quam etiam ob rem audeo atque confido. Ne ergo mea frauder expectatione, purissima Domina; sed eius compos efficiar, o Dei Sponsa, quae altiori supra rationem ratione, universorum expectationem peperisti, Dominum nostrum Iesum Christum, verum illum Deum ac Dominum: quem decet omnis gloria, honor, adoratio, cum aeterno Patre, ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
98, 319

Oratio V. In annuntiationem SS. Deiparae.¹ Venerandae huius regalisque collectae, lucidam ac praegloriosam memoriam, populi, tribus, ac linguae, omnisque hominum status ac dignitas, necnon festi amans conferta multitudine collectus amplissimus hic coetus, ac peculiaris populus, exsultabundo nunc animo spiritualiter celebremus: augustaque, ac plena maiestate cantica, ortae Davidico stemmate Reginae, omni diligentia * contexamus, ac vernam solemnitatum solemnitatem, festamque maxime lucem spei nostrae,

1816

*322

¹ *Attributio huius Orationis est incerta. Cf. Lau. 172. Halkin eam attribuit etiam Leontio Neapol. vel Io. Damasceno vel Chrysostomo. BHG, III, 96 n.*

Σήμερον γάρ, ὡς ἀληθῶς, αἱ νοεραὶ Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν οὐρανόθεν παρεκυψαν, καὶ μεθ' ἡμῶν τῶν γηγενῶν, ... ἐν ἧ ἡ ἔμψυχος καὶ ἔντιμος καὶ θεοβασίλευτος πόλις, αἰεὶ τειχιζομένη σεμνύνεται.

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ τοῦ μάννα στάμνος ὀλόχρυσος, καὶ σκηνὴ ὡς ἀληθῶς πορφυροποίητος, ἣν ὁ νέος Βεσελεὴλ χρυσοπρεπῶς κατεποίκιλεν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ διὰ πάντων πορφυρίζουσα θεοθάστακτος νεφέλη, καὶ πηγὴ πηγάζουσα πᾶσιν ἀένναον. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ θρόνος ὁ ὑψηλὸς καὶ ἐπτημένος τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ, καὶ λυτρωτοῦ, καὶ πάντα χειρὶ περιέποντος, ὅσα ἐν οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ ναὸς ὁ ἔμψυχος τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σάρκα φορέσαντος. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ ζωὴν φέρουσα, καὶ τρέφουσα τὸν τρέφοντα· καὶ γάλα ποτίζουσα, τὸν ἐκ πέτρας μέλι πάλαι πηγάσαντα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὄρος Θεοῦ, ὄρος πῖον, ὄρος κατάσκιον, ὄρος ἀλατόμητον, ὄρος Θεοῦ τὸ ἐμφανές. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ψυχῆς ἀγαλλίαμα, καὶ ὄλου τοῦ κόσμου παγκόσμιον σέβασμα, καὶ ἁμαρτωλῶν ἀπάντων ἡ ὄντως ἀγαθὴ μεσιτεία. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, θύρα θλιβομένων, καὶ προστασία φοβερά, τῶν εἰλικρινεῖ καρδίᾳ Θεοτόκον ὁμολογούντων σε. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ φιλάνθρωπον Δεσπότην ὑπὲρ κοινῆς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων κυοφορήσασα σωτηρίας. Χαῖρε, κεχαριτωμένη,

«in insigni die solemnitatis» nostrae, constituamus. Vere namque hodie spirituales Virtutes de coelo prospexerunt, ac nobiscum terrigenis... in qua animata honorabilisque, ac regia civitas, munita semper honestatur.

Ave, gratia plena, urna manna habens tota aurea, tabernaculumque purpurae revera opere, quod novus ille Beseleel, auro intextum variumque effinxit. Ave, gratia plena, undique rutilanas nubes Dei baiula, fonsque perennis universis aquas effluens. Ave, gratia plena, thronus ille excelsus et elevatus universorum Creatoris ac Redemptoris, manumque omnia complectentis atque foventis, tum quae in coelo, tum quae in terra. Ave, gratia plena, animatum templum magnificae gloriae eius, qui nostrae salutis causa homo factus est, ac induit carnem. Ave, gratia plena, vitam ferens, eumque alens, qui alit: ac ei lac potum praebens, qui olim e petra mellis fontes eduxit. Ave, gratia plena, mons Dei, mons pinguis, mons umbrose, mons non caese: mons in oculis omnium posite. Ave, gratia plena, exsultatio animae, mundique universi summe decora veneratio: omnium peccatorum mediatrix vere bona. Ave, gratia plena, afflictorum ianua, teque sincero corde Dei Genitricem confitentium protectio tremenda. Ave, gratia plena, quae benignum Dominum, inque humanum propensiosem genus, pro humani generis communi

Χριστιανῶν ἀπάντων θαυμαστὸν καὶ εὐσυμπάθητον καταφύγιον, καὶ πάσης μεγαλοουργοῦ καλλονῆς ὑψηλότερον θέαμα. Ἄλλα ταῦτα μὲν ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι, παρὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς μεμαθηκότες, πρὸς τὴν οὐράνιον νύμφην καὶ βασιλίδα καὶ Θεοτόκον, ἀναξίους χεῖλεσι διελέχθημεν· ἔλθωμεν δὲ λοιπὸν, ἐπιπόθητοι, ἐπὶ τὸν ἔνθεον τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ εὐαγγελισμὸν, καὶ ἀκούσωμεν τί πρὸς αὐτὴν τὴν ἀμειπτον ἀφικόμενος εὐηγγελίζετο.

PG
98, 321

Ἄγγελος. Ἄκουε, δεδοξασμένη· λόγους ἀποκρύφους Ἰψίστου ἄκουε· «Ἴδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἴὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν». Ὁπλίζου λοιπὸν εἰς Χριστοῦ παρουσίαν· ἦλθον γὰρ εὐαγγελίσασθαί σοι τὰ προῤῥηθέντα, πρὸ καταβολῆς κόσμου.

1817

325

Ἡ Θεοτόκος. Κατὰ τί γινώσομαι τοῦτο, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις, καθότι παρθένος ἀθαλάμευτος ἐγὼ τυγχάνω, καὶ μῶμος ἡδυπαθείας οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί; Δούλη γὰρ εἰμι τοῦ Κυρίου τοῦ ποιήσαντός με. [...]

329

Ἄγγελος. Ψηλαφήσας ὁ Ἰψιστος ὄλον τὸν κόσμον, καὶ μὴ εὐρὼν ὅμοιαν σου μητέρα, πάντως ἐκεῖνος, ὡς ἠθέλησεν, ὡς ἠδύδοκησεν, ἐκ σοῦ τῆς ἡγιασμένης ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενήσεται.

Ἡ Θεοτόκος. Ψάλλουσα αἰνέσω τὸν Κύριον, «ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν

salute peperisti. Ave, gratia plena, Christianorum omnium mirabile, ac quod facile afficiatur refugium, omnique magnifica specie sublimius spectaculum. Verum haec quidem nos exilissimi, ex Scriptura divinitus inspirata edocti, indignis labiis ad coelestem Sponsam, Reginamque, ac Dei Genitricem sumus prolocuti: nunc autem, desideratissimi, superest ut ad divinam archangeli Gabrielis salutationem veniamus, ac audiamus quid omni carentem reprehensione adiens, faustae afferret annuntiationis.

PG
98, 322

Angelus. Audi, gloriosa: arcanos Altissimi sermones percipe: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.*¹ Te iam, ut advenientem suscipias, accinge; veni enim ut tibi annuntiarem quae sunt abscondita ante mundi constitutionem. [...]

1817

326

Deipara. Quomodo sciam consummanda esse quae mihi dicis, quae sim virgo nesciens thalamum, ac carnalis voluptatis dedecore caream? Sum namque ancilla Domini, qui creavit me. [...]

330

Angelus. Scrutatatus diligenter Altissimus mundum universum, nec similem tui matrem inveniens, omnino ut voluit, ut beneplacitum fuit, ex te sanctificata, pro illo suo in humanum genus propensiori affectu, homo fiet.

Deipara. Psallens Dominum laudabo, *eo quod respexerit humili-*

¹ Lc. I, 31.

ταπεινώσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γάρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί »· καὶ λαὸς ὁ τῶν ἐθνῶν διηνεκῶς ἐπαινέσει με.

Ὁ Ἄγγελος. ὦ παρθένε, χαρᾶς ἐπουρανοῦ πρόξενος· τερπνὸν καὶ θαυμαστὸν οἰκητήριον, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ἱλαστήριον, ἡ μόνη κατὰ ἀλήθειαν ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, ἐτοιμάζου λοιπὸν εἰς μυστικὴν Χριστοῦ παρουσίαν.

Ἡ Θεοτόκος. ὦ νεανίσκε, χαρᾶς ἐπουρανοῦ πρόξενε· ὁ ἐξ ἀσωμάτων παραγενόμενος, καὶ πηλῶ διαλεγόμενος· ἕως πότε ἀνέξομαί σου, καὶ μέχρις * τίνος οὐ καταπαύσεις τοὺς λόγους σου; « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ».

1818

VI. Oratio in dormitionem SS. Deiparae. Ὁ χρεωστῶν, πάντοτε τὸν ἴδιον εὐεργέτην ἀνυμνεῖ. Ὁ σωζόμενος, οὐκ ἀγνοεῖ τοῦ οικείου Σωτῆρος τὴν σκέπην. Ὁ ἐξ ἔργων ἀμοιβὰς παρέχειν μὴ εὐπορῶν, κἂν τὴν ἐκ τῶν λόγων δοκιμάζει προσφέρειν τῷ προστάτῃ δεξιῶσιν. Διὸ καὶ σέ, Θεοτόκε, ὡς ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν, τὰ τῶν παραδόξων κεκτημένη θαυμάσια, ἐγκωμιάσαι τολμῶ. Σοὶ τὰ τῆς σῆς φωνῆς ἐν ἀγαλλιάσει κἀγὼ παρρησιασθεῖς προσαναπέμπω ῥήματα. Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ταπεινώσιν τοῦ δούλου σου· ὕψωσον ταπεινοῦ στόμα, καὶ πεινῶντά με τὴν σὴν ἐπιθυμητῶς δοξολογίαν,

PG
98, 340

*tatem ancillae suae: ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes:*¹ *populusque nationum iugiter laudabit me.*

Angelus. O Virgo, coelestis causa gaudii: delectabile admirandumque domicilium, ac mundi universi propitiatorium; sola vere in mulieribus benedicta, ad mysticum iam secretioremque Christi adventum praeparare.

Deipara. O iuvenis, coelestis paranymphe gaudii; qui ex incorporeis ac beatis spiritibus venisti, ac cum luto fabularis; quamdiu te feram? * *Quamdiu vero non hos sermones desines loqui? Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*²

*331

1818

VI. Oratio in dormitionem SS. Deiparae. Qui debitor est, continuis canticis beneficum celebrat. Salvandus cliens, sui salvatoris praesidium non nescit. Qui minus habet, quam ut dignas reipsa vices referre possit, verborum saltem officio protectorem demereri probat. Quamobrem ipse quoque, o Deipara, quae supra rationem ac cogitatum, rerum prodigio novarum mirabilia adepta sis, audeo laudare. Tibi utique assumpta fiducia, tuae illius vocis in exultatione submitto verba. Respice in humilitatem servi tui; exalta os humilis; desiderioque sitientem laudare te, beata imple honorum tuorum

PG
98, 339¹ Lc. I, 48.² Lc. I, 38.

τῶν σῶν ἔμπλησον τῆς ἐπιτυχίας ἀγαθῶν, ἵνα σοῦ τῇ ἀντιλήψει τὸν νοῦν ποδηγούμενος, μὴ ἐντραπῶ μεγαλύναι σε, Δέσποινα. Σὺ γὰρ εἶπας δικαίως μακαρίζειν σε πάσας τὰς τῶν ἀνθρώπων γενεάς· σέ, τὴν μὴ παρ' οὐδενὸς ἀξίως μεγαλυνομένην· σέ, τὴν συμπαθοῦσαν ἀεὶ, τῇ στενῇ τῶν ἐγκωμιαστῶν σου καὶ προπετεῖ πτωχονοίᾳ. Τί πρῶτον εἶπω, καὶ τί δεύτερον παραφυλάξω; Τῆς ἐνσάρχου σου μετὰ ἀνθρώπων συναναστροφῆς τοὺς ἐπαίνους ἐπανυμνήσω, ἢ τῆς ζωοκοιμήτου σου κατὰ πνεῦμα μεταστάσεως τὴν δόξαν ἐπικροτήσω; Φοβερὰ τὰ ἀμφοτέρω· φρικτὰ τὰ ἐκότερα. Περὶ μὲν οὖν τῶν σῶν ἐν διηγῆσει θριάμβων παρακατιῶν ὁ λόγος ὑποστήσει· προῖων δέ, τῆς νῦν ὑποθέσεως, τῆς τιμίας καὶ ἐνδόξου σου, Θεομήτορ, μεταστάσεως, ἀπάρχεται τὸν ὕμνον. Τῶν ἐπιγείων ὅταν μετέστης, τῶν οὐρανίων προδήλως ἐπέδης· πλὴν οὔτε πρῶην τῶν οὐρανίων ἡμοίρεις, οὔτε μεταθεθεῖσα τῶν ἐπιγείων ἐξέστης· ἐπειδὴ, καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ταγμάτων ὑψηλοτέρα κατέστης, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ποιημάτων ὑπερτέρα κατεφάνης. Ἐπ' ἀληθείας γάρ, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἐκαλλώπισας, καὶ τὴν γῆν ὑπερελάμπυνας, Θεοτόκε. Τοὺς μὲν οὐρανοὺς, ὅτιπερ ἅμα τοῦ στήναι τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη, ἄγγελιοι τῆς τούτων ἐπιτροπεύειν προετάχθησαν ζωῆς· τοῦ ὁδηγεῖν, καὶ διοικεῖν, καὶ φυλάττειν αὐτούς, ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀμεταθέτῳ πίστει καρδίᾳ. «Ἐστησε γάρ, φησὶν, ὄρια ἔθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ». Καί· * «Παρμεθαλεῖ,

*341

adaptione, ut tuo auxilio animum dirigente, non confundar, o Domina, magnificare te. Tu enim merito dixisti fore ut te omnes hominum aetates beatam dicant:¹ te, inquam, quam nemo condigne magnificare possit; quae semper angustam ac praecipitem laudatorum tuorum animi paupertatem, commiserationis affectu prosequaris. Quid primum dicam; quidve secundo loco enarrandum remittam? Tu aene in carne cum hominibus conversationis laudes celebrem, an migrationis in spiritu qua somno vivis excessisti, gloriam, plausu excipiam? Sunt ambo haec tremenda: horrendum utrumlibet. Verum sermo quidem enarrandis ceu transitu triumphis tuis positus erit; processu autem hodierni argumenti, praeclarae tuae ac gloriosae, o Deipara, migrationis canticum inchoaverit. A terrenis migrantem, liquet ascendisse coelestia; caeterum neque olim eras coelestium expers, neque migrans excessisti a terrenis, quando etiam sublimiores coelestibus ordinibus sedes petisti, terrenisque creaturis altior apparuisti. Plane enim, o Deipara, cum coelos decorasti, tum terram immensum illustrasti. Coelos quidem, quia mox ut humanum genus fuit conditum, iussi sunt angeli ut eorum vitae tutores agerent, atque praefecti; quo essent ductores, gubernarentque, atque in immobili fidei in Deum proposito custodirent. Nam, inquit, *Con-*

¹ Lc. I, 48.

φησίν, ἄγγελος Κυρίου κύκλω τῶν φοβουμένων οὐτόν, καὶ ῥύσεται αὐτούς ». Ἄλλὰ τῶν ἔλειπῶν ἀνθρώπων πλάνη καὶ εἰδωλολατρεία τότε διατελούντων, κνίσσης τε θυσιῶν τὸν ἀέρα μολυνόντων, ἀφειδίασαν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων συνδιαγωγῆς λοιπὸν καὶ οἱ ἄγγελοι· ἀντανεῖλε δὲ παρ' αὐτῶν ὁ Θεὸς καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Σοῦ δὲ τεκούσης ἐπ' ἐσχάτων τὸν « ἐν ἀρχῇ » Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, παρευθὺ τῆς σῆς κηύσεως, καὶ τῶν ἀγγέλων αἱ στρατιαί, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν παρέκυψαν, τὸν ὑπὸ σοῦ γεγεννημένον ἀνυμνοῦντες Θεόν, καὶ δόξαν ἐν τοῖς ὑψίστοις προστεθῆναι βοήσαντες, εἰρήνην ἐπὶ γῆς ἐκραύγασαν ἐπιφθάσαι· ὡς μηκέτι λοιπὸν ἔχθραν μεσοτοίχου μεταξὺ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, χρηματίζειν· ἀλλὰ σύμφωνον πολίτευμα, καὶ μίαν ἀντιφωνοῦσαν δοξολογίαν παρ' ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, τῷ ἐνὶ καὶ τριαδικῷ Θεῷ προσαναπέμπεσθαι παρ' ἐκατέρων. Καὶ ὁ Πατὴρ δὲ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, μαρτυρῶν τῇ ἐκ σοῦ χωρὶς Πατρὸς σωματικῇ κυφορίᾳ, εἰς αὐτὸν βοᾷ· « Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ». Καὶ πάλιν· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεγέννηκά σε ». Ὡ ρήματα θεολογίας μεστά! Εἰ πρὸ γεννηθῆναι παρὰ σοῦ τῆς Παρθένου Μητρὸς, Υἱὸς οὗτος μονογενῆς τοῦ

*stituit terminos gentium, secundum numerum * angelorum Dei.*¹ Et: *342
*Immittet, inquit, angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.*² Cum autem miseri homines, errori tunc ac idolorum cultui vitam agerent, ac victimarum nidore contaminarent aërem, etiam angeli ab humana se spernentes abiunxerunt consuetudine; suumque Deus ab illis vicissim abstulit Spiritum sanctum. At ubi ipsa novissimis temporibus, Verbum illud Dei et Patris, *quod erat in principio,*³ peperisti, ab eo statim partu, etiam angelorum exercitus e coelis aspexerunt, laudum canticis celebrantes ex te natum Deum; adiectamque in altissimis gloriam clamantes,⁴ pacem in terram advennisse vociferati sunt; ut non amplius nominetur inimicitia medii parietis angelos inter ac homines, coelumque et terram; sed consona vitae ratio, unaque mutuo respondens ab angelis ac hominibus glorificatio, uni trinoque ab utrisque Deo offeratur. Sed et Pater, unigeniti Filii sui, corporali ex te sine patre conceptui testimonium perhibens, in ipsum clamat: *Ego hodie genui te.*⁵ Rursumque: *Ex utero ante luciferum genui te.*⁶ O verba plena theologia! Si quidem enim priusquam ex te matre Virgine nasceretur, unigenitus ex Deo

¹ Deut. XXXII, 8.

² Ps. XXXIII, 8.

³ Io. I, 1.

⁴ Le. II, 14.

⁵ Ps. II, 7.

⁶ Ps. CIX, 3.

Θεοῦ, πῶς ὁ Πατήρ φησι πρὸς αὐτόν· «Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε»; Διήλον ὅτι τὸ «σήμερον», οὐχὶ τὴν τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς πρόσφατον παρίστησι ὑπαρξίν, ἀλλὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους σωματικὴν αὐτοῦ βεβαιοῦ παρουσίαν. Τὸ δὲ «γεγέννηκά σε», τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ Πατρὶ θεαρχικὸν ὁμοῦ καὶ συνεργητικὸν ἐμφαίνει συνουσίον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀλλότριον τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς· εὐδοκίᾳ δὲ καὶ ἀποστολῇ τοῦ Πατρὸς ὤκησεν ἐν σοὶ τῇ Παρθένῳ καὶ Μητρὶ, ἰδιοποιεῖται τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργεῖαν ὁ Πατήρ, ὅθεν τὴν ἐκ σοῦ σωματικὴν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ πρόοδον καινοποιησάμενος μετὰ τοῦ Πνεύματος ὁ Πατήρ, «Ἐγὼ, φησὶ τῷ Υἱῷ, σήμερον γεγέννηκά σε». Καὶ τόδε· «Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἐωσφόρου ἐγέννησά σε», τῆς αὐτῆς ἔχεται πιστοφορίας τουτέστιν, ὅτι καὶ τὴν προαιώνιον τῆς θεότητος ἐν τῷ Μονογενεῖ πιστὸν μετὰ τοῦ Πατρὸς συναΐδιον οὐσίαν, καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ περὶ τὰ ἔσχατα τῶν καιρῶν ἐκ σοῦ τῆς Ἀειπαρθένου φυσικὴν καὶ ἀφάνταστον δείκνυσιν ἐνανθρώπησιν. Γαστέρα γὰρ προεωσφόρον, τὴν γεννητικὴν τοῦ προουραγίου καὶ ἐπιγείου Φωτὸς ἀνόμασεν ἢ Γραφὴ πρόοδον· τοῦ δειχθῆναι ὅτι πρὸ πάσης κτίσεως ὀρωμένης καὶ ἀοράτου, ὁ Μονογενὴς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνάρχως, ἐκ Φωτὸς ἐγεννήθη Φῶς· καὶ γαστέρα * πάλιν, τὴν σὴν ἐσήμανε κοιλίαν, τοῦ δεῖξαι καὶ τὴν σαρκικὴν ἐκ σοῦ τοῦ Μονογενοῦς ἐπιδημίαν. «Προεωσφόρον» δέ, τὴν πρὸ τοῦ αὐγους τότε δεδήλωκε

*344

Filius erat, quomodo Pater ad eum ait: *Ego hodie genui te?* Utique liquet vocem *hodie*, non divinitatis Unigeniti recentem significare existentiam, sed eius ad homines astruere corporalem praesentiam ac adventum. Caeterum illud, *genui te*, divinam in Patre Spiritus sancti rationem principii ac coagendi vim substantialem ostendit. Quia enim Spiritus sanctus non est alienus a Patre, ille autem ex Patris beneplacito ac missione, in te habitavit Virgine et Matre, eius sibi Pater vindicat actionem, ac suam facit. Quamobrem Filii sui corporalem ex te procreationem novam molitus Pater cum Spiritu sancto: *Ego hodie*, inquit Filio, *genui te*. Illud quoque: *Ex utero ante luciferum genui te*, eandem ingerit fidem, ac veritatem; hoc est, significat cum saeculis anteriorem deitatis in Unigenito certam exploratamque cum Patre coaeternam substantiam; tum eius in carne in finem temporum, ex te semper Virgine, naturalem illam veramque, non apparentia consistentem, humanationem. Quippe uterum lucifero antiquiorem nominavit Scriptura, procreationem, qua Sol ille saeculis antiquior, idemque terrenus, natus est; quo ostendat, ante creatum omne, vel quod oculis subiectum est, vel quod spiritale oculis non subest,* Unigenitum ex Patre sine principio, tamquam Lumen de Lumine, natum esse: ac rursus uteri nomine, tuum designavit ventrem, ut et carnalem ex te Unigeniti adventum significaret. Nam ea voce, *ante luciferum*, noctem illam indicat, an-

*343

νύκτα· «έωσφόρον», τὴν ἡμέραν καλῶς ὑποτιθεμένη· ἐπειδὴ γὰρ ἐν νυκτὶ τὸ φῶς τοῖς ἐν σκότει καθημένοις ἐκύησας, «προεωσφόρον» τὴν ὥραν ἐκάλεσε τοῦ τόκου σου. «Ποιμένες γάρ, φησὶν, ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτός». Τοιαύτη ἡ προσθεθεῖσα διὰ σοῦ τοῖς ἐπουρανοῖσι δόξα, Θεοτόκε. Μὴ γὰρ προσετέθη, οὐκ ἂν τὸ ἤδη δεδοξασμένον, «Δόξαν ἐν ὑψίστοις», ἀνύμνουν οἱ ἄγγελοι, κατὰ τὸν καιρὸν, ἐπικαταλαβεῖν τῆς ἀφράστου σου κυοφορίας. Ποία δὲ καὶ τῶν ἐπιγείων ἡ ἔλλαμψις; ὅτιπερ διὰ τῆς σῆς ἀμώμου σαρκὸς οὐρανοπολίτης ὁ ἄνθρωπος ἀπετελέσθη, καὶ ποιμένες μετ' ἀγγέλων ἐμίχθησαν. Οἱ μὲν ἄγγελοι καταβατικοὶ ... πρὸς τὴν ἄνω τοῦ Θεοῦ καὶ δεδοξασμένην ὑψωθέντες ἀξίαν· τουτέστι, τὴν ἄναρχον τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Ἰῶν σοφισθέντες πρὸ τῶν αἰῶνων γεννητικῆν, καὶ οὐ κτιστὴν ὁμοουσιότητα.

1819

Ἐπὶ οὖν, παναγία Θεομήτορ, ὁ οὐρανός, καὶ ἡ γῆ μᾶλλον εἰπεῖν, διὰ σοῦ κατεκοσμήθη, πῶς ἔνδεκτον ὄρφανούς τῆς σῆς ἀναθεωρίας καταλειψαί σε τῇ μεταστάσει τοὺς ἀνθρώπους; Μὴ γένοιτο τοῦτο φρονεῖν ἡμᾶς! Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ τοῦτῃ διάγουσα, οὐ ξένη τῶν οὐρανόων ὑπῆρχες διαιτημάτων, οὐδὲ μετα[τε]θεῖσα, τῆς σῆς ἀνθρώπων ἡλλοτριώθης τῷ πνεύματι

PG
98, 344

tequam diluculum esset. Recte vero diem, *luciferum* vocat; quia enim intempestae noctis silentio, iis qui sedebant in tenebris, lumen peperisti, *ante luciferum*, ac praematutinam horam tui partus dixit. *Pastores enim*, inquit, *erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis.*¹ Eiusmodi est, o Deipara, quae per te gloria coelestibus accessit. Si quidem enim iam accesserat, haudquaquam angeli, quod olim glorificatum esset, *Gloria in altissimis*² cantico celebrarent, cum ineffabilis tui puerperii tempus advenisset. Quam vero etiam terrenorum genus illustratum est? Homo etenim per tuam immaculatam carnem coeli civis evasit, ac pastores commixti sunt angelis. Angeli quidem [inferius se ad nati infantis humilitatem inclinaverunt; homines vero], ad supernam Dei, ac glorificatam subvecti sunt dignitatem: hoc est, aeternam Patris ad Filium, ac ante saecula consubstantialitatem, quae est nativitate, non creatione, sapienter didicerunt.

1819

Ex quo igitur, sanctissima Dei Mater, coelum, atque adeo terra, per te decorem habuerunt, qui fieri potuit, ut migrando, tua homines inspectione orbatos desereres? Enim vero absit ut ita sentiamus. Quemadmodum enim mundo hoc agens, haudquaquam hospes eras coelestis convictus, ita neque postquam migrasti, ab hominum in

PG
98, 343¹ Lc. II, 8.² Lc. II, 14.

συναναστροφῆς· ἐπειδὴ καὶ οὐρανὸς θεοχώρητος ἀνδειχθῆς τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, διὰ τὸν χωρητικὸν κόλπον σου πρὸς αὐτοῦ βασταγμοῦ· καὶ γῆ πάλιν αὐτῷ πνευματικῆ, διὰ χωρητικὴν ὑπουργίαν ἐχρημάτισας τῆς σαρκὸς σου. Ὡς ἔνθεν εὐστόχως ἔστι πιστεύειν, ὅτιπερ καὶ κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ὅταν ἐπεδήμεις, σύνοικος ἦσθα διὰ παντὸς τοῦ Θεοῦ· μεταθεθεῖσα τῶν ἀνθρωπίνων, οὐκ ἐγκατέλιπας ποτε τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ. Πλὴν ὁμοίως ἀδολεσχοῦμεν, οἱ πιστῶς σε προσκυνεῖν εἰθισμένοι· διὰ τί, σὲ καὶ σὺν τῷ σώματι μὴ κατηξιώθημεν καὶ ἡμεῖς εὐτυχεῖσαι; Διὸ καὶ τρισμακαρίστους μᾶλλον καλοῦμεν, τοὺς τῆς παροικίας σου κατατροφῆσαντας θεατάς, ἐπειδὴ σε συνομόζωον ἑαυτοῖς τὴν Μητέρα τῆς ζωῆς κατεκτήσαντο. Ἄλλως ἵνα καὶ μεθ' ἡμῶν σωματικῶς ἐμπεριπατεῖς, οὕτω καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν οἱ ὀφθαλμοὶ καθεκάστην σε προβλέπειν ψυχαγωγοῦνται.

Καὶ γάρ, ὡς μετὰ τῶν ἀρχαιοτέρων ἡμῶν ἐν σαρκὶ συνεπολιτείου, ὁμοίως καὶ μεθ' ἡμῶν τῷ πνεύματι συνοικεῖς· καὶ ἡ πολλή σου περὶ ἡμᾶς σκέπη, τὴν σὴν ἡμῶν χαρακτηρίζει συνομιλίαν. Καὶ τῆς φωνῆς σου πάντες ἀκούομεν· καὶ ἡ φωνὴ τῶν ὄλων πρὸς τὰ σὰ τῆς ἀκροάσεως ὄντα· καὶ γινωσκόμενοι παρὰ σοῦ διὰ τῆς ἀντιλήψεως, ἐπιγινώσκομέν σου * προστατικὴν ἀεὶ τὴν ἀντίληψιν. Κωλυτικὸν γὰρ οὐδέν, μερισμὸν λέγω ψυχῆς καὶ σώματος, μεταξὺ τῆς σῆς καὶ τῶν σῶν δούλων διαγνώσεως. Οὐ γὰρ ἀφῆκας, οὐς διέ-

spiritu conversatione alienata es: quando etiam tuo illo amplissimo sinu gestando Deo, altissimi Dei capax coelum effecta es; spiritualisque nihilominus ei terra fuisti appellata, ob obsequium carnis ei subministratae. Atque adeo facili inde suademus coniectura, cum Deo prorsus contubernalem fuisse, dum in mundo versareris, tumque ab humanis translata, eos numquam deseruisse qui in mundo essent. Instamus nihilominus, verbisque importuni sumus, qui fideli te mente venerari consuevimus: quamobrem non et ipsi id tantum boni consecuti sumus, ut tua in corpore frui mereremur consuetudine? Idcirco etiam magis ter beatissimos eos praedicamus, qui tui accolatus spectaculo delectati sunt, ut qui te, Matrem Vitae, communem secum vitam ducentem habuerunt. Caeterum, velut etiamnum corporaliter inter nos, atque in humanis agens ambules, sic tua quotidie visione, animorum nostrorum oculos delectas et afficis.

Etenim qua ratione cum antiquioris aetatis hominibus in carne conversabaris, ea quoque nobiscum spiritu habitas; tuaque illa, qua nos foves, multa protectio, tuae nobiscum consuetudinis index est; tuamque universi audimus vocem; universorumque vox, auditus tui aures pulsat: quique a te pro tua in nos protectione cognoscimur, tuam * semper auxiliatricem agnoscimus protectionem: nihil enim illa, animam inter ac corpus divisio, tuam, ac servorum tuorum dignationem prohibere possit. Haud quippe dimisisti, quibus fuisti

σωσας· κατέλιπας, οὐς συνήγαγες· ὅτι ζῆ σου τὸ πνεῦμα διὰ παντός, καὶ ἡ σὰρξ διαφθορὰν οὐχ ὑπέμεινε ταφῆς. Πάντας ἐπισκέπη, καὶ ἡ ἐπισκοπή σου, Θεομήτορ, ἐπὶ πάντας· ὥστε καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν κρατοῦνται τοῦ μὴ βλέπειν σε, παναγία, ἐν μέσῳ σὺ τῶν ἀπάντων ἐμφιλοχωρεῖς, ἐμφανίζουσα τοῖς ἀξίοις σου διαφόρως ἑαυτήν. Ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἐμποδίζει τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματός σου· ὅτιπερ ὅπου θέλει πνεῖ σου τὸ πνεῦμα, ἐπειδὴ καθαρὸν τοῦτο καὶ ἄυλον· ἀφθαρτον καὶ ἀκηλίδωτον, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἀγίου συνδιαιτικὸν πνεῦμα, καὶ τῆς Μονογενοῦς θεότητος ἐκλεκτόν. Σὺ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « ἐν καλλονῇ » καὶ τὸ σῶμά σου τὸ παρθενικόν, ὅλον ἅγιον, ὅλον ἄγνόν, ὅλον Θεοῦ κατοικητήριον· ὡς ἐκ τούτου λοιπὸν καὶ ἀλλότριον χοικῆς ἀναλύσεως. Ἐνναλλαγὴν μὲν ὡς ἀνθρώπινον πρὸς ἄκραν ἀφθαρσίας ζωῆν· σῶον δὲ τοῦτο καὶ ὑπερένδοξον, ζωοτελὲς καὶ ἀκοίμητον· καθ' ὅτιπερ οὐδὲ ἦν δυνατὸν παρὰ νεκροποιοῦ συνκλεισμοῦ τοῦτο κρατηθῆναι, ὡς σκεῦος ὑπάρχον θεηδόχον, καὶ ἔμψυχος ναὸς τῆς τοῦ Μονογενοῦς παναγίας θεότητος. Ἐνεκεν δὲ τούτων, μεθ' ἡμῶν σε, Θεοτόκε, πιστεῦομεν περινοστεῖν.

1820

Ὅντως γάρ, ὄντως, καὶ πάλιν εὐχαριστικῶς ἐρῶ· οὐκ ἐχωρίσθης καὶ μετέστης τοῦ Χριστιανικοῦ γένους· οὐκ ἐμακρύνθης, συναφθαρσίας ζωῆ, τοῦ

PG
98, 345

saluti; haud abs te congregatos dereliquisti; nam spiritus tuus semper vivit, nec caro corruptionem sepulcri sustinuit. Omnes visitas, tuaque, Dei Mater, inspectio in omnes existit: adeoque, quamquam tenentur oculi nostri ne te videamus, o sanctissima, lubens tamen in medio omnium habitas, teque ipsam, dignis te diversimode manifestas. Nihil enim caro, tui spiritus virtuti ac efficaciae officit; quippe tuus ille spiritus ubi vult spirat, qui nimirum mundus sit ac vacans materia; incorruptus ac incontaminatus, sanctique Spiritus sodalis, ac Unigeniti Deitati delectus, spiritus. « Tu, secundum quod scriptum est, “ in pulchritudine ” appares; et corpus tuum virginale totum sanctum est, totum castum, totum Dei domicilium; ita ut ex hoc etiam a resolutione in pulverem deinceps sit alienum; immutatum quidem, quatenus humanum, ad excelsam incorruptibilitatis vitam; idem vero vivum atque praegloriosum, incolume atque perfectae vitae particeps;¹ quatenus impossibile erat, ut mortuorum sepulcro clausum teneretur, quod vas Dei susceptivum esset, ac sanctissimae Unigeniti Deitatis animatum templum. Idcirco vero te, Deipara, nobiscum credimus obambulare.

1820

Vere etenim, vere, etiam iterum grati animi dicam exultatione: quamquam ab humanis migrasti, haud tamen a Christianorum gente recessisti. Non es elongata a mundo hoc exolescente, paris tu incor-

PG
98, 346

¹ Inter virgulas significamus locum quem Pius PP. XII refert in Constitutione Apostolica *Munificentissimus Deus* (vide *A.A.S.* 42 [1950] 761).

φθειρομένου τούτου κόσμου, ἀλλ' ἐγγίζεις τοῖς ἐπικαλουμένοις σε. Εὐρίσκη τοῖς πιστῶς ἐκζητοῦσί σε· ἅτινα ζωῆς εἰσιν ἐνεργείας πνεύματος ἀειπνόου, σώματος ἀδιαρεύστου παραστατικά θεωρήματα. Πῶς γὰρ εἶχε διάλυσις σαρκὸς πρὸς χοῦν καὶ κόνιν ἀνθυποστρέψαι σε, τὴν ἀπὸ θανάτου καταφθορᾶς, τὸν ἄνθρωπον, διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ σου λυτρωσαμένην σαρκώσεως; Μετέστης γοῦν τῶν ἐπιγείων, τοῦ δειχθῆναι τὸ τῆς φρικτῆς ἐνανθρωπήσεως βεβαιούμενον ἀφαντάστως μυστήριον· ἵνα σοῦ τὴν ἐκδημίαν τῶν προσκαίρων ὑπομεμενηκυίας, ὃ ἐκ σοῦ γεννηθεὶς Θεός, πιστευθῆ καὶ τέλειος προελθεῖν ἄνθρωπος, ἐξ ἀψευδοῦς Μητρὸς Υἱός, ὑποκειμένης νόμοις φυσικῶν ἀναγκασμάτων, ὅρου θεοῦ κελεύσματι, καὶ χρόνου βιωτικῶ παρακελεύσει· σοῦ, τῆς ὡς μιᾶς τῶν καθ' ἡμᾶς τυγχανούσης σωμάτων, καὶ διὰ τοῦτο μὴ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων θανάτου δυνηθείσης ἐκφυγεῖν τὸ συνάντημα· ὃν τρόπον καὶ ὁ σὸς Υἱός καὶ πάντων Θεός, καὶ αὐτός, ὅσον εἶπεῖν, διὰ τὸν παντὸς ἀποθνήσκοντα τοῦ γένους ἡμῶν ἄνθρωπον, τοῦ ὁμοίου σαρκικῶς ἀπεγεύσατο θανάτου· παραδοξάσας δηλαδὴ, κατὰ τὸν ἴδιον αὐτοῦ καὶ ζωοποιὸν τάφον, καὶ τὸ σὸν τῆς κοιμήσεως ζωοπαράδεκτον μνήμα· ὥστε ἀμφοτέρων σώματα μὲν ἀφαντάστως ὑποδεξαμένων, * διαφθορὰν δὲ μηδαμῶς ἐνεργησάντων. Οὐδὲ γὰρ

*348

ruptionis vita; sed iis, qui invocant te, propior accedis; inveniris ab iis, qui te fideliter exquirunt: quae plane, Spiritus vitae iugiter spirantis, ac corporis a fluxione liberi, ac incorruptibilis, exhibitionem haud obscuram habent. Nam quomodo carnis te dissolutio in cineres, ac pulverem potuisset redigere, quae humanum genus a mortis corruptione, per Nati ex te assumptam carnem, liberasses? Migrasti ergo ab humanis, ut horrendae incarnationis, solida veritate, nulla apparentia constans, confirmatum patesceret sacramentum; ut, inquam, tuo illo a temporaneis, ac saeculo discessu, qui ex te natus est Deus, perfectus nihilominus ex vera Matre crederetur processisse Filius, quae nimirum necessitatum naturae legibus subiaceret, divinae iussionis definitione, ipsoque ad mundi vitam concessio tempore sollicitante: cuius corpus, ut unius haberet reliquarum mulierum, eoque communis hominum mortis occursum vitare nequivisses: quo etiam modo Filius tuus, ac Deus universorum, ob nostrum, ut ita dicam, universi generis mortuum hominem, similem et ipse carne, « gustavit mortem »: ¹ mirabilia plane * operatus, cum in suo ipsius ac vivifico sepulcro, tum in tuo dormitionis vitam suscipiente monumento: ut ea, amborum quidem corpora veritate susceperint, haudquaquam vero corruptionem induxerint. Neque enim fieri poterat, ut quae

*347

¹ Hebr. II, 9.

ἐνεδέχετό σε θεοχώρητον, οὐσαν ἀγγεῖον, τῆς ἀναλύσεως νεκροφθόρῳ διαβ-
 ρύηται χοῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ κενωθείς ἐν σοί, Θεὸς ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ζωὴ προ-
 αιώνιος, καὶ τὴν Μητέρα τῆς Ζωῆς σύνοικον ἔδει τῆς Ζωῆς γεγονέναι, καὶ
 καθάπερ ὕπνον τὴν κοίμησιν ὑπολαθεῖν, καὶ ὡς ἐγρήγορσιν ὑποστῆναι τὴν
 μετάστασιν ὡς Μητέρα τῆς Ζωῆς. Ὡσπερ γὰρ τέκνον τὴν ἰδίαν ζητεῖ καὶ
 ποθεῖ μητέρα, καὶ μήτηρ συνδιάγειν τῷ τέκνῳ φιλεῖ, οὕτως καὶ σὲ φιλότεκνα
 σπλάγγνα πρὸς τὸν Υἱόν σου καὶ Θεὸν κεκτημένην, ἤρμοσεν πρὸς αὐτὸν
 ἐπανελθεῖν καὶ τὸν Θεὸν δέ, μητροφιλή διακρατοῦντα πρὸς σὲ στοργήν, συν-
 δαικτόν σοι τὴν ἑαυτοῦ καὶ πάντως ἔπρεπε καταστῆναι συνομιλίαν. Τούτῳ
 δὲ τρόπῳ τὴν ἀποθίωσιν τῶν περαιομένων πεπονθυῖα, πρὸς τὰς ἀφθάρτους
 τῶν αἰώνιων μετώκησας διατριβάς, ὅπου Θεὸς ἐναυλίζεται, μεθ' οὗ καὶ σὺ
 συνδιάγωγος οὐσα, Θεοτόκε, οὐκ ἀποχωρίζῃ τῆς τούτου συναναστροφῆς. Οἴ-
 κος γὰρ αὐτῷ καταπαύσεως σὺ γέγονας σωματικός, Θεοτόκε, καὶ τόπος
 ἀναπαύσεως αὐτὸς χρηματίζει μεταστάσει, πανύμνητε. « Αὕτη γάρ, φησὶν,
 ἡ κατάπαυσις μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος »· τουτέστιν· Ἡ ἐκ σοῦ περιδληθεῖσα
 τούτῳ, Θεοτόκε, σὰρξ· μεθ' ἧς οὐ μόνον εἰς τὸν παρόντα τοῦτον αἰῶνα ἐπι-
 φανεῖς ὁ Χριστὸς ἐπιστεῖθῃ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, σὺν τῇ
 τοιαύτῃ σου σαρκί, ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς ἐμφανισθήσεται.

Dei capax vasculum esses, emortuum corpus corrumpente difflueres
 pulvere. Quia enim is, qui in te fuerat exinanitus, Deus erat a prin-
 cipio, ac vita saeculis antiquior; utique par quoque erat, ut Vitae
 Mater, Vitae pariter contubernalis fieret; dormitionemque somni
 instar susciperet; ac migrationem, haud secus atque expergefactionem,
 ceu Vitae Parens, subiret. Uti enim cara proles propriam
 quaerit ac desiderat parentem, atque parens vicissim cum prole
 amat versari, ita et te, quae prolis amantibus in Filium tuum ac
 Deum visceribus praedita esses, congruum erat redire ad Filium;
 parque vicissim erat, ut pro ea, qua Deus ad Matrem haberet amoris
 affectione, suam sibi contubernalem, consuetudine donans, adiungeret.
 Sic porro rebus caducis emortua, ad immortales aeternorum demi-
 grasti mansiones, ubi Deus inhabitat; cum quo pariter ipsa agens,
 Dei Genitrix, ab eius conversatione non discedis. Quippe ei, o Dei-
 para, corporalis domus, qua quiesceret, es effecta; ipseque vicissim,
 o laudatissima, domus requietionis migranti efficitur: *Haec enim,*
*inquit, requies mea in saeculum saeculi;*¹ hoc est, caro, quam is ex
 te, o Deipara, induit; qua indutus, nedum praesenti saeculo appa-
 ruisse creditus est, sed et est futurum, ut eadem ipsa, veniens iudi-
 care vivos et mortuos indutus appareat. Ergo te, ut quae aeterna

¹ Ps. CXXXI, 14.

Ἄρα οὖν, ὡς αἰωνίας σου τούτῳ καταπαύσεως οὔσης, πρὸς αὐτὸν ἀδιάφθορον προσελάβετό σε, πλησιοχώρως, ὡς εἶποι τις, τῶν σῶν λαλιῶν καὶ σπλάγχχνων ἔχειν σε θέλων· διὸ καὶ ὅσα ζητεῖς παρ' αὐτοῦ, τεκνοπενθῶ ἐπιδίδωσι, καὶ ὅσα περ αἰτεῖς ἐξ αὐτοῦ, θεοδυνάμως ἀποπληροῖ· ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

PG
98 348

1821

Oratio VII. In dormitionem SS. Deiparae, II. Παυσάτωσαν τῶν αἰρετικῶν οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἐμβρόντητοι λόγοι. Ἐμφραττέσθωσαν τὰ τούτων ἄδικα χεῖλη. « Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε », Θεοτόκε, « καὶ λεγέτωσαν διὰ παντός· Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ ἀγαπῶντες » μεγαλύνειν κατὰ χρέως τὸ ὄνομά σου· ὅτι « τὸ στόμα » τῶν Χριστιανῶν « μελετήσῃ τὴν δικαιοσύνην σου » καὶ παρθενίαν σου· « ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινον » τῆς ἀγιοσύνης τοῦ τόκου σου. « Εἶδον οἱ πτωχοὶ τὸν » διὰ σοῦ « τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ πλοῦτον ». Εἶδον καὶ εἶπον· *349 « Τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ ». — « Ἐξεζήτησαν » οἱ ἁμαρτωλοὶ * διὰ σοῦ « τὸν Θεόν, καὶ ἐσώθησαν ». Εἶπον καὶ αὐτοί· « Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐδοθήθησεν ἡμῖν », ἐκ παρθένου σαρκωθεῖς, « παρὰ βραχὺ παράφησεν ἄν », ἐν τῷ παμφάγῳ τῆς ἀπονεκρώσεως ἄδη, « τῶν ψυχῶν ἡμῶν » αἱ καταδύ-

ei requies esses, a corruptione liberam, ad se assumpsit; suis te, ut ita dicam, et affatibus et visceribus volens proprius affixam: idcirco quidquid ab eo quaeris, id ille, filiorum lugenti sortem, tribuit; ac si quid petis ab eo, divina implet virtute: qui est benedictus in saecula. Amen.

PG
98, 347

1821

Oratio VII. In dormitionem SS. Deiparae, II. Cessent indocti vesanique haeticorum sermones. Iniqua eorum labia obturentur. *Exsultent et laetentur super te omnes quaerentes te, o Deipara; et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui pro debito diligunt*,¹ magnificare nomen tuum: *Os enim Christianorum meditabitur iustitiam tuam, ac virginitatem; tota die laudem*² sanctitudinis partus tui. *Viderunt pauperes*,³ per te, *divitias bonitatis divinae*.⁴ Viderunt, atque dixerunt: *Misericordia Domini plena est terra*.⁵ Peccatores, per te *Deum exquisierunt, et salvi facti sunt*;⁶ dixerunt et ipsi: * *Nisi quia Dominus, carnem de Virgine sumens, adiuvisset nos; paulo minus habitassent, in demortuorum omnia devorante inferno, occidentes animae no-*

¹ Ps. XXXIX, 17.

² Ps. XXXIV, 28.

³ Ps. LXVIII, 33.

⁴ Rom. II, 4.

⁵ Ps. XXXII, 5.

⁶ Ps. XXI, 6.

*350

σεις. Δυνατὴ τοιγαροῦν πρὸς σωτηρίαν ἢ βοήθειά σου, Θεοτόκε, καὶ μὴ χρῆζουσά τινος ἑτέρου πρὸς τὸν Θεὸν παραθέτου. Σὺ γὰρ εἶ τῆς ὄντως ἀληθινῆς Ζωῆς ἢ μητὴρ. Σὺ εἶ τῆς ἀναπλάσεως τοῦ Ἀδάμ ἢ ζύμη. Σὺ εἶ τῶν ὀνειδισμῶν τῆς Εὐας ἢ ἐλευθερία. Ἐκείνη μήτηρ χοός, σὺ μήτηρ φωτός. Ἐκείνης ἢ μήτρα, φθορᾶς· ἢ δὲ σὴ γαστήρ, ἀφθαρσίας. Ἐκείνη θανάτου κατοικήσεις, σὺ μετάστασις ἀπὸ θανάτου. Ἐκείνη βλεφάρων καταχθονισμός, σὺ γρηγορούντων ὀφθαλμῶν ἀκοίμητος δόξα. Ἐκείνης τὰ τέκνα, λύπη· ὃ δὲ σὸς Ἰῖός, παγγενῆς χαρά. Ἐκείνη ὡς γῆ οὐσα εἰς γῆν παρῆλθε· σὺ δὲ Ζωὴν ἡμῶν ἔτεκες, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανῆλθες, καὶ Ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μετὰ θάνατον, προξενεῖν κατίσχυσας. « Οὐκ ἔστι τῆς ἀντιλήψεώς σου κόρος », οὐδὲ τῆς ζωοκοιμήτου σου μεταθέσεως ἐπιζήμιος, ὡς εἰπεῖν, ὑποτρέχουσα τοῖς ἀνθρώποις αἰσθησις· διότι καὶ προστασία σου ζῶσα, καὶ ἡ πρεσβεία σου ζωή, καὶ ἡ σκέπη σου διηνεκής. Εἰ μὴ γὰρ σὺ προηγοῦ, οὐδεὶς πνευματικὸς ἀπετελεῖτο· οὐδεὶς ἐν Πνεύματι τὸν Θεὸν προσεκύνει. Τότε γὰρ πνευματικὸς ὁ ἄνθρωπος, ὅταν σὺ, Θεοτόκε, Πνεύματος ἁγίου κατοικητήριον ἐγένου. Οὐδεὶς θεογνωσίας ἀνάμεστος, εἰ μὴ διὰ σοῦ, παναγία· οὐδεὶς ὁ σωζόμενος, εἰ μὴ διὰ σοῦ, Θεοτόκε· οὐδεὶς κινδύνων ἐλεύθερος, εἰ μὴ διὰ σοῦ, Παρθενομήτορ· οὐδεὶς ὁ λελυτρωμένος, εἰ μὴ διὰ σοῦ, Θεομήτορ· οὐ-

*strae.*¹ Potens igitur ad salutem auxilium tuum, o Deipara, nec alterius cuiusquam apud Deum commendationem requirens. Tu enim revera, verae es Vitae parens: tu fermentum reformationis Adae: tu opprobriorum Evae liberatio. Illa pulveris mater, tu Luminis. Illius vulva, corruptio; tuus uterus, a corruptione immunitas. Illa mortis demoratio et sedes; tu a morte translatio. Illa palpebrarum in terram demissio, tu insomnis vigilantium gloria. Proles illius, dolor; tuus Filius, omnigenum gaudium. Illa ut terra, in terram cessit; tu, et nobis peperisti Vitam, et ad vitam rediisti, vitamque, post etiam mortem, hominibus conciliare potuisti. *Tuae magnitudinis non est finis.*² Te cogitandi, nulla satietas; nec tui illius vitali somno transitus velut subrepens sensus, ac se in hominum insinuans animos, damnum afferat: nam et tutela tua immortalis est, et intercessio, vita; et protectio perpetua. Nisi enim tu praeires, nemo spiritalis evaderet; nemo in Spiritu Deum adoraret.³ Tunc enim spiritalis factus est homo, cum tu, Deipara, Spiritus sancti habitaculum effecta es: nemo Dei cognitione repletus est nisi per te, o sanctissima. Nemo salvus nisi per te, o Deipara; nemo periculorum expers nisi per te, Virgo parens; nemo redemptus nisi per te, Dei

¹ Ps. XCIII, 17.

² Ps. CXLIV, 3.

³ Io. IV, 24.

δεις ὁ ἐλεούμενος δῶρον, εἰ μὴ διὰ σοῦ, Θεοχώρητε. Τίς γὰρ τῶν ἀμαρτω-
 λῶν ἐπὶ τοσοῦτον ὑπερμαχεῖ; Τίς τῶν ἀδιορθῶτων κατὰ τοσοῦτον [ἀντι-
 φωνητικῶς] ὑπεραπολογεῖται; Πᾶς γὰρ τῶν δυναμένων ἔσθ' ὅτε καὶ βοη-
 *352 θεῖν, * τῆς παραβολικῆς συκῆς τὴν ἐκτομὴν ἐν ἡμῖν εὐλαβούμενος, ἀνεβάλλ-
 λετο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἰκεσίαν τῷ Θεῷ προσαναπέμψαι· ἵνα μὴ τῆς ἀποφάσεως
 διὰ τὸ ἄκαρπον τῆς ὑποσχέσεως δοθείσης, ἄδεκτος ἢ ἀντιφώνησις ὀφθῇ. Σὺ
 δέ, μητρῶαν ἔχουσα πρὸς τὸν Θεὸν τὴν ἰσχύν, καὶ τοῖς καθ' ὑπεροχὴν ἀμαρ-
 τάνουσι, καθ' ὑπερβολὴν τὴν συγχώρησιν ἐξανύεις. Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται σέ
 ποτε παρακουσθῆναι, ἐπειδὴ πειθαρχεῖ σοι κατὰ πάντα καὶ διὰ πάντα, καὶ ἐν
 πᾶσιν ὁ Θεός, ὡς ἀληθινῇ αὐτοῦ καὶ ἀχράντῳ Μητρὶ. "Ὅθεν ὁ θλιδόμενος,
 εὐλόγως πρὸς σέ καταφεύγει· ὁ ἀσθενῶν, σοὶ προσκολλᾶται· ὁ πολεμούμενος,
 σέ τοῖς ἐχθροῖς ἀνθοπλίζει. « Θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλίψιν, ἀποστολὴν δι'
 ἀγγέλων πονηρῶν », σὺ μεταβάλλεις. Ἄπειλὴν δικαίαν καὶ ψῆφον ἀξιοπαθοῦς
 καταδίκης σὺ μεταστρέφεις, ἀγαπῶσα μεγάλως τὸν ἐπικεκλημένον τῷ ὀνό-
 ματι τοῦ Υἱοῦ σου λαόν. "Ὅθεν καὶ ὁ Χριστιανὸς λαός σου, τὰ καθ' ἑαυτὸν
 ἀνακρίνων, πρὸς μὲν τὸν Θεὸν παρῥησιαστικῶς ὑποστέλλεται σοὶ τὰς δεή-
 σεις προσφέρειν. Σὲ δυσωπεῖν ἀνευδοῖαστος θαρῥεῖ, παναγία, διὰ τὴν πεί-
 ραν, καὶ τὰ πλήθη τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν σου, καὶ παραδιάσεσθαί σε πολλάκις

Mater; nemo donum per misericordiam consecutus, nisi per te, o
 digna quae Deum caperes. Quis enim tantopere peccatores defendit?
 Quis adeo nihil emendatis, sponsionem praetendens patrocinator?
 *351 * Quivis enim eorum, qui etiam auxilio esse possent, parabolicae
 ficus¹ excidium in nubis metuens, supplicationem Deo pro nobis
 offerre detrectabat; ut ne inutili promissione, lata sententia, non ad-
 mittenda sponsio videretur. Tu autem, quae materna in Deum au-
 ctoritate polleas, etiam iis qui enormiter peccant, eximiam remis-
 sionis gratiam concilias. Non enim potes non exaudiri, cum Deus,
 ut verae ac intemeratae Matri suae, quoad omnia, et per omnia,
 et in omnibus, morem gerat. Hinc merito, afflictus quisque ad te
 confugit, infirmus tibi adhaeret; bello petitus te hostibus apponit.
 Tu, *indignationem, et iram, et tribulationem, immissionem per ange-
 los malos,*² transfers; iustasque minas, ac condignae sententiam con-
 demnationis, quae Filii tui nomine appellatum populum, impensius
 diligas, avertis. Hinc et populus tuus Christianus, perpendens re-
 rum suarum statum, fidenter tibi suas ad Deum, perferendas preces
 committit. Indubius fore sperat, ut exoret ac flectat, o sanctissima,
 ob factum olim periculum, et multitudinem tuorum in nos benefi-

¹ Lc. XIII, 6 ss.

² Ps. LXXVII, 49.

ἐν ἰκεσίαις. Ἄνθ' ὧν τίς σε μὴ μακαρίσει; Τὴν τῶν ἀγγέλων ὑπὲρ ἔννοιαν θεωρίαν· τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπέρξενον ἐπιτυχίαν· τὴν ὑπόληψιν τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν· τὸ ὀχλούμενον τῶν ἀμαρτωλῶν προσφύγιον· τὴν καθ' ὥραν ἐν τῷ στόματι τῶν Χριστιανῶν φερομένην. Μόνον γὰρ εἰ θρογηθῆ Χριστιανός, εἰ καὶ πρὸς λίθον τὸν ἑαυτοῦ προσκόψῃ πόδα, τὸ σὸν ἐπικαλεῖται πρὸς βοήθειαν ὄνομα. Σὲ τοιγαροῦν τις δοξάζων, ἀπαύστως οὐ μὴ δοξάζεται. Δοξάζειν σε, μᾶλλον ἐὰν ἀκόρως ἐνάρξῃται. Ἄδύνατον γὰρ ἐπαξίως ἀνυμνῆσαι σε. Τὸ διὰ παντὸς μεγαλύνειν σε ποθεῖ, διὰ τοῦ διηνεκῶς δοξολογεῖν σε, παραψυχὴν τοῦ χρέους ἀναλαμβάνων. Ἐπὰν γὰρ πολλὰ χρεωστῶν οὐδὲν ἀνταποδίδωσί σοι, πληθύνει τὴν εὐχαριστίαν, ὡς σὺ τὴν προστασίαν. Ἐπειδὴ πανάγαθον δῶρημα τέλος μὴ δεχόμενον, τὴν εὐχαριστίαν ὡς ἐν ἀρχῇ, αἰεὶ τὸ ἀγαθὸν ποιοῦντι προσάγει. Σὲ τίς μὴ θαυμάσει τὴν ἀμετάθετον σκέπην, τὴν ἀμετάστατον καταφυγὴν, τὴν ἀκοίμητον πρεσβείαν, τὴν ἀδιάλειπτον σωτηρίαν, τὴν σταθερὰν βοήθειαν, τὴν ἀσάλευτον προστασίαν, τὸ ἀπόρθητον τεῖχος, τὸν θησαυρὸν τῶν ἀπολαύσεων, τὸν ἀνέγκλητον παράδεισον, τὸ ἀσφαλὲς ὀχύρωμα, τὸ κραταιὸν * περιχαράκωμα, τὸν ἰσχυρὸν τῆς ἀντιλήψεως *³⁵³ πύργον, τὸν λιμένα τῶν χειμαζομένων, τὴν γαλήνην τῶν τεταραγμένων, τὴν τῶν ἀμαρτωλῶν ἐγγυητὴν, τὴν τῶν ἀπεγνωσμένων προσταγωγὴν, τὴν τῶν ἐξορισθέντων ἀνάληψιν, τὴν τῶν ἐκδιωχθέντων ὑποστροφὴν, τὴν τῶν ἄλλο-

ciorum, quodque saepius supplicando, ut benigne annueris, adigat. Quapropter, quis non beatam te depraedicet? Spectaculum, angelorum intelligentia maius; omni praestantem miraculo, summeque novam hominum felicitatem; Christianorum gentis susceptionem; peccatorum frequens asyllum; quae per horas singulas Christianorum ore verseris? Simul atque enim tremore correptus fuerit Christianus aliquis, aut pedem ad lapidem offenderit, illico tui nominis praesidium invocat. Quare ut quis nulla requie, te laudibus celebret, non existimat se celebrare, qui magis insatiabili affectu celebrare incipiat. Nemo enim satis pro dignitate celebrare possit. Qui te semper magnificare desiderat, iugi tua glorificatione, debitum in te suum apud se repetit. Cum enim multorum debitor nihil possit rependere, accumulatur gratiarum actionem, quemadmodum ipsa tutelam et protectionem accumulatur. Quia enim illa donum est optimum quod finem non habeat, iugi afficientem beneficio, velut a principio, gratiarum actione demeretur. Quis enim te admirationi non habeat, spem immutabilem, protectionem immobilem, * statum perfugium, semper *³⁵⁴ vigilem deprecationem, perennem salutem, auxilium stabile, patrocinium inconcussum, murum inexpugnabilem, thesaurum voluptatum, hortum irreprehensibilem, arcem tutam, vallum undique munitum, validam auxilii turrim, portum tempestate iactatorum, malaciam

τριωθέντων οικειώσιν, τὴν τῶν κατακεκριμένων παράθεσιν, τὴν τῶν καθηρημένων εὐλογία, τὴν δρόσον τῆς ψυχικῆς ἀρχμηρίας, τὴν σταγόνα τῆς ἐκτακείσης βοτάνης. « Τὰ γὰρ ὅσα ἡμῶν, ὡς γέγραπται, διὰ σοῦ καθάπερ βοτάνην ἀνατελεῖ » τὴν τοῦ ἀμνοῦ καὶ ποιμένος μητέρα, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν γνωριζομένην πρόξενον. Ὅσα τὰ σά, παράδοξα, « ἀληθινά, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό, ἐπιθυμήματά τε πάντα καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Καὶ γὰρ οἱ δοῦλοι σου ποθοῦμεν αὐτά, ἐν τῷ ποθεῖν αὐτά, ἀντάμειψις ἐκ σοῦ πολλή ». — « Τὰ ἐλέη σου τίς συνήσει; » Ἀλλὰ ἀρκεῖ σοι πρὸς ἔπαινον, ἀξιάγαστε, τὸ μὴ εὐπορεῖν ἡμᾶς ἐγκωμιάσαι τὰ σά. Ἔχεις ἐκ Θεοῦ τὸ μέγα πρὸς θρίαμβον ὕψος· διότι λαὸν αὐτῷ Χριστιανικὸν ἀπὸ σαρκὸς τῆς σῆς συνεστήσω, καὶ τὸ ὁμοιογενές σου, σύμμορφον τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ὁμοιωτικῆς εἰκόνας ἀπειργάσω. « Εὐλογημένον τοίνυν διὰ τοῦτο τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας ». Πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς σου. Ὑπερτέρα πάσης τῆς κτίσεως ἢ τιμῆ σου· πρὸ τῶν ἀγγέλων ἢ ὑπεροχῆ σου. « Ὑψηλοτέρα σὺ τοῦ οὐρανοῦ » ἀλλὰ καὶ πλατυτέρα τοῦ οὐρανοῦ τῶν οὐρανῶν, καὶ τοῦ Γραφικῶς παρά τινος ἀγίου ἀντιφερομένου ἐδδόμου. Ὁγδοώτερε, καὶ εἰ ἔστι τις ἕτερος, καὶ

perturbatorum, peccatorum vadum, desperatorum adductionem, exsulam revocationem, pulsorum, postliminio reversionem, alienatorum conciliationem, damnatorum commendationem, maledictorum benedictionem, rorem squalentis animae, stillam irriguumque confectae ac tabescentis herbae? Per te enim, inquit Scriptura, *ossa nostra sicut herba germinabunt*;¹ Agni et Pastoris parentem, omniumque bonorum palam conciliatricem. Tua omnia admiranda sunt, *vera, iustificata in idipsum, omniaque desiderabilia, ac dulciora super mel et favum*. Nam et servi tui ea desideramus; in illis desiderandis, *ex te*, retributio multa.² — *Quis tuas misericordias intelliget?*³ Enimvero, sat tibi ad laudem, o admirabilis, quod non possimus dignis encomiis res tuas celebrare. Magnam a Deo, ad triumphum celsitatem adeptam es, quod tua ex carne, populum ei Christianum comparaveris; quodque id quod similis tecum esset naturae, divinae eius expressaeque imaginis conforme reddideris. Quare, *benedictum nomen tuum in saecula*.⁴ Vincit solem lux tua: superat creata omnia, tuus honor et dignitas; prae angelis maior excellentia tua. *Tu coelo excelsior*,⁵ sed et coelo coelorum expansior, septimoque coelo, quod eum ex Scriptura, sanctus quidam astruit. O coelum supra octavum, et si quod ulterius octavo coelum, dici potest! Benedicta tu in gene-

¹ Isa. LXVI, 14.

² Ps. XVIII, 10-12.

³ Ps. CVI, 43.

⁴ Ps. LXXI, 17.

⁵ Iob. XI, 8.

ὑπερέκεινα τούτου λέγειν, οὐρανέ· εὐλογημένη σὺ ἐν γενεαῖς γενεῶν· ἀλλὰ καὶ εὐλογήθησαν ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Οὐδὲ γάρ ἐστι τόπος ἔνθα σὺ μὴ δοξάζῃ· οὐδὲ φυλὴ, ἐξ ἧς οὐκ ἐδλάστησαν διὰ σοῦ καρποὶ τῷ Θεῷ· ὥστε καὶ τὰ μὴ ἐπεγνωκότα σε κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ἔθνη, καινῶ δεκτῶ καὶ αὐτὰ μακαριοῦσί σε, Παρθένε. "Ὅταν γὰρ ὁ ἐκ σοῦ γεννηθῆς ἤξει « κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ὄψονται καὶ κόψονται », οἱ μὴ Θεοτόκον σε πιστῶς ὁμολογήσαι θελήσαντες· καὶ τότε γνώσονται, * ποίου θησαυροῦ *356

1822

Ἄλλ' ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ Χριστιανικῇ Θεοτόκον σεβομένοις σε πίστει, παράτεινον τῆς ἀμεταθέτου σου προστασίας τὸ ἔλεος. Καὶ τὴν γὰρ κοίμησίν σου, Θεοτόκε, ζῶν ἡγούμεθα δικαίως, καὶ σύνοικόν σε πνευματικῶς ἔχειν πεπιστεύκαμεν. Καὶ ὅταν θλίψις ἐγγὺς εἴ, ζητοῦντές σε λυτρούμεθα· καὶ ὅταν πάλιν χαρᾶς καιρὸς, σὺ εἶ ταύτης πρόξενος· καὶ ὅταν ἐν ὅλοις ὑπὸ σοῦ μεριμνῶμεθα, μεθ' ἡμῶν σε διάγειν πιστοφορούμεθα. "Ὅν γὰρ τρόπον ὁ διψῶν, πρὸς τὴν πηγὴν κατασπεύδει, οὕτω καὶ πᾶσα ψυχὴ πιστοτάτῃ πρὸς σὲ κατατρέχει, ἐμπλησθῆναι τῆς σῆς φλεγόμενη βοήθειας. Καὶ πάλιν ὥσπερ τὸ τοῦ ἀέρος ἄσθμα ζωτικὴν τοῖς ἀνθρώποις ἐμπνέει τὴν ὄσφρησιν· οὕτω καὶ σὲ παντὸς ὀρθοδόξου Χριστιανοῦ ἐπὶ στόματος προφέρει πνοή.

PG
98, 356

rationibus generationum: sed et in te, benedictionem consecutae sunt omnes tribus terrae; nullus enim locus est, ubi non honori habearis. Neque ulla tribus est, ex qua Deo, per te, fructus non genuerint: * ut et gentes, quae te usu saeculi non cognoverunt, ipsae *355 etiam tempore placito beatam te, Dei Genitrix Virgo, sint praedicaturae. Tuo enim Filio veniente *iudicare orbem terrarum in iustitia*,¹ videbunt et plangent,² qui te Deiparam, confiteri credentes noluerunt: tumque demum perspicient quanto se thesauro perverso sane consilio defraudarunt.

1822

Nobis itaque Christianis, teque Deiparam Christiana fide venerantibus, stabilis tutelae tuae misericordiam exhibe. Etenim Dormitionem tuam, o Deipara, iure vitam arbitramur; teque spiritali quadam ratione nobis contubernalem credimus. Cumque adeo ingruerit calamitas, tuum quaerentes praesidium, liberamur: rursum vero fausta, gaudii que oboriente die, eam ipsa concilias: ac postquam in omnibus nostri sollicita es, nobiscum te agere persuasum habemus. Quemadmodum enim siticulosus ad fontem properat, sic et fidelis omnis anima, tota aestuans accurrit, tuo implenda auxilio. Ac iterum, quemadmodum anhelitu haustus aër animale[m] hominibus olfactum afflat, ita et te, orthodoxi omnis Christiani flatus, ac spi-

PG
98, 355¹ Ps. IX, 9.² Zach. XII, 10.

Οὐδὲ γὰρ τοσοῦτον τῆς τοῦ ἀέρος ἀνιμώμεθα φυχαγωγίας, ὅσον τῆς τοῦ ὀνόματός σου ἀρυόμεθα σκέπης· ὡς ἐν Χριστῷ καὶ ἐν σοὶ τὸ γεγραμμένον πληροῦσθαι· « Ἀναπνοή, φησί, μυκτήρων ἡμῶν σὺ εἶ· ἐν τῇ σκέπῃ σου καὶ πνοῇ ζήσομεν ». Ποίον γὰρ γένος ἀνθρώπων, πάρεξ εἰπεῖν Χριστιανῶν, τοιαύτης ἐπέτυχε δόξης, τοιαύτης εὐπόρησεν ὑπολήψεως; Ἄγγελοι ταῖς οὐρανίων ἐγγαυριῶνται καταμοναῖς· ἡμεῖς τοῖς τῶν ἀγιοτάτων σου ναῶν εὐφραίνόμεθα σχολασμοῖς. Εἰ γὰρ ὁ Σολομώντειος ναός, πάλαι τὸν οὐρανὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἐσκιογράφει, πόσῳ μᾶλλον ἐμφύχου σοῦ ναοῦ γεγυμνασίας τοῦ Χριστοῦ, μὴ καὶ τὰς Ἐκκλησίας τὰς σὰς, ὡς ἐπιγεῖους οὐρανοὺς δικαίως ἔστιν ἀνακομπάζειν; ἀστέρεις λαμπηδογλωσσοῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ· αἱ σωματικαὶ σου, Θεομῆτορ, τῶν εἰκόνων χρωματουργίαι, τὴν ἐπίδοσιν τῶν σῶν ἡμῖν ἀναστράπτουσι δωρεῶν. Ἡλιος καὶ σελήνη τὸν ἕνα τοῦ κυκλώματος δαδουχοῦσι πλόον· πᾶς οἶκος, καὶ πᾶσα πόλις, καὶ χώρα, τὸ σόν, ἐκ τοῦ σοῦ γεννηθέντος φωτός, ἀγλαῖζεται φῶς. Διὰ τοῦτο μακάριος κἂν ἀμαρτωλὸς ὁ ἄνθρωπος, ὅτιπερ συγγενῆ σε κατ' οὐσίαν κτησάμενος εὐρέθη, καὶ θείας φύσεως διὰ σοῦ κοινωνός, « Μακάριος » ἀληθῶς, καὶ καλῶς αὐτῷ γέγονε· μᾶλλον δὲ « καὶ ἔσται καλῶς »· οὐ διαλείψῃ γὰρ τοῖς τὴν σὴν ἀντίληψιν ἕως τέλους ἔχειν ἀξιουμένους. * Ἐρρέτω θάνατος ἐπὶ σοί, Θεοτόκε, ζῶν ὅτι

*357

ratio, ore profert ac enuntiat. Nec enim tantum ab aëris haurimus oblectatione, quantum a tui nominis haurimus protectione: adeo ut in Christo, ac te impleatur quod scriptum est: *Respiratio nostrarum es tu; in tegumento tuo et umbra vivemus*.¹ Quodnam enim aliud hominum genus a Christianis, id tantum obtinuit gloriae? Tam illustri fuit existimatione? Angeli coelestibus gloriantur habitaculis, nos, incessu sanctorum templorum tuorum, feriis delectamur. Ut enim illud quondam Salomonis templum, coelum in terris adumbravit; quam nos potiori iure, cum ipsa effecta fueris vivum Christi templum, ecclesias tuas et templa, velut terrestres coelos sumus elaturi? Stellarum clarae faces loquuntur in firmamento coeli: corporeique tuarum, o Deipara, imaginum ducti colores, tuorum nobis donorum largitionem ceu stellanti fulgore coruscant. Sol et luna unius axem circuli illuminant; at domus omnis, et civitas, regioque, tuum, ex tui Nati Lumine, splendet lumen. Quapropter beatus homo, etsi peccator, quod tuam adeptus per naturam cognationem, etiam divinae, per te, naturae particeps inventus sit: *Beatus* revera, et bene illi fuit; imo, *et erit bene*;² non enim deficiet

* iis qui usque ad finem auxilium tuum obtinere meruerint. Facessat in te mors, o Deipara, quod vitam mortalibus produxeris. Facessat

*358

¹ Thren. IV, 20.² Ps. CXXVII, 2.

τοῖς ἀνθρώποις προσήγαγες. Ἐρρέτω τάφος ἐπὶ σοί, ἐπειδήπερ ὕψους ἀκαταφράστου θεῖος ἐγένου θεμέλιος. Ἐρρέτω χοῦς ἐπὶ σοί· ἀνάπλασις γὰρ εἶ, ὅτι τοῖς ἐν ὕλῃ πηλοῦ διαφθαρεῖσι κεχηρημάτικας, Δέσποινα. Οὐκοῦν πίστει σε μεθ' ἡμῶν συνανάστροφον ἔχειν ὁμολογοῦμεν. Εἰ μὴ γὰρ ἐν τούτῳ παρηγορούμεθα, ἐξέλιπεν ἂν τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ πρὸς σέ, τὸ ἡμέτερον πνεῦμα· καὶ πίστει τοὺς οὐρανοὺς, ὡς γέγραπται, κατηρτίσθαι νοοῦμεν· οὕτω καὶ σέ μετελθοῦσαν συνδιάγωγον καὶ μετὰ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος πιστευόμεν ἀναθεωρεῖν. Οὐ γὰρ ὀδύνη τοσαύτη τῇ ψυχῇ, τῆς σαρκὸς ὅταν ἀποσπασθῇ, ὅσον ὀδυνηρότερον σοῦ στερηθῆναι, πανάχραντε. "Ὅθεν κατὰ τὸ γεγραμμένον. « Κἂν τὸ σῶμά σου καθεύδει, ἡ καρδία σου ἀγρυπνεῖ ». Καὶ κἂν τὸ ἀπαραίτητον τοῦ θανάτου, τῇ ἀνθρωπίνῃ παρεδέξω φύσει, οὐ νυστάζει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων ἡμᾶς ὀφθαλμὸς σου.

1823

Οὐκ ἀμάρτυρος γὰρ ἡ μετάστασις σου· οὐδὲ ψευδῆς ἡ κοίμησις. Ὁ οὐρανὸς τῶν ἐπὶ σοί τότε συνδραμόντων διηγεῖται δόξαν· ἡ γῆ, τὴν περὶ αὐτῶν παρίστησιν ἀλήθειαν· αἱ νεφέλαι, τὴν ἐξ αὐτῶν σοι διακονηθεῖσαν βοῶσι τιμὴν· καὶ ἄγγελοι τὴν εἰς σέ τότε γενομένην ἀπαγγέλλουσι δωροφορίαν· τὸ πῶς φημι κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ οἱ ἀπόστολοι παρεγένοντο πρὸς σέ, καθάπερ καὶ Ἀμδακούμ ὁ προφήτης ἐκ μερῶν τῆς Ὀρεινῆς, ἐν ὥρᾳ μιᾷ διὰ νεφέλης

PG
98, 357

in te sepulcrum, quando inexplicabilis sublimitatis divinum facta es fundamentum. Facessat pulvis; nova quippe informatio es, quod iis, qui in limo luti corrupti essent, Domina facta sis. Te igitur, una nobiscum versari certa confitemur fide. Nisi enim nostra in eo esset posita consolatio, deficeret prae tui desiderio spiritus noster. Quomodo autem iuxta Scripturam,¹ fide intelligimus aptatos caelos, ita et te, etiam a migratione corporis, accedentem nobis comitem, velut oculis contueri credimus. Non enim tantum dolet anima, cum a corpore avellitur, quantus dolor est te privari, o immaculatissima. Hinc, iuxta Scripturam: *Etsi corpus tuum dormit, cor tamen tuum vigilat;*² et quamquam inevitabilem humanae conditionis mortis necessitatem subiisti, non tamen dormitabit, autve dormiet, nos custodiens oculus tuus.

1823

Non enim testibus caret tuus transitus; nec dormitio tua falsi quidquam habet. Enarrat coelum gloriam eorum, quae in te tunc concurrerunt; terra, eorum repraesentat veritatem; nubes, honorem quem famulatu exhibuerunt, clamant. Denique angeli, quod id temporis satellitium stiparet, annuntiant: ut nimirum apostoli ad te Hierosolymam convenerint, quemadmodum etiam Habacuc propheta, hora una, in nube raptus, surripiente angelica dextera, ex

PG
98, 358¹ Hebr. XI, 5.² Cant. V, 2.

ἀρπαγείς, καὶ ἀγγελικῆς δεξιᾶς ὑποληφθείς, ἐν τῇ Περσικῇ Βαβυλῶνι εἰς τὸν λάκκον τοῦ Δανιὴλ παρέστη. Ἄλλ' ὥσπερ ῥάνις εἰς θάλασσαν ἐπιχειομένη οὐδὲν προστίθησιν, οὐδὲ βαλάντιον πτωχοῦ, πλουσίου θησαυρὸν ἀποκενοῖ· οὕτως οὐδὲ τὰ ὕψη σου τῶν ἐγκωμίων, ἱκανός τις ἐν λόγων κατευμεγεθῆσαι φωναῖς. Ἔχεις σὺ παρ' ἑαυτῆς τὸν ἴδιον ὕμνον, ὅτιπερ Θεοτόκος ἀνεδείχθης. Οὐδὲ γάρ, ὅτι τοῖς ὡσὶν ἡμῶν παρὰ Γραφικῆς ἐξηγήσεως τοῦτο καὶ μόνον ἠκούσθη· οὐδὲ πάλιν ὅτιπερ οἱ πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν τοῦτο παναληθευούση διηγήσει, τὴν προσηγορίαν ἐκληρώσω τῆς Θεοτόκου· ἀλλ' ὅτι τὸ ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ἡμῖν, κυρίως καὶ ἀψευδῶς ἀγλωσσοχαρίτως καὶ ὀρθοδόξως, Θεοτόκον σε δι' αὐτῶν βεβαιῶ τῶν πραγμάτων· καὶ τούτου χάριν, τὸ θεηδόχον σου σῶμα, παρὰ νεκροποιοῦ καταφθορᾶς, ἔπρεπεν ὄντως μὴ συγκλεισθῆναι· ἀλλὰ καὶ τὸν τάφον ὡς ἀνθρώπινον ὑποδέξασθαι τὸ ἴδιον φύραμα· καὶ σοῦ ζωοτελῶς πρὸς τὰ οὐράνια, τῆς οικείας μεταστάσης ζωῆς· κενὸν μὲν τὸ δειχθῆναι τῆς σαρκός σου· ἀχώριστον δὲ τῆς τῶν ἀνθρώπων συναναστροφῆς εὐρεθῆναι τὸ πνεῦμά σου, ἀοράτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ὑπὸ σοῦ παρθενικῶς γεννηθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

PG
98, 360

Oratio VIII. In dormitionem SS. Deiparae, III. « Φήμη καλὴ καὶ ἀγαθὴ πιαίνει », κατὰ τὸ γεγραμμένον, « ὅστ' ἄ ». Καὶ ἡ περὶ τῆς σωματικῆς

1824

partibus Orines, Iudaeaque, Babylone Persidis, ad lacum Danielis praesto fuit.¹ Enimvero, ut gutta una nihil mari adiecit, neque pauperis crumena, divitis thesaurum evacuat; ita nemo tuarum celsitudinem laudum oratione satis extulerit. Habes plane, ipsa a te propriam laudem, quod Deipara effecta sis. Non enim quia hoc tantum, exponente Scriptura, *auribus nostris audivimus*; neque iterum *quia patres nostri*, hoc nobis verissima narratione *annuntiaverunt*,² Deiparae appellationem sortita es; sed quia ipsum opus quod es operata in nobis, proprie et vere, nihilque gratificante lingua, et orthodoxe, Dei, te, Matrem, ab ipsis rebus confirmat. Ideoque par erat, ut ne revera, corpus illud tuum quod vitam suscepisset, mortifera corruptione involveretur: ac vero, ut et sepulcrum, velut hominis propriam massam susciperet; utque te, vitae consummatione, a tua ipsa vita migrante ad coelestia; monumentum quidem tua carne ostenderetur vacuum; tuus vero spiritus inveniretur ab humana conversatione inseparabilis; invisibili eius virtute, qui ex te Virgine natus est Christus Deus noster; cui gloria in saecula. Amen.

PG
98, 359

Oratio VIII. In dormitionem SS. Deiparae, III. Praeclara fama ac bona, sicut scriptum est, *impinguat ossa*.³ Quamobrem etiam

1824

¹ Dan. XIV, 32 ss.² Ps. XLIII, 2.³ Prov. XV, 30.

κοιμήσεως τῆς Ζωοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας διήγησις, ὡς ἄτε δὴ θεο-
πνευστία καὶ εὐωδία τῆς ὑπεραγίας σαρκὸς ὑπάρχουσα τοῦ Χριστοῦ, ἀγιά-
ζει τοὺς ἀγιάζοντας αὐτήν. Ἀλλοιωθέντων γὰρ ποτε δι' ἔλεον Θεοῦ τῶν ἀν-
θρωπίνων ἐν τοῖς καταχθονίοις ὀστέων, τὸ ἄμωμον τῆς Θεοτόκου σῶμα
κατεπίανε ταῦτα τῇ διαφθορᾷ σκληρωθέντα, διότι τῇ ἀναστάσει τοῦ ὑπ' αὐ-
τῆς γεννηθέντος ἠπαλύνθησαν ὑπὲρ ἔλαιον τῇ ἀφθαρσίᾳ. Ἀλλὰ γε δὴ καὶ
ὀλίγων τῆς ἀειμνήστου μεταστάσεως αὐτῆς ἐπιμνησθῶμεν. Εὐφροσύνη γὰρ
ὡς ἀληθῶς καὶ ἡ περὶ τῆς τοιαύτης ἐξηγήσεως ἀκρόασις.

Ὅταν πρὸς ἑαυτὸν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν τὴν Ζωοτόκον αὐτοῦ μετενεγ-
κεῖν ἐβουλεύσατο Μητέρα, δι' ἀγγέλου αὐτῇ καὶ πάλιν τοῦ συνήθους τὸ τῆς
κοιμήσεως προμηνύει παραστατικόν· ὅπως μὴ καθὼς ἐν τοῖς λοιποῖς ἀνθρώ-
ποις αἰφνιδίως ὁ θάνατος ὑπερχόμενος, τάραχον καὶ αὐτῇ μετεκδημούση
ποιήσοι. Οἶδεν γὰρ ὁ τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς μερισμός, καὶ τῶν μεγάλων
ἀνθρώπων περίλυπον ποιεῖν τὸ πνεῦμα. Ἴνα οὖν μὴ καὶ αὐτὴ ἀπροόπτως
μετερχομένη, τῷ φυσικῷ τῆς σαρκὸς ιδιώματι θορυδηθῇ, ὡς μὴ προεγνω-
κυῖα τὴν ἰδίαν ἐξοδον, ἢ τὸν γνώστην τῶν ὄλων τεκοῦσα Θεόν, ἀποστέλλεται
πρὸς αὐτήν ὁ ἀγγελος, προθαρσύνων αὐτήν τοῖς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τοι-
ουτοῖσι λόγοις·

instituta de corporali Vitae parentis semperque Virginis Mariae
Dormitione narratio (quippe quae divinus odor ac fragrantia sit
sanctissimae carnis Christi) eos sanctificat, qui ipsam sanctificant.
Immutata enim quandoque ex Dei misericordia apud inferos hu-
mana ossa, immaculatum sanctae Dei Genitricis corpus plane im-
pinguavit, cum ea ex corruptione indurissent: quippe quae Nati
ex ea resurrectione, exspectata incorruptione mollita sunt super
oleum.¹ Enimvero nos quoque paucis, eius perpetua digni memoria
Transitus memoriam recolamus. Vere namque etiam laetitia, eius-
modi narrationis auditio est.

Cum Christo Deo nostro constitutum esset, ut quae vitae parens
exstitisset, Matrem suam transferret, per angelum rursus ei fami-
liarem in procinctu esse eius Dormitionis tempus praenuntiat; ne
sicut in reliquis mortalibus, mors repente ingruens, ipsi quoque
vivi excessurae aliquam turbationem afferret. Ne igitur etiam illa
improvisae saeculo migrans, naturali carnis proprietate turbaretur,
ut quae suum ipsa excessum non praenovisset, Dei scilicet qui univer-
sorum creator est, parens mittitur ad eam angelus, qui ex Christi
persona verbis istiusmodi eius praemuniret animum, ac fiduciam
augeret.

¹ Ps. LIV, 22.

Καιρός, λέγει Κύριος, τὴν ἐμὴν προσλαβέσθαι σε μητέρα. Καθὼς οὖν τὴν γῆν καὶ τοὺς ἐν τῇ γῆι χαρᾶς ἐπλήρωσας, κεχαριτωμένη, χαροποίησον καὶ τὰ οὐράνια πάλιν. Φαίδρουνον τὰς τοῦ Πατρὸς μου μονάς· ψυχαγώγησον, καὶ τῶν ἁγίων τὰ Πνεύματα. Ὅρωντα γὰρ τὴν σὴν πρὸς ἐμὲ τιμητικὴν καὶ ἐξ ἀγγέλων δορυφορουμένην μετάθεσιν, πληροφοροῦνται πιστῶς, ὡς διὰ σοῦ καὶ ἡ τούτων μερὶς ἐν τῷ ἐμοῦ κατοικήσει φωτί. Ἔρχου δὴ σὺν ἀγαλλιάσει. Χαῖρε καὶ νῦν, ὥσπερ καὶ πρόην. Διὰ πάντων γὰρ ἔχεις τὸ κεχαριτωμένον τῆς προσηγορίας ἀξίωμα. Ὡς ὅταν σὺ μέλλουσα συλλαμβάνειν με, χαίρειν ἐμνηύθης, χαῖρε καὶ ἄρτι προσλαμβάνεσθαι ζητούμενη παρ' ἐμοῦ. Μὴ ταρραχθῆς ἐγκαταλιποῦσα τὸν φθειρόμενον σὺν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ κόσμον. Τὴν φθορὰν αὐτοῦ παρεᾶς· ἐπεὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ τῆς ἀντιλήψεως ὄρφανούς οὐκ ἀφήσεις· ἀλλ' ὥσπερ ἐγὼ μὴ ὦν ἐκ τοῦ κόσμου, ἐπιβλέπω καὶ διοικῶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ· οὕτως καὶ ἡ σὴ προστασία οὐκ ἀφαιρεθήσεται μέχρι συντελείας ἐκ τῶν τοῦ κόσμου.

361 Μὴ θρυλλήσει σε σαρκὸς ἀφειδίασις· πρὸς ζωοτέραν ἐπανάρχη ζωὴν, πρὸς ἀνάπαυσιν χαρᾶς, πρὸς εἰρήνην ἀκατάκρατον, πρὸς ἀμέριμνον διαγωγὴν, πρὸς ἀπαθῆ τρυφήν, πρὸς ἀπερίσπαντον διαμονήν, πρὸς ἀτελεύτητον ἀπόλαυσιν, πρὸς ἄδυτον φῶς, πρὸς ἀνέσπερον ἡμέραν, πρὸς ἐμὲ αὐτόν, τὸν

1825

Tempus est, ait Dominus, ut te Matrem meam assumam. Quem-admodum igitur terram, et qui in terra sunt, gaudio replevisti, gratia plena, sic et coelestia rursum laetifica. Patris mei mansiones exhilara: sanctorum item Spiritus recrea. Videntes enim illi tuam ad me celebri cultu ac stipantibus angelis translationem, certa ducuntur fide sibi que persuadent fore, ut per te eorum quoque portio in mea inhabitet luce. Veni igitur cum exsultatione. Ave et nunc et gaude, uti et pridem:¹ habes enim in omnibus, eius, quod est esse plenam gratiae, nominis dignitatem. Ut cum me esses conceptura, gaudii nuntium accepisti: gaude et modo, quae a me assumenda invitaris. Ne te turbaverit, quod mundum relinquant, qui corrumpitur cum desideris suis. Eius transmittis corruptionem; nam neque eos qui in mundo sunt, tua destitutos ope dimissura es: sed sicut ego, cum de mundo non sim, eos qui in mundo sunt propitiis intueor oculis, ac providentia guberno; sic nec tua a mundo usque ad summationem auferenda protectio est.

362 Non franget te neglecta carnis cura: ad vivaciorem vitam reverteris, ad gaudii requiem, ad tranquillissimam summamque pacem, ad vitam nullis curis anxiam, ad delicias omni labe carentes, ad perennitatem quietissimam, ad iucunditatem immortalem, ad lucem occasus nesciam, ad diem vespere non obscurandum, ad

1825

¹ Le. I, 28.

τοῦ παντός καὶ σοῦ Ποιητῆν. "Ὅπου γὰρ ἐγώ, ἐκεῖ ζωὴ αἰώνιος, χαρὰ μὴ συγκρινομένη, κατοικία μὴ ἐξισομένη, πολιτεία μὴ φθειρομένη. "Ὅπου τοίνυν ἐγώ, καὶ σὺ μέλλεις ὑπάρχειν, ἀχώριστος μήτηρ, ἐν ἀδιαζεύκτῳ Υἱῷ. "Ὅπου Θεός, πᾶσα ἀγαθωσύνη, πᾶσα τερπνότης, πᾶσα φαιδρότης. Οὐδεὶς ἰδὼν τὴν δόξαν μου, παρεᾶσαι ταύτην ἐθέλησεν. Οὐδεὶς ἐλθὼν εἰς τὴν καταπαυσίν μου, τὰ τοῦ φθαρτοῦ πάλιν κατεζήτησεν κόσμου. Πέτρος ἐρωτάσθω, εἰ ὁμοία σύγκρισις τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Θαβωρίου ὄρους, ὅταν ἐν αὐτῷ τὴν ἐμὴν ἐθεάσατο πρὸς ὀλίγον καιρὸν δόξαν.

Ἐν τῷ κόσμῳ τῶν φθαρτῶν διαγούσης σου, ὀπτασίᾳ τὴν ἐμὴν σοὶ ἐνεφάνιζον δύναμιν μεταβαινούσης σου τοῦ βίου, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἐμαυτὸν ὑποδείξω σοι. Δὸς ἀθλίπτως τῇ γῆ τὰ ἴδια. Ἐμὸν τὸ σὸν σῶμα· καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ χειρὶ μου τὰ πέρατα τῆς γῆς, οὐχ ἀρπάζει τις οὐδὲν ἐκ τῆς χειρός μου. Ἐμοὶ τὸ σῶμά σου πίστευσον, ὅτι καὶ γὰρ τῇ κοιλίᾳ σου τὴν ἐμὴν παρεκατέθεμην θεότητα. "Ὁψεται τοῦ Πατρὸς μου τὴν δόξαν ἢ ἔνθεός σου ψυχῇ. "Ὁψεται τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ τὴν δόξαν τὸ ἀμίαντον σῶμά σου. "Ὁψεται τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν δόξαν τὸ ἀχραντον πνεῦμά σου.

1826

Οὐ καυχῆσεται θάνατος ἐπὶ σοί· Ζωὴν γὰρ ἐκήυσας. Σκευὸς ἐμὸν ἐγένου· οὐ βραγῶσει τοῦτο σύντριμμα θανατοφθόρου καταπτώσεως. Οὐκ ἀμαυρώσει

PG
98, 361

meipsum, huiusce rerum universitatis tuumque Conditorem. Nam ubi sum ego, illic vita aeterna, incomparabile gaudium, habitatio non exaequata, nulli obnoxia interitioni civitas. Ubi igitur ego sum, debes et ipsa esse, inseparabilis mater, in Filio indivulso. Ubi Deus, omnis bonitas est, omnis oblectatio, omnis iucunditas. Nemo qui viderit meam claritatem, ab ea abscedere in animum induxit. Nemo ingressus in meam requiem, quae sunt mundi perituri denuo requisivit. Ex Petro sciscitare, parne mundi comparatio ac montis Thaborii, tum cum ibi constitutus ad breve momentum meae spectator claritatis fuit.

Dum in mundo corruptibili vitam ageres, meam tibi in visione exhibebam potentiam; emigranti e vita, ipse me tibi facie ad faciem ostendam. Nihil gravate terrae cedito, quae sunt eius propria. Tuum corpus meum est: quodque in manu mea sunt omnes fines terrae,¹ nemo quidquam rapiet de manu mea. Tuum mihi corpus concredito; nam et ego divinitatem tuo utero deposito tradidi. Videbit Patris gloriam divina anima tua: videbit unigeniti Filii eius claritatem intemeratum corpus tuum: videbit sanctissimi Spiritus maiestatem impollutus spiritus tuus.

1826

Nihil in te mors gloriabitur, ut quae Vitam utero gestaveris. Vas meum effecta est: haud illud lethalis casus contritio confringet:

PG
98, 362

¹ Ps. XCIV, 4.

τοῦτο ζόφου κατασκιασμός. Ἔρχου προθύμως πρὸς τὸν ὑπὸ σοῦ γεγεννημένον. Εὐφραῖναί σε βούλομαι τεκνοχρέως· ἀποδοῦναί σοι τὰ τῆς μητρικῆς κοιλίας ἐνοίκια· τῆς γαλακτοτροφίας τὸν μισθόν· τῆς ἀνατροφῆς τὴν ἀντάμειψιν· τοῖς σπλάγγχοις σου τὴν πληροφορίαν. Μονογενῆ με κεκτημένη, μήτηρ, Υἱόν, συνοικῆσαι μοι μᾶλλον προτίμησον· οὐκ ἀντιπερισπάσαι γὰρ οἶδα πρὸς ἐτέρου τέκνου διάθεσιν. Ἐγὼ σε παρθένον ἀνέδειξα μητέρα· ἐγὼ σε καὶ εὐφραινομένην ἐπὶ Τέκνῳ καταστήσω μητέρα. Ἐγὼ σοι τὸν κόσμον χρεώστην ἀναδείξω, καὶ μετερχομένης πλεῖον σοῦ τὸ ὄνομα καταδοξάσω. Ἐγὼ σε τεῖχος κοσμικὸν οἰκοδομήσω, γέφυραν κλυδωνιζομένων, κιβωτὸν διασωζομένων, βακτηρίαν χειραγωγουμένων, πρεσβείαν ἀμαρτανόντων, καὶ κλίμακα πρὸς οὐρανὸν τοὺς ἀνθρώπους ἀναδιβάζειν ἰσχύουσαν.

Ἔρχου μετ' εὐφροσύνης. Ἄνοιξον σὺ τὸν παράδεισον, ὃν ἡ συγγενῆς σου καὶ ὁμοφυῆς ἀπέκλεισεν Εὐά. Εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Υἱοῦ σου· ἄφες τὴν κάτω Ἱερουσαλήμ· ἀνάδραμε πρὸς τὴν οὐράνιον πόλιν, ὅτι τῆς κάτω Ἱερουσαλήμ μεγαλυνθήσεται μετὰ μικρὸν « ὁ κοπετός, ὡς κοπετός, κατὰ τὸ γεγραμμένον, * ῥοῶνος ἐκκοπτομένου ἐν πεδίῳ ». Προσανακλήθητι, καὶ μόνον ἐν σχήματι τῷ Γεθσημανῆ τοῦ μνήματος χωρίῳ· οὐκ ἀφήσω σε χρονίως ὀρφανὴν ἐν αὐτῷ. Ἔρχομαι πρὸς σὲ παρευθύ, τοῦ κατατεθῆναί σε κηδευ-

haud caliginis obtenebratio in obscurum trahet. Veni ad Natum tuum propensa animi voluntate, Filii debito laetificare gestio: materni uteri hospitii commodati praemia reddere: quod lac praeberis, mercedem dare: quod educaveris, vicem rependere; ratam visceribus tuis fidem facere. Quae me, Mater, Filium unigenitum nacta sis, mecum potius commorari velis; sat enim novi ad alterum te filium non amore distrahi. Ego te virginem matrem effeci. Ego te quoque laetantem super Filio matrem constituam.¹ Mundum tibi debitorem praestabo, et emigrantis nomen tuum maiori gloria collustrabo. Ego te mundi murum exaedificabo, eorum pontem, qui fluctibus iactantur, eorum qui manu ducuntur baculum, peccatorum advocatam, scalam denique quae provehere in coelum mortales sufficiat.

Veni cum laetitia. Aperi paradisum, quem cognata tua Eva, eiusdemque consors generis oclclisit. Intra in gaudium Filii tui. Dimitte terrenam Ierusalem: ad coelestem excurre civitatem; quippe cum brevi post terrenae Ierusalem *planctus magnus futurus sit*, uti scriptum est, *sicut planctus * malogranati quod succiditur in agro*.² Decumbe, atque id ad speciem tantum, in Gethsemane monumenti loco: haud in longum tempus in eo te orbam traham. Veniam ad te mox ac iustis persolutis in monumento deposita fueris,

¹ Ps. CXII, 9.

² Zach. XII, 11.

θεῖσαν ἐν τῷ μνημείῳ, οὐ συλληφθησόμενος πάλιν ὑπὸ σοῦ, ὡς ἐφ' ἄπαξ οἰκήσας ἐν σοί, ἀλλὰ παραληψόμενος μᾶλλον συνοικεῖν ἐμοί. Θεὸς ἐν τῷ Γεθσημανῇ χωρίῳ τεθαβήκωτος τὸ σῶμά σου, καθὼς ἐγὼ πρὸ τοῦ παθεῖν με δι' ἀνθρωπίνην προσευχὴν ἐκεῖσε τὰ γόνατα. Σοῦ γὰρ προτυπούμενος τὴν κοίμησιν, ἔκλινα καὶ γὰρ πρὸς τὸ τοιοῦτον χωρίον τὰ ἐμὰ τοῦ ἐκ σοῦ σώματος γόνατα. Ὡς οὖν ἐγὼ μετὰ τὴν τότε γονυκλισίαν πρὸς τὸν ζωοποιὸν ἐξῆλθον καὶ ἐκούσιον τοῦ σταυροῦ μου θάνατον, καὶ σὺ μετὰ τὴν κατάθεσιν τοῦ σοῦ λειψάνου πρὸς ζῶν παραχρῆμα μετατεθήση.

Ἴδου καὶ οἱ ἐμοὶ καταλαμβάνουσι πρὸς σέ μαθηταί, δι' ὧν τιμίως καὶ εὐλαδῶς ἐνταφιασθήση, τῶν πνευματικῶν υἱῶν τοῦ φωτός μου. Οἷς, ὡς καθὼς σὺ προσμαρτυρεῖς, υἰοθεσίας χάριν ἐδωρησάμην. Καὶ δὴ παρ' αὐτῶν ἐνταφιαζομένη, ὡς ἐξ ἐμοῦ χειρῶν λογιζου κηδευομένη. Καὶ γὰρ οὐδὲ πρέπει παρ' ἐτέρων σέ κηδευθῆναι, εἰ μὴ παρὰ τῶν ἐμῶν ἀποστόλων, ἐν οἷς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατοικεῖ· οἱ καὶ τὸ ἐμὸν ἀναπληρώσουσι πρόσωπον, ἐπὶ τιμῇ τῆς ἐξόδου σου, πανάχραντε.

Τούτων ἀκούσασα τῶν ἀγγελιῶν ἡ Θεομήτωρ ἐχάρη χαρὰν μεγάλην, καταφρονήσας παντελῶς τῆς προσκαίρου ζωῆς τῶν ἀνθρωπίνων. [...]

1827

Τούτων μεταξὺ φθάζει καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ὡς ἐκ μηρόθεν κινήσας τοῦ κηρύγματος. [...] * Ἴδον τὸν Παῦλον οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐψύχησαν, τῇ βαθμικῇ τοῦτον προανατάξαντες ἐντίμως καθέδρα. Δέχεται τοῦτον ἰλαρῶς

PG
98, 365
*368

non qui a te denuo concipiendus sim, qua ratione in te semel habitavi, sed qui potius contubernalem mihi futuram sim assumpturus. Pone fidenter corpus tuum in loco Gethsemane, qua ratione ego ante passionem humano more in oratione eo ipso loco prostravi mei corporis genua. Sicut igitur ego, ubi tunc genua flexissem, ad vivificam ac sponte assumptam exii meae crucis mortem, sic tu quoque post depositum corpusculum, ad vitam confestim traduceris.

En mei quoque ad te veniunt discipuli, quorum manibus honorifice ac reverenter tuum curabitur funus, qui scilicet spiritales meae filii sunt lucis. Iis, ut tu ipsa testis es, adoptionis gratiam impartivi. Ac sane iis iusta solventibus, haec me tibi solvere existima, atque meis ipsum manibus tibi parentare. Nam neque decet ut his tibi officiis ulli alii defungantur, praeterquam apostoli mei, in quibus etiam habitat Spiritus sanctus, qui et meam personam explebunt, o intemeratissima, in honore tuarum exsequiarum.

His Dei Mater nuntiis acceptis, gavisissima est gaudio magno, sprete penitus temporanea mortalium vita. [...]

1827

Interim advenit et Paulus apostolus, ut quem procul terris dissitum, evangelicae praedicationis functio detineret. [...] * Viso Paulo apostoli animis recreati, in suppedaneo scabellum reverenter

PG
98, 366
*367

ἡ Παρθένος· ῥίπτει Παῦλος ἑαυτὸν εἰς τοὺς θεοδαστάκτους αὐτῆς πόδας, καὶ μαθῶν ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὸς παραγέγονεν, σὺν μεγάλῳ καὶ ἐνδακρῷ στεναγμῷ ἀνοίξας τὸ ἔτοιμον καὶ διδασκαλικὸν αὐτοῦ στόμα, ἐγκωμιάζει μεγάλως τὴν Παρθένον. [...]

Μετὰ δὲ καὶ ἄλλων πολλῶν παρὰ Παύλου, καθὼς μαθεῖν ἠδυνήθημεν, πρὸς ἐπαίνων ἐντεύξεις τῇ Θεοτόκῳ προσαχθέντων, συντάσσεται πᾶσιν ἡ Παρθένος. Ἀναπίπτει τῷ ἐκστρωθέντι παρ' αὐτῆς κραδάτῳ· σχηματίζει τὸ ἄμωμον ἑαυτῆς ὡς ἠβουλήθη σῶμα· ἀφήσιν ὡς ἐν ὕπνῳ τὸ πνεῦμα. [...]

Ποιεῖ τοίνυν τὴν εὐχὴν ὁ Πέτρος· αἴρουσιν οἱ λοιποὶ τῶν ἀποστόλων ἐν ὤμοις τὸ κλινάριον· ὕμνοις καὶ φώτοις τὸ σῶμα τῆς Παρθένου πρὸς τὸ μνήμα τιμίως καὶ εὐλαβῶς ἐξοδεύοντες. [...]

*369 * Γνώμη δὲ καὶ ἐπιλογῇ τῶν ἀποστόλων κοινῇ, Πέτρος καὶ Παῦλος ὑπολαβόντες τὴν ἔνθεν ἀκεῖθεν τοῦ κραδάτου χαλαστικῶς ἀποκρεμαμένην σινδόνα, τιθέασιν τὸ λείψανον ἐν τῷ μνημείῳ, τῇ σινδόνι τὴν ψαῦσιν ἐπιβαρῆσαντες, καὶ οὐχὶ τῇ χειροθεσίᾳ καταχρησάμενοι τῇ ἰδίᾳ οἱ πανεύδοξοι καὶ ὑπερευλαβεῖς ἀπόστολοι· οἱ διὰ τὸν πόθον τοῦ Θεοῦ, τὸν φόβον αὐτοῦ φανερόν δειξάντες τότε οἱ πρὸς ταπεινώσιν ὑψηλοὶ καὶ οὐράνιοι γεωλόφοι· οἱ τιμητικοὶ καθυπουργοί, καὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ κατορθωταί· οἱ τὸν Υἱὸν διὰ τῆς μητρός, τὴν μητέρα διὰ τὸν Υἱὸν ὑπερτίμως σεβασθέντες· οἱ διὰ τὸν ἔνσαρκον γεγονότα Θεόν, τῇ χορηγῷ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, γνησίως

prima illum sede collocarunt. Suscipit illum Virgo hilari vultu. Paulus, ad eius se pedes iactat; ac, ubi didicisset quamobrem et ipse venisset, ingenti ac lugubri gemitu expeditum os suum et doctrinae assuetum aperiens, magnifice Virginem encomio celebrat. [...]

Interim vero etiam multis aliis laudum praeconiis, quantum nosse licuit, Pauli ore Dei Genitrici oblatis, supremum cunctis Virgo vale dicit: tum grabato, quod instraverat, decumbit: atque, ut libuit, intemerato corpusculo suo composito, velut in sommo spiritum dimittit. [...] Petrus itaque precationem fundit: apostoli reliqui sublato in humeros feretro, Virginis corpus cum canticis et luminibus, honesto cultu ac reverentia ad monumentum pompa efferunt. [...] * Communi vero apostolorum sententia, Petrus et Paulus hinc inde ex grabato, laxo tractu demissum pendensque linteum suscipientes, sanctum cadaver tumulo inferunt. Cum nempe sacri pignoris onus linteo incumberet, nec sua ipsi manu contingerent, clarissimi supraque modum religiosi apostoli, quo in Deum amore ferebantur, ipsius tunc palam timorem prodentes, viri scilicet ad humilitatem sublimes, ac coelestes colles; ministri honore impensi, ac Christi magnifice dilectione strenui; qui Matris interventu Filium, inque Filii gratiam Matrem eximio cultu atque honore persecuti sint: qui propter Deum incarnatum, sincero tunc affectu,

τότε δεδουλευκότες Μητρί. Ὡν ἐκ χειρῶν, πάντων ἀποσκοπούντων τὸ ἄχραντον ἀφηρηπάρη τῆς Παρθένου σῶμα. Καὶ ὁ μὲν ἀρπάσας αὐτό, πᾶσιν ἄδλεπτος· Θεὸς γὰρ ἦν ἀθεώρητος· ἡ δὲ σινδὼν ἐν νεφέλῃ κούφῃ ἐν τῇ σαρκικῶς προφητευομένη κούφῃ νεφέλῃ, ταῖς χερσὶ τότε τῶν ἀποστόλων, κούφως ἀνεμιζομένη κατεφάνη.

Ἐγνώσαν οἱ μαθηταὶ τὴν πρὸς τὴν Μητέρα τοῦ Χριστοῦ σὺν ἀγγέλοις παρουσίαν· ὅφ' οὗ καὶ μεταστᾶσαν αὐτὴν πιστωθέντες, ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ ἐν αἰνέσει φωνῆς αὐτῶν, ταῦτα καὶ πρὸς τὸν λαὸν διεξελοθέντες· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τοῦτο νῦν γνωστὸν ὑμῖν ἐδείχθη πᾶσι περὶ Μαρίας τῆς κατὰ σάρκα μητρὸς τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἅμα ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦτο νεκρὰ παραγενομένη, παρὰ τῶν ἡμετέρων ἀνελήφθη χειρῶν. Μηδεὶς οὖν δύσπιστος ἐν τούτῳ δειχθῆ. Μηδεὶς ἡμῖν ὡς ἐπὶ σώματος τοῦ Χριστοῦ κλοπὴν καὶ ἐν τῷ ταύτης λειψάνῳ ψευδῶς ἐπεγαλείτω· ἀλλ' ἐὰν ἀκουσθῆ τοῦτο παρὰ τοῦ ἡγεμόνος καὶ τῶν ἀρχιερέων ὑμῶν, ἀμέριμνον τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ τὸ ψεῦδος, ποιήσητε. Γίνεσθε μάρτυρες, ὧν ἐθεάσασθε. Γίνεσθε νέοι καὶ ὑμεῖς σαρκικοί τινες ἄγγελοι κατὰ τὸ μνῆμα σήμερον πορευθέντες. Πτερώσατε τὴν ἑαυτῶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ γλῶσσαν. Εἴπατε καὶ ὑμεῖς· Ἴδε ὁ τόπος, ὅπου τέθαπται μὲν ἡ Παρθένος· μετετέθη δὲ ἡ ζωστόκος Μαρία. Ἴδε καὶ ἡ σινδὼν

Matri quae carnem ministravit, obsequii vicem dependerent. E quorum manibus, cunctis spectantibus, intemeratum Virginis corpus abreptum fuit. Ac quidem, quisnam rapuerit, vidit nemo: Deus quippe is erat, oculis inaspectabilis; linteum vero in nube levi, in ea quae carnali ratione nubes levis prophetico prodita oraculo est,¹ apostolorum tum manibus leviter in auras sublatum apparuit.

Agnovere discipuli Christi ad Matrem angelis stipantibus adventum; indeque eam quoque translata sibi certo statuentes, Deo gloriam dederunt in laude vocis suae; talia propemodum etiam ad populum orantes: Viri Israelitae, id nunc cunctis vobis de Maria, quae Christi carne mater exstitit, notum effectum est; cum nempe una nobis vobisque deducentibus, ad monumentum hoc extincta venisset, nostris e manibus assumptam fuisse. Nemo igitur se in hac parte ad fidem difficilem praebeat. Nemo nobis, velut in Christi corpore, in eius quoque cadavere crimen imponat: sed, si contingat rem audiri a praeside, vestrisque pontificibus, veritatem, non mendacium cura eximite. Estote testes eorum quae vidistis. Estote vos quoque novi quidam carnales angeli, in monumento hodie deambulantes. Vestrae et ipsi linguae in veritate alas accommodate. Dicite et vos: Ecce locus ubi Virgo sepulta fuerat, at translata est, vitae parens * Maria. Ecce et linteum absque illa quae, illo fuerat

*371

¹ Isa. XIX, 1.

*372 * χωρὶς τῆς ἔνδον σπαργανωθείσης ἐπιζητοῦσα τὴν ἐν αὐτῇ κατασφιγχνθεῖσαν, ἣν ὡς ἄψυχον ἐσπαργάνου, καὶ ὡς ἐμψύχῳ νῦν ὑποστρωθῆναι ποθεῖ. Γίνεσθε καὶ ὑμεῖς γυναῖκες μυροφόροι τῆς μεταστάσης. Δράμετε, ἀπαγγείλατε τὴν ταύτης ἐκ τοῦ ζωοπαραδέκτου μνημείου μετάθεσιν.

Μακάριον καὶ σὺ Γεθσημανῆ τὸ χωρίον, καὶ τοῦ Ἰωσήφ κήπου παραπλήσιον δόξαν εὐράμενον. Ἐκεῖ Πέτρος καὶ Ἰωάννης δραμόντες τὰ ὀθόνια καὶ τὸ σουδάριον εὐρόντες, ἐπίστευσαν τὸν Χριστὸν ἐξαναστῆναι· ἐν σοὶ δὲ τῇ Γεθσημανῇ πάντες, οἳ τε μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμεῖς καὶ ὁ σωρευθεὶς ἐν ταύτῃ τῇ κηδεῖα τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας [ὄχλος] τὴν ταφεῖσαν ἐν τῷ μνημείῳ τεθεῖσαν καὶ μετατεθεῖσαν ἴδομεν. Ἡ τις χωρὶς πάσης ἀντιλογίας πρὸ τοῦ συγκλεισθῆναι τῷ λίθῳ τοῦ μνήματος, ταύτῃ γέγονεν ἀφανής· ἵνα μὴ σφραγίδων δίχα καὶ φυλάκων χωρὶς κατατεθεῖσα, εὐκαιρον ἀφορμὴν περὶ κλοπῆς τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐμποιήσῃ. Ἄλλ' ἰδοὺ ὑμνουμένη καὶ τῷ τάφῳ κατακενουμένη, καὶ τὸ μνήμα κενὸν ἀφῆκεν· καὶ τὸν παράδεισον τῆς ἰδίας ἐγένεμισε δόξης, καὶ τῆς οὐρανόυ ζωῆς τὴν κατάπαυσιν ἔχει· καὶ μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ τρυφῆς συγκάτοικος ὑπάρχει. Τοσοῦτοι καὶ τῶν ἀποστόλων περὶ σοῦ τῆς Θεομήτορος οἱ λόγοι.

PG
98, 372

Ἄλλ' ἀρκούμενος ἀγῶ τῇ προπετεία τῶν προσαχθέντων σοὶ παρ' ἐμοῦ,

1828

involuta, eam quaerens quam astrinxerat; et cui velut inanimi, sepulchrale linteum fuerat, huic nunc tamquam animatae atque viventi substerni amat. Estote vos quoque eius, quae translata est, mulieres unguenta ferentes. Currite, annuntiate translationem eius ex tumulo, quod vitam tantisper susceperat.

Tu quoque beatum praedium Gethsemane, proximamque Iosephi horto gloriam consecutum. Illuc Petrus ac Ioannes cum cursu advollassent, inventis linteaminibus et sudario, Christum resurrexisse crediderunt: ¹ in te vero Gethsemane cuncti, tum nos scilicet Salvatoris discipuli, tum qui ad Mariae semper Virginis exsequias has confluxerat populus, sepultam in monumento positam atque translata[m] conspeximus. Extra enim omnem controversiam, cum necdum ostium monumenti fuisset lapide oclusum, subtracta oculis est; ne absque signaculis ac custodibus deposita, furti calumniae perviam incredulis occasionem praeberet. At ubi laudibus celebrata, fusa tumulo est, monumentum quoque vacuum reliquit, ac paradisum propria implevit gloria; coelestis scilicet vitae requiem adepta, ac deliciarum quae sunt cum Deo contubernalis effecta. Tanta aliaque de te, Deipara, Apostolorum praeconia.

PG
98, 371

Sed cum mihi quoque, intemeratissima Virgo, sufficiat, sermo-

1828

¹ Io. XX, 5, 8.

πανάχραυτε Δέσποινα, λόγων (ἐπιλείπει γάρ ὁ αἰὼν τοὺς τὰ σὰ τολμῶντας ἐγκωμιάζειν) ἐν τούτοις στήσω τὸν ὕμνον. Μέμνησο Χριστιανῶν τῶν σῶν δούλων. Παράθου καὶ πάντων δεήσεις, τὰς ὄλων ἐλπίδας. Τὴν πίστιν στερέωσον· τὰς Ἐκκλησίας ἔνωσον· τὴν βασιλείαν τροπαιοφόρησον· τῷ στρατῷ συμπολέμησον· τὸν κόσμον εἰρήνευσον, καὶ πάντα κινδύων καὶ πειρασμῶν λυτρουμένη, ἀκατάκριτον ἐκάστῳ τὴν ἡμέραν τῆς ἀναποδόσεως παρασχεθῆναι δυσώπησον. Πρὸς τίνα γὰρ ἄλλον ἀπελευσόμεθα; Ῥήματα ζωῆς ἔχεις τὰ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῆς σῆς παραθέσεως ἱκετεύματα. Σὺ γὰρ εἶ ἡ πάντοτε ποιήσασα, καὶ ποιεῖν μὴ ἐνδιδοῦσα μεγαλεῖα μεθ' ἡμῶν· καὶ ἅγιον τὸ ὄνομά σου τὸ ἐξ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων μακαριζόμενον ἐν πάσαις γενεαῖς γενεῶν, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

1829

Oratio IX. In SS. Deiparae Zonam. « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ », * ὁ θεῖος ἡμῶν ἐν Πνεύματι ὑπέψαλλε Δαβὶδ· πάλιν ὄντως ἀριδηλότατα, περὶ ἧς δεδοξασμένα λελάληται, καλῶν τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου πόλιν δὴ ταύτην οἶμαι σαφέστατα καὶ ἀναντιρρήτικώτατα, τὴν ὄντως ἐκλελεγμένην, καὶ πασῶν ὑπερέχουσαν φάναι· οὐκ ὑπεροχῇ δομημάτων, καὶ ὕψει γεωλόφων ἐπαρμάτων· ἀλλὰ τὴν τῇ μεγαλοφυῖα τῶν ἐνθέων ὑπερημένην ἀρετῶν, καὶ τῇ καθαρότητι ὑπερέχουσαν Μαρίαν τὴν ὑπέραγνον,

PG
98, 372
*373

num a me tibi oblatorum temeritas (deficiet enim saeculum, si qui velint res tuas laudare), in his cantico finem imponam. Memento servorum tuorum Christianorum. Cunctorum commenda preces, universorum statue spes, fidem confirma, Ecclesias ad unitatem coge, imperium tropaeis auge, exercitui auxiliare, mundum pace compone, cunctosque a periculis et tentationibus liberans, unicuique a damnationis reatu solutam praestari exora retributionis diem. *Ad quem enim alium ibimus? Verba vitae aeternae habes,*¹ tua nimirum ad Deum pro nobis commendationis vota. Tu enim es quae feceris semper, nec unquam cesses facere, nobiscum magnalia. Et sanctum est nomen tuum, quod ab angelis et hominibus, in omnes generationes generationum beatum praedicatur, et modo, et usque in saeculum saeculorum. Amen.

1829

Oratio IX. In SS. Deiparae Zonam. *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei,*² * divinus nobis in Spiritu succinit David; vere rursus clarissime, de qua dicta sunt gloriosa, nimirum civitatem magni Regis apertissime vocans, citraque omnem dubitationem, eam quae vere electa est, cunctisque eminet; non altius fastigiatis aedibus, non tumulis surrigentibus; sed quae divinarum excellentiumque virtutum magnificentia, ac praestanti puritate, castissima ac immaculatissima

PG
98, 371
*374¹ Io. VI, 69.² Ps. LXXXVI, 3.

καὶ ὑπεράμωμον Θεοτόκον. Ἐν ᾧ ὁ ὄντως ὢν Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων κατεσκήνωσε· μᾶλλον δέ, ἐν ἧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος κατώκησε σωματικῶς.

Αὕτη ὄντως δεδοξασμένη πόλις· αὕτη νοητὴ Σιών. Ταύτην, οἶμαι καὶ Δαβὶδ θεόθεν προανεφώνησεν. Εἰ δέ τις καὶ τὸν ταύτης οἶκον δεδοξασμένην πόλιν καλέσειε, οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ καλοῦ φήσειεν. Εἰ γὰρ οἷς τὰ ὀνόματα ἐπὶ τῶν γαιῶν ἐπικέκληνται, εἰς μακρὸν τὴν μνήμην τῆς κλήσεως διασώζουσιν· ἄλλων δὲ ὢν οὐδὲ διὰ χειλέων δίκαιον τὰ ὀνόματα φέρειν, στήλαι καὶ τεμένη, καὶ εἰδῶλα μέχρι καὶ τῆς σήμερον, εἰ καὶ τῇ φήμῃ μόνη· ἀλλ' οὖν ὑπερεκτέτανται, καὶ ὡς αὐτοὶ περιόντες, τοῖς τῶν ἀφελεστέρων ὡσὶ διεκωδωνίσθησαν, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῆς θεοδοξάστου καὶ πανυμνήτου κόρης τῆς παναχράντου καὶ παναμώμου; Εἰ γὰρ αὕτη πόλις ἔμψυχος τοῦ βασιλέως ἐχρημάτισε Χριστοῦ, δικαίως ἄρα καὶ ὁ ταύτης πανάγιος ναός, οὗ καὶ τὰ Ἐγκαινία σήμερον ἐορτάζομεν, πόλις δεδοξασμένη ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται. Πόλις οὐκ ἐπιγείω καὶ θνητῷ βασιλεῖ πολιτογραφουσα τοὺς ὑπὸ χεῖρα· ἀλλὰ τῷ ἐπουρανίῳ, τῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον παραπέμποντι, καὶ βασιλείαν τὴν ἑαυτοῦ τοῖς αὐτῷ ἐπομένοις παρέχοντι.

Ἐγκαινίων δέ, ὧ τίμιον καὶ σεπτόν, ἀκροατήριον, μὴ νεοκτί-

Dei Genitrix Maria longe praecellit. In qua, qui est vere Rex regum et Dominus dominantium, habitavit; vel potius, in quo omnis plenitudo divinitatis habitaculum corporaliter¹ habuit.

Haec vere gloriosa civitas; haec spiritalis Sion. Hanc, puto, divinitus David corde praesago, alte praedicavit. Sin autem etiam quispiam eius sacram aedem, civitatem gloriosam vocaverit, nihil veritatis honestique metas excesserit. Si enim ii quorum nomina in terra celebrata sunt, appellationis memoriam in longos annos conservant; aliorumque nihilominus, quorum nomina in labiis ferre nefas, tituli, delubra ac simulacra usque in hodiernum diem, etsi nomine tantum vocisque sono, at protracta tamen sunt, velutque ipsi forent superstites, simpliciorum auribus perstrepunt; quid de gloriosa omnique laude dignissima, intemeratissima illa ac immaculatissima puella Virgine, quispiam dixerit? Siquidem enim haec animata Christi Regis civitas exstitit, merito etiam eius sanctissima aedes, cuius et hodie Encaenia celebramus, gloriosa civitas estque pariter ac nuncupatur. Nempe civitas, non terreno ac mortali regi subiectos ascribens cives; sed coelesti, qui ipsum sequentes transmittit in vitam aeternam, regnoque suo impertit.

Encaenia vero, seu templi dedicationem, venerandi carique

¹ Coloss. II, 9.

στοις οἰκοδομαῖς καὶ ἀρτιπαγέσι κατασκευαῖς τὸ τῶν Ἐγκαινίων ὑπολάβητε ὄνομα, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καινισμόν, καθ' ὃν ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος, τὸ παλαιὸν καὶ διεβρωγὸς τῆς ἁμαρτίας ἀποθέμενος ἐνδυμα, καὶ τὸ νέον τῆς εὐσεβείας περιβαλλόμενος, ἐν καινότητι ζωῆς πολιτεύεται. Τούτοις καὶ ἡ πανάμωμος εὐφραίνεται· οἷς ἂν ἀρεταῖς, καὶ τῇ κατὰ Θεὸν εὐσεβεῖ καινιζόμενοι πολιτεία, οὕτω καὶ τῶν ἀγνῶν τῆς ἀγνῆς ἀγνῶς Ἐγκαινίων κατατρυφήσωμεν· καὶ ὡς αὐτῇ παρουσίᾳ * μέλλοντες προσιέναι, οὕτω τῷ ταύτης *376 σεβασμίῳ ναῶ προσερχόμενοι, πάντα ῥυθμίσωμεν, καὶ πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβαλλόμεθα· πρᾶξιν τε καὶ λόγον, καὶ θεωρίαν. Μηδὲν ἔστω ἡμῶν τῆς ἡμέρας ἀνάξιον· μὴ βῆμα ποδός, μὴ γέλως ὀδόντων, τὸ δὴ λεγόμενον· μὴ στολισμὸς ἐσθήτος πρὸς τὸ ἀπρεπὲς ἐκτρεπέσθωσαν. Τί οὖν φημι; Καὶ αὐτὰς τὰς ἐνθυμήσεις ῥυθμίσωμεν. Τούτων δὲ πάντων προπορευέσθω καὶ ἔλεος, ᾧ Θεὸς θεραπεύεται, ὡς ἂν καινοὶ ψυχῇ τε καὶ σώματι, τὴν τῶν Ἐγκαινίων τῆς παναχράντου τοῦ Θεοῦ κατὰ σάρκα Μητρὸς ἡμέραν, καινῶς ἐορτάσωμεν.

Συνεκλάμπει γὰρ ταύτη καὶ ἡ τιμία καὶ σεβασμίας αὐτῆς ζώνης κατὰθεσις καὶ προσκύνησις· καὶ τῶν παναχράντων τοῦ ταύτης Υἱοῦ σπαργάνων τῶν τιμιωτάτων. Ζώνης ἐκείνης, ἣ τὸν πανάγιον ἐκεῖνο περιέσφιγγε σῶμα, καὶ τὸν ἐν κοιλίᾳ κρυπτόμενον Θεὸν περιέβαλλε. Ζώνης ἐκείνης, ἥτις τὴν

auditores, cum auditis, ne recens exstructis aedificiis, ac modo compactis aedibus Encaeniorum nomen contineri putetis; sed quae in spiritu renovatio est, hanc vero istud velle, qua homo noster interior, veteri ac lacero peccati exutus habitu, novumque pietate constantem indutus, in novitate vitae suas ipse rationes instituit ac vivit. His et intemeratissima delectatur; quibus nimirum, virtutibus pieque ac religiose institutis vitae rationibus novi incedentes, sic et castae castis caste * Encaeniis gaudio fruamur, ac velut ad ipsam coram, *375 cunctosque videntem accessuri, sic eius venerandam adituri aedem, cuncta componamus, atque omnia in melius mutemus; actionem scilicet et rationem et contemplationem. Nihil eorum quae nostra sunt, existat die indignum; non pedis incessus, non risus dentium (ut aiunt), non vestis ornatus tendat ad indecorum. Quid dico? Ipsos quoque componamus animi cogitatus. His vero etiam omnibus misericordia praebeat, qua Deus colitur, ut animo ac corpore novi, intemeratissimae Dei Matris secundum carnem Encaeniorum diem, nove celebremus.

Una enim cum illa, etiam venerandae ac pretiosae eius zonae depositio atque adoratio (pariterque ipsius Filii intemeratissimarum ac venerabilissimarum illarum fasciarum) splendescit. Zonae, inquam, illius, quae sanctissimum illud corpus astringebat, inque utero latentem Deum circumcingebat. Zonae illius, quae eleganter

τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν ὠραίως κατεκόσμη, καὶ σεμνοτάτως. Ζώνης ἐκείνης, ἡ πολλάκις ἐκ τῶν ἀχράντων τῆς παναχράντου τοῦ γάλακτος κατεπαιάνετο σταλαγμῶν. Καὶ μήτις ἀπεικὸς εἶναι ἡγήσαιο τοῦτο τῶν μεμψιμοίρων, ὡς ἐμψύχοις διαλεξόμεθα, καὶ τὴν εὐφημίαν προσοίσομεν.

Εἰ γὰρ ἀγγεῖον μύρω προσομιλήσαν κἂν πρὸς βραχύ, καὶ τούτου κενωθέντος οἶδε μέχρι πολλοῦ τὴν εὐωδίαν διαφυλάττειν, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῆς, τὸ ὄντως ἀκένωτον ἐκεῖνο καὶ θεῖον μύρον, τὸ καθαρῶτατον λέγω τῆς Θεοτόκου σῶμα καὶ παναμώμητον, περιειλησάσης ζώνης, καὶ συμπλακείσης μέχρι πολλοῦ; Οὐκ εἰς αἰῶνα τὴν εὐωδίαν τὴν ἰαμάτων παραφυλάξειε, καὶ τοῖς πίστει καὶ πόθῳ προσιοῦσιν ἐμπλήσειεν; Εὐωδίαν, οὐχὶ θηλυτικὴν τινα καὶ ἀπόβλητον, ἀλλὰ θεῖαν καὶ πανσεβάσμιον· παθῶν ψυχῆς τε καὶ σώματος θερμοτάτην ἐλάττειρα. Καὶ εἰ τὸ ἄψυχον ἀγγεῖον, ὡσπερ ἔφημεν, τῷ ἄψύχῳ μύρω προσομιλήσαν, οἶδε τῆς τούτου μεταλαμβάνει ποιότητος, τί καὶ φῶμεν περὶ τῆς τὸ ἔμψυχον τοῦ Θεοῦ Λόγου προσεγγισάσης κατοικητήριον. Οὐ προσδραμούμεθα; Οὐ προσπεσοῦμεθα; οὐχὶ κάθαρσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος παρ' αὐτῆς λαβεῖν αἰτησόμεθα ἐκ παντός; Τί δέ; οὐχὶ καὶ ὡς ζώση διαλεξόμεθα, καὶ εὐφήμες ὠδὰς προσαγάγωμεν; Τοῦτο δὴ καὶ ποιήσωμεν.

ᾠ Ζώνη, ἡ τὴν τῆς ζωῆς πηγὴν περιζώσασα, καὶ ζῶην παρέχουσα τοῖς σὲ τιμῶσιν αἰώνιον! ᾠ Ζώνη, ἡ τὰς τῶν σοὶ προστρεχόντων ὀσφύας, νέκρω-

atque lepide Dei arcam perornabat. Zonae illius, quae saepe intemeratas intemeratissimae lactis stillas hauriebat. Nemoque aliquis eorum quibus proclivis vituperandi animus absurdum ducat, quod velut animata ista alloquimur, faustisque omnibus prosequentes laudamus.

Si enim vas, quod unguentum ad breve tempus continuit, vel eo effuso, diu odorem servat; quid dixerit quispiam de ea zona, quae vere ineffusum illud ac divinum unguentum (purissimum, inquam, ac immaculatissimum Dei Genitricis corpus) diu involvit ac complexa est? Num in aevum curationum fragrantiam servabit, eosque qui fide ac amore accedunt, suavitate complebit? Fragrantiam scilicet non eiusmodi quae effeminet ac reproba sit, sed quae divina omnique veneratione prosequenda; quae denique morbos animi ac corporis acerrima vi profliget atque depellat. Ac, siquidem vas inanime, uti diximus, hoc comparatum habet, ut eius unguenti quod continuit qualitate imbuatur, quid de illa dicemus quae animato Dei Verbi habitaculo adhaesit? Non accurremus? Non proci-demus? Non emundationem animi et corporis ex ea consequi omnino flagitabimus? Quid vero? Non et tamquam viventem alloquimur, laudisque cantica offeremus? Id certe faciamus.

O zona, quae vitae fontem cinxisti, atque iis qui te colunt vitam aeternam praebes! O zona, quae eorum qui ad te accurrunt quae

σιν μὲν κατὰ παθῶν δωρουμένη, ἀνδρίαν δὲ πρὸς πρᾶξιν ἀρετῶν καὶ ἐνέργειαν! Ὡς ζῶνῃ, ἢ τὸ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀναστέλλουσά τε καὶ περισφίγγουσα· καὶ τοὺς ἀοράτους τε καὶ ὁρατοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν συμποδίζουσα! Ἄλλ' οἶα γὰρ μοι συμβέβηκε, τῷ πόθῳ τῆς πανάγνου νυττόμενον, καὶ τῇ τοῦ λόγου ῥύμη κατεπαγόμενον, τῶν σπαργάνων ἐπιλαθέσθαι. Καὶ οὐ θαυμαστόν· Μητρὸς γὰρ δοξαζομένης, ἔδε φιλομήτωρ Υἱὸς εὐφραίνεται. Ἄλλὰ καὶ νόμῳ ὑπέικοντες φύσεως, εἰ καὶ ὑπὲρ φύσιν τὰ * πρᾶγματα, τῇ *377
Μητρὶ πρῶτον τὸ γέρας ἀφοσιώσομεν. Καὶ οὐκ ἀπώσεται Κύριος πάντως, ὁ ὑπεράγαθος. Ὡς γὰρ ἀψευδῶς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς προελθεῖν εὐδόκησε, καὶ Υἱὸς αὐτῆς κληθῆναι ἠξίωσεν, ἀποδέχεται τὴν τόλμαν ὡς κατὰ ἄνθρωπον γεγонуῖαν ὁ πολυεύσπλαγχνος. Πλὴν σπαργάνων μνησθεῖς, πάλιν πρὸς τὴν τεκοῦσαν ἀνάγομαι. Αὕτη γὰρ ταῦτα ταῖς ἀγναῖς αὐτῆς χερσὶ κατεσκεύασεν. Αὕτη βρεφοπρεπῶς τὸν μέγαν Κύριον χερσὶ μητρῶν ἐν τούτοις ἐνείλιπτεν. Αὕτη σὺν τούτοις τοῦτον ἐγκόλπιον φέρουσα, ἐγαλούχει, τὸν πάσῃ φύσει πνοὴν καὶ τροφήν παρεχόμενον.

Ἄλλ' ὦ σπάργανα, τὸν ἐλευθερωτὴν Κύριον ἐνείλησαντα, καὶ τῶν ἡμετέρων παραπτωμάτων σειρὰς διαλύσαντα! Ὡς σπάργανα, τὰ τὸν κραταιὸν Κύριον περισφίγγαντα, καὶ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν ἀσθένειαν ἀναρρώσαντα! Ὡς

lumbis inest libidinem exstinguis, iisque fortitudinem ac robur ad praestandas virtutes atque optima gerenda tribuis! O zona, quae nostrae naturae imbecillitatem contrahis atque astringis, hostesque nostros tum visibiles, tum qui oculorum aciem fugiunt, impedis! Sed quid mihi accidit, ut dum castissimae compunctus desiderio sermonis impetu feror, fasciarum oblitus sim? At neque mirum; dum enim laudatur Mater, Matris amans Filius propense letatur ac iucundatur. Sed et legi naturae cedentes, * quamquam res natu- *378
ram excedunt, Matri primum honorem persolvimus. Neque prorsus, qui omni prorsus bonitate superior sit, Dominus repudiabit. Tanquam enim qui vere ex ea homo procedere voluerit, ac eius Filius audire, ipse totus misericordiae visceribus affluens, quod audaciae videatur (quippe humana praesumptum consuetudine) non ingratum habebit. Verum cum fasciarum meminerim, rursus ad eam quae peperit provehor. Haec enim castis suis manibus illas confecit. Haec infantili more, qui magnus Dominus est, maternis manibus in eis involvit. Haec illis astrictum in sinu gestans lactabat, ipsum nimirum qui omni naturae spiritum dat ac escam.

At, o fasciae, quae liberatorem Dominum involvistis, ac nostrorum catenas delictorum dissolvistis! O fasciae, quae fortem Dominum constrinxistis, nostri generis imbecillitatem roborastis! O

σπάργανα, πιστούς μὲν φρουροῦντά τε καὶ περιφυλάττοντα· τοὺς ἐναντίους δὲ δεσμοῦντα, καὶ καταβάλλοντα!

Ἄλλ' ὦ σπάργανα καὶ ζώνη σεπτῆ! νέμοιτέ μοι τὸν ἁγιασμόν, τὴν ῥῶσιν, τὸν ἱλασμόν, τὴν ὑγίειαν· ἐμοὶ τε, καὶ τοῖς πόθῳ τῶδε προσιοῦσι καὶ προσκυνοῦσι σεπτῶ σου ναῶ. Ὡ ζώνη σεπτῆ, ἢ τὴν σὴν πόλιν περικυκλοῦσα καὶ περιέπουσα, καὶ Βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἀνεπιβούλευτον διασώζουσα! Ὡ ζώνη τιμία, ἢ τὸν Θεὸν Λόγον ἐγγάστριον ὄντα περιελήσασα, καὶ τὴν τῶν ἰάσεων εὐλογίαν ἐκεῖθεν πλουτήσασα, καὶ ἡμῖν ἀντιπέμπουσα! Ὡ ζώνη φαιδρά, ἢ τῆς τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ Μητρὸς τὸ ὑπέρσεμνον σῶμα σεμνοπρεπῶς προσεγγίσασα, κάκειθεν τὴν ἀφθαρσίαν ἀμφιασαμένη, ἀπαρασάλευτος καὶ ἀφθαρτος μένουσα, ὡς εἰς ἡμᾶς τις λόγος τῆς ἀληθείας κατελήλυθεν!

Ἄλλὰ τί καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐπιχειροῦμεν, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν ἐπειγόμεθα· τῆς ἐκ τῶν λόγων τιμῆς ταῦτα τιμᾶν κατ' ἀξίαν πειρώμενοι, ὅπερ καὶ ἀγγέλοις ἀδύνατον. Πλὴν, ὦ τιμία τῆς ὑπερτίμου τοῦ Θεοῦ Μητρὸς ζώνη, περίζωσον τὰς ὁσφῦς ἡμῶν ἀλήθειαν, δικαιοσύνην τε καὶ πραότητα. Τῆς αἰδίου καὶ μακαρίας ζωῆς ποίησον κληρονόμους, καὶ τὴν ἐπίκληρον ἡμῶν ταύτην ζωὴν, ἐχθρῶν ἀοράτων τε καὶ ὁρατῶν, ἀνεπιβούλευτον διατήρησον. Τὴν πίστιν ἐν εἰρήνῃ ἀσάλευτον διαφύλαξον. Τὴν σὴν κληρονομίαν, τὸν σὸν λαόν, ὦ πανάχραντε τῆς παναχράντου ζώνη, ὀρθοὺς τῇ πίστει, σώους τῶ

fasciae, quae fideles quidem muniatis tutoque undique praesidio servetis; adversarios vero vinciatu ac profligetis!

Sed, o fasciae et zona veneranda, sanctimoniam mihi, roburque et propitiationem atque salutem tribuite; mihi pariter ac iis qui venerandum hoc templum adeunt, ac adoratione funguntur! O veneranda zona, quae tuam undique civitatem ambis ac foves, atque a grassantium Barbarorum tutam insidiis praestas! O zona pretiosa, quae Deum Verbum in utero infantem involvisti, indeque quam nobis impertis, curationum benedictionem affatim hausisti! O clara zona, quae incorruptae Dei Matris castissimo corpori castissime adhaesisti, indeque corrogata incorruptione, nulla vitii labe aut corruptione, ad nostram usque aetatem, ut vera quadam traditione ad nos perlatum venit, consistis!

Enimvero quid etiam inconcessa tentamus, et carceres transilire contendimus, dum haec orando pro dignitate dilaudare studemus ac celebrare, quod et angelis impossibile est. Caeterum pretiosa, omni pretio ac existimatione maioris Dei Matris zona, constringe lumbos nostros, veritate, iustitia, mansuetudine. Fac aeternae atque beatae vitae haeredes, fragilemque ac mortalem nostram hanc vitam, ab hostium invisibilium visibiliumque insidiis tutam praesta. Fidem custodi in pace inconcussam. Tuam haereditatem, tuum populum, o intemeratissima intemeratissimae zona, rectos in fide,

κατὰ Θεὸν βίω, ἀδλαθεῖς τῆς οἴασοῦν ἐπηρείας διάσωζε. Ἔχοιμέν σε ἰσχνὸν καὶ βοήθειαν, τεῖχος καὶ προπύργιον λιμένα καὶ καταφυγὴν σωτήριον.

Σὺ δέ μοι, ὦ πάναγνε, καὶ πανάγαθε, καὶ πολυεὐσπλαγγχε Δέσποινα, τὸ τῶν Χριστιανῶν παραμύθιον, τὸ τῶν θλιβομένων θερμότατον παρηγόρημα, τὸ τῶν ἁμαρτανόντων ἐτοιμότατον καταφύγιον, μὴ ἐγκαταλίπης ἡμᾶς ὀρφανούς τῆς σῆς ἀντιλήψεως. Εἰ γὰρ ὑπὸ σοῦ ἐγκαταλειφθήμεν, ποῦ ἄρα καὶ προσδραμούμεθα. Τί δὲ ἄρα καὶ γενησόμεθα, ὦ παναγία Θεοτόκε; ἢ τῶν Χριστιανῶν πνοή καὶ ζωή. * Ὡς γὰρ τὸ σῶμα ἡμῶν ζωτικῆς ἐνεργείας τὸ ἀναπνεῖν τεκμήριον κέκτηται, οὕτω καὶ τὸ σὸν πανάγιον ὄνομα ἀδιαλείπτως ἐν τοῖς τῶν σῶν δούλων στόμασι προφερόμενον ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ καὶ τρόπῳ, ζωῆς καὶ θυμηθίας καὶ βοηθείας οὐχὶ τεκμήριον, ἀλλὰ πρόξενον γίνεται. Σκέποις ἡμᾶς πτέρυξι τῆς σῆς ἀγαθότητος. Φρουρήσης ἡμᾶς ταῖς μεσιτείαις σου. Παράσχους ἡμῖν τὴν αἰώνιον ζωὴν, Χριστιανῶν ἐλπίς ἀκαταίσχυντε. Ἡμεῖς γὰρ οἱ πτωχοὶ θεῶν ἔργων καὶ τρόπων, τὸν διὰ σοῦ παρασχεθέντα ἡμῖν τῆς χρηστότητος πλοῦτον θεασάμενοι, εἶπωμεν. «Τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ». Ἡμεῖς ἐν τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτιῶν ἐκ Θεοῦ δεδιωγμένοι, ἐζήτησαμεν διὰ σοῦ τὸν Θεόν, καὶ εὔρομεν· καὶ εὔρόντες ἐσώθημεν. Δυνατὴ τοιγαροῦν πρὸς σωτηρίαν ἡ βοήθειά σου, Θεοτόκε, καὶ μὴ

ea quae divinis rationibus instituitur vita incolumes, ab omni quavis illaesos iniuria, conserva. Te robur adiutoriumque habeamus, murum ac vallum, portum ac salutare perfugium.

Tu vero, o castissima, optimaque ac misericordissima Domina, Christianorum solatium, paratissimum peccatorum refugium, ne tua nos opitulatione destitutos reliqueris. Si enim abs te relictus fuerimus, quo vero etiam confugiemus? Quid autem etiam nobis fiet, o sanctissima Dei Genitrix, quae Christianorum spiritus ac flatus existis? Quemadmodum enim corpus nostrum hoc certum vitalis * actus indicium habet, quod spiritum ducat; sic et tuum sanctissimum nomen indesinenter in servorum tuorum ore in omni occasione et loco et tempore versans prolatumque, vitae et iucunditatis et auxilii non solum indicium est, sed causa efficitur. Protegas nos tuae bonitatis alis: tuis nobis intercessionibus esto praesidium; praebens vitam aeternam, quae Christianorum spes quae non confundit, existis. Nos enim qui divinorum ergo operum morumque pauperes simus, dum per te nobis exhibitas benignitatis divitias cernimus, propense dicamus: *Misericordia Domini plena est terra.*¹ Nos, in multitudine peccatorum a Deo extorres, per te Deum quaesivimus; inventoque, salvi facti sumus. Igitur potens ad salutem praestandam auxilium tuum, o Dei Genitrix, ac eiusmodi, ut nullum alium inter-

¹ Ps. XXXII, 5.

χρηζουσα τινος ἑτέρου πρὸς Θεὸν μεσίτου. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐπιστάμενοι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πείρα μαθόντες ἐξ ὧν πολλάκις αἰτοῦντές σε τὴν θερμοτάτην ἡμῶν ἀντίληψιν, ἀφθόνως τὰς τῶν αἰτήσεων παροχὰς λαμβάνομεν, καὶ τανῦν σοι προσφεύγομεν, ὁ σὸς λάβς, ἡ σὴ κληρονομία, τὸ σὸν ποίμνιον, τὸ τῆ τοῦ σοῦ Υἱοῦ κλήσει κατακαλλυνόμενον. Οὐκ ἔστιν ὄντως τῆς σῆς μεγαλειότητος πέρας· οὐκ ἔστι τῆς σῆς ἀντιλήψεως κόρος. Οὐκ ἔστι τῶν σῶν εὐεργεσιῶν ἀριθμός. Οὐδεὶς γὰρ ὁ σωζόμενος εἰ μὴ διὰ σοῦ, παναγία. Οὐδεὶς ὁ τῶν δεινῶν λυτρούμενος, εἰ μὴ διὰ σοῦ, πανάμωμε. Οὐδεὶς ὁ συγχωρούμενος δῶρον εἰ μὴ διὰ σοῦ, πάναγνε. Οὐδεὶς ὁ ἐλεούμενος χάριτι, εἰ μὴ διὰ σοῦ, πάνσεμνε. Ἐνθ' ὧν, τίς σε μὴ μακαρίσει; τίς μὴ μεγαλυνεῖ; εἰ καὶ μὴ κατ' ἄξιαν, ἀλλ' οὖν προθυμότατα· σὲ τὴν δεδοξασμένην· σὲ τὴν μεμακαρισμένην· σὲ τὴν μεγαλεῖα σχοῦσαν παρ' αὐτοῦ τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ὡς μεγάλα καὶ θαυμαστά· ὅθεν σε καὶ γενεαὶ πᾶσαι γεραίρουσιν.

Τίς οὕτω τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους μετὰ τὸν σὸν Υἱὸν ὡς σὺ προνοεῖται; Τίς οὕτως ἀντιληπτικῶς τῶν ἡμετέρων προῖσταται θλίψεων; Τίς οὕτως ὀξέως προφθάνων ῥύεται τῶν ὑπερχομένων ἡμῶν πειρασμῶν; Τίς τοσοῦτον, τῶν ἀμαρτωλῶν ἰεσίσαις ὑπερμαχεῖ; Τίς τῶν ἀδιορθῶτων κατὰ τοσοῦτον ἀντιφωνητικῶς ὑπεραπολογεῖται; Σὺ γὰρ μητρῶν * ἔχουσα πρὸς τὸν σὸν

*381

cessorem necessarium habeat ad Deum. Id quoque nos cum perspectum habeamus, sed et periculo ipso inde didicerimus, quod saepius petentes, te ferventissimam nostram opitulationem nacti, petitionum abunde praestationem accipimus, nunc quoque, populus tuus, tua hereditas, grex tuus, de Filii tui honestatus appellatione, ad te confugimus. Plane enim, nullus tuae magnificentiae finis; insatiabilis opitulatio tua. Nullus munerum tuorum numerus est. Nullus enim, nisi per te, o sanctissima, salutem consequitur. Nullus nisi per te, o immaculatissima, qui a malis liberetur. Nullus nisi per te, o castissima, cui donum indulgeatur. Nullus nisi per te, o honoratissima, cui gratiae munus misericordia praestetur. Quamobrem, quis te beatam non praedicabit? Quis non laudabit? Quis non magnificabit, quamquam non pro dignitate, summa tamen alacritate animique contentione: te, inquam, gloriosam; te beatificandam; te, qui ab ipso Filio tuo ac Deo magnalia naeta sis, uti magna et admiranda: quamobrem te laudant omnes generationes.

Quis sicut tu, secundum unum Filium tuum, humani generis curam gerit? Quis ita in nostris aerumnis nos defendit? Quis tam celeriter praeveniens a tentationibus ingruentibus nos eruit? Quis pro peccatoribus supplicando sic et tu, enititur? Quis sic expromittens pro eis excusat, quorum nulla spes emendationis? Quae enim

Υἱὸν τὴν παρρήσιαν καὶ τὴν ἰσχύν, ἡμᾶς τοὺς ταῖς ἀμαρτίαις κατακεκριμένους, καὶ μὴ τολμῶντας μηδὲ τὸ ὕψος ἐμβλέψαι τοῦ οὐρανοῦ, σαῖς ἐντεύξεσι καὶ σαῖς μεσιτείαις καὶ σώζεις, καὶ τῆς αἰωνίου λυτροῦσαι κολάσεως. Ὅθεν ὁ θλιβόμενος πρὸς σέ καταφεύγει· ὁ ἀδικούμενος ἐπὶ σέ προστρέχει· ὁ τοῖς δεινοῖς συνεχόμενος, τὴν σὴν ἐπικαλεῖται βοήθειαν. Ὅλα τὰ σά, Θεοτόκε, παράδοξα, ὅλα ὑπὲρ φύσιν, ὅλα ὑπὲρ λόγον καὶ δύναμιν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ προστασία σου, ὑπὲρ ἔννοιαν. Τοὺς γὰρ ἀπωσμένους, τοὺς ἐκδεδιωγμένους, τοὺς ἐκπεπολεμημένους, τῷ σῶ τὸκῳ κατήλλαξας καὶ ῥικείωσας· καὶ υἱοὺς καὶ κληρονόμους πεποίησας. Σὺ τοὺς καθ' ἑκάστην ταῖς ἀμαρτίαις καταποντιζομένους, χεῖρας βοθησίας ἐκτείνουσα, ἐξέλκεις τοῦ κλύδωνος. Σὺ τὰς τοῦ πονηροῦ κατὰ τῶν σῶν δούλων ἐπαναστάσεις, τῇ κλήσει σου μόνῃ τῇ παναγίᾳ ἀποδιώκουσα διασώζεις. Σὺ τοὺς ἐπικαλουμένους σε ἐκ πάσης ἀνάγκης, ἐκ παντοίων πειρασμῶν προφθάνουσα ἐκλυτροῦσαι, πανάμωμε. Ὅθεν καὶ τῷ σῶ ναῶ σπουδαίως προστρέχομεν· καὶ ἐν αὐτῷ ἐστῶτες, ἐν οὐρανῷ ἐστάναι νομίζομεν. Ἐν τούτῳ δοξολογοῦντές σε, ἀγγέλοις συγχορευεῖν ἡγούμεθα. Ποῖον γὰρ γένος ἀνθρώπων πάρεξ Χριστιανῶν τοιαύτης εὐπόρησε δόξης, τοιαύτης ἐπέτυχεν ἀντιλήψεως, τοιαύτης προστασίας πεπλούτηκε; Τίς πιστῶς τῇ τιμίᾳ σου ζώνῃ προσατενίσας, Θεοτόκε, οὐκ εὐθὺς

materna * polleas fiducia ac potestate, erga Filium tuum, peccatis *382
 praedamnatos, ac qui nec in coelum sursum suspicere audeamus, supplicationibus tuis ac intercessionibus servas, ac ab aeterno supplicio liberas. Quamobrem is qui affligitur, ad te confugit. Qui alicuius iniuria laeditur, ad te accurrit. Qui malis tenetur ac implicatur, tuam opem invocat. Omnia tua, Dei Genitrix, incredibilia miraque sunt; cuncta naturam excedunt, cuncta rationem et potentiam. Quocirca etiam protectio tua, intelligentiae vim omnem superat. Qui enim repulsi, fugati, hostium loco habiti erant, partu tuo reconciliasti ac necessitudine iunxisti filiosque ac haeredes fecisti. Tu, quotidie peccatis gurgite naufragis adiutrices manus porrigens, a fluctibus extrahis. Tu, nequissimi hostis adversus servos tuos invasiones, sola tui nominis invocatione sanctissima depellens ac fugans, tutos atque incolumes reddis. Tu, eos qui te invocant, ex omni necessitate, ex omnis generis tentationibus, o immaculatissima, mature ipsa praeveniens, liberas. Quamobrem ad templum tuum sedulitate animi accurrimus; in quo cum stamus, in ipso nos coelo stare credimus. In eo tuis impensi laudibus, cum angelis nos chorus ducere existimamus. Ecquodnam enim genus hominum, talem claritatem, talem defensionem, tale patrocinium nactum est, praeter unum Christianorum? Quis fide intentos in venerandam tuam zonam, o Dei Genitrix, ferens oculos non statim iucunditate repletur?

θυμηδίας ἐμπίπλται; Τίς θερμῶς ταύτη προσπεσών, κενὸς τῆς συμφερούσης αἰτήσεως ἐξελήλυθε; Τίς τὸν σὸν χαρακτῆρα ἐνοπτριζόμενος, οὐκ αὐτίκα πάσης θλίψεως ἐπιέλησται; Οἱ δὲ καὶ τῷ σεπτῷ σου ναῶ προσερχόμενοι, ἐν ᾧ τὴν σὴν τιμίαν ἀποτεθῆναι ζώνην εὐδόκησας, καὶ τὰ τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν σπάργανα, ὧν καὶ τὴν κατάθεσιν σήμερον ἐορτάζομεν, ποίας χαρᾶς, ποίας εὐφροσύνης, ποίας τέρψεως ἐν ἀπολαύσει καθεστήκασιν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.

Ἄλλ' ὦ στάμνε, ἐξ ἧς τὸ μάννα τῆς ἀναψύξεως, οἱ τοῖς δεινοῖς καυσωθέντες πεπώκαμεν! Ὡ τράπεζα δι' ἧς οἱ λιμώττοντες τὸν τῆς ζωῆς ἄρτον ὑπερεπλήσθημεν! Ὡ λυχία ὑφ' ἧς οἱ ἐν τῷ σκότει καθήμενοι, τὸ μέγα φῶς κατηυγάσθημεν! Ἔχεις ἐκ Θεοῦ τὸν ἐπάξιόν σοι καὶ πρέποντα ἔπαινον· μὴ ἀπόση δὲ καὶ τὸν ἡμέτερον ἀνάξιον, ἀλλ' οὖν ἐκ πόθου σοι προσαγόμενον. Μὴ ἀπόση ῥυπαρῶν χειλέων αἶνον, πανύμνητε, ἐξ εὐνοίας σοι προσφερόμενον. Μὴ βδελύξη ἀναξίας γλώσσης λόγον ἰκέσιον. Ἄλλὰ τὸν πόθον ἀντιμετρήσασα, θεοδόξαστε, παράσχου ἡμῖν τὴν τῶν ἀμαρτημάτων συγχώρησιν, τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ πάσης βλάβης τὴν λύτρωσιν. Ἐπίδε ἐξ ἀγίου κατοικητηρίου σου τούτου τὸ περιστώς σοι πιστότατον ἄθροισμα, τὸ σὲ Κυρίαν καὶ * προστάτιν καὶ Δέσποιναν ἔχειν καταπλουτῆσαν, τὸ σὲ ἐκ ψυχῆς ὑμῆσαι συνελθλυθός, Θεοτόκε, καὶ ἐπισκοπῆ σου θεία ἐπισκεψα-

*384

Quis fervore animi illi procidens, non impetrato quod commodum petebat, inanis exivit? Quis figuram tuam contuitus, non subito aerumnae omnis oblitus est? Sed et ii qui ad venerandum tuum templum in quo pretiosam tuam zonam, Filiique tui ac Dei nostri fascias, quorum et hodie depositionem celebramus, condi voluisti, conveniunt, quanto gaudio, quanta laetitia ac iucunditate fruuntur, nullis exponi verbis possit.

At, o urna, ex qua manna refrigerii, malorum nos ardoribus exusti, ebibimus! O mensa, per quam qui fame tabescebamus, pane vitae supra modum repleti sumus! O candelabrum, cuius fulgoribus, qui in tenebris sedebamus, ingenti luce perfusi sumus! Habes ex Deo quod sit ex dignitate ac addeceat, laudis praeconium: at neque indignum nostrum ac impar (nostro tamen desiderio amoreque oblatum) repuleris. Ne quam depangunt ora polluta laudem, o laudatissima, quae ipsa benevolentis animo offeratur, reieceris. Ne indignae linguae sermonem supplicem abomineris, sed vicissim amorem commetiens, a Deo glorificata peccatorum nobis indulgentiam, aeternae vitae delicias, atque ab omni labe liberationem, praebe.

*383

Respice * de sancto habitaculo tuo, hanc te circumstantis fidelissimi populi coronam, quae te Dominam et patronam heramque sortita sit; quae ad tuas ex animo laudes celebrandas convenit, o Dei

μένη, πάσης ἐξέλου τούτους συμφορᾶς τε καὶ θλίψεως· παντοίας νόσου, παντοίας βλάβης, παντοίας ἐξάρπασον ἐπηρείας· πάσης χαρᾶς, πάσης ἰάσεως, πάσης χάριτος ἔμπλησον· καὶ ἐν τῇ τοῦ σοῦ Υἱοῦ ἐλεύσει τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἡμῶν, ὅτε κριθῆναι πάντες παραστησόμεθα, τῇ κραταιᾷ σου χειρὶ, ὡς μητρῶν ἔχουσα παρῶρησίαν τε καὶ ἰσχύν, τοῦ αἰωνίου ἡμᾶς ἐξαγαγοῦσα πυρός, τῶν αἰωνίων ἐπιτυχεῖν ἀξίωσον ἀγαθῶν· χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ ἐκ σοῦ τεχθέντος Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

HYMNUS IN SS. DEIPARAM¹

1830

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ἁσμάτων·
 Προκύψασα γὰρ ἡ παντάνασσα Μητροπάρθενος
 Ταῖς εὐλογίαις, καταστέφει τοὺς εὐφημοῦντας αὐτήν.
 Βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες συντρεχέτωσαν,
 Καὶ τὴν Βασιλίδα κροτεῖτωσαν ἐν ὕμνοις,
 Βασιλέα τέξασαν τοὺς θανάτῳ κρατουμένους
 Πρὶν ἀπολύσαι φιλανθρώπως εὐδοκήσαντα.
 Ποιμένες καὶ διδάσκαλοι, τὴν τοῦ καλοῦ ποιμένος
 Ὑπεράγιον Μητέρα συνελθόντες εὐφημήσωμεν.

PG
98, 453

Genitrix, divinaque tua inspectione visitans, ab omni aerumna ac clade erue; ab omnis generis morbis, omnis generis labe, omnis generis iniuria, praesta incolumen; omni gaudio, omni sanitate, omni gratia adimple; inque Filii tui clementissimi Domini nostri adventu, quando omnes Iudici astabimus, potenti manu tua (ut quae materna fiducia polleas et potestate) ab aeterno eductos igne, fac, quaeso, aeterna nos bona consequi: gratia et benignitate nati ex te Domini nostri Iesu Christi; cui gloria et imperium, nunc, et in saecula saeculorum. Amen.

1830

Canamus tubis, quia Regina
 Omnium, Mater virgo, benevola est,
 Et benedictionibus coronat laudatores suos.
 Reges ac principes concurrant,
 Atque excitato plausu venerentur Reginam,
 Quae peperit Regem, gaudentem
 A morte victos benigne solvere.
 Pastores ac magistri, Pastoris boni
 Sanctissimam Genitricem una efferamus laudibus.

PG
98, 454

¹ Incerta attributio. Cf. Lau 172.

● PG 98, 48, 85, 140, 151, 165, 193, 265, 277, 396, 397, 400, 404, 409, 424, 425, 436, 1436, 1464.

Τὴν λυχνίαν τὴν χρυσαυγῆ,
 Τὴν φωτοφόρον νεφέλην,
 Τὴν τῶν Χερουδὶμ ὑπερτέραν,
 Τὴν ἔμψυχον κιωτόν,
 Τὸν περίμορφον τοῦ Δεσπότης θρόνον,
 Τὴν μανναδόχον χρυσεάν στάμνον,
 Τὴν ζωηφόρον τοῦ Λόγου πλάκα,
 Ἐπάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον
 Ἄσμασι θεηγόροις ἐγκωμιάζοντες
 Οὕτως εἴπωμεν· Παλάτιον τοῦ Λόγου,
 Ἄξιῶσον τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς τῆς οὐρανῶν βασιλείας·
 Οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον τῇ μεσιτείᾳ σου.

S. ANDREAS Cretensis (ca 660 † ca 740)

ORATIONES

PG
97, 805

Oratio I. In Nativitatem SS. Deiparae. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν, ἣ 1831
 παροῦσα πανήγυρις· πρώτη δέ, τῶν πρὸς τὸν νόμον καὶ τὰς σκιάς· καὶ μέντοι
 καὶ τῶν πρὸς τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν εἰσόδος. Ἔστι δὲ αὐτὴ, καὶ μέση
 καὶ τελευταία· ἀρχὴν μὲν ἔχουσα, τὴν τοῦ νόμου περᾶωσιν· μεσότητά δέ,

Candelabrum aureum,
 Illuminantem nubem,
 Excelsiorem cherubim,
 Animatam aream,
 Speciosum Altissimi solium,
 Urnam auream receptricem mannae,
 Vitalem Verbi tabulam,
 Omnium Christianorum perfugium
 Sacro celebrantes carmine,
 Sic dicamus: Palatium Verbi,
 Nos humiles coelorum regno dignare:
 Non est enim quidquam, quod te intercedente
 [fieri non possit.

PG
97, 806

Oratio I. In Nativitatem SS. Deiparae. Est nobis praesens so- 1831
 lemmitas festorum initium: prior quidem illa, iis quae ad legem et
 umbram spectant: sed et eorum ianua, quae ad gratiam et verita-
 tem. Quin ipsa et media est et postrema: cui quidem initium sit,

risse credatur? Sed bene dicitur *Primogenitus*, quamvis solus probetur ex Patris substantia genitus.¹

PL
70, 915
*916

Ps. CXXII, 3. [...] Subiecit *donec misereatur nobis*, ut ostenderet, sive *feminas, sive masculos sub patientia debere beneficia divina perquirere et ei iugiter supplicare. Istud autem, *donec*, in Scripturis divinis homonymum est; interdum quippe significat aliquid temporaliter agi, interdum, semper. Temporaliter, ut est illud in psalmo centesimo nono: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*.² Semper autem significat, ut praesens psalmus declarat, *donec misereatur nobis*, quasi vero oculi nostri in manibus eius esse non debeant, etiam postquam nobis fuerit misertus. Tale est et illud Evangelii: *Non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum*,³ quam constat virum nullo tempore cognovisse. Quapropter, *donec* merito hic semper advertitur, quamvis temporaliter dictum esse videatur. Quod locutionis genus inter divinae propriae Scripturae enumerandum est.⁴

1600

S. GREGORIUS Antiochenus († 593)

HOMILIA IN SANCTA THEOPHANIA ⁵

PG
10, 1181

Homilia IV. [...] « Ἐγὼ χρεῖαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρὸς μέ; » Ἐγὼ γεννηθεῖς, τῆς γεννησάσης [ἄλ. γεννησαμένης] με μητρὸς τὴν στειρώσιν ἔλυσα· καὶ βρέφος ὦν ἔτι, γέγονα τῆς ἀφωνίας τοῦ πατρὸς μου ἰατρός, παρὰ σοῦ λαβὼν ἐκ παιδὸς τὴν χάριν τοῦ θαύματος. Σὺ δὲ τεχθεῖς ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας, ὡς ἠθέλησας, καὶ ὡς σὺ μόνος ἐπίστασαι,

1601

PG
10, 1182

Homilia IV. [...] *Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me?* ⁶ Ego natus, matris quae me peperit, sterilitatem solvi; et infans cum adhuc essem, taciturnitati patris mei medicinam adhibui, a te puer miraculi gratiam accipiens. Tu vero, ex Maria natus Virgine,

1601

¹ CCL XCVII, 812.

² Ps. CIX, 1.

³ Matth. I, 25.

⁴ CCL XCVII, 1157.

⁵ Exstat inter op. dubia S. Gregorii Thaum., sed *haud dubie* est Gregorii Antiocheni. Eadem Homilia inventa est ab A. Mai (latine tantum exarata) qui eam vindicavit suo auctori, scilicet Gregorio Antiocheno. Cf. *Monitum* in PG 88, 1865, et Lau. 157, 169.

⁶ Matth. III, 14.

• PL 70, 18, 39, 70, 78, 147, 160, 204, 248, 410, 417, 454, 467, 481, 506, 515, 541, 549, 584, 589, 616, 622, 695, 746, 792, 793, 796, 798, 816, 882, 899, 941, 983.

οὐκ ἔλυσας τὴν παρθενίαν αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐφρούρησας, καὶ τῆς μη-
τρὸς αὐτῆ τὴν προσηγορίαν δεδώρησαι· καὶ οὔτε ἡ παρθενία τὸν σὸν τόκον
ἐκάλωσεν, οὔτε ὁ τόκος τὴν παρθενίαν ἐλυμήνατο· ἀλλὰ συνέδραμον ἐναν-
τιώτατα πράγματα, τόκος καὶ παρθενία πρὸς μίαν ὁμόνοιαν· ἐπειδὴ τοῦτο
[ἄλ. οὕτω] πάρεστί σοι τῷ πλαστῇ τῆς φύσεως. [...] * Δάνεισόν μοι, Βα- *1185
πτιστά, πρὸς τὴν παροῦσαν οἰκονομίαν, τὴν σὴν δεξιάν, ὡς ἐδάνεισέ μοι πρὸς
τὴν γέννησιν τὴν νηδὺν ἡ Μαρία. Κατάδυσόν με τοῖς Ἰορδάνου ρεῖθροις,
καθάπερ ἡ γεννήσασα τοῖς παιδικοῖς * σπαργάνοις ἐνείλισσε. Δός μοι τὸ *1188
βάπτισμα, ὡς ἡ Παρθένος τὸ γάλα. [...] Καὶ αὐτὸς οὐρανόθεν ἐπιβοᾷ φαιδρῶς λέ-
γων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός ». Ἐκεῖνος ὁ Ἰησοῦς, οὐχ ὁ Ἰωάν-
νης· ὁ βαπτισθεὶς, οὐχ ὁ βαπτίσας· ὁ ἐξ ἐμοῦ γεννηθεὶς, πρὸ πάντος χρονι-
κοῦ διαστήματος, οὐχ ὁ ἐκ Ζαχαρίου· ὁ ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς κατὰ σάρκα,
οὐχ ὁ ἐκ τῆς Ἐλισάβετ φανείς παρ' ἐλπίδα· ὁ τῆς μὴ λυθείσης παρθενίας
ἀγεώργητος καρπός, οὐχ ὁ ἐκ τῆς λυθείσης στειρώσεως, κλάδος· ὁ μεθ' ὑμῶν
ἀναστραφείς, οὐχ ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ τραφείς. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπη-
τός, ἐν ᾧ ἠδόκησα »· Υἱὸς ὁμοούσιος, οὐχ ἑτεροούσιος· ὁμοούσιος ἐμοὶ κατὰ
τὸ ἀόρατον, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν κατὰ τὸ ὁρώμενον, χωρὶς ἀμαρτίας. Οὗτός

ut voluisti, et sicut tu solus nosti, non solvisti virginitatem eius; sed
et hanc custodisti, et ipsam matris appellatione donasti; et neque
tuum partum impedivit virginitas, neque virginitatem laesit partus;
sed concurrerunt res repugnantissimae, partus atque virginitas, in
unum foedus: quoniam hoc tibi naturae conditori promptum est [*al.*
sic tibi naturae auctori visum est] ac facile. [...] * Comoda mihi, *1186
Baptista, ad praesentem dispensationem, dexteram tuam; ut mihi
ad generationem commodavit suum uterum Maria. Immerge me
fluentis Iordanis, sicut quae me genuit infantilibus * involvit fasciis. *1187
Confer mihi baptismum, sicut Virgo lac praebuit. [...] Et ipse coelitus
inclamat, clare dicens: *Hic est Filius meus dilectus*:¹ ille Iesus, non
Ioannes; qui baptizatus est, non qui baptizavit; qui ex me genitus
est ante omne temporale spatium, non qui ex Zacharia; qui ex Maria
natus est secundum carnem, non qui ex Elisabeth praeter spem ap-
paruit; qui non laesa virginitate, nullaque humana cultura praevia,
prodiit fructus; non qui ex soluta sterilitate productus est ramus;
qui vobiscum conversatus est, non qui in deserto educatus. *Hic est
Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: Filius consubstantialis,
non alterius substantiae; consubstantialis mihi, in eo quod a vobis
non cernitur; et consubstantialis vobis, in eo quod a vobis videtur,

¹ Matth. XVII, 5.

ἔστιν, ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ἠυδόκησα ». Οὐκ ἄλλος ἐστὶν οὗτος ὁ ἐμὸς Υἱός, καὶ ἄλλος ὁ Μαρίας υἱός· ἀλλ' « οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός », ὁ βλεπόμενος καὶ νοούμενος.

ORATIO IN MULIERES UNGUENTIFERAS

- PG
88, 1860 X. [...] Ὡσπερ γὰρ ἐγεννήθη τῶν τῆς παρθενίας θυρῶν κεκλεισμένων, 1602
οὕτως ἀνέστη κεκλεισμένου τοῦ τάφου· καὶ ὥσπερ ἐγένετο πρωτότοκος ἐκ μητρὸς ὁ μονογενὴς Υἱός τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἐγένετο πρωτότοκος ἀναστάς ἐκ νεκρῶν. Ὡσπερ οὖν οὐκ ἔλυσε τὴν παρθενίαν τῆς Παρθένου μητρὸς γεννηθείς, οὕτως οὐκ ἔλυσε τὰ σήμαντρα τοῦ * μνήματος, ἀναστάς. Οὔτε οὖν τὸν τόκον αὐτοῦ δύναμαι λόγῳ περιλαβεῖν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ μνήματος δρόμον ἰσχύω καταλαβεῖν.

sine peccato. Hic est, qui mecum formavit hominem. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non alius est hic meus Filius, et alius Mariae filius; at *hic est Filius meus dilectus*, qui et oculis cernitur, et mente intelligitur.

- PG
88, 1859 X. [...] Quemadmodum enim natus est clausis virginalibus claustris, ita et resurrexit clauso sepulcro: ac sicut unigenitus Dei Filius, primogenitus factus est ex matre, ita resurgens, factus est primogenitus ex mortuis.¹ Sicut ergo natus, haudquaquam matris Virginis virginitatem solvit; ita nec resurgens solvit * signacula sepulcri. Neque igitur partum eius sermone complecti possum, neque eius e monumento valeo comprehendere cursum. 1602

S. GREGORIUS Turonensis (538 † 594)

HISTORIA ECCLESIASTICA FRANCORUM (591)

- PL
71, 162 Lib. I, Prologus. [...] Credo beatam Mariam, ut virginem ante partum, ita virginem et post partum. 1603

LIBRI MIRACULORUM

- PL
71, 708 Lib. I, cap. IV. Post admirabilem igitur dominicae ascensionis gloriam, quae, contrito diabolicae malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda coelestia animavit, sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri cum beata Maria matre eius, in unam congregati domum, omnia ponebant in medio: nec quisquam suum aliquid esse dicebat; sed unusquisque cuncta possidebat in caritate, 1604

¹ Coloss. I, 16.

S. GREGORIUS Nazianzenus (329 † ca 390)

EPISTOLAE

Epistola CI

- 481 [...] Εἴ τις οὐ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστὶ τῆς θεότητος. Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δέ, ὅτι νόμῳ κηρύσεως, ὁμοίως ἄθεος. Εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι * λέγοι Θεόν, κατὰκριτος. Οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γενήσεως. Εἴ τις εἰσάγει δύο Υἱούς, ἓνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἓνα καὶ τὸν αὐτόν, καὶ τῆς υἰοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. PG
37, 177
*180

CARMINA

Poëmata dogmatica: II De Filio

- 482 60. Οὐτε τι γὰρ θεότητος ἀπέξεσε, καὶ μ' ἐσάωσεν,
Ἰητῆρ δυσόδομοισιν ἐπικύψας παθέεσσιν.
Ἦν βροτός, ἀλλὰ Θεός. Δαβὶδ γένος, ἀλλ' Ἀδάμοιο
Πλάστης. Σαρκοφόρος μὲν, ἀτὰρ καὶ σώματος ἐκτός.
Μητρὸς, παρθενικῆς δέ· περιγραφος, ἀλλ' ἀμέτρητος. PG
37, 406

- 481 [...] Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo formatum esse dixerit, divino, quia absque viri opera, humano, quia humani conceptus lege, aequè atheus est. Si quis formatum hominem fuisse. Deumque postea * subiisse dicat, damnationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo et Patre, alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione¹ excidat, quae recte credentibus promissa est. PG
37, 178
*179
- 482 60. Nam nec de divinitate quidquam amisit, et me salvum fecit, Medicus fetentibus inclinans se vulneribus.
Mortalis erat, sed Deus. Davidis genus, sed Adami
Opifex; carnem quidem gerens, sed et corporis expers.
Matrem habuit, sed virginem: circumscriptus, sed et immensus. PG
37, 405

¹ Ephes. I, 5.

• DIODORUS TARSENSIS († ante 394). Vide locum, Diodoro attributum, sub titulo *Incertus Auctor*.

XVIII. *De Christi genealogia*

- PG 37, 483 35. Παῦσαι διοχλῶν τὴν καλὴν συμφωνίαν. 483
 Πῶς Δαυὶδ ἐς ἀνακτα φέρει Θεός, εὔτε φαάνθη
 Μητέρος ἐκ βροτέης Θεὸς ἄμβροτος; ἐκ μὲν Ἰωσήφ,
 Πῶς ὄγε; παρθενικῆς γὰρ ἔην πάϊς, ἐκ Μαρίης δέ,
 Λευίδης· Μαριάμ γὰρ ἀφ' αἵματος ἦεν Ἀαρών.

Poëmata moralia: I. In laudem virginitatis

- PG 37, 537 197. Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ἀγνῆς διὰ μητρὸς ὀδεύσας 484
 Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, θεουδέος, ἀχράντοιο
 (Νόσφι γάμου καὶ πατρὸς ἐπεὶ χρέος ἦε γενέσθαι),
 Ἦγισησθε θηλυτέρας, Εὖαν δ' ἀπεσεύσατο πικρῆν,
 *358 Καὶ σαρκὸς δ' ἀπέπεμψε νόμους, μεγάλοις τε λόγοισι
 Πνεύματι γράμμ' ὑπέειξε, καὶ ἡ χάρις ἐς μέσον ἦλθεν.
 PG 37, 1564 170. Ἐκ περάτων ἐπὶ πείραθ' εἰς παλάμησιν ἀγείρας, 485
 Ἄς ποτ' ἐπὶ σταυροῖο μεγακλέος ἐξεπέτασεν.
 Εἰ δ' ὅτι καὶ διὰ μητρὸς ἐμοὶ Θεὸς ἦλυθεν ἀγνῆς,
 Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, νόμοις καινοῖσι γενέθλης,
 Καὶ θάνε, καὶ νεκύεσσι μίγη, καὶ ἀνέδραμεν αὔθις.

Poëmata ad alios. Ad Nemesium

- PG 37, 1565 180. Ἔστι μὲν οὐκ ὀλίγοισι καὶ ὁς λόγος, ὡς ἀπὸ κόλπων 486

- PG 37, 483 35. Desine perturbare egregiam concordiam. 483
 Quomodo ad regem David revehitur Deus, cum apparuerit
 Ex matre mortali immortalis Deus? Et quidem ex Ioseph
 Quomodo ille? Virginis enim erat filius scilicet ex Maria
 Levita. Maria enim erat ex sanguine Aaron.
 PG 37, 537 197. At postquam Christus ex casta Matre virgine, 484
 Iugi experte, Deo simili, incontaminata prodiens
 (Necesse enim erat, ut sine nuptiis, sine patre nasceretur),
 Sanctificavit feminas, Evamque acerbam repulit,
 Et carnis leges removit, ac per Evangelii praedicationem
 Spiritui cessit littera, venitque in medium gratia.
 PG 37, 1563 170. Ab orbis finibus ad usque fines terrae colligans suis manibus, 485
 Quas quondam in cruce gloriosa expandit.
 Sin autem, quia et mihi Deus prodiit e casta matre
 Virgine, innupta, nova et inaudita lege generationis,
 Et mortuus, et mortuis iunctus est, et rursus rediit ad vitam.
 PG 37, 1565 180. Versatur in ore non paucorum hic sermo, scilicet e sinu 486

Παρθενικῶν βλάστησε Θεὸς βροτός, ὃν συνέπηξε
 Πνεῦμα Θεοῦ μέγαλοιο, ναῶ ναὸν ἄγνόν ἐγείρων.
 Μήτηρ γὰρ Χριστοῦ ναός, Χριστὸς δὲ Λόγοιο.
 Ὡς γὰρ θέσμιοι ἦεν, ἐπεὶ φύσιν οὐλόμενος θήρ

185. Ἡμετέρεην ἐφέπεσκε παραιθασίης ὑπὸ πικρῆς,
 Θειοτέριο βροτοῦ φυῆ κακίην ἀκέσασθαι,
 Καὶ στῆσαι κράτος αἰνὸν ἀθεσμοτάτοιο δράκοντος.
 Τοῦνεκα νηδὺν ἄμειψε, τὸ δ' ἤμισυ τίσε γενέθλης
 Ἡμετέρης, τὸ δ' ἔλειπεν, ὃ μιν τέκε παρθένος ἀδμῆς.

ORATIONES

Oratio XXX - Theologica IV

- 487 XXI. [...] Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδάμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, PG
 ἐξ ὧν ἐγένετο· τοῦ μὲν, ὡς προπάτορος, τῆς δέ, ὡς μητρὸς νόμου, καὶ οὐ 36, 132
 νόμῳ γεννήσεως.

Oratio XXXVIII - In Theophania

- 488 XIII. [...] Πάντα γίγνεται, πληρὴν τῆς ἁμαρτίας, ἄνθρωπος· κηθεὶς μὲν PG
 ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι (ἔδει 36, 325

Virginis ortum esse Deum hominem, quem coagmentavit
 Spiritus magni Dei, templo templum sanctum extruens.

Mater enim Christi templum, Christus autem Verbi.

ad quem omnis creatura, tanquam Creator et Opifex omnium, tanquam saeculorum Pater, tanquam saeculi parens, tanquam omnium conditor, tanquam coelis antiquior, tanquam angelorum opifex, et humanitatis formator, tanquam denique eorum, qui alioqui perituri essent, Salvator: praeter haec nihil possum denuntiare. Non enim, o Virgo, mandatum habeo, ut per singula dicam, quo pacto: sed ut earum rerum minister sim quae faciunt ad faustum erga te nuntium. Admirare igitur mecum mysterium, et bona nuntia absque dubitatione excipe. Illa vero ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*¹ Nos igitur nativitatem Dominicam edocti archangelicis sermonibus Gabrielis, incedamus a tergo semitis eius. Ego, quemadmodum ille, vim partus, citra disquisitionem curiosam, divinam agnosco et censeo: didicimus a Magis, imo vero instructi sumus, ut eam rem religiose colamus. Qui quidem inquirentes infantem, stella duce, non dixerunt his quos interrogabant: Quomodo fit conceptio divina? Quomodo uterus sine semine, quomodo partus incorruptus, quomodo mater post partum est virgo, quomodo subiicitur annis, qui prior illis est? Quomodo est in tempore, qui est ante saecula? Quomodo natura uteri comprehendere potuit eum, qui est incomprehensus? Quomodo is qui est incorporeus, sine conversione factus est caro? Quomodo Deus Verbum seipsum exinaniens in utero virgineo [...]?

¹ Lc. I, 38.

- PG
93, 1460 Παρθένος γὰρ ἡ μήτηρ, καὶ μετὰ τόκον διέμεινε τῆς παρθενίας σφραγίς, ἦν ἡ φύσις ἐπέθηκεν ἀπαρασάλευτον φυλάττουσα. 1277
- PG
93, 1460
*1461 Sermo V. De Sancta Maria Deipara. Πᾶσα μὲν εὐγνώμων γλῶττα τὴν Παρθένον εἰκότως * καὶ Θεοτόκον ἀσπάζεται, καὶ τὸν Γαβριὴλ μιμεῖται τὸν ἄρχοντα τῶν ἀγγέλων εἰς δύναμιν. Καὶ ὁ μὲν αὐτῇ «χαίρειν» λέγει· ὁ δέ, «Κύριος ἐκ σοῦ», προσφωνεῖ, διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα, καὶ μετὰ σαρκὸς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανέντα Κύριον. Οὗτος αὐτὴν Μητέρα φωτὸς ἐπονομάζει· ἐκεῖνος Ἀστὴρα ζωῆς· ἄλλος Θρόνον προσαγορεύει Θεοῦ, ἄλλος Νάον οὐρανοῦ μείζονα· ἕτερος Καθέδραν τῆς τῶν χερουβικῶν καθέδρας οὐκ ἐλάττονα· ἕτερος πάλιν, Κῆπον ἀσπορον, εὐφορον, ἀγεώργητον, ἄμπελον εὐδοτρυν, εὐθαλῆ, ἀψηλάφητον, τρυγὸνα καθαρὰν, περιστερὰν ἀμίαντον, νεφέλην τῶν ὑετῶν χωρὶς φθορᾶς συλλαμβάνουσαν· πῆραν, ἧς ὁ μαργαρίτης τοῦ ἡλίου λαμπρότερος· μέταλλον ἐξ οὗ ὁ λίθος ὄλην καλύπτων τὴν γῆν, οὐδενὸς αὐτὸν λατομοῦντος προέρχεται· ὀλκὰδα φορτίου γέμουσαν, καὶ κυβερνήτου μὴ χρῆζουσαν, θησαυρὸν πλουτοποιόν· ἄλλοι δὲ ὁμοίως ἄστομον λύχνον ἀφ' ἑαυτῆς ἄπτουσαν, Κιβωτὸν τὴν τοῦ Νῶε πλατυτέραν, εὐμηκεστέραν, ἐνδοξοτέραν. Ἐκείνη ζῶων κιβωτός, αὕτη δὲ ζωῆς· ἐκείνη ζῶων φθαρτῶν, αὕτη δὲ ἀφθάρτου ζωῆς· ἐκείνη τὸν Νῶε, αὕτη δὲ τοῦ Νῶε τὸν

- PG
93, 1459 Virgo enim est mater, et post partum permansit sigillum virginitatis, quod natura indidit, inconcussum custodiens. 1277
- PG
93, 1459
*1462 Sermo V. De Sancta Maria Deipara. Iure proculdubio omnis grati animi lingua salutatur * Virginem et Deiparam, ac pro viribus Gabrielem angelorum principem imitatur. Itaque hic quidem dicit ei, *Ave*, ille vero acclamat, *Dominus ex te*,¹ eo quod Dominus editus assumpta carne apparuerit humano generi. Iste cognominat eam, matrem lucis: ille, Stellam vitae: alius Dei Thronum appellat: alius, Templum maius coelo: alius, Cathedram non inferiorem cathedra cherubica: alius item, Hortum non seminatum, fertilem, incultum,² vitem uvarum feracem, valde florentem, intactam: turturem mundam, columbam impollutam, nubem pluvias incorruptas continentem, specimen cuius gemma sole splendidior, fodinam unde prodit lapis totam terram tegens, a nullo incisus:³ navem mercibus refertam, nulloque egentem gubernatore: thesaurum locupletantem; alii similiter lucernam oris expertem, quae a se ipsa iugiter ardeat; arcam arca Noë latiore, longiore, illustriorem. Illa erat animalium arca, haec autem arca vitae: illa corruptibilium animalium, ista vero vitae incorruptibilis: illa ipsum Noë, haec

¹ Lc. I, 28.

² Cant. V, 1.

³ Dan. II, 45.

ποιητὴν ἐβάστασεν· ἐκείνη διόροφα καὶ τριόροφα ἐκέκτητο, αὐτὴ δὲ ὅλον τῆς Τριάδος τὸ πλήρωμα. Ἐπειδὴπερ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπεδήμει, καὶ ὁ Πατήρ ἐπεσκίασε, καὶ ὁ Υἱὸς ἐνεσκήνου κυφορούμενος. «Πνεῦμα γὰρ ἅγιον, φησὶν, ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ». Ὅρας ἦσον τὸ τῆς Θεοτόκου Παρθένου καὶ πηλίκον ἀξίωμα; Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τοῦ κόσμου ποιητὴς, ὡς βρέφος παρ' αὐτῆς ἐβαστάζετο, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀνέπλασε, καὶ τὴν Εὐὰν ἠγίασε, καὶ κατήργει τὸν δράκοντα, καὶ τὸν παράδεισον ἤνοιγε, καὶ τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς ἠσφαλίζετο. Εἰκότως σφόδρα καὶ κατὰ λόγον, ἐκάτερον. Τὸν γὰρ παράδεισον ἤνοιγεν, ἐπειδὴ ληστὴν εἰσφέρειν, καὶ πάντας εἰς αὐτὸν χειραγωγεῖν τοὺς κληρονόμους τῆς βασιλείας ἤμελλε. Τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς ἠσφαλίζετο, Θεὸς καὶ Λόγος ὑπάρχων ὁ σαρκούμενος, οὐδαμῶς θύρας πρὸς τὴν εἴσοδον ἢ τὴν ἐξοδὸν ἔχρηζε. Σοὶ μὲν οὖν, ὦ Παρθένη, τοὺς ἐπαίνους οἱ προφητῶν μερίζονται, καὶ λέγει τὴν Θεοφόρον ἕκαστος, ὃς τῶν θαυμάτων ἐπιστεύθη μυστήρια. Καὶ ὁ μὲν σε ῥάβδον Ἰεσσαὶ καλεῖ, ἵνα τὸ ἄτρωτον καὶ ἀκαμπὲς τῆς παρθενίας αἰνίζηται. Ὁ δὲ βᾶτω προβάλλει καιομένη, καὶ μὴ κατακαιομένη, ἵνα τὴν σάρκα τοῦ Μονογενοῦς

vero ipsius Noë factorem portavit: illa duas et tres contignationes et mansiones habebat, haec autem universum Trinitatis complementum, quandoquidem et Spiritus sanctus adveniebat atque hospitabatur, et Pater obumbrabat, et Filius utero gestatus inhabitabat. *Spiritus enim sanctus, ait, superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*¹ Vides quanta et qualis est Deiparae Virginis dignitas? Unigenitus enim Dei Filius mundi conditor, velut infans gestabatur ab ea, et Adamum reformabat, Evamque sanctificabat, excludebat draconem, et paradysum aperiebat, sigillum uteri muniens. Merito sane utrumque et iuxta ratione. Aperiebat enim paradysum, quoniam latronem introducturus erat in eum, cunctosque regni haeredes deducturus. Sigillum uteri muniebat, eo quod is qui carnem assumebat, esset Deus et Verbum, nequaquam opus habens portis ingrediendi causa aut egrediendi. Tibi igitur, o Virgo, prophetae tribuunt laudes,² et quisque Deiferam dicit, qui miraculorum mysteriis fidem habuerit. Et ille quidem te virgam Iesse vocitat,³ ut obscure declaret virginitatem, quae nullo modo vulnerari aut incurvari potuerit. Iste vero comparat cum rubo ardente, qui tamen non exuritur: ⁴ ut subindicet carnem

¹ Lc. I, 35.

² Ezech XXIV et XXVI.

³ Isa. XI, 1.

⁴ Exod. III, 2.

*1464 καὶ τὴν Παρθένον τὴν Θεοτόκον αἰνίζηται. Ἡ μὲν γὰρ ἐκαίετο, καὶ οὐ κατεκαίετο, ἐπειδήπερ ἔτεκε, καὶ τὴν γαστέρα οὐκ ἤνοιξε· συνέλαβε, καὶ τὴν μήτραν οὐκ ἔφθειρεν· ἐξήγαγε τὸ βρέφος, καὶ τὴν κοιλίαν ἐσφραγισμένην κατέλιπεν· ἐχορήγησε γάλα, καὶ τοὺς μασθοὺς ἀψηλαφήτους ἐφύλαξεν· ἐδάστασε παιδίον, καὶ τοῦ παιδίου πατέρα οὐκ ἐγίνωσκεν· ἐγένετο * μήτηρ, καὶ οὐκ ἐγένετο νύμφη. Υἱὸς ἐτρέφετο· καὶ πατὴρ οὐκ εὐρίσκειτο· ὁ ἀγρὸς ἐκαρποφόρει, καὶ ὁ καρπὸς γεωργὸν οὐκ ἐκέκτητο· θέρος ἀπέδωκε, καὶ σπόρον οὐκ ἐδέξατο· ποταμὸς ἔτρεχε, καὶ ἡ πηγὴ πανταχόθεν ἐκέκλειστο εἰς ἔνδειξιν, ὅτι καὶ μήτηρ ἐγένου, καὶ τὰ μητέρων οὐκ ἔπαθες· ἔτεκες ὡς γυνή, καὶ οὐκ ἐφθάρης ὡς γυνή· κατὰ νόμον ἐκυοφόρεις τῆς φύσεως, ἐπειδὴ τὸν τεταγμένον καιρὸν τῶν ὠδίνων ἀνέμενες. Ἀλλὰ γὰρ καὶ συνέλαβες παρὰ νόμον τῆς φύσεως. Ἐτερός σε πύλην κεκλεισμένην, ἐν ἀνατολαῖς δὲ κειμένην, προσηγόρευσε, καὶ τὸν βασιλέα τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσάγουσαν· οὕτω δὴ καὶ ἐκφέρουσαν πύλην σε κέκληκεν, ἐπειδὴ θύρα τοῦ παρόντος βίου τῷ Μονογενεῖ γέγονας· πύλην ἐν ἀνατολαῖς κειμένην, ἐπειδὴ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἐκ τῆς σῆς γαστρὸς καθάπερ ἐκ τινος παστάδος βασιλικῆς προέρχεται. Σὺ τὸν βασιλέα τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσήγαγες, ἀλλὰ πάλιν ἐξήγαγες. Οὔτε γὰρ συλ-

Unigeniti, et Virginem Deiparam. Haec enim ardebat, et non consumebatur: peperit siquidem, et uterum non aperuit: concepit, et vulvam non corruptit; eduxit infantem, et uterum signatum reliquit; lac suppeditavit, ubera tamen intacta conservavit: portabat puerum, 463 pueri tamen patrem non agnoscebat: mater effecta est, * quae minime sponsa fuit: nutriebatur filius, et non inveniebatur pater: ager fructum edebat, et fructus carebat cultore: messis reddebat quae semen non acceperat: currebat fluvijs, et fons quacumque ex parte clausus ut perspicuum fieret te matrem esse factam, et tamen non esse passam ea quae mulieribus accidunt. Peperisti tanquam mulier, non tamen ut mulier corrupta es: iuxta legem naturalem gestabas in utero, quoniam tempus pariendi praescriptum expectabas: verumtamen concepisti praeter legem naturalem; alius te appellavit portam clausam in oriente sitam,¹ quae introduxit clausarum portarum regem: necnon etiam portam emittentem te vocavit, quoniam porta praesentis vitae Unigenito effecta es. Portam in oriente sitam, quia lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum,² ex utero tuo processit, velut e quodam thalamo regio. Tu regem portarum clausarum introduxisti, atque iterum eduxisti. Nequaquam

¹ Ezech. XLIV, 2.

² Io. I, 9.

λαμβανόμενος, οὔτε ὄλωσ τικτόμενος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τὰς θύρας τῆς σῆς μήτρας ἠνέωξεν, οὔτε τῆς παρθενίας τοὺς συνδέσμους ἐχαίνωσε· σὲ Κῆπον κεκλεισμένον ὠνόμαζε, καὶ Πηγὴν ἐσφραγισμένην ὁ ἐκ σοῦ νυμφίος, καὶ προεῖπεν ἐν τοῖς Ἑσμοσι. Κῆπον κεκλεισμένον· ἐπειδὴ σοῦ μὲν, δρεπάνη φθορᾶς ἢ τρυγητὸς οὐχ ἤψατο. Ἄνθος δέ, τὸ ἐκ τῆς ῥάβδου τοῦ Ἰεσσαὶ καθαρῶς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ καθαρῶς παρίστησιν, ὑπὸ μόνου γεωργηθέν σοι τοῦ καθαρῶ καὶ ἀκηράτου Πνεύματος. Πηγὴν ἐσφραγισμένην, ὅτι ποταμὸς ζωῆς ἐκ σοῦ προελθὼν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. Ἄλλὰ κλάδος γαμικὸς τὴν σὴν πηγὴν οὐκ ἤντησε. Περὶ σοῦ Δαβὶδ ἐκ σοῦ κιθαρίζων οὐ παύεται· « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιθάρῃς τοῦ ἀγιάσματος σου ». Ἀνάστηθι, πόθεν; Ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς, οὐχ ἵνα χωρισθῆς τοῦ Πατρὸς (τοῦτο γὰρ οὐ θέμις ἢ νοεῖσθαι ἢ λέγεσθαι), ἵνα δὲ τὴν οἰκονομίαν πράξῃς, ἢ τι ἀνωθέν σοι πρὸ αἰώνων καὶ πρὸ τῶν γενεῶν προώριστο. Ἀνάστηθι, ἵνα τοὺς πεσόντας ἐγείρῃς, ἵνα τοὺς σκελισθέντας ὀρθώσῃς, ἵνα τὸ σὸν ἀναλάβῃς κτῆμα, παρὰ τοῦ ἐχθροῦ μέχρι τοῦ νῦν τυραννόμενον. « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου », ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὄρισας, καὶ εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἔταξας, τὸ σπήλαιον καὶ τὴν φάτνην καὶ τὰ σπάργανα· ἐν οὐρανοῖς γὰρ οὐ χρῆζεις ἀναπαύσεως. Αὐτὸς δὲ ἀνάπαυσις ὑπάρχεις ὅλης τῆς κτίσεως. Ἐπὶ γῆς δὲ δι' ἡμᾶς τὰ τῆς σαρκὸς πάσχεις. Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ

enim Rex gloriae, dum conciperetur aut ederetur, vulvae tuae portas prorsus aperuit, neque virginitatis vincula laxavit. Vocavit te hortum conclusum, et fontem signatum, is qui ex te ortus est sponsus, praedixit in Canticis.¹ Hortum conclusum, ob id quod falx corruptionis, aut vindemia te non attigit: florem autem, qui ex radice Iesse hominum generi pure exhibetur, excultus tibi a puro et intemerato Spiritu. Fontem conclusum, quia flumen vitae ex te prodiens replevit terram, alioqui ramus nuptialis fontem tuum nequaquam exhaustit. David sine intermissione cithara celebrat eum qui ex te natus est: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae.*² Surge: unde? E sinu Patris, non ut a Patre separeris (hoc enim dicere vel cogitare nefas est): sed ut dispensationem peragas, vel quidpiam e coelis ante saecula et ante generationes tibi praefinitum. Surge, ut lapsos erigas, ut claudicantes recta incedere facias, ut possessionem tuam recipias, quae ab hoste ad hoc usque tempus tyrannico modo occupatur. *Surge, Domine, in requiem tuam*, quam super terram praescripsisti, et in Bethleem constituisti, utpote stabulum, praesepe, et fascias. Non enim egēs in coelis requie, sed ipse es requies universae creaturae: at in terra, nostra causa pateris quae ad carnem pertinent. Non

¹ Cant. IV, 12.

² Ps. CXXXI, 8.

πείνη και δίψη, ἦν ἔσχου. Ἄλλὰ γὰρ και πεινῶν ἄρτος ὑπάρχεις ζωῆς, και διψῶν αὐτὸς εἶ τῶν διψόντων παράκλησις. Ποταμὸν γὰρ ἀφθαρσίας καθέστηκας· και κοπιῶν τοῖς περιπάτοις τῆς ξηρᾶς, πεζεύεις κόπου χωρὶς τῆς θαλάσσης τὰ κύματα. «Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ και ἡ κιβωτὸς τοῦ ἀγιάσματος σου», ἡ Παρθένος, ἡ Θεοτόκος, εὐδηλον. Εἰ γὰρ σὺ μαργαρίτης, εἰκότως ἐκείνη κιβωτὸς· ἐπειδὴ σὺ τυγχάνεις Ἡλιος, οὐρανὸς ἀναγκαίως ἡ Παρθένος κληθήσεται· ἐπειδὴ σὺ ἄνθος τυγχάνεις * ἀμάραντον, ἄρα ἡ Παρθένος ἀφθαρσίας φυτὸν, ἀθανασίας παράδεισος. Εἰς ἦν Ἡσαΐας ταῦτα θεῶν ἀρτίως προανεφώνησε λέγων· «Ἰδοῦ, ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, και τέξεται υἱόν, και καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Ἰδοῦ ἡ Παρθένος· ποία; Ἡ τῶν γυναικῶν ἔγκριτος, ἡ τῶν παρθένων ἐξαιρετος, τὸ σεμνὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐγκαλλώπισμα, τὸ τοῦ πηλοῦ ἡμετέρου καύχημα, ἡ τῆς αἰσχύνης τὴν Εὐαν, και τῆς ἀπειλῆς τὸν Ἀδάμ ἀπαλλάξασα, ἡ τὴν παρῥησίαν ἀποτεμοῦσα τοῦ δράκοντος· ἧς καπνὸς ἐπιθυμίας οὐχ ἦψατο, οὐδὲ σκώληξ αὐτὴν ἠδυπαθείας ἔδλαψεν. «Ἰδοῦ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται»· πόθεν, ὦ προφῆτα; Οὐ λέγω, φησί. Τοῦτο γὰρ τῷ Γαβριὴλ πεφύλακται. Πολλοὶ τῆς Θεοτόκου διαιροῦνται τὰ θαύματα, πολλὰ δὲ ὅμως και ἐξ αὐτῶν παραλέλειπται· πλὴν ἐγὼ τὸν τόκον τῆς Ἀειπαρθένου πεπίστευμαι· Μιχαίας, τὸν χῶρον ἐν ᾧ τὸ θαῦμα πέπρακται· Δαβίδ, τὸν καιρόν.

*1465

enim erat esuries aut sitis vera quam habebas; quinimo esuriens, panis es vitae: et sitiens ipse es consolatio laborantium siti, cum sis fluvius incorruptionis: et dum fatigabaris obambulando terram, per fluctus maris iter pedibus faciebas absque labore. *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae*, quae est haud dubie Virgo Deipara. Si enim tu es gemma, merito illa est arca. Et quia Sol exsistis, necessario Virgo vocabitur coelum. Cum sis flos immarcescibilis, profecto Virgo erit planta incorruptionis, et paradus immortalitatis: in quam Isaias haec * prospiciens nuper acclamabat dicens: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel*.¹ Ecce virgo, quaenam? Mulierum egregia, e virginibus electa, praeclarum naturae nostrae ornamentum, gloria luti nostri, quae Evam pudore, et Adamum comminatione liberavit, audaciam draconis abscidit: quam concupiscentiae fumus non attigit, neque vermis voluptatis eam laesit. *Ecce virgo in utero concipiet*, undenam, o propheta? Non dico, ait. Hoc enim reservatum est Gabrieli. Permulti distincte declarare nituntur miracula Virginis, pleraque tamen eorum praetermissa sunt. Caeterum ego de partu semper Virginis, fidem facio: Michaeas, de regione et loco in quo miraculum peractum est:

*1466

¹ Isa. VII, 14.

Αὐτὸς γὰρ τό· «Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε», τῇ τῶν Ψαλμῶν προφητείᾳ ἐνέθηκε. Γαβριὴλ τοίνυν ἐρεῖ τὸ πόθεν. Ἐκεῖνος γὰρ ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται· ἐκεῖνος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ τὴν Παρθένον πέμπεται· ἐκεῖνος ἐν καιρῷ τοῦ τόκου παραγίνεται, καὶ τοῦ τόκου τὴν ὑπόστασιν ἀναγκαίως ἐρμηνεύσαι πιστεύεται. Εἰ δὲ καὶ παρ' ἐμοῦ μαθάνειν θέλεις, τὰ ἐξῆς τῆς προφητείας ἐπελθε· «Καὶ τέξεται υἷόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Τί δὲ ἐστὶν Ἐμμανουήλ; «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Μὴ τοίνυν Θεὸς ἀπὸ γάμου καὶ φθορᾶς συλλαμβάνεται, καὶ ἐξ ἀνδρὸς καὶ κοίτης τεχθῆναι ἢ σαρκωθῆναι δύναται; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας Θεοῦ, ἐξ ἐπιφυτεύσεως Ὑψίστου, ἐκ παρουσίας Πνεύματος. Τί γὰρ οὖν ἡνίκα ἢ Παρθένος πρὸς τὸν Γαβριὴλ ἔλεγε· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» τοῦτ' ἐστὶν Ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα, καταπλήττει με τὸ ῥῆμα, καὶ ὁ τοῦ ἀγγέλου χρηματισμὸς τὴν Παρθένον ἐξίστησι, θαυμαστά λέγεις, ἐμοὶ δὲ διὰ τὸ ξένον ὑποπτα. Δέδοικα τοῦ εὐαγγελισμοῦ τὸ καινόν, θορυβοῦμαι πρὸς τὸ λίαν τῶν λεγομένων ἄηθες. «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» πῶς ἔσομαι μήτηρ, μὴ γενομένη νύμφη; οὐκ ἐφθάρη τὸ τῆς ὥρας ἄνθος, τὸν ζωστήρα τῆς παρθενίας οὐκ ἔλυσα, τὸν δεσμὸν τῆς μήτρας οὐκ ἐχάυνωσα, τὴν σφραγίδα τῆς γαστρὸς οὐ παρέλυσα. Ὁ δὲ ἄγγελος παραχρῆμα ἐπήγαγε· «Πνεῦμα

David, de tempore. Ipse enim Prophetiae Psalmorum inseruit istud: *Ex utero ante luciferum genui te.*¹ Gabriel igitur dicturus est unde. Ille enim de coelo descendit, ille ad hoc ipsum mittitur ad Virginem, ille tempore partus adest, et substantiam partus creditur necessario declarasse. Sin cupis et a me discere, quae sequuntur in propheta percurrere: *Et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.* Quid porro est Emmanuel? *Nobiscum Deus.* Nunquid ergo Deus ex nuptiis et corruptione concipitur, et ex viro atque concubitu editus aut incarnatus esse potest? Nequaquam, sed operatione divina, seminatione superna, et adventu Spiritus sancti. Quamobrem cum Virgo Gabrieli diceret: *Quomodo fiet istud apud me, quia virum non cognosco?*² percellit me: miraculum quod dixisti, me perterret: et oraculum angeli Virginem obstupefacit, miranda dicis, ideoque mihi dubia, quia peregrina, extimesco nuntii fausti novitatem: perturbor ob ea quae dicuntur a te admodum insolita. *Quomodo mihi fiet istud, quia virum non cognosco?* Qua ratione fiam mater, quae non fui sponsa? Flos aetatis vigentis non est corruptus: cingulum virginitatis non solvi: vincula vulvae non laxavi: uteri non dissolvi sigillum. Angelus confestim subiunxit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obum-*

¹ Ps. CIX, 3.

² Lc. I, 34.

ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι » τοῦτ' ἔστιν·
 Εἰ ἐγίνωσκεις ἄνδρα, οὐκ ἂν ἔτεκες Θεόν, δούλου μορφήν λαβεῖν ἐκ σοῦ διὰ
 σέ χωρὶς φθορᾶς εὐδοκήσαντα, οὐκ ἂν ὄργανον ἐγίνου τῆς τοῦ πάντα παρα-
 γαγόντος σαρκώσεως. Ἄλλ' ἐπειδὴ καθαρὰ τυγχάνεις κοίτης γαμικῆς, ἐπειδὴ
 τὸν ναὸν ἀφθαρτον, καὶ τὴν σκηνὴν ῥύπου παντός ἐλευθέραν ἐτήρησας, καὶ
 ὁ Πατὴρ ἐπιδημεῖ σοι, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπισκιάζει, καὶ μετὰ σαρκὸς ἐκ σοῦ
 ὁ Μονογενὴς τίκτεται. Σὺ οὖν μηδαμῶς διακριθῆς τὰ ἐξῆς μυστήρια, μὴ
 διακριθῆς ἐν σπηλαίῳ τίκτουςα τὸν ὅλης τῆς κτίσεως Δημιουργόν, μὴ δια-
 *1468 κριθῆς ἐν φάτνῃ καθίζουσα τὸν ἐπὶ τῶν νώτων τῶν * Χερουβὶμ καθεζό-
 μενον, οὐκ ἔχουσα τόπον ἐν τῷ καταλύματι· καὶ μήτηρ βασιλέως τῶν ἄνω
 καὶ τῶν κάτω τυγχάνουσα. Ἐκὼν γὰρ ἐκ σοῦ πτωχεύει, ἵνα καὶ τοὺς πλου-
 σίους χαλινώσῃ, καὶ τοῖς πτωχοῖς ὑπόθεσις ὑπομονῆς, καὶ διδάσκαλος εὐ-
 χαριστίας γένηται. Ἐκὼν ἐπὶ τῆς φάτνης τίθεται, ἵνα οἱ κτηνώδεις προσ-
 δράμωσι, καὶ τὸν λόγον εὐρωσιν ἐπὶ τῆς φάτνης καθήμενον, ἵνα ἀναλάβωσιν
 ἐξ αὐτοῦ τὸ λογικὸν ἀξίωμα, ἵνα σῖτον εὐρωσι προσδοκῆσαντες ἄχυρα, ἵνα
 ὡς κτήνη προσδράμωσι, δράγματα κριθῆς ἐπὶ τῆς φάτνης εὐρεῖν οἴμενοι,
 καὶ τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν φάγωσι, τὴν τροφήν τῆς ζωῆς, τὸ δεῖπνον τοῦ
 φωτός, τὴν βρωσὴν τῆς χαρᾶς, τῆς ἀφθαρσίας τὸ γλύκασμα, ἐξ οὗ τῆς βα-
 σιλείας ἢ γνῶσις, τῆς υἰοθεσίας ὁ ἀρράβων, ὁ τῶν οὐρανῶν κληρὸς, ἢ κοι-

*brabit tibi;*¹ hoc est, si cognosceres virum, non pareres Deum, cui vi-
 sum est ex te, propter te citra corruptionem, servi formam sumere:
 nunquam fieres instrumentum incarnationis eius qui omnia produxit.
 Verum quia munda es a concubitu nuptiali, quia templum incorruptum,
 et tabernaculum ab omni sorde liberum conservasti: et Pater hospitatur
 apud te, et Spiritus sanctus obumbrat, et assumpta carne Unigenitus ex
 te nascitur: eam ob rem, ne dubites ullo modo, de reliquis mysteriis
 ne sis anxia, si parias in stabulo universae creaturae opificem: ne
 haesistes, si sedere facias in praesepio eum qui sedet in dorso
 Cherubim, si non habeas locum in diversorio, cum sis mater regis eorum
 quae sursum sunt et deorsum. Libens enim qui ex te natus est, pauper
 efficitur, ut divites refrenet, et * egenis patientiae sit argumentum,
 et gratiarum actionis magister. Libens reconditur in praesepi, ut qui
 sunt pecuni accurrant, et reperiant λόγον, id est, sermonem et rationem
 in praesepi constitutam: ut ex eo recipiant dignitatem rationalem: ut
 qui currunt ad paleas, frumentum nanciscantur: ut bestiarum more festinent,
 arbitantes se inventuros in praesepi manipulos hordei, et panem verum
 manducaturos, alimentum vitae, coenam lucis, escam laetitiae, incorruptionis
 dulcedinem, unde oritur notitia regni, arrha adoptionis filiorum, coelorum haere-

¹ Lc. I, 35.

ωνία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Αὐτῶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1279

Sermo VI. In praesentatione Iesu Christi. [...] «Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως». Αὐτῶν, τίνων; Ἰωσήφ μὲν γὰρ οὔτε πατήρ ἦν, οὔτε ὑπεύθυνος καθαρσίων, ἀλλ' οὔτε Μαρία, οὔτε τὸ βρέφος τῶν καθαρσίων ἐδέοντο· λέγεται γὰρ οὕτως· «Γυνή τις ἐὰν σπερματισθῆ καὶ τέκη ἄρσεν, ἑπτὰ ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται»· ἀλλ' ἡ Μαρία οὐκ ἐσπερματίσθη, οὐκοῦν καθαρσίων οὐκ ἐδέετο· «Γυνή ἥτις ἐὰν σπερματισθῆ καὶ τέκη ἄρσεν, ἑπτὰ ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται»· διὰ τί; Ἐπειδὴ Ἀδὰμ δευτέρον εἰς τὸν βίον ἤγαγεν. «Ἐὰν * δὲ τέκη θῆλυ, δις ἑπτὰ ἀκάθαρτος ἔσται». Τίνος χάριν ἐνταῦθα τὰς ἡμέρας διπλασίονας ἔταξεν; Ἐπειδὴ Εὐὰ πάλιν ἀπὸ τῆς Εὐᾶ τίκτεται, τὸ σαθρὸν σκευὸς, τὸ ἀσθενὲς ἀγγεῖον, τὸ συντετριμμένον κεράμιον, ἡ χειραγωγὸς τῆς παρακοῆς, ἡ τοῦ δράκοντος σύμβουλος· ἀλλ' ὥσπερ ἤκουσας γυναικὸς τὰ ἐγκλήματα, δεῦρο καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς κατόρθωμα μάνθανε. Γυνή παρθενίαν τῶ βίῳ εἰσήγαγεν, ἐχώρησεν ἐν τῇ γαστρὶ τὸν Θεὸν ὃν ἡ κτίσις χωρῆσαι οὐ δύναται· ἔτεκεν ἐν σαρκὶ τοῦτον, ὅστις ἡμῶν τὸ γένος ἀνέπλασεν· πρώτη τὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ὑπεδέξατο, πρώτη τοῦ κηρύγματος τῆς ἀναστάσεως ἤρξατο, πρώτη τὴν χαρὰν

PG
93, 1468

*1469

ditas, societas cum Patre et Filio et Spiritu sancto. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

1279

Sermo VI. In praesentatione Iesu Christi. [...] *Et postquam impleti sunt dies purificationis eorum, secundum legem Moysi.*¹ Quorum eorum? Ioseph equidem neque pater erat, neque purificationi subditus, sed neque Mariae, neque puero purificationibus opus erat; sic enim lege dicitur: *Mulier quae suscepto semine pepererit masculum, septem diebus immunda erit.* Sed Maria non suscepit semen, nec igitur purificatione indigebat. *Mulier quae suscepto semine pepererit masculum, septem diebus immunda erit.*² Quare? Quia Adam secundum in vitam * adduxit. *Si autem peperit feminam, bis septem impura erit.*³ Cuius rei gratia hic dierum numerum duplicem statuit? Quia Eva rursus ab Eva gignitur, fragile instrumentum, debile vas, contrita testa, maneductrix inobedientiae, per quam suasit serpens. Sed sicut audisti mulieris impropria, hic quoque et mulieris merita disce; mulier virginitatem saeculo induxit, contulit in gremio Deum quem creatio continere non potest, generavit in carne illum qui nostram generationem fabricavit; prima Iesum ex mortuis solutum accepit, prima proclamatae resurrectionis primitias accepit; prima gaudium disci-

PG
93, 1467

*1470

¹ Lc. II, 22.

² Lev. XII, 2.

³ Lev. XII, 5.

τοῖς μαθηταῖς ἐμήνυσεν. « Γυνή ἦτις, φησίν, σπερματισθῆ » ἡ Θεοτόκος δὲ γυνή μὲν ἦν, τὰ γυναικῶν δὲ οὐ πέπονθεν· σπέρμα γὰρ ἀνδρὸς ἢ γαστήρ οὐκ ἐδέξατο, οὐκ εἶδεν ἄροτρον ὁ τῆς Μαρίας ἀγρός, ὁ παρθενικὸς ἀμπελῶν οὐχ ὑπέμεινεν δίκελλαν, ὥστε οὐχ ὑπὲρ αὐτῆς ἢ προσφορά, ὑπὲρ ὄλου τοῦ γένους ἐγένετο· ἡμῶν γὰρ ἕνεκα περιτέμνεται Χριστός, ὑπὲρ ἡμῶν καὶ βαπτίζεται, ἐφ' ἡμῖν τελεῖται τὰ τοῦ νόμου καθάρσια· ἐὰν δακρύσῃ, τὴν φύσιν ἐκπλύνει· ἐὰν βραπισθῆ, τὴν ἡμετέραν αἰχμαλωσίαν ἐλευθεροῖ· ἐὰν βαστάσῃ τὸν σταυρόν, ἡμᾶς κουφίζει τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμαρτίας· ἐὰν ἐμπυσθῆ, τὸν Ἀδὰμ ἀπαλλάττει τοῦ τῆς κατάρσας ἐμπτύσματος.

PG
93, 1473

« Ἀλλὰ Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀκούσαντες τὰ παρὰ τοῦ Συμεῶνος λαληθέντα, ἐθαύμασαν », πῶς ὁ Χριστὸς ἀνέχεται υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι· ἐθαύμασεν ἡ Μαρία πῶς γαστήρ γυναικὸς ἐχώρησε Θεόν, πῶς ἡ δούλη τὸν ἐλευθεροῦντα τὴν κτίσιν ἐγέννησεν. 1280

PG
93, 1476

« Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ». Ῥομφαία ἢ διχόνοια λέγεται, ἐπειδὴ καθάπερ ἡ ῥομφαία σχίζει καὶ μερίζει τὰ σώματα, οὕτως καὶ τὰς ψυχὰς πρὸς ἀμφιβολίην ἢ διχόνοια· εἰ γὰρ καὶ παρθένος ἦν, ἀλλὰ γυνή· εἰ καὶ Θεοτόκος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος. Ῥομφαία τοίνυν αὐτῆς τὴν ψυχὴν διέβαινε, ὅπως ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί, οἱ 1281

pulis annuntiavit. *Mulier, inquit, quae susceperit semen.* Deipara autem mulier quidem erat, muliebria vero non passa est; semen enim viri venter non suscepit, neque novit aratrum Mariae ager, virgineum vinetum pastinum non toleravit, ita ut non pro se oblationem, sed pro omni humano genere fecerit; propter nos enim circumciditur Christus, propter nos et baptizatur, pro nobis perficit legis purificationes; si fleverit, naturam lavat; si alapas pertulerit, nostra nos captivitate liberat; si crucem sustinuerit, nos allevat iugo iniquitatis; si sputa induraverit, Adamum liberat maledictionis sputo.

PG
93, 1474

*Sed Ioseph et mater eius audientes quae per Simeonem dicebantur, mirabantur,*¹ quomodo Christus dignatus est filius hominis fieri; mirabatur Maria quomodo venter mulieris continuit Deum, quomodo ancilla liberatorem creationis generavit. 1280

PG
93, 1475

*Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur, ex multis cordibus cogitationes.*² Gladius diversitas opinionum dicitur, quoniam sicut et gladius scindit ac partitur corpora, ita et animas per indecisionem contradictio; si enim et virgo erat, sed et mulier; si quoque Deipara, sed nostro compacta limo; gladius iam ipsius animam pertransivit, ut manifestentur ex multis cordibus cogitationes: de 1281

¹ Lc. II, 33.² Lc. II, 35.

περὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους διάφοροι, ποτὲ μὲν αὐτὸν προφήτην, ποτὲ δὲ λυτρωτὴν τοῦ Ἰσραὴλ οὐχ ὑπογράφοντες, πολλὴν καὶ ἐπὶ τούτοις ἀμφιβολίαν διὰ τὸν σάλον τὸν ἐκ τοῦ πάθους ὑπομένοντες· ὥστε τοὺς περὶ Κλεόπαν μαθητὰς περιόντας, καὶ πρὸς αὐτὸν λέγειν· «Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἔγνωσ τὰ γενόμενα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις»; εἶτα ἐρωτηθέντες, ποῖα; ἐπήγαγον· «Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης», καὶ τὰ ἐξῆς. Οὐκοῦν ὡς περὶ προφήτου μὲν εἶχον καὶ λυτρομένου τὸν Ἰσραὴλ· διὰ δὲ τὸ πάθος καὶ ταύτην ἐμβάλλειν περὶ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν, ὅτι λυτροῦται τὸν Ἰσραὴλ ἐκινδύνευον· τοῦτο δὲ οὐ μάρτην ἐγένετο, ἀλλ' ὥστε δεῖξαι, ὅτι· «Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν». Τὸ γὰρ τοῦ σταυροῦ πάθος, οἱ πάντες ἐσινιάνθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, οὐ μόνον οἱ ἀπλῶς μαθηταί, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκλεκτοὶ καὶ ἡ μήτηρ * αὐτοῦ·¹⁴⁷⁷ τοῦτο πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐστήριζεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE TITULIS PSALMORUM ³

1282 Ps. XXI. 17. «Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μητρός»· Μαρία τοῦ Κυρίου λέγει ^{PG}_{27, 724} τοὺς ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, τουτέστι τοὺς

Christo in tempore passionis dissensiones; nunc illum prophetam, nunc vero Salvatorem Israël non subscribentes, multam quoque in his diversitatem, propter agitationem ex ipsa passione sustinentes; ita ut cum Cleopha discipuli iter facientes et ad ipsum dicerent: *Tu solus advena es in Ierusalem, et ignoras quae facta sunt in diebus istis?* Deinde interrogati, quae? Addiderunt: *De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta,*¹ et quae sequuntur. Ergo sicut de propheta sentiebant et de Salvatore Israël, propter autem passionem et varias emissas opiniones quod redempturus esset Ierusalem incerti videbantur. Quae quidem non in vanum evenerunt, sed ad manifestandum, quia *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.*² Etenim in passione crucis omnes cribrati sunt et agitati, non solum simplices discipuli, sed et electi et mater eius, et haec passio universum orbem confirmavit, in Christo Iesu Domino nostro, per quem et cum quo Patri * gloria, cum ¹⁴⁷⁸ sancto Spiritu, nunc et semper et per omnia saecula saeculorum. Amen.

1282 Ps. XXI, 17. *Spes mea ab uberibus matris meae:* Mariae matris Domini, aut significat facientes voluntatem Patris eius, qui in coelis ^{PG}_{27, 723}

¹ Lc. XXIV, 19, 20.

² I Cor. I, 25.

³ Opus hoc, quod exstat inter op. Ps. Athanasii, est Hesychii Hier. (cf. Cay, I, 890; Bar, II, 30; AI 345).

μαθητάς. Ἡ ἐλπίς σου ἢ εἰς ἐμὲ ἐκ τῆς διδαχῆς τῶν μαθητῶν μου ἐστίν. [Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· Μαρίας τοῦ Κυρίου, ἣ λέγει τοὺς ποιοῦντας τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, τουτέστι τοὺς μαθητάς, οὕτως· Ἡ ἐλπίς σου ἢ εἰς ἐμὲ ἐκ τῆς διδαχῆς τῶν μαθητῶν μου ἐστίν].

- PG 27, 724 18. Τὸ δέ· «Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας», ὅταν ὁ Γαβριήλ, ὄντος αὐτοῦ ἐν μήτρᾳ τῆς Παρθένου ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, ὅτι Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστίν. 1283
- PG 27, 888 Ps. LX, 16. «Ἐκ τῆς Ῥούθ τῆς Μωαβίτιδος» κατάγεται ἡ ἁγία Μαρία· ὡς οὖν διὰ τὴν παρθένον Μωὰβ καλεῖται. Ἡ Παρθένος οὖν λέβης τοῦ Κυρίου γεγένηται, διὰ τὸ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς συλληφθεῖσθαι καὶ τὸν Κύριον ὑπὲρ φύσεως, καὶ κατὰ φύσιν. 1284
- PG 27, 916 Ps. LXVII, 33. Ὅρος τοῦ Θεοῦ ὄρος πῖον· Τὴν Παρθένον λέγει καὶ Θεοτόκον. 1285
34. Ὅρος τετυρωμένον ὄρος πῖον. Συνεσφραγισμένη τῇ παρθενίᾳ δηλονότι.
- PG 27, 1116 Ps. CV, 50. Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητῆν. Τὴν Θεοτόκον Μαρίαν ὄνειδίζοντες, τῷ Κυρίῳ περὶ αὐτῆς καὶ λέγοντες· «Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγενήμεθα». 1286

est, hoc est discipulos, hoc modo: Spes tua in me ex doctrina discipulorum meorum est.

- PG 27, 723 18. Illud autem: *In te proiectus sum ex utero*, quando Gabriel, cum esset ipse in utero Virginis, de eo dixit, quod Filius Dei est. 1283
- PG 27, 887 Ps. LX, 16. *Ex Ruth Moabitide* genus ducit sancta Maria; ideo propter virginitatem *Moab* hic nominatur. Virgo igitur olla Domini facta est, quia et in utero suo concepit Dominum super naturam, non secundum naturam. 1284
- PG 27, 915 Ps. LXVII, 33. *Mons Dei, mons pinguis*, Virginem, et Deiparam significat, 34. *Mons coagulatus, mons pinguis*: Obsignatam videlicet virginitate. 1285
- PG 27, 1115 Ps. CV, 50. *Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*: Deiparam Mariam iniuriis afficientes, et Domino de ipsa dicentes: *Nos ex fornicatione nati non sumus*.¹ 1286

¹ Io. VIII, 41.

● PG 93, 484, 352, 860, 1071, 1433.

Interius fructum dulcem, de Spiritu sancto.
Sicut Esaias virgam de semine Iesse
Praedixit Mariam, de qua Flos exit in orbem.¹

S. HIPPOLYTUS Romanus (ca 172 † ca 235)

FRAGMENTA IN PROVERBIA

PG
10, 621 [...] Τῆς Ἐκκλησίας μὴ καταλιμπανούσης ἐν κόσμῳ τὴν ἐλπίδα, τῆς τὰ πάντα φερούσης Χριστοῦ σαρκώσεως, τρίθρον νεκρώσεως ἐν ἄδου οὐκ ὑπελίπετο. - Τίνος, ἀλλ' ἢ τοῦ ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ παρθένου γεγεννημένου; ὃς τὸν τέλειον ἄνθρωπον ἀνανεώσας ἐν κόσμῳ ἐπιτελεῖ τὰς δυνάμεις, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ὡς καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ· ἦν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα· τούτου οὖν τὸ νέον καὶ ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας, ὃς διοδεύων κατὰ πόλεις καὶ χώρας, ἴατο τὰς νόσους καὶ τὰς ἀσθενείας τῶν ἀνθρώπων. 101

PG
10, 624 « Τρία ἐστὶν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω· ἔχνη ἀετοῦ πετομένου », τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάληψιν. Καὶ « ὁδοὺς ὄψεως ἐπὶ πέτρας »· ὁ διάβολος οὐχ εὔρεν ἔχνος ἀμαρτίας ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ « τρίθους νηὸς ποντοπορούσης », τῆς Ἐκκλησίας ὡς ἐν πελάγει τῷ βίῳ τούτῳ, τῇ εἰς Χριστὸν ἐλπίδι διὰ τοῦ σταυροῦ κυβερνωμένης. Καὶ « ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεό- 102

PG
10, 622 [...] Cum Ecclesia spem suam non dimittat, quam habet erga omnis boni fontem, Christi incarnationem, semitam mortis in inferno non facit. Cuiusnam, nisi nati de Spiritu sancto et virgine? Qui perfectum hominem in mundo renovans prodigia edidit, capto initio a Ioannis baptisate, sicut evangelista testatur. Erat autem Iesus incipiens quasi annorum triginta. In hac igitur iuvenili et florente aetate, circumiens civitates et regiones, hominum morbos et infirmitates sanabat. 101

PG
10, 623 *Tria ego intelligere nequeo, et quartum penitus ignoro: vestigium aquilae volantis; nempe Christi ascensum. Viam serpentis in petra; nempe diabolus non invenit peccati vestigium in corpore Christi. Et semitam navis mare decurrentis; nempe Ecclesiae in huius mundi pelago fluctuantis, et ob spem suam in Christum a cruce quasi gubernaculo rectae. Denique vias viri in adolescentia, illius nimirum 102*

¹ CCL II, 1447.

● PL 2, 34, 154, 157, 176, 189, 335, 363, 404, 405, 406, 427, 450, 451, 469, 506, 515, 521, 754, 760, 767, 768, 769.

■ PL 2, 1090.

τητι », τοῦ ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς Παρθένου γεγεννημένου· ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἀνὴρ, Ἐνατολή ὄνομα αὐτῶ.

- 103 Τρία ἐστὶν ἃ εὐδόως πορεύεται, καὶ τὸ τέταρτον δὲ καλῶς διαβαίνει. Ἄγγελοι ἐν οὐρανοῖς, ἅγιοι ἐπὶ τῆς γῆς, ψυχαὶ δικαίων ὑπὸ γῆν· καὶ τὸ τέταρτον, ὁ Θεὸς Λόγος σαρκωθεὶς, διέβη καλῶς μήτραν Παρθένου· ἀνάπλασιν τοῦ Ἀδάμ ποιούμενος, διέβη πύλας οὐρανῶν, ἀπαρχὴ ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως πᾶσι γενόμενος. PG
10, 624
- 104 « Σοφία ἠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον ». Χριστός, φησὶν, ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς σοφία καὶ δύναμις, ἠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, τὴν ἐκ Παρθένου σάρκωσιν, καθὼς προεῖρηκεν· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ». Ὡς μαρτυρεῖ καὶ ὁ σοφὸς προφήτης· Ἡ πρὸ τοῦ αἰῶνος, φησί, καὶ παρεκτικὴ ζωῆς, ἡ ἄπειρος « σοφία » τοῦ Θεοῦ « ἠκοδόμησε τὸν οἶκον ἑαυτῇ » ἐξ ἀπειράνδρου μητρὸς, ναὸν γοῦν σωματικῶς περιθέμενος. « Καὶ ὑπῆρξε στύλους ἑπτὰ » τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος εὐωδίαν, ὡς φησὶν Ἡσαΐας· « Καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτόν * ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ ». Ἄλλοι δὲ λέγουσιν εἶναι στύλους ἑπτὰ, τὰ ἑπτὰ θεῖα τάγματα τὰ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ καὶ θεοπνεύστου διδασκαλίας τὴν κτίσιν βασιτάζοντα, ἡγγοῦν τοὺς προφήτας, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς μάρτυρας, τοὺς ἱεράρχας, τοὺς PG
10, 625

*628

qui ex Spiritu sancto et Virgine natus est. Ecce enim, inquit Scriptura, vir cui nomen Oriens.

- 103 Tria sunt quae bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter. Angeli nimirum in coelis, sancti in terra, animae iustorum sub terra. Quartum, nempe Dei Verbum incarnatum, pertransiit feliciter per Virginis vulvam; reformatoque Adamo, pertransiit coelorum ianuam, primitiae resurrectionis itemque ascensionis factus. PG
10, 623
- 104 *Sapientia aedificavit sibi domum.*¹ Christus, inquit, Dei et Patris sapientia et virtus, aedificavit sibi domum, carnem ex Virgine, ut praedixerat: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*² Hoc idem sapientissimus testatur propheta: Quae ante saecula fuit, inquit, et praebet omnibus vitam, infinita Dei *sapientia aedificavit sibi domum* ex matre virum haud experta, templum corporaliter induens. *Et extulit columnas septem:* sacrosancti Spiritus dona fragrantissima, sicut ait Isaias: *Et requiescent super eum septem * spiritus Dei.*³ Alii septem columnas dicunt esse septem divinos ordines quibus per sanctam atque inspiratam divinitus eius doctrinam creatura sustentatur, hoc est prophetas, apostolos, PG
10, 626

*627

¹ Prov. IX, 1.

² Io. I, 14.

³ Isa. XI, 2.

ἀσκητάς, τοὺς ὀσίους καὶ τοὺς δικαίους. Τὸ δέ· « ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα », τοὺς προφήτας φησὶ καὶ μάρτυρας, τοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν καθ' ἐκάστην ὑπὸ τῶν ἀπίστων ὡσπερ ἄρνas ἀναιρουμένους ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ βοῶντας· « Ἐνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς ». Καὶ ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς « οἶνον », εἰς τὴν παρθένον τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἐνώσας τῇ σαρκὶ ὡς οἶνον ἄκρατον, ὁ Σωτὴρ ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς ἀσυγχύτως Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

FRAGMENTUM IN DANIELEM (ca 204)

PG 10, 648 VI. Ἐν ᾧ χρόνῳ παρὼν ὁ Σωτὴρ ἐκ τῆς Παρθένου « τῆς κιβωτοῦ »· τὸ 105
ἴδιον σῶμα τῷ κόσμῳ προσήνεγκεν· χρυσίῳ καθαρῷ κεχρυσωμένης ἔνδοθεν
μὲν τῷ Λόγῳ, ἔξωθεν δὲ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ὥστε ἀποδέδεικται ἡ ἀλήθεια,
καὶ πεφανέρωται « ἡ κιβωτός ».

FRAGMENTUM IN LUCAM

PG 10, 700 Cap. II, 7. Εἰ δὲ βούλει, Λόγος Θεοῦ ἦν πρωτότοκος, ἀπ' οὐρανῶν ἐπὶ 106
τὴν μακαρίαν Μαρίαν κατερχόμενος, καὶ ἄνθρωπος πρωτότοκος ἐν κοιλίᾳ
πλασσόμενος, ἵνα ὁ πρωτότοκος Θεοῦ πρωτοτόκῳ ἀνθρώπῳ συναπτόμενος
δειχθῇ.

martyres, hierarchas sive sacerdotes, ascetas, sanctos, iustosque. Illud vero, *immolavit victimas suas*, prophetas denotat et martyres qui in nulla non civitate et regione ab infidelibus ovium instar mactantur quotidie pro veritate et clamant: *Propter te morte afficimur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis.*¹ Et *miscuit* in poculo suo *vinum*, in virgine divinitatem suam uniens cum carne tanquam vinum merum ac purissimum, Salvator ex ea natus est, sine confusione Deus et homo.

PG 10, 647 VI. Quo tempore adveniens Salvator ex Virgine (*arca* auro 105
mundo deaurata, intus quidem Verbo, foris vero Spiritu sancto)
suum corpus mundo protulit; adeo ut veritas demonstrata sit, et
manifestata *arca*.

PG 10, 699 Cap. II, 7. Si vis autem, Verbum Dei erat primogenitum, e coelo 106
ad beatam Mariam descensum, et homo primogenitus in utero for-
matus, ut primogenitus Dei primogenito homini unitus manifesta-
retur.

¹ Ps. XLIII, 22.

DE CHRISTO ET ANTICHRISTO (ca 202)

- 107 IV. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἄσαρκος ὢν, ἐνεδύσατο τὴν ἁγίαν PG
σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὡς νυμφίος ἱμάτιον ἐξυφάνας ἑαυτῷ ἐν τῷ 10, 732
σταυρικῷ πάθει.
- 108 VIII. Ταῦτα μὲν οὖν παραφράζειν ἐπιστάμενός σοι, αὐτὰ δοκεῖ τανῦν PG
παρατίθεσθαι. Ἄλλ' ἐπειδὴ αὐτὰ τὰ ῥήματα προτρέπει τοῦ λέγειν, οὐδὲ τοῦτο 10, 733
παραλείψομαι· ἔστι γὰρ ὄντως θεῖα καὶ ἔνδοξα, * δυνάμενα ὠφελῆσαι ψυ- *736
χήν. Σκύμμον λέοντος εἰπὼν ὁ προφήτης τὸν ἐξ Ἰούδα καὶ Δαυὶδ κατὰ σάρκα
γεγεννημένον, μὴ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γενόμενον, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος
συλλαμβανόμενον, καὶ τούτου ἐκ βλαστοῦ ἁγίου ἐκ γῆς προερχομένου. Ἡ-
σαΐας μὲν γὰρ λέγει· «Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος
ἐξ αὐτῆς ἀναθήσεται». Τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου ἄνθος εἰρημένον, ὁ Ἰακώβ
βλαστὸν εἴρηκε. Πρῶτον γὰρ ἐδλάστησεν, εἶτα ἤνθησεν ἐν τῷ κόσμῳ.
- 109 XLIV. [...] Ὁ μὲν πρῶτος γενόμενος Ἰωάννης, ὁ τοῦ Ζαχαρίου υἱός, PG
κατὰ πάντα πρόδρομος καὶ κῆρυξ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενηθείς, εὐαγγελιζό- 10, 764
μενος τὸ ἐπουράνιον φῶς, τὸ ἐν κόσμῳ φανέν, προέδραμεν ἐκ κοιλίας μητρὸς
πρῶτος, συλληφθεὶς ὑπὸ τῆς Ἐλισάβετ, ἵνα καὶ τοῖς ἐκ κοιλίας μητρὸς νηπίοις
ὑπάρχουσιν, ἐπιδείξῃ τὴν ἐσομένην αὐτοῖς διὰ Πνεύματος ἁγίου καὶ Παρ-
θένου, καινὴν γέννησιν.
-
- 107 IV. Dei enim Verbum, cum esset carnis experts, sanctam carnem PG
ex sancta Virgine induit, tanquam sponsus sibi ipsam in crucis pa- 10, 731
tibulo vestem contexens.
- 108 VIII. Haec cum pluribus ac circuitu eloqui noverim, ipsum modo PG
textum apponere libuit. Quia tamen ipsa divina verba suadent loqui, 10, 734
ne id quidem omittam. Plane enim divina sunt et illustria, ac * sane *735
animae conducere possunt. Catulum leonis vocavit propheta, qui
ex Iuda et Davide secundum carnem factus est, non quidem ex
Davidis factum semine, sed qui de Spiritu Sancto concipiatur et ex
sancto germine e terra procedat. Quo ita Isaias effert: *Egredietur
virga de radice Iesse et flos ex ipsa ascendet.*¹ Quod Isaias flos dictum
est, id Iacob appellavit germen; primum namque germinavit, deinde
floruit in mundo.
- 109 XLIV. [...] Primus fuit Ioannes, Zachariae filius, qui in omnibus PG
praecursor ac praeco Salvatoris exstitit; coelesteque lumen quod 10, 763
mundo illuxerat, annuntians, ex matris utero praecursoris partes
implevit primus, ab Elisabeth conceptus; ut et his qui ex matris
vulva parvuli erant, novam ex Spiritu sancto et Virgine, qua
donandi essent, nativitatem ostenderet.

¹ Isa. XI, 1.

XLV. Οὗτος ἀκούσας τὸν ἀσπασμὸν τῆς Ἑλισάβετ, ἐσκήρτησεν ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἀγαλλόμενος, ἐνορῶν τὸν ἐν κοιλίᾳ τῆς Παρθένου συνειλημμένον Θεὸν Λόγον.

CONTRA HAERESIM NOËTI

- PG 10, 809 **IV.** [...] Τοῦτο οὖν ἐσημαίνεται, ἀδελφοί, ὅτι ὄντως μυστήριον οἰκονομίας ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἦν οὗτος ὁ Λόγος καὶ Παρθένου, ἓνα Ἰῖδὸν Θεῶ ἀπεργασάμενος. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' αὐτὸς μαρτυρεῖ ὁ καταβάς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· οὕτω γὰρ λέγει· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς ὁ Ἰῖδὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ ». Τί οὖν ζητεῖ παρά τὸ εἰρημένον; Μήτι ἐρεῖ, ὅτι ἐν οὐρανῷ σὰρξ ἦν; Ἔστι μὲν οὖν σὰρξ ἡ ὑπὸ τοῦ Λόγου τοῦ Πατρῶου προσενεχθεῖσα δῶρον, ἡ ἐκ Πνεύματος καὶ Παρθένου, τέλειος Ἰῖδὸς Θεοῦ ἀποδεδειγμένος. **110**
- PG 10, 825 **XVII.** [...] Πιστεύσωμεν οὖν, μακάριοι ἀδελφοί, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων, ὅτι Θεὸς Λόγος ἀπ' οὐρανῶν κατήλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν, ἵνα σαρκωθῆις ἐξ αὐτῆς, λαβὼν δὲ καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, λογικὴν δὲ λέγω, γεγονὼς πάντα ὅσα ἐστὶν ἀνθρώπος, ἐκτὸς ἁμαρτίας, * σῶθη τὸν πεπτωκότα, καὶ ἀφθαρσίαν ἀνθρώποις παράσχη τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐν πᾶσιν οὖν ἀποδέδεικται ἡμῖν τῆς ἀληθείας λόγος, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Πατήρ, οὗ πάρεστι Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν· ὃν ὑστέροις καιροῖς, **111**
- *828

XLV. Hic audita matris salutatione, exsiliit gaudens in utero, in Virginis pariter utero conceptum Deum Verbum intuens.

- PG 10, 810 **IV.** [...] Hoc igitur, fratres, significabatur, quod vere mysterium incarnationis ex Spiritu sancto et ex Virgine erat hoc Verbum, quod operatum est Deo Filium unum. Hoc autem non ego dico, sed ipse testatur qui de coelis descendit. Sic enim ait: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis qui est in coelo.*¹ Quid igitur quaerit iste praeter hoc quod dictum est? Nunquid dicturus est quod caro erat in coelo? Est igitur caro, quae a Verbo Patris oblata, ut munus est caro, inquam, ex Spiritu sancto et Virgine ostensa perfectus Filius Dei. **110**
- PG 10, 826 **XVII.** [...] Credamus igitur, dilecti fratres, secundum traditionem apostolorum, quod Deus Verbum e coelis descendit in sanctam Virginem Mariam, ut ex ea incarnatus sumpta anima humana, rationis inquam particeps, factus omnia quaecumque homo est, excepto peccato, * salvaret Adam qui ceciderat, et immortalitatem hominibus largiretur iis qui crederent in nomine suo. In omnibus igitur demonstratum est nobis verbum veritatis, quod unus est Pater, cuius adest Verbum per quod omnia fecit; quod posterioribus **111**
- *827

¹ Io. III, 13.

καθὼς εἶπαμεν ἀνωτέρω, ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων. Οὗτος διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐκηρύχθη παρεσόμενος εἰς τὸν κόσμον. Καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκηρύχθη, κατὰ τοῦτον καὶ παρὼν ἐφάνερωσεν ἑαυτὸν ἐκ Παρθένου καὶ ἀγίου Πνεύματος, καινὸς ἄνθρωπος γενόμενος· τὸ μὲν οὐράνιον ἔχων τὸ Πατρῶον ὡς Λόγος, τὸ δὲ ἐπίγειον ὡς ἐκ παλαιοῦ Ἀδάμ διὰ Παρθένου σαρκούμενος. Οὗτος προελθὼν εἰς κόσμον Θεὸς ἐν σώματι ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθὼν. Οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπήν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος.

- 112 VIII. [...] Ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρεψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῇ ψυχὴν νοεράν μετὰ αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς ὁ αὐτός, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός.

PG
10, 840

CONTRA OMNES HAERESSES

- 113 Lib. VI, 35. [...] Γεγέννηται ὁ Ἰησοῦς διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὸ εἰρημένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ ». Πνευμά ἐστιν ἡ Σοφία· « καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι »· Ἰψιστός ἐστιν ὁ δημιουργός· « διὸ τὸ

PG
16, 3247

temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem et prophetas praedicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo praedicatum est, sic praesens se ipsum manifestum fecit ex Virgine et Spiritu sancto novus homo factus: habens coeleste quod Paternum erat, tanquam Verbum; terrenum vero tanquam ex vetere Adam, per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus, Deus corporatus apparuit, egressus perfectus homo. Non enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus est homo.

- 112 VIII. [...] Sed pie confitetur credens, quia propter salutem nostram, et ut ad inconvertibilitatem ligaret universitatem, universorum conditor ex sanctissima semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem sine convertibilitate substantians sibimet animam intellectualem cum sensivo corpore, natura factus est homo malitiae alienus: totus Deus ipse, totus homo idem ipse; totus Deus pariter natura et homo idem ipse.
- 113 Lib. VI, 35. [...] Natus est Iesus per Mariam virginem secundum id quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te* (Spiritus est Sophia), *et virtus Altissimi obumbrabit tibi*: (Altissimus est demiurgus),

PG
10, 839

PG
16, 3248

γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται». Γεγέννηται γὰρ οὐκ ἀπὸ Ὑψίστου μόνου ὡςπερ οἱ κατὰ τὸν Ἀδάμ κτισθέντες ἀπὸ μόνου ἐκτίσθησαν τοῦ Ὑψίστου, τούτέστι [τῆς Σοφίας καὶ] τοῦ δημιουργοῦ· ὁ δὲ Ἰησοῦς ὁ καινὸς ἄνθρωπος ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου, τούτέστι τῆς Σοφίας καὶ τοῦ δημιουργοῦ, ἵνα τὴν μὲν πλάσιν καὶ κατασκευὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ ὁ δημιουργὸς καταρτίσῃ, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα παράσῃ τὸ ἅγιον, καὶ γένηται Λόγος ἐπουράνιος ἀπὸ τῆς ὀγδοάδος γεννηθεὶς διὰ Μαρίας. Περὶ τούτου ζήτησις μεγάλη ἐστὶν αὐτοῖς καὶ σχισμάτων καὶ διαφορᾶς ἀφορμή. Καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ διδασκαλία αὐτῶν διηρημένη, καὶ καλεῖται ἡ μὲν ἀνατολική * τις διδασκαλία κατ' αὐτούς, ἡ δὲ Ἰταλιωτική. Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, ὧν ἐστὶν Ἡρακλέων καὶ Πτολεμαῖος, ψυχικόν φασὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ γεγονέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τὸ Πνεῦμα ὡς περιστερά καταέληλυθε, τούτέστιν ὁ λόγος ὁ τῆς μητρὸς ἄνωθεν τῆς Σοφίας, καὶ γέγονε τῷ ψυχικῷ, καὶ ἐγήγερεκεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Τοῦτό ἐστι, φησί, τὸ εἰρημένον «Ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν», ἦτοι ψυχικά. Ὁ χεῦς γὰρ ὑπὸ κατάραν ἐλήλυθε. «Γῆ γάρ, φησὶν, εἶ, καὶ εἰς γῆς ἀπελεύσῃ». Οἱ δ' αὖ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς λέγουσιν, ὧν ἐστὶν Ἀξιόνικος, καὶ Ἀρθησιάνης ὅτι πνευματικὸν ἦν τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος· Πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἦλθεν ἐπὶ τὴν Μαρίαν, τούτέτιν ἡ Σοφία, καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψί-

*ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur.*¹ Generatus enim est non ab Altissimo solo, sicut ii, qui secundum Adam creati sunt, a solo creati sunt Altissimo, hoc est demiurgo; Iesus autem, novus homo, a Spiritu sancto, hoc est Sophia, et demiurgo, ut fabricam quidem et apparitionem corporis eius demiurgus exornaverit, essentiam autem eius Spiritus praestiterit sanctus, et exstiterit Logos coelestis ab ogdoade generatus per Mariam. De hoc quaestio magna est illis et dissidiorum dissensionisque causa, et hinc exstitit eorum doctrina bifariam divisa, quarum altera vocatur orientalis secundum eos, altera italica. Et ii quidem, qui sunt ab Italia, quorum Heracleo est et Ptolemaeus, animale dicunt exstitisse corpus Iesu, et propterea in baptismo Spiritus tanquam columba * devenit, hoc est logus matris supernae Sophiae, et cessit animali et suscitavit eum ex mortuis. Hoc est, inquit, illud quod dictum est: *Qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra,*² quae sunt animalia. Limus enim sub devotionem venit. *Pulvis enim es, inquit, et in pulverem reverteris.* Rursus illi qui sunt ab oriente dicunt, quorum est Axionicus et Bardesanes, spirituale fuisse corpus Salvatoris; Spiritus enim sanctus venit super Mariam, hoc est Sophia, et potestas Supre-

¹ Lc. I, 35.

² Rom. VIII, 11.

στου, ἡ δημιουργικὴ τέχνη, ἵνα διαπλασθῇ τὸ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τῆς Μαρίας δοθέν.

- 114 36. [...] Ἐγενήθη Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς Μαρίας, ἵνα διορθώσῃται τὰ ἐνθάδε, ὡσπερ ὁ Χριστός, ὁ ἄνωθεν ἐπιπροβληθεὶς ὑπὸ τοῦ Νοῦς καὶ τῆς Ἀληθείας, διορθώσατο τὰ πάθη τῆς ἕξω Σοφίας, τουτέστι τοῦ ἐκτρώματος· καὶ πάλιν ὁ διὰ Μαρίας γεγεννημένος ὁ Σωτὴρ ἤλθε διορθώσασθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς. Εἰσὶν οὖν [κατ' αὐτοὺς] τρεῖς Χριστοί· ὁ ἐπιπροβληθεὶς ὑπὸ τοῦ Νοῦς καὶ τῆς Ἀληθείας μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ὁ κοινὸς τοῦ πληρώματος καρπός, ἰσόζυγος, τῆς ἕξω Σοφίας, ἥτις καλεῖται καὶ αὐτὴ Πνεῦμα ἅγιον ὑποδεέστερον τοῦ πρώτου, καὶ τρίτος ὁ διὰ Μαρίας γεννηθεὶς εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς κτίσεως τῆς καθ' ἡμᾶς.
- 115 Lib. VII, 32. Καρποκράτης τὸν μὲν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ὑπὸ ἀγγέλων πολὺ ὑποβεβηκότων τοῦ ἀγενήτου Πατρὸς γεγενῆσθαι λέγει, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἕξ Ἰωσήφ γεγενῆσθαι.
33. Κήρινθος δὲ τις [...] Τὸν δὲ Ἰησοῦν ὑπέθετο μὴ ἐκ παρθένου γενῆσθαι, γεγονέναι δὲ αὐτὸν ἕξ Ἰωσήφ καὶ Μαρίας υἱὸν ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀνθρώποις, καὶ δικαιότερον γεγονέναι καὶ σοφώτερον.
35. Θεόδοτος δὲ τις ὢν Βυζάντιος εἰσήγαγεν αἵρεσιν καινὴν, φάσκων

PG
16, 3250PG
16, 3338

3342

mi, demiurgica ars, ut conformaretur quod Spiritus Mariae dedisset.

- 114 36. [...] Natus est Iesus Salvator per Mariam, ut emendaret quae hic sunt veluti Christus, qui erat superne superproiectus a Mente et Veritate, emendavit passiones Sophiae quae extra est, hoc est abortivi, et rursus natus per Mariam Salvator venit emendaturus passiones animae. Sunt igitur secundum illos tres Christi: qui est superproiectus a Mente et Veritate una cum Spiritu sancto, et communis pleromatis fructus, coniunx Sophiae quae extra est, quae et ipsa vocatur Spiritus sanctus inferior primo, et tertius is, qui natus est per Mariam ad emendationem conditionis quae est secundum nos.
- 115 Lib. VII, 32. Carpocrates mundum et quae sunt in eo ab angelis multo inferioribus non-generato Patre fabricatum esse dicit, Iesum autem ex Iosepho genitum esse, et consimilis cum esset hominibus, iustiolem reliquis exstitisse.
33. Cerinthus autem quidam, [...] Iesum autem statuit non ex Virgine natum esse, natum autem esse eum ex Iosepho et Maria filium consimiliter reliquis hominibus omnibus, iustiolemque exstitisse et sapientiolem.
35. Theodotus autem quidam natione Byzantius introduxit hae-

PG
16, 3249PG
16, 3337

3341

[...] τὸν μὲν Ἰησοῦν εἶναι ἄνθρωπον ἐκ Παρθένου γεγεννημένον κατὰ βουλήν τοῦ Πατρὸς.

3355 Lib. VIII, 10. [...] Ἰν' οὖν, φασὶν οἱ Δοκηταί, καὶ τὸ σκότος ἐπεנדύσθη-
ται τὸ ἐξώτερον, τὴν σάρκα φησὶν, ἄγγελος συνοδεύσας αὐτῷ ἄνωθεν τὴν
Μαριάμ εὐηγγελίσαστο, φησὶν, ὡς γέγραπται. [...] ἐλούσατο εἰς τὸν Ἰορ-
δάνην, ἐλούσατο δὲ τύπον καὶ σφράγισμα λαβὼν ἐν τῷ ὕδατι τοῦ γεγεννη-
μένου σώματος ἀπὸ τῆς Παρθένου.

PG 16, 3383 Lib. IX, 12. [...] Καὶ εἶναι τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ σαρκωθὲν Πνεῦμα οὐχ 116
ἕτερον παρὰ τὸν Πατέρα, ἀλλὰ ἓν καὶ τὸ αὐτό.

3411 30. [...] Γένεσιν μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐσομένην λέγουσιν ἐκ γένους Δαβὶδ,
ἀλλ' οὐκ ἐκ Παρθένου καὶ ἀγίου Πνεύματος, ἀλλ' ἐκ γυναικὸς καὶ ἀνδρός.

3431 Lib. X, 15. Ἰουστίνος δὲ καὶ αὐτὸς ὅμοια τούτοις τολμῶν οὕτως λέ-
γει. [...] ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου γεγονέναι τὸν [δὲ] Ἰησοῦν υἱὸν Μαρίας
καὶ Ἰωσήφ.

3434 16. Οἱ δὲ Δοκηταί τοιαῦτα λέγουσιν. [...] Προβεβλησθαι δὲ ἀπειράκις
ἀπίερους αἰῶνας, καὶ εἶναι τοὺς πάντας ἀρρένοθήλας. Τούτους δὲ βουλευ-
σαμένους ὁμοῦ συνελθόντας ἐκ τοῦ μέσου αἰῶνος γενῆσαι ἐκ Παρθένου
Μαρίας Σωτῆρα τῶν πάντων.

3438 20. Ἀπελλῆς [...] τὴν δὲ σάρκα τὸν Χριστὸν οὐκ ἐκ τῆς Παρθένου λέ-
γει προσειληφέναι, ἀλλ' ἐκ τῆς παρακειμένης τοῦ κόσμου οὐσίας.

resin novam, docens [...] Iesum quidem esse hominem ex Virgine
natum secundum voluntatem Patris.

3356 Lib. VIII, 10. [...] Ut igitur, inquit Docetae, etiam tenebris
indueretur exterioribus, — carnem dicit — angelus, qui ei comita-
tus est superne, Mariae laetum nuntium attulit, inquit, sicuti scrip-
tum est [...] lavatus est in Iordane, lavatus autem imaginem et si-
gillum expressit aqua corporis a Virgine nati.

PG 16, 3384 Lib. IX, 12. [...] Spiritumque in Virgine carne indutum non esse 116
aliud atque Patrem, sed unum idemque.

3412 30. [...] Namque generationem eius futuram esse dicunt ex ge-
nere David, non autem e Virgine et Spiritu sancto, sed e muliere
et viro.

3432 Lib. X, 15. Iustinus autem et ipse consimilia bis conatus ait
[...] diebus Herodis exstitisse Iesum, filium Mariae et Iosephi.

3433 16. Docetae autem talia dicunt: [...] Proiectos autem esse infi-
nities infinitos aetones, et esse universos masculofemineos. Hos autem
consilio capto simul congressos ex [cum] medio aeone genuisse ex
virgine Maria Salvatorem omnium.

3437 20. Appelles autem [...] carnem Christum non ex Virgine ait
assumpsisse, sed ex adiacente mundi substantia.

23. Θεόδοτος δὲ ὁ Βυζάντιος εἰσηγήσατο αἵρεσιν [...] εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν κ[οι]νὸν ἄνθρωπον πᾶσιν, ἐν δὲ τούτῳ διαφέρειν, ὅτι κατὰ βουλήν Θεοῦ γεγένηται ἐκ Παρθένου, ἐπισκιάσαντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἐν τῇ Παρθένῳ σαρκωθέντα. 3439

23. Theodotus autem Byzantius introduxit haeresin huiuscemodi, 3440
dicens [...] esse autem Christum eiusdem generis atque omnes homines, hac re autem esse diversum, quod secundum consilium Patris natus sit ex Virgine, cui obumbraverit Spiritus sanctus, non in Virgine incarnatum.

IN CANTICUM CANTICORUM

FRAGMENTA

117 Haec aromata cum cupiisset Ioseph, consiliarius Dei factus est, 4S
hisque inuncta Virgo Maria in ventre suo concepit Verbum. O my- 4, 310
steria ineffabilia! O veritas quae apte manifestatur!

O nova oeconomia! O mysteria magna! *En filius dilecti mei saliens venit!*¹ Quid est saltus? Verbum est quod de coelo in uterum Virginis, de utero in crucem, atque de cruce in aeternitatem exsilivit.

SERMONUM FRAGMENTUM

118 VI. Καὶ κιβωτὸς δὲ ἐκ ξύλων ἀσήπτων αὐτὸς ἦν ὁ Σωτὴρ· τὸ γὰρ ἄσηπτον αὐτοῦ καὶ ἀδιάφθορον *σκῆ-
νος ταύτη κατηγγέλλετο, τὸ μηδε-
μίαν ἁμαρτήματος σηπεδόνα φῦσαν.
Ὁ γὰρ ἁμαρτήσας καὶ ἐξομολογού-
μενός φησι· « Προσώζεσαν καὶ ἐσά-
πησαν οἱ μάλωπέες μου ἀπὸ προ-
σώπου τῆς ἀφροσύνης μου ». Ὁ δὲ
Κύριος ἀναμάρτητος ἦν, ἐκ τῶν
ἀσήπτων ξύλων τὸ κατὰ ἄνθρωπον,
τουτέστιν ἐκ τῆς Παρθένου καὶ τοῦ
ἁγίου Πνεύματος, ἔσωθεν καὶ ἔξω-

VI. Porro autem arca ex li- PG
gnis quae putrescere non pote- 10, 863
rant, erat ipse Salvator. Per
hanc enim, *putredinis et cor- *866
ruptionis expers eius taberna-
culum significabatur, quod nul-
lam peccati putredinem genuit.
Nam qui peccavit, confitetur et
dicit: *Putruerunt et corruptae
sunt cicatrices meae, a facie in-
sipientiae meae.*² Dominus au-
tem peccati expers erat, et ex
lignis putrefactioni non obno-
xiis secundum hominem, hoc
est ex Virgine et ex Spiritu
sancto, intus et foris tanquam

¹ Cant. II, 8.

² Ps. XXXVII, 6.

θεν τοῦ Λόγου τοῦ οἶα καθαρωτάτῳ
χρυσίῳ περικεκαλυμμένος.

purissimo Verbi Dei auro cir-
cumtectus.

DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

PO
27, 76

Benedictio Isaac et Iacob. Τὸ δὲ εἰπεῖν· «ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέ-
θης», ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ δείξῃ, ὃς ἐν κοιλίᾳ παρθένου
ἐκ πνεύματος ἁγίου σαρκωθεὶς ἐβλάστησεν ἐν αὐτῇ καὶ ὡς ἄνθος καὶ ὀσμὴ
εὐωδίας εἰς κόσμον προσελθὼν ἐφανερώθη. [...] Ἡσαΐας γὰρ λέγει· «Ἐξελεύ-
σεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ [καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς] ἀναθήσεται». Ἡ οὖν
ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ ἦν τῶν πατέρων γενεὰ ὡς ῥίζα ἐν γῆ πεφυτευμένη, ἡ δὲ
ῥάβδος ἡ ἐξ αὐτῶν φανερωθεῖσα ἦν ἡ Μαρία, διὰ τὸ εἶναι ἐξ οἴκου καὶ πα-
τριᾶς Δαβὶδ. Τὸ δὲ ἄνθος τὸ ἐν αὐτῇ * βλαστῆσαν ἦν ὁ Χριστός. [...]

119

*78

Benedictio Isaac et Iacob. Dixit autem *ex germine, fili mi, ascen-*
disti,¹ ut ostenderet Christi nativitatem, secundum carnem, qui in
utero Virginis incarnatus ex Spiritu sancto, in ipsa germinavit et
tamquam flos fragrans odoribus, mundo apparuit. [...] Isaias enim
dicit: *Egredietur virga de radice Iesse et flos ex ea ascendit*.² Radix
Iesse, Patrum progenies erat, quasi radix in terra fixa, virga vero,
ex eis apparens, Maria est, quae de domo erat et stirpe David.
Flos, in ipsa germinans, Christus est.

119

ORIGENES (ca 185 † ca 254)

DE PRINCIPIIS (ca 225)

PG
11, 117

Lib. I, 4. [...] Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui venit,
ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium
conditione Patri ministrasset, *per ipsum enim omnia facta sunt*,³
novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus incarnatus
est cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat Deus. Corpus
assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex
Virgine et Spiritu sancto est.

120

¹ Gen. XLIX, 9.

² Isa. XI, 1.

● PG 10, 601, 610, 680, 844, 845, 860, 864, 866.

● PG 16, 3138, 3297, 3315.

■ PG 10, 905, 920, 924, 941.

● PO 27, 6, 24, 108.

³ Io. I, 3.

HOMILIA ¹

- 2073 9. «Ἐγὼ γάρ, φησίν, καὶ πρὸ σαρκώσεως ὤφθην. [...] 11. Καὶ νῦν σαρκωθείς κατὰ ἀλήθειαν, ὡς εὐδόκησα, φαίνομαι, φυλάξας καὶ τὸ ἐκ μητρὸς παντελῶς ἀναμάρτητον». RB
58, 235
- 2074 13. Τίς γὰρ εἶδεν ὀφθαλμοῖς ἢ τίς ἐρμηνεύσαι δυνήσεται τόκον ἄρρευστον, καὶ γέννησιν ἄχρονον καὶ ὠδίνος πάσης ἐλευθέραν, καὶ υἷον τοῦ πατρὸς συναίδιον, καὶ κλάδον τῆς ρίζης συνάναρχον, καὶ θεὸν ἐκ παρθένου, καὶ ἀπᾶτωρ τὸ βρέφος, καὶ τὴν τεκοῦσαν ἀπεριέργως τοῖς λαληθεῖσιν πιστεύουσαν καὶ λέγουσαν· «Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». RB
58, 235
- 2075 38. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτὴν τὴν θεοτόκον ἐπερωτῆσαι τολμήσω· «Πῶς γέγονας μήτηρ γάμου χωρὶς;» πάντως ἐρεῖ· «Ἄγγελος μὲν πρόωγν ἄφθαρτος, ἀνυμφος ἐτόλμησεν ἐπιστάς. 39. Καὶ λόγον ἤκουσα, λόγον ἐκύησα, λόγον ἀπέδωκα. 40. Ἔτεκεν γὰρ τὸ φῶς, καὶ τὸ πῶς ἀγνοῶ· τέκνον ἔχω, καὶ γάμον οὐκ οἶδα· γάλακτος προσφέρω πηγὴν, καὶ παρθενίας ἄκλοπον κέκτημαι νομήν. 41. Παιδίον ἐν ἀγκάλαις * βαστάζω· οὐ δύναμαι δὲ λέγειν πῶς γέ- RB
58, 241
*243

- 2073 9. «Ego enim, ait [Verbum], ante incarnationem apparui... 11. Et nunc idcirco incarnatus clare apparui, sicuti volui, immutata tamen et absolute permanente matris integritate».
- 2074 13. Quis unquam vidit oculis suis vel quis explicare poterit immutabilem nativitatem, et generationem aeternam et ab omni dolore immunem, et Filium coaeternum Patri, et ramum cum stirpe pariter congeneratum, et Deum ipsum de Virgine natum, et puerum sine patre, et genitricem, et quam sine vana curiositate credidit verbis, quibus erat appellata, et exclamavit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum?* ²
- 2075 38. Si Matrem Dei ipsam interrogare audeo: «Quomodo effecta es Mater sine marito?», illa mihi sine dubio respondet: «Olim Angelus incorruptibilis et castissimus ausus est mihi astare. 39. Audivi verbum, Verbum concepi, peperim Verbum. 40. Lucem peperim et quomodo ignoro. Est mihi infans, matrimonium non novi. Adest in me fons lactis, virginitas tamen in me intacta permanet. 41. Parvulum ulnis meis porto; quomodo tamen mater effecta sim, eloqui

¹ Quam Homiliam edidit D. Amand « Une homélie inédite anti-nestorienne du v siècle », in *Revue Bénédictine* 58 (1948). Docti viri eam attribuunt *S. Basilio Magno* (S. Y. Rudberg) vel *Proclo* (Amand, Leroy) vel eius discipulo. Dubitat Caro. Cf. *RPhTh* 549.

² Lc. I, 38.

γονα μήτηρ. 42. Ἐγὼ δὲ τοῦτον ὁμολογῶ υἷόν μου, κτίστην μου καὶ δημιουργόν, παιδίον καὶ τῶν αἰώνων ἀρχαιώτερον ».

nescio. 42. Attamen recognosco uti filium meum eum qui Creator et Gubernator meus est, infantulus et simul perantiquus ».

DE NATIVITATE DOMINI ¹

PL
17, 1201
(1240)

Mysterium Ecclesiae,
Hymnum Christo referimus,
Quem genuit puerpera,
Verbum Patris in Filio.

2076

Sola in sexu femina,
Electa es in saeculo,
Et meruisti Dominum
Sancto portare in utero.

Vates antiqui temporis
Praedixerant quod factum est,
Quia Virgo conciperet,
Et pareret Emmanuel.

Mysterium hoc magnum est,
Mariae quod concessum est,
Ut Deum per quem omnia,
Ex se videret prodere.

Vere gratia plena es
Et gloriosa permanes,
Quia ex te nobis natus est
Christus per quem facta sunt omnia.

Pastores qui audierunt,
Gloriam Domino cantarunt,
Cucurrerunt in Bethleem
Natum videre Dominum.

Sic magi ab ortu solis
Per stellae indicium
Portantes typum gentium
Primi offerunt munera.

¹ « Hymne d'origine milanaise antérieure au VII^{ème} siècle » (M. SIMONETTI, in Lau 124).

S. IGNATIUS M. Antiochenus († 107/110)

EPISTOLAE

Epistola ad Ephesios

PA VII, 2. Εἷς ἰατρός ἐστίν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ 1
I, 218 ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ
PG 5, 649 ἐκ θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν.

PA XVIII, 2. Ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκουφορήθη ὑπὸ Μαρίας 2
I, 226 κατ' οἰκονομίαν θεοῦ « ἐκ σπέρματος » μὲν « Δαυίδ », πνεύματος δὲ ἀγίου·
PG 5, 659 ὃς ἐγεννήθη καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρῖση.

XIX. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ
ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς,
ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη.

Epistola ad Trallianos

PA IX. Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῆ τις, τοῦ ἐκ 3
I, 248 γένους Δαυίδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς
PG 5, 681 ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων
τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων.

PA VII, 2. Medicus autem unus est, et carnalis et spiritualis, geni- 1
I, 219 tus et ingenitus, in carne exsistens Deus, in morte vita vera, et ex
PG 5, 650 Maria et ex Deo, primum passibilis et tunc impassibilis, Iesus Chri-
stus Dominus noster.

PA XVIII, 2. Deus enim noster Iesus Christus in utero gestatus 2
I, 227 est a Maria iuxta dispensationem Dei *ex semine* quidem *David*, Spi-
PG 5, 660 ritu autem sancto; qui natus est et baptizatus, ut passione aquam
purificaret.

XIX. Et principem huius mundi latuit Mariae virginitas et
partus ipsius, similiter et mors Domini; tria mysteria clamoris, quae
in silentio Dei patrata sunt.

PA IX. Obturate igitur aures vestras, cum vobis quispiam loquitur 3
I, 249 sine Iesu Christo, qui ex genere David, qui ex Maria, qui vere natus
PG 5, 682 est, edit et bibit, vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato,
vere crucifixus et mortuus est, videntibus caelestibus et terrestribus
et subterraneis.

Epistola ad Smyrnaeos

- 4 I. Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρητισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι καὶ ἠδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα « ἐκ γένους Δαυὶδ κατὰ σάρκα », υἷὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα « πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ ».

PA
I, 274
PG
5, 708

EPISTOLA AD DIOGNETUM (saec. II)

- 5 XII. 7. Ἦτω σοὶ καρδία γνῶσις, ζωὴ δὲ λόγος ἀληθῆς, χωρούμενος. 8. Οὗ ξύλον φέρων καὶ καρπὸν αἰρῶν τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ θεῶ ποθούμενα, ὧν ὄφις οὐχ ἄπτεται οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ Εὐὰ φθείρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται.¹

PA
I, 412
PG
2, 1185

ARISTIDES (saec. II)

APOLOGIA (ca 140)²

- 6 Cap. VII. [...] Εἰς τοιαύτην οὖν συμφορὰν καὶ ταλαιπωρίαν ἐλθόντας ἡμᾶς οὐ παρεῖδεν ὁ πλάσας καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, οὐδὲ ἀφῆκεν εἰς τέλος ἀπολέσθαι τὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργον, ἀλλ' εὐδοκίᾳ τοῦ

PG
96, 912

- 4 I. Glorifico Iesum Christum Deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim, perfectos vos esse in fide immobili, ut clavis affixos cruci Domini Iesu Christi quoad carnem et animam et stabilitos in caritate per sanguinem Christi, plena firmaque fide credentes in Dominum nostrum vere oriundum *ex genere David secundum carnem*, Filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, natum vere ex virgine, baptizatum a Ioanne, ut *impleretur ab eo omnis iustitia*.
- 5 XII. 7. Esto tibi cor cognitio, vita autem sermo verus, qui recipitur. 8. Cuius arborem ferens et fructum adipiscens semper metes, quae apud Deum desiderantur, quae serpens non attrectat neque fraus attingit; neque Eva tunc corrumpitur, sed virgo creditur.
- 6 Cap. VII. [...] Cum igitur in eiusmodi calamitatem ac miseriam venissemus, minime nos despexit is a quo efficti atque in ortum producti fueramus; neque manuum suarum opus funditus perire sivit.

PA
I, 275
PG
5, 707

PA
I, 413
PG
2, 1186

PG
96, 911

¹ παρθένος π.] Auctor Evam virginem appellare videtur, Mariam virginem tamquam alteram Evam in mente habens. Cf. IUST., *Dial.*, c. 100; IREN., III, 33, 4 (FUNK).

² Exstat in « Vita Barlaam et Ioasaph » in app. op. S. Io. Damasceni (cf. CAYRÉ, I, 131; BARDENHEWER, I, 59; ALTANER, 66).

● PG 96, 861, 1077, 1189.

ξώμεθα, καρδίας, χεῖλη, ὄμματα, μέτωπα εἰλικρινῶς προσάπτοντες· καὶ ἀρυσώμεθα ἰαμάτων ἀφθονα χαρίσματα ἐκ πηγῆς ἀενάου βλαστάνοντα.

PG
96, 1368

Δέχου παρ' ἡμῶν ὧδὴν τὴν «ἐξόδιον», Μῆτερ τοῦ ζῶντος Θεοῦ, καὶ τῆ φωτοφόρῳ σου καὶ θεῖα ἐπισκίασον χάριτι· τῷ βασιλεῖ τὰ τρόπαια, τῷ φιλοχρίστῳ λαῶ τὴν εἰρήνην, ἄφεισιν τοῖς μέλπουσι καὶ ψυχῶν σωτηρίαν βραβεύουσα.

1979

INCERTUS AUCTOR

HOMILIAE ¹

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE VIRGINIS

PG
10, 1148

Homilia I.² [...] Σήμερον Γαβριήλ, ὁ τῷ Θεῷ παριστάμενος, πρὸς τὴν Παρθένον ἀγνὴν παραγίνεται, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος. Ἡ δὲ διελογίζετο, ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ὁ δὲ ἄγγελος εὐθέως ὑπήγαγεν λέγων· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὕρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· διὸ [ἄλ. ἰδοὺ] συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσουσι [ἄλ. καλέσεις] τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ἵψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δα-

1980

amplectemur, pectora, labra, oculos, frontem sincere affigentes; indeque hauriemus copiosa medicaminum munera, e perenni fonte manantia.

PG
96, 1367

Accipe a nobis, Dei viventis Mater, canticum *De exitu*; nosque luciferae ac divinae tuae gratiae sub umbra protege; regi triumphos, Christicolae populo pacem, canentibus veniam animarumque salutem elargiens.

1979

PG
10, 1147

Homilia I.² [...] Hodie Gabriel, qui Deo assistit, ad castissimam Virginem veniens, illud, *Ave, gratia plena*³ ipsi annuntiat. Ipsa vero secum cogitante qualis esset illa salutatio, angelus confestim subiunxit, dicens: *Dominus tecum, ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ideo concipies* [al. *ecce concipies*] *in utero, et paries filium: et vocabunt* [al. *vocabis*] *nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ipsi Dominus Deus se-*

1980

● PG 94, 749, 765, 1009, 1012, 1172, 1185, 1240, 1252, 1316, 1329, 1332, 1357, 1358, 1392, 1413, 1416, 1417, 1424, 1425, 1432, 1453, 1481, 1489, 1492, 1497, 1587, 1589, 1597.

● PG 95, 9 41, 125, 129, 192, 193, 196, 197, 204, 205, 213. ■ 265, 277, 313, 317, 321, 328, 337, 348, 349, 353, 360, 361, 384, 409.

■ PG 96, 548, 576, 589, 613, 836, 840, 845, 912, 913, 1344, 1345, 1349, 1352, 1353, 1356, 1360, 1372, 1373, 1376, 1377, 1380, 1381, 1384, 1385, 1388, 1389, 1392, 1396, 1397, 1400, 1401, 1404, 1405, 1408, 1449.

¹ Agitur de tribus *Homiliis* Ps.-Gregorii Thaumaturgi.

² Secundum Leroy, homilia haec potest attribui *Chrysippo* († 479). Negat Jugie. Caro attribuit eam *Anonymo* cuidam (post Conc. Chalcedon.) qui eam composuit ex aliis homiliis (cf. RPhTh, 539-540).

³ Lc. I, 28.

βιδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπεν δὲ Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » ἄρα μένω ἔτι παρθένος; ἄρα μὴ τῆς παρθενίας ἡ ἀξία προδίδεται; Ταῦτα διαποροῦσαν τὴν ἁγίαν Παρθένον, συντόμως ὁ ἄγγελος προσφέρει τοῦ λόγου τὸ κεφάλαιον, λέγων· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ὁ γὰρ ἔστι, τοῦτο καὶ πάντως κληθήσεται. Πρεπόντως ἄρα τὴν ἁγίαν Μαριάμ ἐκ πασῶν γενεῶν μόνην ἢ χάρις ἐκλέλεκται. Σοφὴ γὰρ ὄντως κατὰ πάντα ἐτύγχανεν· οὐκ ὁμοία [ἄλ. ὁμοιος] αὐτῇ ἐκ πασῶν γενεῶν τις γέγονεν πώποτε. Οὐχ ὡς ἡ πρῶην [ἄλ. πρώτη] παρθένος Εὐα μόνη ἐν παραδείσῳ χορεύουσα, χαύνη τῇ διανοίᾳ, ἀπεριέργως παρὰ τοῦ ἀρχεκάκου ὕφους τὸν λόγον ἐδέξατο, καὶ οὕτως ἐφθάρη τὸ τῆς διανοίας φρόνημα [ἄλ. τῷ τῆς καρδίας φρονήματι]· καὶ δι' αὐτῆς ὁ δόλιος τὸν ἰδὸν ἐκχέας, καὶ τὸν θάνατον συγκεράσας, εἰς πάντα τὸν κόσμον εἰσήγαγεν· καὶ διὰ τοῦτο πᾶς [ἄλ. ἅπας] ὁ μόχθος τῶν ἁγίων ἐγένετο· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, τὸ ἐκείνης πταῖσμα [ἄλ. πτώμα] ἀνασέσωσται. Καὶ οὐ * πρότερον ἢ ἁγία τὸ δῶρον ἐκαρτέρησεν ὑποδέξασθαι, πρὶν ἂν μάθῃ τίς ὁ πέμπων, καὶ τί τὸ δῶρον, καὶ τίς ὁ φέρων. Ταῦτα

*1149

*dem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo istud fiet mihi, quoniam virum non cognosco?*¹ Numquid amplius virgo permanebo? Numquid virginitatis dignitas in me prodetur et amittetur? Quae dum, velut admirabunda, secum animo sanctissima Virgo versaret, breviter angelus sermonis summam profert, ac dicit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*² Nam quod est, hoc et omnino vocabitur. Conveniente igitur sanctam Mariam ex omnibus generationibus solam gratia elegit. Nam prudens revera ac sapiens in cunctis erat: nec similis ei, ex universis generationibus ulla umquam est reperta. Non sicut antea virgo Eva [*al. prima virgo*] sola in paradiso chorum agens atque tripudians, relaxata mente per incuriam ab auctore omnis mali serpente, verbum suscepit; et sic sensu mentis [*al. mente cordis*] corrupta est, ac per ipsam fraudulentus venenum effundens, mortemque admiscens, in omnem mundum introduxit: ac propterea omnis sanctorum aerumna nata est; verum in sola sancta Virgine, eius lapsus reparatus est. Neque prius sanctissima Virgo donum admisit, quam, quis illud mitteret, et quodnam donum esset, ac quis ferret, addidicisset.

¹ Lc. I, 28-34.² Ibid.

καθ' ἑαυτὴν διηπόρει ἡ ἁγία λέγουσα, φησί, πρὸς τὸν ἄγγελον· Πόθεν ἡμῖν οὕτως τὴν εὐλογίαν ἐξεκόμισας; Ἐκ ποίων ἡμῖν θησαυρῶν ὁ μαργαρίτης τοῦ λόγου ἀπέσταλται; Πόθεν ἡμῖν ἡ δωρεὰ τὴν ὑπόθεσιν [ἄλ. ὑπόσχεσιν] κέκτηται; Ἐξ οὐρανοῦ παραγέγονας, ἀλλ' ἐπὶ γῆς βαδίζεις· ἀνθρώπου χαρακτηῖρα ἐπιδεικνύεις, καὶ λαμπάδα φωτὸς ἀπαστράπτεις. Ταῦτα ἐν ἑαυτῇ ἡ ἁγία διενοεῖτο, τοιούτοις δὲ λόγοις ὁ ἀρχάγγελος τὴν διάκρισιν αὐτῆς ἔλυσεν, εἰπὼν πρὸς αὐτήν· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Καὶ « μὴ φοβοῦ, Μαριάμ »· οὐ γὰρ φόβῳ καταπλήξαι σε παραγέγονα, ἀλλ' ἀποδιῶξαι τοῦ φόβου τὴν ὑπόθεσιν. « Μὴ φόβου, Μαριάμ· εὔρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Τὴν χάριν κατὰ φύσιν μὴ ἀνάκρινε. Νόμοις [ἄλ. νόμῳ] γὰρ φύσεως, ἡ χάρις ὑποβαίνειν οὐκ ἀνέχεται. Ἔγνων, ὦ Μαριάμ, τὰ τοὺς πατριάρχας καὶ προφῆτας λαμβάνοντα. Μεμάθηκας, ὦ Παρθένε, ἀ μὲχρι τοῦ νῦν κεκρυμμένα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐτύγχανον. Ἀκήκοας, ὦ παναγία, ὧν οὐδέπω ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἤξιώται. Μωϋσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἡσαΐας, καὶ Δανιήλ, καὶ πάντες οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ προεκήρυξαν· ἀλλὰ τὸ πῶς, οὐκ ἐπίσταντο. Σὺ δὲ μόνη, ὦ παναγία Παρθένε, τὰ τούτοις ἅπασιν ἀγνοηθέντα μυστήρια, νῦν ὑποδέχῃ, καὶ μαρθάνεις [ἄλ. ὑποδέχου, καὶ μάρθανε] τὸ πόθεν. Ὅπου γὰρ Πνεῦμα ἅγιον, πάντα ἐτοίμως κατήρτισται. Ὅπου θεία χά-

*1150

Quae dum secum, velut anceps loqueretur, ait ad angelum: Unde sic nobis * benedictionem apportasti? Ex cuiusmodi thesauris, verbi margarita nobis emissa est? Unde nobis donum materiam [*al.* promissum] paravit? Ex coelo advenisti, at in terra incedis; humanam formam exhibes, et lucis fulgore resplendes. Haec dum intra se cogitaret sanctissima Virgo, talibus archangelus sermonibus disceptationem eius solvit, dicens ad ipsam: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Et, *Ne timeas, Maria:* non enim ut metum tibi incuterem, adveni; sed ut metus materiam a te repellerem. *Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.* Ne diuidices gratiam secundum naturam. Legibus [*al.* legi] enim naturae se subiici gratia non patitur. Nosti, o Maria, quae patriarchas et prophetas latebant. Didicisti, o Virgo, quae adhuc angelis etiam fuerunt abscondita. Audisti, o sanctissima, quae numquam divino Spiritu afflato chorus audire meruit. Moyses et David, Isaias ac Daniel, cunctique prophetae de ipso praedicaverunt; sed modum rationemve ignorarunt. Tu vero sola, o sanctissima Virgo, quae his omnibus ignota fuerunt mysteria, nunc suscipis, causamque intelligis [*al.* suscipe et intellige]. Nam ubi Spiritus sanctus, cuncta prompte atque incunctanter perficiuntur. Ubi divina adest gratia, omnia

ρις, πάντα τῷ Θεῷ δυνατά. « Ἄγιον Πνεῦμα ἐπὶ σὲ ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Εἰ δὲ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ Θεός, σύμμορφος τῷ Πατρὶ, καὶ συναΐδιος, ἐν ᾧ πᾶσαν κέκτηται ὁ Πατὴρ τὴν φανέρωσιν· ὁ χαρακτήρ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ διὰ τοῦ ἀπαυγάσματος ἡ δόξα καταλάμπεται. Καὶ ὥσπερ ἐκ τῆς ἀεννάου πηγῆς οἱ ποταμοὶ προέρχονται· οὕτως καὶ ἐκ ταύτης τῆς ἀεννάου καὶ ἀειζώου πηγῆς, προέρχεται τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τὸ ἀένναον καὶ ἀληθινόν, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Περὶ ταύτης γὰρ οἱ προφητῆται κεκράγασιν· « Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὄρηματα εὐφραίνουσι [γρ. τὸ ὄρημα εὐφραίνει] τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ »· οὐ μίαν δὲ πόλιν, ἀλλὰ πάσας· ὥσπερ γὰρ μίαν πόλιν, εὐφραίνει τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Πρεπόντως τοίνυν ὁ ἄγγελος [ἄλ. ἀρχάγγελος] τῇ ἁγίᾳ Μαρίᾳ Παρθένῳ πρώτη πάντων, τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », προσεσήμανεν· ἐπειδὴ μετ' αὐτῆς ὅλος ὁ θησαυρὸς τῆς χάριτος ἐναπέκειτο. Ἐκ πασῶν γὰρ γενεῶν αὕτη μόνη παρθένος ἁγία σώματι καὶ πνεύματι γέγονεν· καὶ μόνη φέρει τὸν τὰ πάντα τῷ ῥήματι φέροντα. Καὶ οὐ μόνον θαυμάζειν ἔστιν τὸ τῆς ἁγίας τὸ ἐν σώματι κάλλος· ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς τὸν ἐνάρετον τρόπον. Διὸ καὶ τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », αὐτῇ πρώτη ὁ ἄγγελος [ἄλ. ἀρχάγγελος] προσεφώνησεν· « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », καὶ οὐ γήϊνος νυμφίος·

Deo sunt possibilis. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideo et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Si autem Filius Dei, etiam Deus, eiusdem formae cum Patre, et coaeternus; in quo omnem Pater possidet clarificationem; character atque imago in persona; et per splendorem gloria refulget. Et quemadmodum ex perenni fonte procedunt flumina, sic et ex hoc perenni ac semper vivo fonte, progreditur perennis et vera lux mundi, Christus Deus noster. De eo namque prophetae clamaverunt: *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei,*¹ neque unam dumtaxat civitatem, sed omnes; nam sicut unam civitatem, universum terrarum laetificat orbem. Convenienter igitur angelus [*al.* archangelus] sanctae Mariae Virgini, primo omnium, illud: *Ave, gratia plena, Dominus tecum,* praesignificavit: quoniam cum ipsa totus gratiae thesaurus reconditus erat. Ex omnibus enim generationibus, haec sola virgo, sancta corpore et spiritu exstitit, solaque fert eum qui verbo omnia portat. Et non solum admirationem nobis parit sanctissimae illius in corpore pulchritudo, sed et virtutes animae eius. Ideo et verbis illis: *Ave, gratia plena,* primum angelus [*al.* archangelus] ipsam salutando compellavit: *Dominus tecum,* et non terrenus sponsus, sed ipse sanctificationis [*al.* sancti-

¹ Ps. XLV, 5.

*1152 * ἄλλ' αὐτὸς ὁ τοῦ ἁγιασμοῦ Κύριος, ὁ τῆς ἀγνείας [ἄλ. ἀγίας] πατήρ, ὁ τῆς ἀφθαρσίας κτίστης, καὶ τῆς ἐλευθερίας δοτήρ, ὁ τῆς σωτηρίας κηδεμών, καὶ τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης ταμίης χορηγός, ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου πλευρᾶς τὴν Εὐάν προσλαβόμενος [ἄλ. προβαλλόμενος]· οὗτος ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ πάλιν ἐκ σοῦ. Δεῦρο [ἄλ. δεῦτε] τοίνυν, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς τῷ ἀγγελικῷ αἴνῳ συνεπόμενοι, τὴν κατὰ δύναμιν ὀφειλὴν εὐγνώμονες [γρ. εὐγνωμόνως] ἀποτίσωμεν, λέγοντες· « Χαῖρε, κέχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Σὸν γὰρ τὸ χαίρειν ἀληθῶς· ἐπειδὴ μετὰ σοῦ ἡ θεία χάρις, ὡς οἶδεν, ἐσκήνωσεν· μετὰ τῆς δούλης, ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης· μετὰ τῆς ὥραιας, « ὁ ὥραϊός κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων »· μετὰ τῆς ἀμιάντου, ὁ ἀγιάζων τὰ σύμπαντα. Μετὰ σοῦ ὁ Θεός, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. « Χαῖρε, κέχαριτωμένη », ἡ πηγὴ τοῦ φωτός, τοῦ φωτίζοντος πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστευόντας. « Χαῖρε, κέχαριτωμένη », τοῦ νοητοῦ ἡλίου ἡ ἀνατολὴ [ἄλ. ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἡ ἀνατολή], καὶ τὸ τῆς ζωῆς ἀμιάντον ἄνθος. « Χαῖρε, κέχαριτωμένη », ὁ λειμὼν τῆς εὐωδίας. « Χαῖρε, κέχαριτωμένη », ἡ ἄμπελος ἡ ἀειθαλής, ἡ εὐφραίνουσα τὰς ψυχὰς τῶν σὲ δοξαζόντων. « Χαῖρε, κέχαριτωμένη », ἡ ἀγεώργητος καλλίκαρπος ἄρουρα. Κατὰ φύσιν μὲν, διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὸν χρόνον τῆς ἀσκήσεως [κνήσεως]· παρὰ φύσιν δέ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ φύσιν, διὰ

tatis] Dominus, pater castitatis, incorruptionis auctor et libertatis dator; salutis procurator, et verae pacis conservator atque largitor; qui ex terra virgine creavit hominem, et ex illius latere ac costa
 *1151 Evam assumpsit [al. protulit, * creavit]: hic Dominus tecum, et rursus ex te. Agite igitur, charissimi, et nos angelicam consectantes laudem, debitum pro viribus grati [al. grato animo] persolvamus, dicentes: Ave ac gaude, gratia plena, Dominus tecum. Tuum enim vere est avere atque gaudere; quoniam tecum divina gratia, ut novit, habitationem elegit; cum ancilla, Rex gloriae: cum speciosa, speciosus forma prae filiis hominum;¹ cum impolluta, qui sanctificat universa. Tecum Deus, et ex te Deus, ac perfectus homo, in quo omnis plenitudo divinitatis inhabitat. Ave, gratia plena, fons lucis, qui cunctos in ipsum credentes illuminat. Ave, gratia plena, intelligibilis solis oriens [al. solis iustitiae oriens], et flos vitae immaculatus. Ave, gratia plena, pratum fragrantissimum. Ave, gratia plena, vitis semper vicens; quae animas glorificantium te laetificas. Ave, gratia plena, ager qui non exaratus fructus profert pulcherrimos: secundum naturam quidem, eo quod more nostro, et tempore motus gestationisque servato protulisti; at praeter naturam, aut potius supra naturam, quia superne divinum Verbum advenit, et in

¹ Ps. XLIV, 3.

τὸν ἄνωθεν ἐνδημήσαντα Θεὸν Λόγον, καὶ ἐν τῇ ἀγία σου γαστρὶ τὸν Ἄδὰμ ἀναπλάσαντα, καὶ τὸ μὲν γόνιμον, τῇ ἀγία Παρθένω παρέσχεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἡ δὲ ἀλήθεια τοῦ σώματος προσελήφθη ἐκ τοῦ σώματος αὐτῆς. Καὶ ὡσπερ ὁ μαργαρίτης ἐκ τῶν δύο φύσεων, ἐξ ἀστραπῆς καὶ ὕδατος, ἐκ τῶν ἀδήλων σημείων τῆς θαλάσσης προέρχεται· οὕτως καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως, ἐκ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀγνῆς, καὶ ἀμιάντου, καὶ ἀγίας Παρθένου Μαρίας προέρχεται, ἐν θεότητι τέλειος, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος, κατὰ πάντα ὅμοιος τῷ Πατρί, καὶ ὁμοουσίος ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας.

1981

Πλεῖστοι τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ πατριαρχῶν, καὶ προφητῶν, ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, καὶ αὐτόπται γενέσθαι, καὶ οὐ γέγονασιν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, διὰ ὀράσεις αὐτὸν τυπικῶς ἐν αἰνίγμασιν [ἄλ. ἐν αἰνίγματι] θεάσαντο· οἱ δὲ ἐν στόλῳ νεφέλης θείας φωνῆς ἐν ἀκροάσει γέγονασιν, καὶ ἁγίων ἀγγέλων συνέντευχον ὀπτασίαις· πρὸς Μαριάμ δὲ Παρθένον μόνην τὴν ἁγίαν, Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος [ἄλ. ὁ ἄγγελος] φωτιστικῶς παρεγένετο, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος· καὶ οὕτως τὸν Λόγον ἐδέξατο, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς σωματικῆς συμπληρώσεως, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην προήνεγκεν. Δεῦτε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ὧ ἀγαπητοί, τὰ ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ θεοπνεύστου κιθάρας, ἡμῖν δεδειγμένα μελωδήσωμεν, λέγοντες· «Ἀνάστηθι, Κύριε,

PG
10, 1152

sancto tuo utero Adamum reformavit, ac fecunditatem quidem Spiritus sanctus sanctae Virgini praebuit; verum autem corpus ex eius corpore assumptum est. Et sicut margarita ex duabus naturis, ex fulgure nimirum et aqua, occultis quibusdam indiciis ac signis maris provenit; ita quoque Dominus noster Iesus Christus, inconfuse et immutabiliter ex pura ac casta, et impolluta ac sancta Maria Virgine progreditur, in deitate perfectus, et in humanitate perfectus. Patri per omnia similis, et nobis per omnia consubstantialis, sed omnis peccati expers.

1981

Plurimi sanctorum Patrum, patriarcharum et prophetarum desiderarunt eum videre et coram spectatores fieri, et non potuerunt. Et alii quidem ex ipsis per visiones adumbratim in aenigmatibus [*al.* in aenigmate] conspexerunt; alii vero in columna nubis divinam vocem audierunt, et sanctorum angelorum aspectibus potiti sunt; ad Mariam autem virginem solam sanctam Gabriel archangelus [*al.* angelus] claro lumine venit, *Ave, gratia plena*, ei annuntians; et sic ipsa Verbum suscepit, et in tempore corporeae completionis pretiosam margaritam produxit. Adeste igitur, vos quoque charissimi, et dulcia verba illa ex spiritali David cithara nobis repraesentata decantemus, dicentes: *Surge, Domine, in requiem tuam,*

PG
10, 1151

*1153 εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· σύ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἀγιασμάτος σου». Κιβωτὸς γὰρ ἀληθῶς, ἡ ἀγία Παρθένος, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν κεχρυσωμένη, ἡ ὄλον τὸν θησαυρὸν δεξαμένη τοῦ ἀγιασμάτος. * « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου ». « Ἀνάστηθι, Κύριε », ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς, ἵνα ἐξαναστήσης τὸ πεπτωκὸς γένος τοῦ πρωτοπλάστου. Ταῦτα πρεσβεῶν ὁ Δαβὶδ πρὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ μέλλουσαν βλαστάνειν ῥάβδον τὸ καλλίκαρπον ἐκεῖνο ἄνθος, προφητεύων ἔλεγεν· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ Πατρὸς σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστιν Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ προσκυνήσεις [ἄλ. προσκυνήσουσιν] αὐτῷ ». « Ἄκουσον, θύγατερ », τὰ πρῶν εἰς σέ [ἄλ. περὶ σοῦ] προφητευόμενα· ἵνα καὶ τοῖς γνώσεως ὀφθαλμοῖς θεωρήσης τὰ πράγματα. Ἄκουσον ἐμοῦ σοι προμηνύοντος, καὶ τοῦ ἀρχαγγέλου σοι τὰ ἐντελῆ σοι μυστήρια διαῤῥήδην ἀναγγέλλοντος. Δεῦτε τοίνυν, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν προλαβόντων μνήμην ἀναδραμόντες, τὴν ἐξ Ἰησοῦ ῥάβδον ὑπερφυῶς οὕτως βλαστήσασαν δοξάσωμεν, ἀνυμνήσωμεν, μακαρίσωμεν, εὐφημίσωμεν. Οὐ γὰρ μόνον τῷ [ἄλ. μόνον τὸν] Ἰωσήφ, ἀλλὰ καὶ τῇ θεοτόκῳ Μαρίας προμαρτυρῶν [ἄλ. προσμαρτυρῶν] ὁ Λουκᾶς, ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, ἱστορεῖ πρὸς αὐτὴν τὴν τοῦ Δαβὶδ οἰκειότητα· « Ἀνέβη γὰρ ὁ Ἰωσήφ, φησίν, ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς πόλιν τῆς Ἰουδαίας, ἧτις καλεῖται Βηθλεέμ, ἀπογρά-

*tu, et arca sanctificationis tuae.*¹ Vere enim arca est sanctissima Virgo, intrinsecus et extrinsecus deaurata, quae universum sanctificationis thesaurum suscepit. *Surge, Domine,* in requiem tuam. Surge, Domine,* ex sinu Patris, ut collapsum primi parentis genus erigas. Haec postulans ac deprecans David, ad virgam, quae ex ipso pulcherrimi illius fructus florem germinatura erat, vaticinans dicebat: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet rex decorem tum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum.*² *Audi, filia,* quae antea in te [*al. de te*] praedicta sunt: ut et cognitionis oculis res ipsas contempleris. Audi me tibi praesignificantem, et archangelum perfecta tibi mysteria diserte annuntiantem. Venite igitur, dilectissimi, et nos ad memoriam ea quae praecesserunt revocantes, virgam illam ex Iesse sic admirabiliter atque ineffabiliter germinantem glorificemus, collaudemus, beatam praedicemus, laetisque acclamationibus excipiamus. Non enim soli [*al. solum*] Ioseph, sed et Dei genitrici Mariae testimonium perhibens Lucas, in divinis Evangeliiis, ad ipsam David familiam atque cognationem respiciens, enarrat ac dicit: *Ascendit autem et Ioseph a Galilaea in civitatem Iudaeae, quae*

¹ Ps. CXXXI, 8.

² Ps. XLIV, 11-12.

ψασθαι σὺν Μαριάμ τῇ μεμνηστευμένη αὐτῶ γυναικί, οὔση ἐγκύω, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ ». [...]

1982

Homilia II.² Ἑορτάς μὲν ἀπάσας καὶ ὑμνωδίας, δέον ἡμᾶς θυσιῶν δίκην προσφέρειν τῷ Θεῷ· πρώτην δὲ [ἄλ. πρῶτον δὲ] πάντων, τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », τὸν παρὰ τοῦ ἀγγέλου πρὸς αὐτὴν γεγονότα· ἐπειδὴ καὶ πρώτη πάσης σοφίας [ἄλ. πρὸ τῆς σοφίας πάσης] καὶ σωτηρίου διδασκαλίας ἐπὶ τῆς νέας διαθήκης, τὸ « Χαῖρε κεχαριτωμένη », παρὰ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων ἡμῖν ἀπεστάλη. « Κεχαριτωμένη » δὲ εἰπὼν, πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων συμπεριέλαθεν. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », ἐπὶ τῇ ἁγία συλλήψει καὶ ἐπὶ τῇ ἐνδόξῳ κηύσει. « Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἣτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ ».

PG
10, 1156

[...] Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἁγία Μαρία ἐν σαρκὶ οὔσα, τὴν ἀφθαρτον πολιτείαν ἐκέκτητο, ἀρεταῖς τε παντοίαις πολιτευσασμένη, καὶ βιώσασα κρεῖττον ἢ κατὰ ἄνθρωπον· διὰ τοῦτο, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος σάρκα ἀναλαβεῖν, καὶ τέλειον ἀνθρώπινον ἐξ αὐτῆς κατηξίωσεν· ἵνα δι' ἧς σαρκὸς ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, διὰ τῆς αὐτῆς σαρκὸς κατακριθῆ ἡ ἁμαρτία ἐν τῇ σαρκί.

*vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante; eo quod essent ipsi e domo et familia David.*¹ [...]

1982

Homilia II.² Cunctas quidem festorum celebritates atque hymnodias decet nos sacrificiorum instar offerre Deo: primum autem omnium, Annuntiationem sanctissimae Dei genitricis, verbis illis comprehensam, *Ave, gratia plena*³ quae ab angelo ad eam facta est: quoniam et prima omnis sapientiae [*al. ante omnem sapientiam*] et salutaris doctrinae in Novo Testamento illa nobis salutatio a Patre luminum emissa est. *Gratia* autem *plena* dicens, omnem naturam humanam complexus est. *Ave, gratia plena*, in sancta conceptione, et in glorioso partu. *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.*⁴

PG
10, 1155

[...] Nam quoniam S. Maria in carne dum esset, purissimam vitam, omnique genere virtutum exultam, optimamque supra humanae naturae consuetudinem, gerebat; ideo aeterni Patris Verbum carnem ex ea, et perfectam humanam naturam suscipere dignatum est; ut per quam peccatum in mundum introivit, et per peccatum mors, per eandem carnem peccatum in carne condemnetur.

¹ Lc. II, 4.

² Viri docti attribuunt Homiliam hanc Proclo, Chrysippo, Apollinari Laodiceae vel Anonymo cuidam saeculi v. Probabiliter prima pars Homiliae est Chrysippi (cf. RPhTh, 540).

³ Lc. I, 28.

⁴ Lc. II, 10.

[...] Πρὸς Παρθένον ἀγνήν Γαβριὴλ ἀπέσταλται· ὁ ἀσώματος πρὸς τὴν ἐν σώματι μετελθοῦσαν τὴν πολιτείαν τὴν ἄφθαρτον, ἐν ἀγνείᾳ, καὶ ἐν ἀρεταῖς βιώσασαν. Καὶ ἐλθὼν πρὸς * αὐτήν, πρῶτον τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », αὐτῇ εὐαγγελίζεται οὕτως· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη ». Σὺ γὰρ τὰ τῆς ὄντως χαρᾶς πράττεις ἄξια· ἐπειδὴ σὺ τὸν ἄσπιλον χιτῶνα ἐνδέδυσαι, καὶ τὴν ζώνην τῆς σωφροσύνης περίκεισαι. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », δοχεῖον τῆς ἐπουρανίου εὐφροσύνης τυγχάνουσα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη » διὰ σοῦ γὰρ ἡ χαρὰ πάσῃ τῇ κτίσει βραβεύεται, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολαμβάνει τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη » ὅτι ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου ὁ κτίστης τῶν ἀπάντων μέλλει βαστάσσεσθαι. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦτῃ διεταράχθη· ἀήθης γὰρ πρὸς πάσας τὰς διαλέξεις τῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανεν· καὶ τὴν ἡσυχίαν, ὡς μητέρα σωφροσύνης καὶ ἀγνείας, ἠσπάζετο, καθαρὸν ὑπάρχουσα, καὶ ἀκέραιον, καὶ ἀμόλυντον ἄγαλμα, αὕτη τὴν ἀγγελικὴν ὄψιν οὐκ ἐδειλίασεν, ὡς οἱ πλείονες [ἄλ. πολλοί] τῶν προφητῶν· ἐπειδὴ καὶ παρθενία ἀληθῆς πρὸς ἀγγέλους συγγένεια τυγχάνει, καὶ ἰσομοῖρια. Ἐπιμελῶς γὰρ ἡ ἀγία Παρθένος τὴν λαμπάδα τῆς παρθενίας φυλάττουσα, καὶ πολλὴν τοῦ μὴ σθεσθῆναι, ἢ σπιλωθῆναι, πρόνοιαν εἶχε. Καὶ καθάπερ ἂν τις λαμπρὰν στολὴν περιβεβλημένος, πολὺν ποιεῖται λόγον, μὴ τις μολυσμὸς, ἢ ρύπος πῶθεν προσγένηται· οὕτως ἡ ἀγία Μαρία ἐν ἑαυτῇ διανοεῖτο, καὶ ἔλε-

[...] Ad castissimam Virginem missus est Gabriel; incorporeus, ad eam quae in corpore vitam transigebat incorruptam, in castitate * ac virtutibus viventem. Et ad ipsam veniens, primum illud, *Ave, gratia plena, Dominus tecum*, ipsi sic annuntiat: *Ave, gratia plena*. Tu enim quae revera gaudio sunt digna agis: quoniam immaculatam induta es vestem, et cingulo continentiae ac pudicitiae cincta es. *Ave, gratia plena*, quae supercoelestis laetitiae vas es atque receptaculum. *Ave, gratia plena*; nam per te, gaudium omni dispensatur creaturae, genusque humanum antiquam dignitatem recuperat. *Ave, gratia plena*; quoniam in ulnis tuis Creator universorum habitur. Ipsa vero in hoc turbata est verbo: nam ad quoscumque virorum affatus erat insolita, et quietem atque silentium ut continentiae ac castitatis matrem amplectebatur; cumque puritatis atque integritatis immaculatum simulacrum esset, aspectum ipsa angelicum, sicut plures ex prophetis non reformidavit; quoniam et affinitatem quamdam ac similitudinem vera virginitas cum angelis habet. Studiose quippe sanctissima Virgo lampadem virginitatis conservabat, et ne exstingueretur aut commacularetur, provide diligenterque curabat. Et sicut aliquis splendido amictus vestimento, magnam rationem ac curam adhibet, ne qua inquinatio ac sorde contaminetur; ita quoque sanctissima Maria intra se cogitabat atque

γεν· Μή τινα ἄρα κατασκευὴν ἢ θωπείαν ἢ θεραπείαν κέκτηται; Μή τὸ « χαῖρε » τοῦτο λύπης αἴτιον μοι γενήσεται, καθὼς πάλαι τῇ προμήτορι Εὐά ἡ ὄφρο-δαίμονος συνέργητος παραδοχὴ τῆς χρηστολόγου ὑποσχέσεως τῆς θεώσεως; Μή πάλιν « εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματισθεὶς ὁ ἀρχέκακος » δαίμων, καὶ τῷ ἐμῷ μνήστορι φθονῶν τῆς ἄγαν σωφροσύνης, καὶ τούτῳ προβαλὼν δι' ὀμιλίας τάχα χρηστῆς, καὶ μὴ ἰσχύσας ὡς στερόδον νοῦν, τὸν ἄνδρα ἀπατῆσαι, ἐμοὶ προσῆλθεν ὡς ἀπαλωτέρα κεκοσμημένη τῇ διανοίᾳ, καὶ τὸ « χαῖρε » ἐπιφωνεῖ τὸ ἐς ὕστερον ἄχαρι; Μή ἄρα ὁ μακαρισμὸς καὶ ἀσπασμὸς ἐν εἰρωνείᾳ γέγονε; Μή τις ἰδὸς ἐν τῷ μέλιτι κέκρυπται; Μή λόγος μὲν εὐαγγελιζόμενον, σκοπὸς δὲ συλοῦντος; Ἦν γὰρ οὐκ οἶδεν αὐτός, πόθεν ἀσπάσεται; Ταῦτα ἐν ἑαυτῇ διηπόρει, καὶ ἔλεγεν. Τότε πάλιν ὁ ἀρχάγγελος προσφωνεῖ αὐτῇ χαρὰν τοῖς πᾶσι πιστῆν, καὶ ἀδιαίρετον, προμηνύων καὶ λέγων αὐτῇ· « Μή φοβοῦ, Μαριάμ. [ἄλ. χαρὰν ἀδιαίρετον, καὶ λέγει· Μή φοβοῦ, Μαριάμ], εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Ἔχεις σύντομον τὴν τῶν ῥηθέντων ἀπόδειξιν. Οὐ μόνον γὰρ σοι, τὸ μηδὲν φοβεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀφοβίας τὸν τρόπον αἰνίττομαι. Δι' ἐμοῦ γὰρ πᾶσαι αἱ οὐράναι δυνάμεις, σὲ τὴν ἁγίαν Παρθένον ἀσπάζον-

dicebat: Numquid forte artificium aliquod ac fraudem, vel assentationem iste ministerii atque obsequii actus in se continet? Numquid *ave* istud doloris mihi causa erit, sicut olim primae matri Evae, blanda divinitatis promissio, quam ex daemониaci serpentis operatione susceperat? ¹ Numquid rursus *in angelum lucis transfiguratus* mali auctor daemon ² et meo sponso suam valde pudicitiam invidens, blandoque eum sermone fortasse oppugnans, et non valens viri mentem tamquam firmiorem decipere, ad me quasi teneriore decoratam mente accessit; et istud mihi *ave* invenustum in posterum intonuit? Numquid per ironiam beatificatio atque salutatio illa facta est? Numquid venenum sub melle occultatum? Numquid verba quidem fausta nuntiantis; at scopus est depraedantis? Quomodo enim quam non novit ipse salutatur? Haec apud se dubia cogitatione versabat atque dicebat. Tunc rursus gaudium cunctis credibile atque indubitabile archangelus ipsi annuntiat, et dicit: *Ne timeas* [*al. gaudium indivisibile ei annuntiat, ac dicit: Ne timeas*], *Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.*³ Habes brevem dictorum demonstrationem. Non solum enim tibi quod nihil timendum est, sed et fiduciae rationem innuo. Nam cunctae per me coelestes potestates te sanctam Virginem salutant: quin et ipse coelestium omnium potestatum do-

¹ Gen. III, 5.

² II Cor. XI, 14.

³ Lc. I, 30.

ται· αὐτὸς δὲ μᾶλλον ὁ κυριεύων πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἀπὸ πάσης τῆς κτίσεως, σὲ τὴν ἁγίαν καὶ παγκόσμιον ἐκλέλεκται· καὶ διὰ τῆς ἁγίας καὶ ἀγνῆς, καὶ καθαρᾶς, καὶ ἀμιάντου σου γαστροῦς, ὁ φωτιστικὸς μαργαρίτης προέρχεται εἰς σωτηρίαν πάσης τῆς οἰκουμένης· ἐπειδὴ πάσης ἀνθρωπίνης φύσεως [ἄλ. κτίσεως], καὶ σὺ ἡ ἁγία, ἐνδοξότερα, καὶ καθαρωτέρα, καὶ ὀσιωτέρα γεγέννησαι· λαμπροτέραν μὲν ὑπὲρ χιόνα ἔχουσα τὴν διάνοιαν, παντὸς

*1160 * δὲ χρυσοῦ δοκιμωτέρου κεκαθαρμένον τὸ σῶμα· γαστέρα δέ, οἶαν ὁ Ἰεζεκιήλ ἐθεάσατο, καὶ ποίαν δὲ ἰστόρησεν, τοιάδε λέγων· «Ὁμοίωμα ζῶων ὑπὲρ κεφαλῆς, ὡσεὶ στερέωμα, καὶ ὡς ὄρασις κρυστάλλου φοβεροῦ, καὶ ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῶν, ὡς ὄρασις λίθου σαπφείρου· καὶ ἐπάνω τοῦ θρόνου, ὡς ὁμοίωμα ἀνθρώπου, καὶ ὡς ὄρασις ἠλέκτρον· καὶ ἔσωθεν αὐτοῦ, ὡς ὄρασις πυρός, κύκλω». Σαφῶς δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου τεχθέντα ὁ προφήτης τυπικῶς ἐθεάσατο· ὃν σὺ, ἁγία Παρθένε [ἄλ. μακαρία Παρθένε], φέρειν οὐκ ἴσχυες, εἰ μὴ πάσης δόξης, καὶ ἀρετῆς κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον [ἄλ. τὸν θρόνον ἐκεῖνον] ἐξήστραπτες. Ποίοις οὖν ἐγκωμίων ῥήμασι τὴν παρθενικὴν διαγράψωμεν ἀξίαν; Ποίοις ἐπαίνων νεύμασι καὶ κηρύγμασι τὸν ἄσπιλον ἀνυμνήσωμεν χαρακτῆρα; Ποίαις πνευματικαῖς ὑμνωδίαις καὶ λέξεις δοξάσωμεν τὴν ὑπερένδοξον ἐν ἀγγέλοις; Αὕτη ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ

minator, ex omni creatura, te sanctissimam et ornatissimam elegit; et per sanctum ac castum, purum atque impollutum ventrem tuum, fulgidissima margarita in salutem totius terrarum orbis pro-

1159 greditur; quoniam et tu sancta, omni humana natura [*al.* creatura] gloriosior ac purior sanctiorque effecta es: ac nive quidem candidiorem habens mentem, quovis autem auro quamtumvis probato purificatum magis corpus; ventrem vero, qualem Ezechiel vidit, et qualem recensuit, talia dicens: *Similitudo animalium super caput, quasi firmamentum, et quasi aspectus crystalli formidabilis, et similitudo throni, super ea, quasi aspectus lapidis sapphiri; et super thronum, tamquam similitudo hominis, et quasi aspectus electri; et intrinsecus eius, velut aspectus ignis, per circuitum.*¹ Perspicue igitur propheta natum ex sanctissima Virgine, in figura ac umbra cernebat: quem tu, sancta Virgo [*al.* beata Virgo] portare non posses, nisi omni gloria atque virtute pro tempore illo refulgeres [*al.* contra throno ipsius coruscasses]. Quibus igitur encomiorum verbis dignitatem virginalem describamus? Quibus laudum significationibus atque praeconii immaculatam eius formam celebremus? Quibus spiritalibus canticis atque elocutionibus gloriosissimam inter angelos glorificemus? Haec, in domo Dei instar fructiferae olivae plantata,

¹ Ezech. I, 22, 26, 27.

πεφυτευμένη, ὡς κατάκαρπος ἐλαία, ἐν ἧ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεσκίασε [ἄλ. ἐπισκιάζει]· δι' ἧς υἱοῦς καὶ κληρονόμους ἡμᾶς κέκληκεν τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας. Αὕτη, ὁ ἀειθαλής τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος· ἐν ἧ τὸ ζωοποιὸν ξύλον φυτευθέν, τοῖς πᾶσιν χορηγεῖ ἀθανασίας καρπούς [ἄλ. ἀφθαρσίας καρπὸν]. Αὕτη, παρθένων τὸ καύχημα, μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα. Αὕτη, πιστευόντων στήριγμα, καὶ εὐσεβῶν κατόρθωμα. Αὕτη, φωτὸς ἔνδυμα, καὶ ἀρετῆς [ἄλ. ἀληθείας] ἐφέστιον. Αὕτη, πηγὴ ἀένναος, ἐν ἧ τὸ ζῶν ὕδωρ ἔδλωσε τὴν ἑνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Αὕτη, δικαιοσύνης ἐχύρωμα, καὶ ὅσοι ταύτης γεγόνασιν ἔρασταί, καὶ τῆς παρθενικῆς ἐρῶσι γνησιότητος καὶ καθαρότητος, τῆς ἀγγελικῆς ἀπολαύσονται χάριτος. "Ὅσοι τοῦ οἴνου τῆς μέθης [ἄλ. οἴνου καὶ τῆς μέθης], καὶ τῶν σικέρων ἀπέχονται τῆς ἡδυπαθείας, ἐκ τοῦ γεννήματος εὐφρανθήσονται τῆς ζωηφόρου φυτείας. "Ὅσοι τὴν λαμπάδα ἄσβεστον διετήρησαν τῆς παρθενίας, τὸν ἀμαράντινον στέφανον ἀναδύσονται τῆς ἀφθαρσίας. "Ὅσοι τὸν τῆς σωφροσύνης ἄσπιλον περιεποιήσαντο χιτῶνα, εἰς τὸν μυστικὸν τῆς δικαιοσύνης παραληφθήσονται νυμφῶνα. "Ὅσοι τοῦ ἀγγελικοῦ βαθμοῦ πλησιαίτεροι γεγόνασι, γνησιαίτερον τοῦ δεσποτικοῦ κατατρυφήσουσι μακαρισμοῦ. "Ὅσοι τὸ φωτιστικὸν ἔλαιον τῆς διανοίας, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ συνειδότος θυμίαμα κέκτηνται, τῆς εὐωδίας τῆς πνευματικῆς, καὶ τῆς υἰοθεσίας [ἄλ. πνευματικῆς υἰοθεσίας] κληρονομήσουσι τὴν

cui Spiritus sanctus obumbravit; per quam nos filios et haeredes regni Christi vocavit. Haec semper vicens immortalitatis paradus, in qua lignum vitae plantatum cunctis immortalitatis fructus [*al.* incorruptibilitatis fructum] suppeditat. Haec virginum gloriatio, et matrum iubilatio. Haec credentium firmamentum, et piorum perfectum exemplum. Haec lucis indumentum, et virtutis [*al.* veritatis] domicilium. Haec fons perennis, in quo aqua viva scaturivit atque produxit Domini in carne adventum. Haec iustitiae munimentum; et quicumque eius, ac virginalis ingenuitatis puritatisque amatores fuerint, angelica gratia perfruentur. Quicumque a vino ebrietatis [*al.* a vino et ebrietate] et sicera voluptatis abstinerint, ex genimine vivificae plantationis laetificabuntur. Quicumque virginitatis lampadem inextinctam conservaverint, immarcescibili immortalitatis corona¹ exornabuntur. Quicumque immaculatam temperantiae ac pudicitiae vestem comparaverint, mystico iustitiae thalamo excipientur. Quicumque propius ad angelicum gradum accesserint, perfectius quoque deliciis Dominicae beatitudinis reficientur. Quicumque perlucidum mentis oleum, ac purum conscientiae thymiana possederint, boni spiritalis odoris adoptionisque [*al.* et adoptionis spiritalis] promissionem consequentur. Quicumque digne

¹ I Petr. V, 4.

ἐπαγγελίαν. Ὅσοι ἀξίως τὸν Εὐαγγελισμόν ἐορτάζουσι τῆς θεοτόκου Παρθένου Μαρίας, γνησιαίτερον τῆς ἀγγελίας, τοῦ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », κομίζονται μισθαποδοσίαν. Δεῖ οὖν ἡμᾶς τὴν ἐορτὴν ταύτην ἐορτάζειν, ἐπειδὴ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. [...]

*1161 * Πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ γέγονεν ὁ Εὐαγγελισμὸς τῆς κεχαριτωμένης Μαρίας, ἡ πολυύμνητος τοῦ Σωτῆρος οἰκονομία, ἡ ἔνθεος αὐτοῦ καὶ ὑπερκόσμιος διδασκαλία. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀνατέλλουσιν τοῦ νοεροῦ φωτὸς αἱ ἀκτῖνες. Ἐντεῦθεν ἀναδρῦουσιν ἡμῖν αἱ πηγαὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς ἀθανασίας, διειδῆ καὶ καθαρὰ ἐκχέουσαι τῆς εὐσεβείας τὰ νάματα. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀπαστράπτουσιν οἱ θησαυροὶ τῆς θεογνωσίας.

PG
10, 1164

[...] Ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον Μαρίαμ εὐαγγελιζόμενον προαπέσταλκεν. Ὁ δέ, ἀπὸ τῶν ἀφράστων ἄνω δυνάμεων πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον παραγενόμενος, πρῶτον τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », αὐτῇ προσεφώνησεν· τῆς δὲ φωνῆς τοῦ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », πρὸς αὐτὴν γενομένης διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσῆλθεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τὸν ἀμίαντον ναὸν τῆς Παρθένου· καὶ ἠγιάσθη ἡ ἔννοια σὺν τοῖς μέλεσι· καὶ ἔστη ἡ φύσις ἀντικρυς, καὶ ἡ συνουσία πόρρωθεν, μετὰ θάμβους θεωροῦσαι τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως παρὰ φύσιν, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα θαυματουργοῦντα ἐν τῷ σώματι· καὶ

1983

Dei genitricis Virginis Mariae Annuntiationem celebraverint, plenior etiam angelicae salutationis illius, *Ave gratia plena*, mercedem referent. Oportet igitur nos hanc festivitatem celebrare, quoniam gaudio atque laetitia cunctum terrarum replevit orbem. [...]

*1162

* Cunctorum nobis bonorum principium Annuntiatio Mariae gratia plenae exstitit, laudatissima Salvatoris dispensatio, divinaque eius atque altissima coelestis doctrina. Hinc nobis spiritalis lucis exoriuntur radii. Hinc nobis sapientiae et immortalitatis scaturiunt fontes; qui limpidos ac puros rivos pietatis effundunt. Hinc nobis divinae cognitionis resplendent thesauri. [...]

PG
10, 1165

[...] Quando porro venit plenitudo temporum gloriosi adventus sui, archangelum praemisit Gabrielem ad Mariam Virginem, qui laetum ipsi nuntium deferret. Hic autem ab ineffabilibus supernis potestatibus ad sanctissimam Virginem deveniens, primum illis verbis: *Ave, gratia plena*,¹ ipsam compellavit ac salutavit: qua quidem verborum voce ad eam facta, in ipsa mox auditione Spiritus sanctus in immaculatum Virginis templum ingressus est; et sanctificata est mens eius simul cum membris; stetitque natura ex adverso, et concubitus procul, cum stupore spectantes naturae Dominum praeter naturam, atque adeo supra naturam, rem admirabilem

1983

¹ Lc. I, 28.

δι' ὧν ὅπλων ὁ διάβολος ἠγωνίζετο, διὰ τῶν ἐναντίων ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἔσωσεν, ἀναλαβὼν τὸ ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν σῶμα, ἵνα τῷ λείποντι μείζονα χάριν [ἄλ. χαράν] δωρήσεται. Καὶ ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Πρεπόντως δὲ ἡ χάρις πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον ἀπέσταλται. Οὕτως γὰρ περιέχει τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας τὸ λόγιον· «Τῷ μηνὶ δὲ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ», καὶ τὰ λοιπά. Πρῶτος δὲ μὴν οὗτος πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· καθὼς φησιν ἐν τῇ νομικῇ βίβλῳ· «Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν, ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτός ἐστιν ὑμῖν, ἐν τοῖς μηνσὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ». Πάσχα ἅγιον ἐορτάσατε [ἄλ. ἐορτάσατε] τῷ Κυρίῳ εἰς πάσας τὰς γενεὰς ὑμῶν. Ἔκτος δὲ μὴν πρὸς Ζαχαρίαν. Εἰκότως δὲ ἡ ἁγία Παρθένος ἐκ γένους Δαβὶδ ἐτύγχανεν, καὶ τὴν Βηθλεὲμ πατρίδα ἐκέκτητο, καὶ τῷ Ἰωσήφ κατὰ νόμους συγγενείας δικαίως ἐμνηστέυτο. Καὶ φύλαξ ἦν ὁ μνήστωρ, καὶ ὁ ἀφθαρσίας ἀκηράτου σύνοικος. Καὶ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ λίαν πρέπον ὄνομα. Μαρία γὰρ ἐκέκλητο· ὕπερ δὴ « φωτισμὸς » ἐρμηνεύεται. Τί γὰρ τοῦ φωτὸς τῆς παρθενίας λαμπρότερον; Ὅθεν καὶ τὰς ἀρετὰς παρθένους ὀνομάζουσιν, οἱ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀγαθῶς στοχαζόμενοι. Εἰ δὲ

in corpore perpetrante; et per quae diabolus arma decertaverat, per contraria nos Christus liberavit, assumpto corpore quod pati posset, ut nostrum; ut deficienti humano generi maiorem gratiam [al. gaudium] tribueret. Et ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. Convenienter igitur gratia ad sanctissimam est Virginem missa. Sic enim et evangelicae historiae continet oraculum dicens: *Mense autem sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, ex domo et familia David; et nomen virginis, Maria,*¹ et reliqua. Primus vero hic est mensis, quo ad sanctissimam Virginem missus est archangelus; sicut et in legali libro ait Scriptura: *Mensis iste vobis principium mensium, primus est vobis in mensibus anni.*² Pascha sanctum celebrate [al. celebrabitis] Domino, in cunctis generationibus vestris. Sextus vero mensis apud Zachariam. Merito igitur sanctissima Virgo ex genere David fuit, et Bethlehem patriam possedit, ac Ioseph secundum consanguinitatis leges iure desponsata. Et custos eius erat sponsus, atque incorruptionis ipsius intemeratae cohabitator. Et sanctissimae Virgini valde suum quadrabat nomen: Maria * enim nuncupata erat, quod *illuminatio* interpretatur. Quid enim splendore virginitatis illustrius? Quapropter et virtutes virgines denominant, qui recte essentias earum coniciunt. Quod si tantum est bonum

*1166

¹ Lc. I, 26-27.

² Exod. XII, 2.

*1165

τοσοῦτον ἀγαθόν, παρθένον ἔχειν καρδίαν, ἡλίκον ἢ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς τὴν παρθενίαν ἀσκήσασα; Οὕτως καὶ ἡ ἁγία Μαρία ἐν σαρκὶ οὔσα, * τὴν ἄφθοαρτον πολιτείαν ἐκέκτητο, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου λεχθέντα, πιστεῖ ἐδέχετο. Καὶ τότε μετὰ σπουδῆς πρὸς τὴν Ἐλισάβετ τὴν συγγενίδα αὐτῆς, εἰς τὴν ὄρεινὴν ἐπορεύετο. « Καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ζαχαρία, ἤσπασατο τὴν Ἐλισάβετ », μιμησαμένη τὸν ἄγγελον. « Ὡς δὲ ἤκουσεν τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἢ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιᾶσει ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἢ Ἐλισάβετ ». Οὐκοῦν ἡ φωνὴ τῆς Μαρίας ἐνήργησε, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὴν Ἐλισάβετ ἐνέπλησε [ἄλ. ἐπλήρωσε]: καὶ καθάπερ ἐξ ἀενάου πηγῆς διὰ τῆς γλώττης ποταμὸν χαρισμάτων, διὰ τῆς προφητείας τῆ συγγενίδι ἐξέπεμψεν· καὶ τοῖς ποσὶ τοῦ βρέφους τῇ γαστρὶ δεδεμένοις, ἄλλεσθαι καὶ σκιρτᾶν παρεσκεύασεν. Ὅπερ ἦν χορείας θαύματος σύμβολον. Ἐνθα γὰρ ἡ κεχαριτωμένη παραγεγένηται, χαρῶς τὰ πάντα πεπλήρωται. « Ἀνεφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ἡ Ἐλισάβετ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς μέ; ». « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί ». Σὺ γὰρ αὐταῖς ἀρχὴ τῆς ἀναπλάσεως [ἄλ. ἀναστάσεως] γέγονας. Σὺ παρῥήσιαν ἡμῖν τῆς εἰς παράδεισον εἰσόδου δέδωκας, καὶ τὴν

habere cor virginitate praeditum, quantum tandem erit caro, quae cum animo virginitatem coluerit? Sic et sancta Maria in carne dum esset, vitam incorruptam atque immaculatam possidebat, ac verba ab archangelo dicta in fide suscipiebat. Tuncque cum festinatione ad Elisabeth cognatam suam contendebat. *Et ingressa domum Zachariae, salutavit Elisabeth*, angelum imitata. *Ut autem audivit salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans prae iubilo in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth.*¹ Vox igitur Mariae efficax fuit, et Spiritu sancto replevit Elisabeth: ac velut ex perenni quodam fonte, instrumento linguae, flumen charismatum per prophetiam cognatae suae emisit: et pedibus infantis in utero colligatis [al. colligati], saltum et exsultationem suppeditavit. Quod quidem miraculosi tripudii symbolum signumque erat. Nam ubi gratia plena advenit, gaudio cuncta repleta sunt. *Exclamavit autem magna voce Elisabeth, ac dixit: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?*² *Benedicta tu in mulieribus.* Tu quippe ipsis principium reparationis [al. resurrectionis] effecta es. Tu fiduciam in paradysum introitus nobis dedisti, et antiquum dolorem luctumque fugasti. Non enim

¹ Lc. I, 40, 41.

² Lc. I, 42, 43.

ἀρχαίαν ὀδύνην ἐδίωξας. Οὐκέτι γὰρ μετὰ σέ, τὸ γένος τῶν γυναικῶν ὀνειδίσκεται. Οὐκέτι οἱ κληρονόμοι τῆς Εὐας φοβοῦνται τὴν ἀρχαίαν κατάραν, οὐδὲ τοῦ τοκετοῦ τὴν ὥδῖνα. Ἐπειδὴ Χριστὸς ὁ τοῦ γένους ἡμῶν Λυτρωτῆς, ὁ Σωτὴρ ὅλης τῆς φύσεως, ὁ πνευματικὸς Ἀδάμ, ὁ τοῦ χοῦκοῦ τὴν πληγὴν ἰασάμενος ἐκ τῆς ἁγίας γαστρὸς σου προέρχεται. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Ὁ γὰρ πάντων τῶν ἀγαθῶν φυτουργός, σὸς καρπὸς ἀναδέδεικται. Λαμπρὰ μὲν ὄρωμεν καὶ τῆς στείρας τὰ ῥήματα· λαμπρότερα δὲ πάλιν ἡ ἁγία ἐφθέγγατο Παρθένος, καὶ ὦδὴν τῷ Θεῷ εὐχαριστίας, καὶ εὐωδίας, καὶ θεολογίας γέμουσαν τῷ Θεῷ ἀνατίθησιν· μετὰ τῶν ἀρχαίων τὰ νέα καταγγέλλουσα· μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος τὰ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰῶνων κηρύττουσα, καὶ ἐν βραχεῖ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιωσαμένη τοῦ Χριστοῦ τὰ μυστήρια. « Εἶπεν δὲ Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον. Καὶ ἠγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτήρῳ μου », καὶ τὰ ἐξῆς. « Ἄντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους αὐτοῦ, καὶ ἦς ἔθετο [ἄλ. διέθετο] διαθήκης τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος ». Θεωρεῖς πῶς ἡ ἁγία Παρθένος, καὶ τὴν πατριαρχικὴν ὑπερέβαλεν τελειότητα, καὶ βεβαιοῖ τὴν πρὸς Ἀβραάμ τοῦ Θεοῦ διαθήκην, λέγοντος· « Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ ». Διὸ

amplius post te mulierum genus vituperatur; non amplius haeredes Euae antiquam maledictionem timent, neque partus dolorem reformidant; quoniam Christus humani generis Redemptor, Salvator universae naturae, spiritalis Adam, terreni hominis vulnus curans, ex sancto tuo utero procedit. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* Omnium enim bonorum plantator tuus fructus effectus est. Praeclara quidem videmus, etiam sterilis Elisabeth verba; at illustriora vicissim sanctissima prolocuta est Virgo, et canticum Deo gratiarum actionis, bonique odoris, ac theologiae plenum retribuit, cum antiquis nova annuntians, cum iis quae a saeculo et ab initio, ea quae in saeculorum consummatione acciderunt praedicans, brevique sermone Christi mysteria summatim perstringens. *Ait autem Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo, et quae sequuntur. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, ac testamenti quod disposuit cum Abraham et semine eius in saecula.*¹ Vides quo pacto sanctissima Virgo etiam patriarchicam superaverit perfectionem, confirmaveritque testamentum Dei ad Abraham, dicentis: *Hoc est testamentum, quod statuum inter me et te.*² Ideoque

¹ Lc. I, 46 ss.

² Gen. XVII, 11; Rom. IV, 11.

*1168 ἐλθὼν κυροῦ [ἄλ. πληροῦ] τὴν πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκην, μυστικῶς τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς ἀναδεξάμενος, καὶ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν γενόμενος. Ταύτης οὖν τῆς προφητείας [ἄλ. ταύτην οὖν ᾠδὴν] τὴν ᾠδὴν ἡ ἀγία Θεοτόκος τῷ Θεῷ ἀνέπεμπεν [ἄλ. ἀπένειμε], λέγουσα· «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ * μου τὸν Κύριον. Καὶ ἠγαλλίασεν τὸ πνεῦμά μου, ἐπὶ τῷ Θεῷ σωτῆρί μου. Ὅτι ἐποίησέν μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ». Θεοτόκον γὰρ ποιήσας με, πάλιν παρθένον διεφύλαξεν· καὶ διὰ τῆς ἐμῆς γαστρὸς, πασῶν γενεῶν εἰς ἀγιασμὸν ἀκακεφαλαιοῦται τὸ πλήρωμα. Πᾶσαν γὰρ ἡλικίαν ἠύλόγησεν, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, νεανίσκων καὶ παιδῶν, καὶ γερόντων. [...] Ὅλον γὰρ τὸν κλῆρον τῶν θείων ἀγαθῶν ὁ ἐκ Παρθένου τεχθεὶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰς τὰ ἔθνη μετατέθηκεν. «Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ» καὶ οὐ τοῦ τυχόντος Ἰσραὴλ· ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ὅστις τῷ ἔργῳ ἐξευγενίζετο τοῦ Ἰσραὴλ τὴν εὐγένειαν. Καὶ διὰ τοῦτο, παῖδα καὶ κληρονόμον αὐτὸν ἡ Θεοτόκος ἐκάλεσεν [ἄλ. ἐδήλωσεν]. Κάμνοντα γὰρ εὐρῶν τῷ γράμματι, καὶ τῷ νόμῳ κοπιῶντα, τῇ χάριτι παρεκάλεσεν.

PG
10, 1169

[...] Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς Λόγος σάρκα καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς ἀγίας Παρθένου ἀναλαβεῖν κατηξίωσεν, καὶ ἐγεννήθη ἄνθρωπος, ἵνα

1984

*1167 veniens, suum ad Abraham confirmat [*al.* adimplet] testamentum, * mystice signum circumcisionis accipiens, et plenitudo legis ac prophetarum effectus. Huius igitur prophetiae canticum [*al.* hoc igitur canticum] sancta Dei Genitrix Deo remittebat [*al.* retribuit], dicens: *Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.*¹ Deiparam quippe me faciens, vicissim me virginem conservavit; et per meum ventrem, cunctarum generationum, in sanctificationem, summam colligatur plenitudo. Omni enim aetati benedixit, virorum pariter ac mulierum, adolescentulorum ac iuvenum, senumque. [...] Nam universam divinorum bonorum sortem, qui ex Virgine natus est Christus Deus noster, in gentes transtulit. *Suscepit Israël puerum suum,*² et non quemvis Israël, sed puerum suum: qui reipsa Israël nobilitatem illustrat: atque ideo ipsum filium et haerodem Dei Genitrix appellavit [*al.* declaravit]. Cum enim in littera et lege illum laborantem invenisset, per gratiam vocavit.

PG
10, 1170

[...] Et propterea Deus Verbum carnem et perfectam humanam naturam ex muliere sanctissima Virgine assumere dignatus est, et homo natus est, ut debitum nostrum persolveret, et usque ad

1984

¹ Lc. I, 46 ss.

² Lc. I, 54.

ἐκτίση τὸ ἡμέτερον ὄφλημα, καὶ πληρώση μέχρις ἑαυτοῦ, τῆς πρὸς Ἀβραάμ διαθήκης, περιτομῆς τε καὶ τῶν ἐφεξῆς νομίμων τὰ ἐντάγματα. Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους, ἡ ἁγία Παρθένος εἰς τὴν Ναζαρέτ ἐπορεύετο· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν δόγμα Καίσαρος εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἀνελθεῖν αὐτὴν παρεσκεύασεν· αὕτη δὲ ὡς ἀπὸ τῆς βασιλικῆς πατριᾶς προὔπαρχουσα, εἰς τὴν βασιλικὴν τοῦ Δαβὶδ πατριὰν μετὰ Ἰωσήφ τοῦ μνηστῆρος ἐστέλλετο. Καὶ τὸ τοῦ παντός ἐπέκεινα θαύματος ἠκολούθει μυστήριον. Παρθένος τίκτουσα, καὶ χερσὶ βαστάζουσα τὸν ῥήματι πᾶσαν τὴν κτίσιν βαστάζοντα. «Καὶ οὐδὲ τόπος ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι». Τόπον οὐκ εἶχεν ὁ πᾶσαν τὴν γῆν τῷ ῥήματι θεμελιώσας. Γάλακτι τρέφουσα τὸν πᾶσαν πνοὴν διατρέφοντα, καὶ ζωογονοῦντα. Σπαργάνοις δεσμοῦσα τὸν λόγῳ πᾶσαν τὴν κτίσιν δεσμεύοντα. Ἐν φάτῃ ἀνέκλινεν τὸν ἐπὶ καθέδρας χερουβὶμ ἐποχούμενον. Φῶς ἐξ οὐρανοῦ περιέλαμπε τὸν πᾶσαν τὴν κτίσιν φωτίσαντα. Στρατιαὶ οὐράνιαι δοξολογοῦσαι παρίσταντο τῷ πρὸ αἰώνων ἐν οὐρανοῖς δοξαζομένῳ. Ἄστηρ δαδουχῶν κατεμήνυεν τοὺς ἐκ γῆς πόρρωθεν ἐλθόντας πρὸς τὸν ὄντως ἀνατολήν. Ἐξ Ἀνατολῶν ἦκασι δωροφοροῦντες τῷ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντι· ἡ δὲ ἁγία Θεοτόκος συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, ὡς

se ipsum, testamentum cum Abraham dispositum, circumcissionis, ac caeterorum legalium praeceptorum adimpleret.¹ Post hos porro sermones concessit in Nazareth sanctissima Virgo; inde vero rursus in Bethlehem per edictum Caesaris ascendere coacta est; ipsa autem tamquam ex regia familia procedens, in regiam David patriam cum Ioseph sponso mittebatur. Et mysterium quod omne miraculum superat consecutum est: Virgo parit, et manibus gestat eum qui verbo res omnes creatas gestat. *Neque locus erat eis in diversorio.*² Locum non habebat, qui totam terram verbo fundavit. Lacte virgo mater pascebat eum, qui omnem nutrit vivumque producit spiritum. Fasciis involvebat eum, qui verbo omnem ligat creaturam. In praesepio reclinabat eum, qui in cathedra supra cherubim vehitur.³ Lux e coelis circumfulgebat eum, qui omnem illuminat creaturam. Coelestes exercitus glorificantes assistebant ei, qui ante saecula glorificatur in coelis. Stella praelucens ducatum praestabat eis,⁴ qui ex longinquis venerant regionibus ad eum qui vere oriens erat. Ex Oriente veniunt, munera deferentes ei qui pauper propter nos factus est.⁵ Sanctissima porro Dei Genitrix conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo; velut quae omnium mysteriorum vas ac recepta-

¹ Gen. XVII; Ps. CIV; Rom. IV; Act. VII.

² Lc. II, 7.

³ Ps. LXXIX, 2.

⁴ Matth. II, 9.

⁵ II Cor. VIII, 9.

ὄλων τῶν μυστηρίων ὑπάρχουσα δοχεῖον. Σοῦ μὲν, ὦ παναγία Παρθένε, ἀνώτερος πάσης εὐφημίας ὁ ἔπαινος, διὰ τὸν ἐκ σοῦ Θεὸν σάρκα φορέσαντα, καὶ γεννηθέντα ἄνθρωπον. Σοὶ πᾶσα φύσις ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων [ἴσ. ὑποχθονίων] σέβας προσφέρει τὸ πρόσφορον. Σὺ γὰρ ἀληθῶς θρόνος χερουβικὸς ἀναδέδειξαι. Σὺ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν νοητῶν [ἄλ. νότου] βασιλείων, φωτὸς ἀπαύγασμα ἀπαστράπτεις· ἔνθα δοξάζεται Πατὴρ ὁ ἄναρχος, οὗ τὴν δύναμιν ἔσχες ἐπισκιάζουσαν· προσκυνεῖται ὁ Υἱός, ὃν κατὰ σάρκα σὺ τέτοκας· δοξολογεῖται [ἄλ. δοξάζεται] Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἐν τῇ γαστρὶ σου, τὴν γέννησιν τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἐνήργησεν. Διὰ σοῦ, κεχαριτωμένη, Τριάς ἅγια καὶ ὁμοούσιος ἐν τῷ κόσμῳ γνωρίζεται. Μετὰ σοῦ, καὶ ἡμᾶς καταξίωσον μετασχεῖν τῆς τελείας σου χάριτος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν μεθ' οὗ, τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν [ἄλ. ὃ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν].

PG
10, 1172

Homilia III. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα, πάλιν ἀνάκλησις, πάλιν ἐπάνοδος, πάλιν εὐφροσύνης ἐπαγγελία, πάλιν δουλείας ἀπαλλαγὴ. Ἄγγελος μετὰ Παρθένου λαλεῖ· ἵνα μηκέτι γυναικὶ ὁμιλήσῃ ὁ ὄφρις. « Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, φησὶν, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ

1985

culum esset. Tua sane, o sanctissima Virgo, laus omnem prorsus laudem, propter Deum ex te incarnatum ac hominem natum, excedit. Tibi omnis creatura, in coelis ac terris et apud inferos, reverentiam ac cultum convenientem offert. Tu enim vere thronus evasisti cherubicus. Tu in summis spiritualibus regnis [*al.* in supremis austri regnis], lucis splendore coruscas: ubi glorificatur Pater, omnis principii expers, cuius obumbrantem habuisti potentiam; adoratur Filius, quem secundum carnem peperisti; celebratur [*al.* glorificatur] Spiritus sanctus, qui in tuo utero nativitatem magni Regis peregit. Per te, o gratia plena, Trinitas sancta et consubstantialis in mundo cognoscitur. Tecum, et nos dignare participes efficere perfectae tuae gratiae, in Christo Iesu Domino nostro: cum quo, Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen [*al.* cui gloria et potentia, in saecula saeculorum. Amen].

PG
10, 1171

Homilia III.¹ Rursus bona faustaue gaudii nuntia, rursus libertatis indicia, rursus revocatio, rursus reversio, rursus laetitiae promissio, rursus a servitute liberatio. Angelus cum Virgine loquitur: ut non amplius cum muliere serpens loquatur. *Mense sexto*, inquit, *missus est angelus Gabriel a Deo ad virginem desponsatam viro.*²

1985

¹ Viri docti attribuunt *Homiliam* hanc *Proclo* vel *Gregorio Thaumate*. aut *Chrysostomo* aliisque saec. v (cf. RPhTh, 540).

² *Lc.* I, 26, 27.

πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ». Ἀπεστάλη Γαβριήλ, τὴν παγκόσμιον μηνύσαι σωτηρίαν. Ἀπεστάλη Γαβριήλ, φέρων τῷ Ἀδὰμ ὑπογραφὴν ἀνακλήσεως. Ἀπεστάλη Γαβριήλ πρὸς παρθένον· ἵνα τὴν ἀτιμίαν τῆς θήλυος [ἴσ. θηλείας] εἰς τιμὴν μεταβάλῃ. Ἀπεστάλη Γαβριήλ, ἄξιον εὐτρεπίσαι τῷ καθαρῷ νυμφίῳ τὸν θάλαμον. Ἀπεστάλη Γαβριήλ, νυμφεύσασθαι τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Ἀπεστάλη Γαβριήλ πρὸς τὸ ἔμψυχον τοῦ Βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον. Ἀπεστάλη Γαβριήλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην μὲν τῷ Ἰωσήφ, τηρουμένην δὲ τῷ Ἰησοῦ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Ἀπεστάλη δοῦλος ἀσώματος πρὸς Παρθένον ἀμόλυντον. Ἀπεστάλη ὁ ἀμαρτίας ἐλεύθερος, πρὸς τὴν φθορᾶς ἀνεπίδεκτον. Ἀπεστάλη ὁ λύχνος, μηνύων τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. Ἀπεστάλη ὁ ὄρθρος, προτρέχων τοῦ φωτός τῆς ἡμέρας. Ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ, κηρύσσων τὸν ἐν κόλποις τοῦ Πατέρος, καὶ ἐν ἀγκάλαις τῆς μητέρος. Ἀπεστάλη Γαβριήλ, δεικνύς τὸν ἐν θρόνῳ καὶ ἐν σπηλαίῳ. Ἀπεστάλη στρατιώτης, βοῶν τὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως μυστήριον· μυστήριον, φημί, τὸ πίστει γνωριζόμενον, οὐκ ἐρευνώμενον τῇ πολυπραγμοσύνῃ· μυστήριον προσκυνούμενον, οὐ ζυγοστατούμενον, μυστήριον θεολογούμενον, οὐ μετρούμενον. « Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριήλ πρὸς παρθένον ». Ποῖον μῆνα ἕκτον; Ποῖον; Ἀφ' οὗ ἐδέξατο Ἐλισάβετ τὰ εὐαγγέλια· ἀφ' οὗ τὸν Ἰωάννην συνέλαβε. Καὶ πόθεν τοῦτο, δῆλον; Ἑρμηνεύεται [ἄλ. ἐρμηνεύετω]

Missus est Gabriel, ut totius mundi salutem annuntiaret. Missus est Gabriel, ut revocationis subscriptionem Adamo deferret. Missus est ad virginem Gabriel, ut mulieris ignominiam in honorem commutaret. Missus est Gabriel, ut dignum purissimo sponso thalamum pararet. Missus est Gabriel, ut inter creaturam et Creatorem sponsalia contraheret. Missus est Gabriel ad animatum Regis angelorum palatium. Missus est Gabriel ad virginem, desponsatam quidem Ioseph, sed Iesu Filio Dei servatam. Missus est servus incorporeus ad virginem inviolatam atque immaculatam. Missus est a peccato liber, ad eam quae omnis corruptionis expers erat. Missus est lychnus, qui Solem iustitiae indicaret. Missus est diluculi nitor, qui diei lumen praecurreret. Missus est Gabriel, ut eum qui in sinu est Patris, etiam in matris ulnis praedicaret. Missus est Gabriel, ut eum qui in solio sedebat, etiam in spelunca iacere ostenderet. Missus est miles, qui magni Regis mysterium proclamaret: mysterium, inquam, quod fide cognoscitur, et curiositate non indagatur; mysterium quod adoratur, et humano ingenio non ponderatur; mysterium quod divinis et non humanis rationibus expenditur. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem.* Sed quem hic sextum mensem dicit? Quemnam? Illum nimirum, ex quo laetum illud Elisabeth accepit nuntium: ex quo Ioannem concepit. Et unde hoc planum

ὁ αὐτὸς ἀρχάγγελος, λέγων πρὸς τὴν Παρθένον· « Ἰδοῦ, φησίν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἷον ἐν γήρει αὐτῆς. Καὶ οὗτος μὴν ἔκτος αὐτῆ, τῇ καλουμένη στεῖρα ». Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, λοιπὸν οὖν, ἔκτος μὴν συλλήψεως Ἰωάννου. Ἔδει γὰρ προφθᾶσαι τὸν στρατιώτην. Ἔδει προλαβεῖν τὸν δορυφόρον· ἔδει προδοιοπορῆσαι τὸν μηνυτὴν τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας. « Τῷ μηνὶ ἔκτῳ, ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ »· μεμνηστευμένην, οὐ συνημμένην· μεμνηστευμένην, ἀλλὰ τηρουμένην. Διὰ τί μεμνηστευμένην; ἵνα μὴ τάχιον μάθη ὁ ληστής τὸ μυστήριον. Ὅτι μὲν γὰρ διὰ Παρθένου ἤξει ὁ Βασιλεὺς, ἤδει ὁ πονηρὸς· τῶν γὰρ

*1173 * Ἡσαίου καὶ αὐτὸς ἠκροῖτο φωνῶν, τό· « Ἰδοῦ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἷον ». Καὶ ἐκάστοτε εἰκότως παρετήρει τῆς Παρθένου τὸ φθέγμα, ἵνα ὅπου ὅτι πληροῦται τὸ μυστήριον τοῦτο, προεξαρτύσῃ τὸν ψόγον. Διὰ τοῦτο, ὁ Δεσπότης διὰ μεμνηστευμένης ἐλήλυθεν, ἵνα τὸν πονηρὸν λάθῃ, ἡ γὰρ μνηστευθεῖσα κατηγορεῖτο λοιπὸν. « Τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ ». Ἄκουσον τί περὶ τούτου τοῦ ἀνδρός καὶ τῆς Παρθένου ὁ προφῆτης φησίν· Δοθήσεται τὸ ἐσφραγισμένον τοῦτο βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότι γράμματα. Τί τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον, ἢ πάντως [ἄλ. εἰ μὴ πάντως] ἡ ἀμόλυτος Παρθένος; παρὰ τίνων δο-

fit? Id ipsemet interpretatur [*al.* interpretetur] archangelus, ad Virginem dicens: *Ecce, inquit, Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quae vocatur sterilis.*¹ Mense sexto, scilicet conceptionis Ioannis. Conveniebat enim ut miles praecederet. Oportebat ut satellites anteverteret, decebat ut nuntius praecurreret, qui Domini adventum indicaret. *Mense sexto, missus est angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro:* desponsatam, inquam, non coniunctam; desponsatam quidem, sed servatam. Cur desponsatam? Ne citius latro mysterium cognosceret. Quod

*1174 etenim per virginem Rex venturus esset, improbum * non latebat; nam et Isaiae illa verba ipse audiebat: *Ecce virgo in utero habebit, et periet filium.*² Quare et quotidie Virginis vocem observabat, ut ubi mysterium hoc adimpleretur, infamiam praepararet. Atque ideo Dominus per desponsatam venit, ut improbum lateret; quae enim desponsata fuerat, deinceps sponso tradenda erat. *Mense sexto missus est Gabriel ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph.* Audi quid de hoc viro et Virgine dicat propheta: *Dabitur, inquit, liber hic obsignatus viro scienti litteras.*³ Et quis iste obsignatus est liber, nisi omnino immaculata Virgo? A quibus dabitur? Sacerdoti-

¹ Lc. I, 36.

² Isa. VII, 14.

³ Isa. XXIX, 11.

θήσεται; Παρὰ τῶν ἱερέων, δηλονότι. Τίνι τούτω; Τῷ τέκτονι Ἰωσήφ. Ἐπεὶ οὖν οἱ ἱερεῖς ὡς σώφρονι τῷ Ἰωσήφ ἡρμόσαντο τὴν Μαρίαν, καὶ παρέθεντο αὐτῷ, γάμου καιρὸν ἀναμένοντες, ἔμελλε δὲ οὗτος λαμβάνων τηρεῖν ἐν ἀφθαρσίᾳ τὴν Παρθένον· τοῦτο πρόβρωθεν ὁ προφήτης προανεφώνησεν· Δοθήσεται τὸ ἐσφραγισμένον τοῦτο βιβλίον ἀνδρὶ εἰδότε γράμματα, καὶ ἐρεῖ· Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι. Διὰ τί οὐ δύνασαι, ὦ Ἰωσήφ; Οὐ δύναμαι, φησὶν, ἀναγνῶναι· τὸ γὰρ βιβλίον ἐσφραγίσται. Τίνι τηρούμενον; Τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων κατοικητήριον φυλαττόμενον. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· « Τῷ μὲν τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλῃ Γαβριὴλ πρὸς παρθένον ». Ὅς πάντως που τοιαύτας ἐντολὰς δεξάμενος. Δεῦρο λοιπόν, ὦ ἀρχάγγελε, ὑπουργὸς γενοῦ φοβεροῦ μυστηρίου, ἀποκεκρυμμένου, διακόνισον τῷ θαύματι. Εἰς ἀναζήτησιν τοῦ πλανηθέντος Ἀδάμ κατελθεῖν ὑπὸ τῶν ἐμῶν οἰκτιρισμῶν, ἐπέιγομαι. Ἡ ἀμαρτία τὸν κατ' εἰκόνα τὴν ἐμὴν πλασθέντα ἐπαλαίωσεν, καὶ τὸ τῶν ἐμῶν χειρῶν δημιουργήμα ἐσάθρωσεν, ἀμαύρωσεν ὅπερ ἔπλασα κάλλος. Ὁ λύκος τὸ ἐμὸν κατανέμεται θρέμμα, ἔρημόν ἐστι τοῦ παραδείσου τὸ οἰκητήριον, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας φυλάττεται, κέλειται τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον, ἐλεῶ τὸ πολεμηθέν, καὶ συλλαδέσθαι τὸν πολέμιον βούλομαι· λαθεῖν δὲ θέλω, πάσας τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, σοὶ μόνῳ θαρῶ τὸ μυστήριον. Πρὸς τὴν οὖν Παρθένον Μαρίαν πορεύθητι. Ἄπελθε πρὸς τὴν

bus scilicet. Cuinam viro? Fabro Ioseph. Cum igitur sacerdotes Virginem Mariam casto despondissent Ioseph, eam ipsi commendarunt, tempus nuptiarum exspectantes; quam quidem ipse accipiens integram erat conservaturus; quod et longe antea praedixerat propheta: Dabitur, inquit, liber obsignatus viro scienti litteras, et dicet: Non possum legere. Cur non potes legere, o Ioseph? Non possum, inquit, legere; nam liber obsignatus est.¹ Cuinam servatur? Rerum omnium Creatori pro domicilio custoditur. Caeterum ad propositum redeamus: *Mense sexto, missus est Gabriel ad virginem. Qui plane eiusmodi mandata a Deo acceperat: Adesdum, o archangele, minister tremendi et arcani esto mysterii; miraculo deservi. Ad requirendum Adam qui erraverat, meis commotus miserationibus, descendere propero. Peccatum inveteravit eum, qui ad imaginem meam formatus est, et opus manuum mearum debilitavit, pulchritudinemque a me confectam obscuravit. Lupus meum alumnium devorat, paradisi domicilium desolatur, lignum vitae a gladio flammeo custoditur,² campus deliciarum clausus est. Oppugnati misereor, et hostem comprehendere volo; mysterium hoc cunctas virtutes coelestes latere cupio, quod tibi soli confido. Vade igitur ad Mariam*

¹ Ibid.

² Gen. III, 24.

ἔμψυχον πόλιν, περὶ ἧς ὁ Προφήτης ἔλεγεν· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ ». Ἄπελθε πρὸς τὸν λογικόν μου παράδεισον· ἄπελθε πρὸς τὴν πύλιν τῆς ἀνατολῆς· ἄπελθε πρὸς τὸ ἄξιον ἐμοῦ τοῦ Λόγου κατοικητήριον· ἄπελθε πρὸς τὸν δεύτερον ἐπὶ γῆς οὐρανόν· ἄπελθε πρὸς τὴν κούφην νεφέλην· μῆνυσον αὐτῇ τῆς ἐμῆς παρουσίας τὸν ὄμβρον· ἄπελθε πρὸς τὸ ἐμοὶ ἡτοιμασμένον ἀγίασμα· ἄπελθε πρὸς τὴν παστάδα τῆς ἐνανθρωπήσεως. Ἄπελθε πρὸς τὸν καθαρὸν νυμφῶνα τῆς κατὰ σάρκα μου γεννήσεως. Λάλησον εἰς τὰ ὄρα τῆς λογικῆς κιβωτοῦ, ἐτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ἄλλὰ μὴ θορυβήσης, μηδὲ ταραξῆς τὴν ψυχὴν τῆς Παρθένου. Ἐπεικῶς τῷ ἀγιάσματι φάνηθι· πρώτην αὐτῇ φωνὴν χαρᾶς ἀναβόησον. Σὺ εἶπὲ τῇ Μαριαμ τὸ « Χαῖρε, κεχαριτωμένη »· ἔν' ἐγὼ * ἐλέησω Εὐαν τὴν κεκακωμένην. Ἦκουσεν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὡς εἰκός, ἐλογίζετο· Ἐξέον τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ὑπερβαῖνον ἔννοιαν, τὸ λαλούμενον. Ὁ τοῖς χερουδιμ φοβερός, ὁ τοῖς σεραφίμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς οὐρανίαις [ἄλ. ἀγγελικαῖς] δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἰδικὴν συντυχίαν ἐπαγγέλλεται κόρη· αὐτοπρόσωπον παρουσίαν μὴνύει, μᾶλλον δὲ εἴσοδον δι' ἀκοῆς ὑπισχενῆται· καὶ ὁ τὴν Εὐαν καταδικάσας, τὴν αὐτῆς θυγατέρα τοσοῦτον δοξάζειν ἐπιέγεται; Λέγει γάρ,

virginem. Abi ad animatam civitatem, de qua dicebat Propheta: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*.¹ Abi ad paradisum meum ratione praeditum; abi ad portam orientalem; abi ad domicilium Verbo meo dignum; abi ad alterum, quod in terra est, coelum; abi ad nubem levem, et adventus mei imbrem ipsi annuntia; abi ad sanctuarium mihi praeparatum; abi ad incarnationis meae cubiculum. Vade ad purum meae secundum carnem nativitatis thalamum. Loquere in auribus arcae meae ratione praditae, ut auditionis mihi paret ingressum. Sed cave offendas, aut conturbes virginis animum. Humaniter ac placide coram divino illo sacrario compareas, primamque ipsi gaudii vocem enuntia. Tu illud, *Ave, gratia plena*, ad Mariam dicito; ut ego aerumnosae atque afflictae miserar Evae. Audivit ista archangelus, et apud se, ut rationi consentaneum erat, cogitabat atque dicebat: Nova et inaudita haec res est. Intelligentiam superant, * quae dicuntur. Quem reformidant cherubim, quem seraphim intueri nequeunt, quem cunctae virtutes coelestes [al. angelicae] comprehendere intellectu non valent, is suum promittit puellae congressum, suaeque ipsius personae adventus denuntiat; imo vero ingressum per auditum pollicetur; et qui Evam condemnavit, eius filiam tantopere glorificare contendit? Ait enim: Paret mihi auditus ingressum. Sed nunquid poterit virginis uterus

¹ Ps. LXXXVI, 3.

ἐτοιμάσαι μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Ἄλλὰ μὴ δύναται γαστήρ χωρεῖν τὸν ἀχώρητον; Ὅντως τοῦτο φοβερόν τὸ μυστηριον. [...] Πῶς δὲ ἐνεγκεῖ Μαριάμ τῆς θεότητος τὸ πῦρ; Ὁ θρόνος σου φλέγεται τῇ αἴγλη περιλαμπόμενος, καὶ δύναται σε φέρειν ἢ εὐκατάφλεκτος παρθένος; Καὶ ὁ Δεσπότης φησὶν· Ναί, εἰ ἔβλαψεν τὸ πῦρ ἐν ἐρήμῳ τὴν βάτον, βλάψει πάντως καὶ Μαρίαν ἢ ἐμὴ παρουσία. Εἰ δὲ ἐκεῖνο τὸ πῦρ τὸ σκιογραφῆσαν τὴν τοῦ θεικοῦ πυρός ἐξ οὐρανοῦ παρουσίαν, ἤρδευσεν τὴν βάτον, καὶ οὐκ ἔφλεξεν· τί ἂν εἴποις, περὶ τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐν φλογὶ πυρός, ἀλλ' ἐν σχήματι ὑετοῦ καταβαινούσης; Τότε *λοιπὸν ὁ ἄγγελος ἐξέπλήρου τὸ προσταχθέν, καὶ πρὸς τὴν Παρ- *1177
θένον εἰσελθὼν, ἐβόησεν πρὸς αὐτήν, λέγων· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Οὐκέτι ὁ διάβολος κατὰ σοῦ· ὅπου γὰρ τὸ πρότερον ἔτρωσεν ὁ πολέμιος, ἐκεῖ πρῶτον νῦν ὁ ἰατρός τῆς σωτηρίας τὴν ἔμπλαστον ἐπιτίθησιν. Ὅθεν ἐξῆλθεν ὁ θάνατος, ἐκεῖθεν ἡ ζωὴ τὴν εἴσοδον ἐτεκμήνατο. Διὰ γυναικὸς ἐρρύει τὰ φαῦλα, καὶ διὰ γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττονα. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Μή, ὡς αἰτία καταδίκης, αἰσχύνου. Μήτηρ γὰρ τοῦ καταδικάσαντος καὶ λυτρώσαντος γίνῃ. Χαῖρε, τοῦ χηρεύοντος κόσμου, νυμφοτόκε ἀμίαντε. Χαῖρε, ἡ ἐν μήτρᾳ τὸν τῆς μητρὸς βυθίσασα θάνατον. Χαῖρε, ὁ ἔμψυχος ναὸς τοῦ Θεοῦ. Χαῖρε, οὐρανοῦ καὶ γῆς ἰσόρροπον οἶκημα. Χαῖρε, τῆς

illum capere, qui comprehendendi nequit? *Mysterium revera tremendum ac venerandum est istud. [...] Quomodo vero Maria divinitatis feret ignem? Thronus tuus splendore illustratus accenditur, et virgo te ferre poterit, ut non comburatur? Cui Dominus: Imo vero, inquit, si ignis in solitudine laesit rubum,¹ laedet omnino et Mariam meus adventus; at si ignis ille, qui divini mei ex coelo ignis adventum designabat, rubum rigavit, non combussit; quidnam de ipsa veritate dixeris, non in flamma ignis, sed in specie pluviae, descendente? ² Tunc igitur angelus, Dei iussa in se recipiens et exsequi volens, Virginem adiit, et clara eam voce compellavit, dicens: *Ave, * gratia plena, Dominus tecum.*³ Non amplius diabolus erit contra te; nam ubi antea hostis ille vulnus infixit, illic primum nunc medicus salutis medicamentum adhibet. Unde mors prodiit, inde vita sibi ingressum paravit. Per mulierem mala fluxerunt, et per mulierem bona emanant. *Ave, gratia plena.* Ne, quod mulier damnationis causa exstiterit, erubescas: Iudicis enim et Redemptoris tu mater eris. Ave, immaculata, viduati orbis sponsa simul et mater. Ave, quae in tuo utero matris Evae mortem demersisti. Ave, animatum Dei templum. Ave, coeli et terrae aequivalens dignumque domi-*

¹ Exod. III, 2.

² Ps. LXXI, 6.

³ Lc. I, 28.

ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἄλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέστη δι' αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ ὁ ἀχείμαστος λιμῆν.

SERMO DE SIMEONE ET ANNA¹

- PG 18, 352 II. [...] « Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὐρίσκουσι γινῶσιν ». 1986
 Ἰδοὺ γὰρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ Παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ Σαβαώθ. Ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρὸς σέ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα Κύριον. Ἐπὶ τοῦτον τὸν παρθενικὸν φημι θρόνον προσκύνησον τὸν πρὸς σέ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στειλάμενον.
- PG 18, 353 III. [...] « Πᾶν ἄρσεν, διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται ». 1987
 Ὡ τοῦ θαύματος! Ὡ βάθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ἐπρεπε γὰρ τῷ Κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπραξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτὴν· συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. Διὰ τοῦτο ἡ ὑπερέτερα νόμου Μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγῆς τὸν κατὰ τῶν ἀναγκῶν

cilium. Ave, naturae illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque haec ita se habeant, adest per eam aegrotantibus medicus; in tenebris sedentibus, sol iustitiae; cunctis vero tempestate iactatis, anchora portusque tutissimus.

- PG 18, 351 II. [...] *Omnia sunt obvia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam.*² Ecce enim, ceu thronus sublimis et elevatus, ob eius gloriam qui est fabricatus, Virgo Mater regi Domino Sabaoth, spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc omnibusque laudibus prosequendam ad te profectioem adornavit. 1986
- PG 18, 354 III. [...] *Omne masculinum, adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.*³ O res miranda! O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei.⁴ Decebat videlicet Dominum legis et prophetarum, ut iuxta propriam ipse legem omnia conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret: ac dehinc legis termino, gratiae suae principium adiungeret. Quamobrem, legi superior Mater se legi submittit: san- 1987

¹ Sermo hic, secundum doctos Viros, non est *S. Methodii* (sicut invenitur in PG 18, 348-381), sed *Anonymi* saec. v vel vi (cf. RPhTh, 540).

² Prov. VIII, 9.

³ Exod. XXXIV, 19.

⁴ Rom. XI, 33.

φυλάττει ὄρισμὸν τὸν τετταράκοντα ἡμερῶν, καὶ γίνεται νόμου ὑπήκοος ὁ τοῦ νόμου ἐλευθεριωτῆς, καὶ προσφορὰ προσάγεται ὑπὲρ τοῦ ἡμᾶς ἀγιάσαντος, ζευγὸς ὀρνέων ἀκραίων, εἰς μαρτύριον τῶν ἀμωμήτως προσιόντων. Ὅτι δὲ ἀμβλύντος ὁ τόκος καὶ καθαρσίῳ ἀνεύθυνος, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Ἑσαΐας, διαβρήδην τῇ ὑφ' ἡλίῳ κηρύττων· « Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρρην. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἐώρακεν οὕτως; » Ἐκπέφευγε τοίνυν ἡ παναγία Παρθενομήτωρ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὶν ἢ τεκεῖν, εἴτ' οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν, Πνεύματος ἀγίου προνομφεύσαντος καὶ ἀγιάσαντος. Τέτοκε τὸν πρωτότοκον, καὶ μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Υἱόν, τὸν ἄνω μονογενῶς ἄτερ μητρὸς ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς φυσικῆς ἐνάδος ἀμέριστον καὶ ἀδιάστατον φυλάζαντα· καὶ κάτω ἐκ παρθενικῆς παστάδος * νυμφικῶς *356 ἐνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀκήρατον τὴν μητρικὴν ἀγγελίαν διατηρήσαντα· τὸν ἄνω ἀρρέυστως γεννηθέντα, καὶ κάτω ἀφράστως τεχθέντα. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάζωμεν τὸν λόγον.

1988

IV. Προφήτης τοιγαροῦν ἐκ Ναζαρεθ ἀνήγαγε τὴν Παρθένον ἀποκουῆσαι

PG
18, 356

etaque illa mundaque, tempus quadraginta dierum in pollutas constitutum, observat: ac qui absolvit a lege, legi subiectus efficitur: offerturque pro eo qui nos sanctificavit, par avium mundarum,¹ in eorum testimonium qui mundi inculpatique accedebant. Quod vero impollutus fuerit ille partus, nec piacularibus hostiis obnoxius, testis est Isaias, diserte universae sub sole terrae denuntians: *Antequam, inquit, aut parturiens pariat, aut antequam veniat labor pariendi, effugit, et peperit masculum. Quis tale quid audivit? aut quis simile vidit?*² Effugit ergo quae sunt muliebria sanctissima Virgo Mater, antequam etiam pareret: ut nimirum, Spiritu sancto eam sibi iam ante desponsante et sanctificante, absque virili congressione conciperet. Peperit illa primogenitum, et Patris unigenitum Filium: eum, inquam, qui in superis, unigene, absque matre, ex paterna substantia eluxit; * virginitatemque naturalis unitatis indivisam *355 inseparabilemque conservavit: quique in terris, nuptiali Virginis thalamo, Adae sibi naturam immobili unione ceu sponsus coniunxit; ac Matris puritatem indivulsam incorruptamque servavit: enim denique, qui in supernis nulla corruptione genitus, ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est. Caeterum orationem ad propositum reducamus.

1988

IV. Itaque eduxit propheta Virginem ex Nazareth, ut in Bethle-

PG
18, 355¹ Lc. II, 24.² Isa. LXVI, 7-8.

ἐν Βηθλεὲμ τὸ σωτήριον κήρυμα· καὶ προφήτης ἐξήγαγεν ἐμφανίσει τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς τὴν ἐλπίδα. "Ὅθεν ἐπάρασα ἐκ σταθμῶν Βηθλεὲμ ἢ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ (αὐτῷ γὰρ ἀπετίνυε τῷ νόμῳ τῆς τεσσαρακοντάδος τὴν οὐ κατὰ χρέος, ἀλλὰ κατὰ χάριν ὀφειλὴν), ἐπὶ τὰ ὄρη κατέπαυσε τῆς Σιών, καὶ ἀναλαβοῦσα τοῖς ἀχράντοις κόλποις, ὡς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβαίνοντα φύσιν, τὸν βασιλέα τῶν ἀπάντων, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸν σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ἀνεκφοίτητον Υἱόν, ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου. "Ανεῖσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἢ ἱερὰ Μήτηρ ἐμφανίσει τῷ νόμῳ ξένον θαῦμα, καὶ τὸν ζητούμενον τόκον, τὸν διανοίξαντα μήτραν παρθενίας, καὶ κλειῖθρα παρθενίας μὴ διαβῆξαντα· τὸν ἀνώτερον νόμου, καὶ πληρωτὴν νόμου· τὸν προγενέστερον, καὶ μεταγενέστερον τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ὑπὲρ νόμον φύσεως. Διότι πᾶσα μήτρα, ἐκ συναφείας πρῶτον διανοιγομένη καὶ ἐνσπειρομένη, ἀρχὴν τοῦ τίκτειν λαμβάνει, καὶ τελεσφόροις ὠδίσι τὸν λογικὸν καὶ κατάλληλον τῆς φύσεως καρπὸν, τῇ τοῦ δημιουργοῦντος σοφίᾳ εἰς τοῦμφανὲς προφέρει, κατὰ τό· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν », τοῦ Θεοῦ λέγοντος. Ἡ δὲ ταύτης γαστήρ, οὔτε μὲν προδιανογιῶσα οὔτε ἐνσπειρομένη, ὑπερφυᾶ τε καὶ συμφυᾶ καρπὸν ἐδλάστησε, καθ' ἔνωσιν ἀδιάσπαστον ἀλωδῆτως εἰς ἐπίτασιν θαύματος, ἐν ταυτότητι διαμεί-

hem fetum illum salutarem eniteretur; eandemque iterum propheta reduxit, ut spem illam vitae mundo manifestaret. Solvens igitur Dei arca ex Bethlehemitico diversorio (illic enim solvit legi quadraginta dierum, non iustitiae, sed gratiae debitum), requievit in montibus Sion: accipiensque castissimo sinu, tamquam sublimes quodam et humanam omnem naturam superante throno, Regem illum omnium; illum, inquam, eodem, Deo et Patri, throno sublimem Filium, nec ipso excedentem: una illic cum assumpta ex ipsa intemerata carne, eidem praesentavit. Ascendit in templum sacra Mater, novum legi exhibitura miraculum, prolemque diu quaesitam, quae nimirum virginalem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis claustra dirupit: prolem lege superiorem, quae tamen legem impleverit: prolem ortu priorem, posterioremque: prolem denique ex ipsa incarnatam supra legem naturae. Nam alioqui omnis vulva, ex viri prius coniunctione aperta et semine conspersa, principium pariendi accipit: doloribusque finem partui imponentibus, ratione tandem praeditum consentaneumque naturae fructum, Dei Creatoris sapientia, in lucem edit, iuxta illud divinum scitum: *Crescite et multiplicamini, et replete terram*; ¹ huius autem uterus, neque prius apertus, neque semine conspersus, fructum illum supra naturam, naturae tamen cognatum, germinavit, idque citra ullum indivulsae unitatis detrimentum, ad intensius impensiusque miraculum; salva

¹ Gen. I, 22.

νασα τῆς παρθενίας. Ἄνεισι τοιγαροῦν εἰς τὸ ἱερόν, ἢ τοῦ ἱεροῦ ὑψηλοτέρα, δισσὸν κλέος περικειμένη, παρθενίας φημι ἀχράντου, καὶ παιδοποιίας ἀφράστου, εὐλογίαν νόμου, καὶ ἀγιασμὸν χάριτος. * [...] «Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν». Τὸ δὲ ἐπαγόμενον· «Ἐν τῷ (f. τῷ) παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ», ποίας ἀν καὶ δέοιτο ἀντιφράσεως τῷ εὐσκοπον πρὸς τὸ ἔορταζόμενον ἀπευθύνοντι τὸ ὄμμα; Ἄναδειχθήσῃ γάρ, φησίν, ὡς ἐπὶ πίνακι βασιλικῷ, ὑπὸ τῆς τεκούσης σε ἀχράντου μητρὸς ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῇ τῆς σαρκώσεώς σου εὐπρεπείᾳ. Ταῦτα δὲ ἀνακεφαλαιούμενος ὁ προφήτης πρὸς τὸ σαφέστερον, ἀνακέκραγε λέγων· «Κύριος ἐν ναῷ ἀγίῳ αὐτοῦ· εὐλαθεῖσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ».

1989

V. Φρικτὸν γὰρ ὄντως τὸ περὶ σὲ μυστήριον, Μῆτερ Παρθένε, καὶ νοητὴ θρόνε, δεδοξασμένε καὶ Θεοῦ ἐπάξιε. Προήγαγε γὰρ θαῦμα ἐπουρανοῖς καὶ ἐπιγείοις ἐξάσιον. Καὶ παράδειγμα τούτων καὶ ἀρρήγαγῆς ἔλεγχος· τὸ κατὰ τὸ καινὸν τῆς ὑπερφουῶς σου λοχείας ἀγγέλους ἐπὶ γῆς ἄδειν· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία»· τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ᾠδῆς

PG
18, 357

nimirum pristinae virginitatis praerogativa. Ascendit igitur in templum, illa templo celsior, duplicem induta gloriam; intemeratae, inquam, virginitatis, et ineffabilis fecunditatis: legis benedictionem, et gratiae sanctificationem. [...] * *Quando autem venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret; ut adoptionem filiorum reciperemus.*¹ Quod autem subiungitur: *Dum tempus aderit, ostenderis*; nulla utique expositione indiget, si quis solerter, ad festum quod nunc celebramus, oculos mentis intenderit. Ostenderis enim, inquit, tamquam in disco quopiam ceu ferculo regio, ab intemerata tua Matre in templo, idque in carnis abs te assumptae decore et forma. Quae summatim colligens Propheta, amplioris claritatis gratia, in haec exclamavit verba: *Dominus in templo sancto suo:*² *revereatur a facie eius omnis terra.*³

*358

1989

V. Tremendum enim revera, o Mater Virgo, sedes spiritualis, glorificata Deoque digna, tuum illud sacramentum. Produxisti enim coelestibus terrestribusque, exsuperantia stupendum miraculum: cuius rei indicium est firmumque argumentum, quod in terra, ad novum illum augusti tui puerperii modum, angeli concinunt: *Gloria in altissimis Deo; et in terra pax, hominibus bona voluntas:*⁴ triplici

PG
18, 358¹ Galat. IV, 4-5.² Ps. X, 5.³ Ps. XCV, 9.⁴ Lc. II, 14.

τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἀγιότητος εἰσαγαγόντες. Μακαρία σὺ ἐν γενεαῖς γυναικῶν, θεομακάριστε· ὅτι διὰ σοῦ ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς θείας δόξης τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἄδεται· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο ». « Καὶ ἐπήρθη, φησί, τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον »· ὃ σημαίνει τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα, τὸ συσκιάζον κατὰ πρόσωπον τῆς προτυπωσάσης σε κιβωτοῦ Διαθήκης, ἵνα μοι φανερωθῆ ἄλληθές, καὶ διὰ τῶν προηγησαμένων τύπων τε καὶ ὑποδειγμάτων παιδαγωγηθῶ αἰδοῦ καὶ τρόμφι τιμᾶν καὶ προσκυνεῖν τὸ περὶ σὲ μυστήριον, χαλιναγωγηθῶ τε αὖθις διὰ τῆς νομικῆς σκιαγραφίας τῆς τολμηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς ἀσκαρδαμύκτου ἀντοφθαλμηῖσαι ἀντωπίας * τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψία ὑπεριδρυμένον. Εἰ γὰρ τῇ εἰκόνι τῆς σῆς ἀγιότητος τοσαύτη πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀπενεμήθη τιμή, ὡς μηδενὶ βάσιμον ἢ πρόχειρον εἰς κατανόησιν εἶναι τὴν ταύτης εἴσοδον ἢ μόνη τῇ ἱερατικῇ εὐκοσμία, τοῦ καταπετάσματος διορίζοντος καὶ πυλωροῦντος ὡς βασιλίδι τὰ προπύλαια· τί ἄρα καὶ ποταπὸν τὸ παρ' ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἐποφειλόμενόν σοι σέβας, τῇ ὄντως βασιλίδι, τῇ ὄντως ἐμψύχῳ κιβωτῷ τοῦ νομοδότου Θεοῦ, τῇ ὄντως χωρητῷ οὐρανῷ τοῦ ἀχωρήτου Θεοῦ γενομένη; Σοῦ γὰρ τῆς παναγίας ὡς φωταυγοῦς ἡμέρας ἐπιφανείσης τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον προαγαγού-

*360

nimirum cantico, trinam inducentes sanctitatem: Beata tu in mulierum generationibus, a Deo beatissima: nam per te impleta est terra divina illa Dei gloria, sicut etiam canitur in Psalmis:¹ *Benedictus Dominus Deus Israël: et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. Et elevatum est, inquit propheta,² superliminare a voce qua clamabant: quo significatur, templi velum inumbrans coram arca testamenti, quae te praesignabat; ut mihi veritas panderetur, simulque docerer per typos et figuras quae praecessissent, ut cum reverentia et tremore, ad sacramentum quod in te exhibetur adorandum, accederem: atque legali hac priore delineatione, ab eo qui incomprehensibilis * super omnia locatus est, audentius impudentiusque fixa oculorum acie contemplando, refrenarer. Si enim arcae, tuae illius sanctitatis imagini typoque, tantus a Deo honor habitus est, ut nemini, nisi tantum ordini sacerdotali, ad eam pateret accessus, autve facilis esset ad cognitionem ingressus: distinguente velo ac ceu reginae, ad ianuam vestibula servante: quis tandem qualisve venerationis cultus a nobis minimis, tibi vere Reginae fuerit exhibendus? Vere, inquam, Dei legislatoris animatae arcae: coelo vere Dei capaci, qui nusquam capi potest. Te enim, sanctissima Virgo, tamquam die clarissima mundo affulgente, solemque illum iustitiae*

*359

¹ Ps. LXXI, 18-19.

² Isa. VI, 4.

σης, ἐκποδῶν μὲν γέγονε τὰ τοῦ σκότους στυγηρά, φροῦδος δὲ καὶ ὁ τύραννος κατέστη· καὶ διόλωλε μὲν θάνατος, κατεπόθη δὲ καὶ ὁ ἄδης, καὶ πᾶσα ἡ ἔχθρα κατελύθη πρὸ προσώπου τῆς εἰρήνης· νόσοι δὲ φθοροποιοὶ ἄπωθεν ἔστησαν τῆς σωτηρίας προκυψάσης, καὶ φωτὸς ἀνάπλευς γέγονεν ἡ ὑπ' οὐρανὸν τῆς ἀκραίφονοῦς ἀληθείας. "Ἄτινα προοιμιάζων ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἔλεγεν ὁ Σαλομών· « Ἀδελφιδός μου ἐμοί, κἀγὼ αὐτῶ· ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαπνεύσῃ, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί ». Ἐπεὶ οὖν « Ὁφθῆ ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών », καὶ « Ἡ εὐπρέπεια τῆς ὠραιότητος αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ ἐξεφάνθη, καὶ φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη », κατὰ τὸν μακάριον Δαυὶδ, ὁ τῶν τελουμένων τελειωτῆς καὶ Δεσπότης τὸν τοῦ νόμου διδακτικὸν καὶ λειτουργικὸν συνεκάλεσεν εἰς λειτουργίαν καὶ μαρτυρίαν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τῶν πραττομένων.

1990

VII. Χορεύοντος δὲ οὕτω τοῦ πρεσβύτου, καὶ γανυμένου τῇ θείᾳ εὐφρασίᾳ, τὰ κεχρηματισμένα τυπικῶς τῷ προφήτῃ Ἡσαΐα, περιφανῶς ἡ ἱερὰ Θεομήτωρ ἐξετέλει. Καὶ δὴ λαβομένη τὸν ἐκ τοῦ ἀχράντου καὶ παναμώμου αὐτῆς θυσιαστηρίου σαρκωθέντα, ζωοποιὸν καὶ ἀνέκφραστον ἄνθρακα, ὡς λαβίδι τῇ συζεύξει τῶν ἁγίων αὐτῆς χειρῶν, τῷ δικαίῳ προέτεινε, τοιαῦτα,

PG
18, 364

producente, odiosus tenebrarum horror depulsus est: tyranni potentia facta irrita; mors destructa; infernus absorptus; inimicitia omnis ante pacis conspectum dissoluta; morbi noxii, sanetitatis beneficio erumpente, procul omnes facessere iussi; universusque terrarum orbis, veritatis clarissimae purissimaeque luce perfusus est. Ad quae Salomon in Canticis alludens, ita orditur: *Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascit in liliis donec respiret dies, et dimoveantur umbrae.*¹ Quia ergo: *Visus est Deus deorum in Sion,*² *et magnificentia decoris eius in Ierusalem apparuit:*³ *Luxque est orta iusto, et rectis corde laetitia,*⁴ iuxta beatum Davidem: sanctificandorum Sanctificator ille et Dominus legis doctorem atque ministrum, in partem muneris et testimonium illorum quae agebantur, per Spiritum sanctum convocavit.

1990

VII. Sic vero saliente sene, divinoque gaudio impensius exultante; quod antea per figuram propheta Isaias fuerat vaticinatus,⁵ sacra Dei Mater perspicue re ipsa fecit. Accipiens enim, ex puro immaculatoque altari suo, carbonem illum vivificum et ineffabilem, carne indutum, sanctarum suarum manuum complexu, tamquam

PG
18, 363

¹ Cant. II, 16-17.

² Ps. LXXXIII, 8.

³ Ps. XCV, 6.

⁴ Ps. XCVI, 11.

⁵ Isa. VI, 6.

ἐμοὶ δοκεῖ, λέγουσά τε ἅμα καὶ παρακελεύουσα· Ἐπόλαθε, πρεσβύτα τίμιε, καὶ ἱερέων ἄριστε, ἀπόλαθε τὸν Κύριον, καὶ ἀπόλαυε τῆς οὐ χηρευσάσης σου ἐλπίδος. Ὑπόδεξαι θησαυρὸν ἀνέκλειπον, καὶ πλοῦτον ἀναφαίρετον, μεγαλοφυσέστατε. Ἐναγκάλισαι κράτος ἀνεκδιήγητον, καὶ δύναμιν ἀνεξερευνήτητον ἐρείδουσάν σε, σοφώτατε. Περίλαθε μέγεθος ἀπεριόριστον, καὶ ἰσχὺν ἀνείκαστον, ἱεροκόρε. Περιπλάκηθι τῇ αὐτῇ αὐτοζωῇ, καὶ ζῆθι, αἰδεσιμώτατε. Περίπτουξαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀνακαινοποιήθητι, δικαιοτάτε. Οὐ τολμηρὸν τὸ ἐγγεῖρημα· μὴ ὄκλαζε, ὀσιώτατε. Ἐμφορήθητι τοῦ ποθομένου, καὶ κατατρυφήσον τοῦ ἐπιτιδομένου, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν ἐπιδιδόντος, ἱεροπρεπέστατε. Ἐναγκαλίσθητι τῷ διὰ τοῦ ἀκηλιδώτου ἐσόπτρου τῆς σαρκὸς περιστίλθοντι Ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, εὐλαθέστατε. Μὴ δειλία τὴν γαληνότητα, μηδὲ καταπλαγῆς τὴν ἡμερότητα, μακαριώτατε. Μὴ πτήξης τὸ εὐμενές, μηδὲ πτοηθῆς τὸ προσηγές, ἐπεικέστατε. Εὐθύμως προσκολλήθητι, καὶ μὴ ἀναβάλλου πρὸς τὸ εὐήκοον. Οὐ θρασύτητος τὸ λαλούμενον, οὐδὲ τὸ προτεινόμενον· μὴ ἀφηνίαζε, ἀστικώτατε. Οὐ καταφλέγει τὸ πῦρ τῆς τοῦ Κυρίου μου χάριτος, ἀλλὰ φωτίζει, δικαιοτάτε. Βάτος σε πεισώτω, ἢ τὸν τύπον μου περιστησαμένη πρὸς ὑπόστασιν τοῦ ἀνυποστάτου πυρός, νομομαθέστατε. Δρο-

forceipe, iusto illi porrexit: ut mihi quidem videtur, eiusmodi sermonibus affata pariter et hortata: Sume, senex honorate, sacerdotumque optime, sume Dominum; tuaque illa non vidua spe et desolata, fruire. Suscipe thesaurum indefectibilem, divitiasque inauferebiles, vir generosissime. Amplexare potentiam inenarrabilem vimque incomprehensibilem, quae te fulciat, vir sapientissime. Circumplectere infinitam magnitudinem, fortitudinemque incomparabilem, sacrorum aeditue. Circumplicare ipsi per se vitae, et vive, vir venerabilissime. Arctius incorruptionem constringe, et renovare, vir iustissime. Nihil audax facinus; ne defeceris animo, vir sanctissime. Satiare illo quem desideraveras, planeque delectare tibi dato, seu magis, dante se tibi, vir divinissime. Laetius illustrare Sole iustitiae, de mundissimo carnis speculo circumfulgente, vir religiosissime. Ne tibi tranquillum timorem incutiat, neve mansuetudo perterreat, vir beatissime. Ne inhorreas lenitatem, neve clementia terrearis, vir modestissime. Alacris adglutinare, nec moreris obsequi. Non habet audaciam quod dicitur quodve porrigitur: ne ergo relucteris, vir urbanissime. Non comburit ignis gratiae Domini mei, sed illuminat, vir iustissime. Rubus ille,¹ mei figuram, ad ignis illius apparentis veritatem repraesentans, doceat te, vir legis peritissime. Caminus ille² velut ventus roris susurrans, * oeconomiae tibi sa-

*366

¹ Exod. III, 2.² Dan. III, 50.

σοσυρίζουσα κάμινος πειθέτω σε, παιδοτρίβα, τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν. Πρὸς ἐπὶ τούτοις ἡ ἐμὴ * γαστήρ σε διδάζάτω, ἐν ἧ ἔχωρήθη ὁ ἀχώρητος, ἐξ ἧς καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος Λόγος.

*365

1991

IX. Ἔστωσαν δέ μοι, φησί, τὰ θεῖα εὐχαριστήρια πρὸς τὸ παρὸν ἄχρι τῶν βραχυτάτων τούτων. Τί δὲ * πρὸς σὲ φθέγξομαι, ὦ Μῆτερ Παρθένε, καὶ Παρθένε Μῆτερ; ἧς γὰρ τὸ ἔργον οὐκ ἀνθρώπινον, ταύτης καὶ ὁ ἔπαινος ὑπὲρ ἀνθρώπων. Διὸ τῆς ἀπορίας τὸ σκυθρωπὸν ἐκ τῶν τοῦ Πνεύματος περὶ σὲ καταλαμπρυνῶ γερῶν, καὶ τὰ σά σοι προσκομιζῶν, ἐκ λειμώνων ἀθανάτων τὴν ἱεράν σου καὶ θεοστεφῆ ἀνυμνήσω κάραν. Πατρικοῖς σε ὕμνοις προσφθέγξομαι, θύγατερ Δαβίδ, καὶ μήτηρ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Δαβίδ. Αἰσχρὸν γὰρ ἅμα καὶ ἀνεύφημον ἄλλοτρίοις κόσμοις κοσμηῆσαι τὴν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ διαφέρουσαν. Δέχου τοίνυν, εὐμενεστάτη, δῶρα τίμια, καὶ σοὶ μόνῃ ἀρμόδια, ὦ πασῶν γενεῶν ὑψηλοτέρα, καὶ πάντων ὀρατῶν τε καὶ ἀοράτων δημιουργημάτων τιμιωτέρα φανεῖσα. Μακαρία ἡ ῥίζα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τρισμακάριστος ὁ οἶκος Δαβίδ, ἐν ᾧ ἐβλάστησας. « Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου, καὶ οὐ σαλευθήσῃ ἡγίασε γὰρ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὑψιστος ». Ἐν σοὶ γὰρ διαθῆμαι καὶ ὀρκωμοσίαι Θεοῦ πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τέλος εὐκλεέστατον ἐδέξαντο ὅτι διὰ σοῦ γέγονε Κύριος, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν. Τὸν σὸν προδιαγρά-

PG
18, 368
*369

cramentum persuadeat, magister optime. Meus denique uterus tibi documento sit, in quo fuit contentus, qui nusquam alioqui potest contineri: ex quo etiam Sermo ille carnis experts, assumpsit carnem.

1991

IX. Sint porro haec, inquit, celebrandis divinis muneribus, brevissime hactenus commemorata. Ad * te vero quid dicam, o Mater Virgo, et Virgo Mater? Cuius enim opus non humanum est, eius et laudatio excedit hominem. Quamobrem paupertatis hic meae obscuritatem, tuis a Spiritu honoribus donisque illustrabo: tuaque tibi offerens e pratis immortalibus, tuum sacrum et a Deo coronatum caput dilaudabo. Patriis te canticis, Filia David, Materque Domini et Dei David, salutabo. Turpe enim fuerit, adeoque inauspicatum, ut alienis orneris, quae propria gloria praecellat. Accipe igitur, benignissima, dona pretiosa, tibi que uni convenientia, o cunctis celsior generationibus, quaeque inter creata omnia, tum visibilia, tum invisibilia, multis numeris honorabilior enituiti. Felix radix, Iesse, et ter beata domus David in qua germinasti. *Deus in medio tui, et non commoveberis: sanctificavit enim te, tabernaculum suum, Altissimus:*¹ in te enim Dei ad patres testamenta iuramentaque finem gloriosissimum acceperunt; quia per te Dominus factus est, Deus virtutum nobiscum. Rubus ille intactus² divina quadam ma-

PG
18, 367
*370¹ Ps. XLV, 6, 5.² Exod. III, 2.

φουσα θεοπρεπῆ χαρακτῆρα, Θεὸν ἔφερον ἀφλέκτως ἢ ἄψαυστος βάτος, ἐμφανιζόμενον τῷ προφήτῃ ὡς ὄραθῆναι ηὐδόκησε. Στερέμιος δ' αὖ καὶ πέτρα ἀκρότομος τὴν παγκόσμιον ἐκ σοῦ πηγάσασαν χάριν καὶ ἀνάψυξιν προεξικονίζουσα, παραμύθιον ἱάμα ἐκλείποντι λαῶ ἐκ λαγόνων ξηρῶν ἐν ἐρήμῳ δαψιλῶς προήγαγεν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱερέως ἢ ῥάβδος, οὐκ ἀδόκιμον σύσημον παρέσχετο τῆς ὑπερφουῶς σου λοχείας, ἀγεώργητον καρπὸν ἐξανθήσασα, ἱερατείας ἐνδελεχοῦς ἀρράβωνα. Τί δέ; καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς οὐ κομιδῇ παρέστησε, διὰ τοὺς περὶ σὲ δυσκαταλήπτους τύπους ἐγγρονίσαι τῷ ὄρει ἔγνω τὰ περὶ τῆς ἀγνῆς ἐκδιδάσκεισθαι μυστήρια; Πῆξαι γὰρ κατὰ σύμβολον καὶ πρὸς ἀφομοίωσιν κιβωτὸν καὶ ταύτην προσταχθεὶς, οὐ παρέργως ἐχρήσατο τοῖς προστεταγμένοις, εἰ καὶ τραγωδούμενα συμβέβηκεν ἐπὶ τῇ καταβάσει, ἀλλ' εἰς πέντε ἡμίση πῆχεις ταύτην συντελέσας, νομοδόχον ἀνέδειξε, τοῖς χερουβὶμ συγκαλυπτομένην ἐκφαντικώτατά σε τὴν Θεοτόκον προσημαίνουσαν, τὴν ἀφθόρως ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἀφράστως ἀποκυήσασαν τὴν τῆς ἀφθαρσίας σύστασιν ἐπὶ τέλει τῶν πέντε ἡμίσεως τοῦ κόσμου κύ-

iestate plenam iam tum informans tuam figuram, Deum prophetae apparentem, iuxta quod ei conspicuus fieri voluit, incombustus ferebat. Dura autem rursus ac praerupta petra, quod ex te in universum orbem gratiae munus refrigeratioque promanavit, et ipsa quondam exprimens praefiguransque, deficienti in deserto, populo copiosum auxilium ex hiatibus siccis produxit.¹ Sed et sacerdotis virga,² in fructum sine cultura, spontaneumque sacerdotii perennis arrhabonem, efflorens,³ nihil reprobum eximii tui partus symbolum praebuit. Quid vero? Nonne magnus ille Moyses idem luculenter declaravit, propter tui difficiles intellectu figuras, diutius in montem commoratus,⁴ ut ignota tua sacramenta, o casta, edisceret? In rei enim huius signum, et ad exprimendam similitudinem, iussus fabricare arcam, non obiter neglectiusque mandatis obtemperavit; quamquam acciderunt tragica quaedam in descensu a monte: ⁵ sed quinque cubitorum et dimidii confectam, illam, legis susceptricem, cherubicis alis cooperuit: te Deiparam apertissime praesignantem, quae sine corruptione eum concepisti, inenarrabilique ratione peperisti, qui ipse incorruptionis velut concretio est et consistentia; idque in fine quinque et dimidii * circulatorum mundi. Propter te,

*371

¹ Exod. XVII, 6.² Num. XVII, 8.³ Hebr. IX, 4.⁴ Exod. XXIV, 18.⁵ Exod. XXXII, 1.

κλων. Διὰ σέ, καί τήν ἐκ σοῦ ἄχραντον τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν, τήν εἰς αἰεὶ ἀτρέπτως τε καὶ ἀμερίστως ἐν αὐτῷ διαμένουσαν, καὶ ἡ χρυσῆ στάμνος, * ὡς τύπος ἀψευδέστατος, τὸ πρὸς ἡμέραν τρεπόμενον καὶ ἀλλοιούμενον *372 μάννα, ἀτρεπτον καὶ διακωνίζον ἐνδον αὐτῆς διεφύλαττε. Τῆς σῆς ἀγνείας καὶ ὁ προφήτης Ἡλίας προθεωρὸς καὶ ζηλωτῆς ὑπάρχων διὰ τοῦ Πνεύματος, πυρφόρου πολιτείας ἀνεδήσατο στέφανον, κρείττων θανάτου ἀναδειχθεὶς θεῖα ψήφῳ ἄχρι τῆς δεῦρο. Σὲ καὶ ὁ τούτου διάδοχος Ἐλισσαῖος παρὰ σοφοῦ διδασκάλου μυθεῖς, καὶ ὡς παροῦσαν τὴν μήπω οὖσαν προδιατυπῶν, ὑπερφυῶς τοῖς τεκμηρίοις τῶν ἀληθινῶν τὰς ἐπικουρίας ἐποίητο τῶν δεομένων· πῆ μὲν δι' ὑδρίας καινῆς, καὶ τοὺς νοστήμους ἐχούσης ἄλας, τὰ φθοροποιὰ ὕδατα ἰώμενος, εἰς ἔνδειξιν τοῦ ἀνασφῆλοντος κόσμου διὰ τοῦ ἐπὶ σοὶ μυστηρίου· πῆ δὲ ἀλεύρω ἀζύμῳ, λοχείας ἀσπόρου ἀντιτύπῳ, θανάτου πικρίαν ἀναστέλλων ἀπὸ τῶν ἐδωδίμων· ἄλλοτε δὲ τοῖς ὑπερφυέσι τὰ κατὰ φύσιν ὑπερονικῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ διὰ τούτων τὴν κατὰδυσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν

 γεται σοὶ παρ' ἡμῶν καὶ πάσης τῆς κτίσεως ὕμνος, τῇ κεχαριτωμένῃ, τῇ
 Κυρίᾳ, τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ κιβωτῷ τοῦ ἀγιασματος.

*939

tes, ex motu quodam contemplationis spiritualis ac perspicacis oculi
 nostri: *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circummami-
 cta, varietate circumdata.* Et iam audi, filia David et Abraham, et in-
 clina aurem tuam ad supplicationem nostram, ne obliviscaris po-
 puli tui, neque nostrum qui domus Patris sumus tui.¹ Patres nam-
 que tui sumus quadam ratione, et filia nostra tu es per generatio-
 nem tuam ex nobis: decetque te, utpote Dei Matrem, Reginam,
 Dominam et heram, propter Regem, Dominum, Deum et herum
 ex te natum, nostrum recordari astantem illi qui terribilis nobis,
 tibi iucundus est, omnesque tibi largitur gratias; unde gratia plena
 nuncupata es, quasi omni laetitia plena, propter adventum Spiri-
 tus sancti in te. Quamobrem vultum tuum deprecamur omnes di-
 vites plebis, talibus ditati bonis ac spiritualibus contemplationibus:
 ad te clamamus: recordare nostri, sanctissima Virgo, quae post
 partum virgo permansisti, et tribue nobis pro exiguis his sermoni-
 bus, magna dona ex divitiis gratiarum tuarum, o gratia plena: pro
 quibus, quasi veris et celebrandis laudibus, tibi ad encomium, si
 qua virtus, si qua laus, a nobis, nec non ab omni creatura hymnus
 offertur, gratia plenae, Dominae, Dei Matri et arcae sanctificationis.

¹ Ps. XLIV, 11.

PG
28, 940

15. Ἴδου δὴ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἀρχῆς ἡμέρας ὡς ἀπαρχὴν ἐγκωμίου, προσεπλέξατό σοι κατ' ἐπώνυμον ἐγκώμιον ὁ ἀρχάγγελος βοῶν· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαί, καὶ πρότερον αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι τῶν ἀγγέλων τετραρχίαι, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἱεραρχικὰς χειῖρας ἐπαίρουσαι, εὐλογοῦσί σε τὴν ἐν οὐρανοῖς εὐλογημένην, καὶ ἐπὶ γῆς μακαριζομένην. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Τοιαῦτα ἡ πρώτη τῶν θρόνων χερουβὶμ τε καὶ σεραφὶμ ἱεραρχία ἐμπρηστῶν ἀνακαλουμένων, ἣ πλήθος γνώσεως γενέσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέως, εὐλογοῦσαι λέγουσι· Μακαρία σὺ ἐν γυναιξί, καὶ μακαρία ἡ κοιλία σου Θεὸν βαστάσασα, καὶ μασθοί, οὓς αὐτὸς νητιάσας ἐθήλασεν. Ἡ δευτέρα ἱεραρχία τῶν κυριοτήτων καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν πρὸς σὲ ἀναθλέπουσαι βοῶσιν, ὡς μαθοῦσαι παρὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτῶν καὶ προτελουμένης ἱεραρχίας· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένη ἡ κοιλία σου, ἣ Θεὸν χωρήσασα, καὶ μασθοὶ οἱ ἐξέθρεψαν Θεὸν παιδίον γενόμενον. Τοιαῦτα καὶ ἡ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἱεραρχία, κεκελευσμένη καὶ ἐπιτετραμμένη παρὰ τοῦ ἀποστείλαντος Θεοῦ, ὡς δι' ἐνὸς ἀρχαγγέλου τοῦ Γαβριὴλ ἐκδοῶν τὸν ἐκφαντορικώτατον καὶ περιληπτικώτατον ὕμνον, αἰεὶ ἀνακράζει· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ».

2001

PG
28, 939

15. Ecce iam a praesenti tempore et initio diei, quasi primitias encomii tibi archangelus contexit clamando: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*;¹ beatam te dicunt omnes generationes. Ac primum omnes coelestes angelorum hierarchiae, et quae super terram sunt, hierarchicas manus attollentes, te benedicunt quae in coelis es benedicta, et in terra beata praedicaris. *Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui*.² Eiusmodi te benedictionibus, prima hierarchia thronorum, cherubim, et seraphim, qui inflammati appellantur, dicunturque esse plenitudo cognitionis Dei et Regis, celebrat dicens: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum gestavit, et ubera, quae infans ipse suxit*. Secunda hierarchia dominationum, virtutum, et potestatum, ad te respiciens clamat, prout scilicet didicit a sublimiore et prius initiata hierarchia: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum continuit, et ubera quae nutrierunt Deum infantem factum*. Similia quoque, tertia principatum, angelorum et archangelorum hierarchia, iussa a mittente Deo ut per unum archangelum Gabrielem, magnificentissimum, et multa complectentem hymnum concelebret, semper clamat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Ab iis

2001

¹ Lc. I, 28.² Lc. I, 42.

Ἐκ τούτων καὶ οἱ κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες, μαθόντες ἢ δανειζόμενοι τὰς φωνάς, ἀνυψοῦμεν μεγάλην καὶ διαπρυσίῳ τῇ φωνῇ λέγοντες· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Πρόσθευε, Κυρία, καὶ δέσποινα, βασίλισσά τε καὶ Μήτηρ Θεοῦ, ὑπὲρ ἡμῶν· ὅτι ἐξ ἡμῶν σύ τε καὶ ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς σαρκοφόρος Θεὸς ἡμῶν· ὃς πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, πᾶσά τε τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SERMO DE DESCRIPTIONE DEIPARAE ¹

2002

1. Ὡσπερ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν μεταλλεῦν λαχόντες ἐργάται, ἐπὶ εὐρωσσι φλέβα ψήγματα τοῦ ζητουμένου προβάλλουσιν, ἐκεῖ σχολάζουσιν, ἐκεῖ παρορύττουσιν, ὡς ὁδηγῶ τοῦ κέρδους· καὶ οὐ κατόπιν ὀδεύουσι, μὴ πρότερον τὸν τόπον ἀμείβοντες, ἕως οὗ τὸν φωλεὸν τοῦ προκειμένου καταλάβωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐργασίας ἐργοδοτοί, τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν μετὰ χεῖρας ἔχοντες, πρὸς κατανόησιν τοῦ δεσποτικοῦ τῆς ἐκ Παρθένου ἀποκυήσεως θησαυροῦ, οὐ πρότερον τῆς ἐρέυνης παυσώμεθα, ἕως οὗ τὸν προκειμένον πλοῦτον γνησίως ἀναλεξώμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τάξιν τὸν εὐαγγελιστὴν ἀνιχνεύσομεν, ἵνα μηδὲν τῶν ἐπι-

PG
28, 944

edocti, nos qui terrenae sumus hierarchiae, exaltationes Dei in gutture ferentes, vel easdem mutuati voces, te exaltamus magna et alta voce canentes: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Intercede pro nobis, Domina et hera, Regina et Mater Dei, quia ex nobis orta es tu, et qui ex te genitus carnem gestat Deus noster: quem decet gloria et magnificentia, omnisque honor, adoratio et gratiarum actio, cum Patre eius initio carente, et sancto, bono vivificoque Spiritu nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

2002

1. Quemadmodum operarii auriferae terrae metalla effodienda nacti, cum in venam incidunt, quaesiti auri ramenta exhibentem, illic operam ponunt suam, illic effodiunt, utpote via ibi ad lucrum commonstrata, non retro cedunt, nec ante sedem commutant, quam propositae rei latibulum deprehendant; eadem prorsus ratione nos ecclesiastici operis distributores, Lucam evangelistam prae manibus habentes, ut Dominicum virginei partus thesaurum contemplemur, non ante finem perquirendi faciamus, quam propositas diligenter colligamus divitias. Quamobrem ordine evangelistae vestigia

PG
28, 943

¹ Sermo hic attribuitur *Timotheo Ierosol., Proclo, Amphiloquio Iconien.* (cf. RPhTh, 541).

- κερδῶν καταλείπωμεν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὰ ἐν προοιμίῳ τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὅμως μεγάλα τῆς χαρᾶς τὰ μυσταγωγήματα. Καὶ μηδεὶς ἀκηδιάσῃ τῷ λόγῳ, μικρὰ τὰ παραναγλωσθέντα τῇ ἀκοῇ δεξάμενος. Ὡς γὰρ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ γεννηθέντος Δεσπότης μικρὰ καὶ σφόδρα μικρὰ τὰ παραναγλωσθέντα, σπάργανα, καὶ φάτνη, καὶ τόπος ἀνεπιτήδειος. Καὶ ταῦτα μὲν μικρὰ, τὰ δὲ προκείμενα μυστικά· γαστήρ ἀνερμήνευτος, κόλπος ἀκατάληπτος, μαζὸς ἀγιόριζος, * γάλα ξενοῤῥυές, θήλη τῆς φυσικῆς νομῆς ἄλλοτρία, ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου ἐναπόγραφος γενομένη, ὁ μνηστήρ Ἰωσήφ ὀνόματος, καὶ οὐ πράγμα-τος κοινωνίαν ἀσπαζόμενος.
- ^{PG}_{28, 945} 2. [...] Ἡ Ἐλισάβετ ἐν οἰκίσκῳ φαιδρῷ ἀπεκύησε, καὶ ἡ Παρθένος ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἐγέννησεν. Ἰωάννης ἐπὶ κλίνης, καὶ ὁ Κύριος ἐν φάτνῃ. Οὐχ ἀπλῶς ἡ τοῦ Κυρίου ἐκ Παρθένου γέννησις· οὐχ ἀπλῶς τὸ τοῖς σπαργάνοις αὐτὸν κατελιθῆναι· οὐχ ἀπλῶς τὸ μαζὸν ἐλκῦσαι· οὐχ ἀπλῶς τὸ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθῆναι· οὐχ ἀπλῶς τὸ τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀπογραφῇ προσκληθῆναι· πάντα διὰ τί, καὶ πρὸς τί, καὶ αἰνιγματώδη. Ἐκ Παρθένου τίκεται, ἵνα τὸν ἐκ Παρθένου γῆς χοοπλασθηθέντα πρωτόπλαστον Ἀδάμ διορθώσῃται.
- ^{PG}_{28, 952} 5. [...] Τί ἐστίν· Ὁ μνηστήρ τῆς Παρθένου ἐστύγνασεν, ἄκουε διὰ βραχέων. [...] ἡγνῶει ὁ Ἰωσήφ τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ μυσταγωγούμενον· οὐκ ἦν οὐδέπω χρησμὸν ἀγγέλου δεξάμενος. Ἡ δὲ Παρθένος τὸ ἀσφαλὲς ἐκέκτητο,

-
- indagabimus, ne quidpiam lucro faciendo idoneum omittamus. Etiamsi enim verba principio exigua videantur, at magna gratiae mysteria. Nemo sermonem fastidiat, quasi parvi momenti lectionem audierit. Nam si spectetur nati Domini potestas, exigua et perquam exigua sunt quae modo lecta sunt, panni scilicet, praesepe, incommodus locus. Et haec quidem exigua sunt, quae autem in hisce proponuntur mystica sunt, nempe uterus inenarrabilis, sinus incomprehensibilis, ubera sanete radicata, * lac insolito fluens modo, mamilla a naturali ordine aliena, Mater Domini censu descripta, Ioseph sponsus nomine, nec re consortio fruitur.
- ^{PG}_{28, 946} 2. [...] O res stupendas! Elisabet in concinna aedicula parit, et Virgo in parva gignit spelunca: Ioannes in lecto, Dominus in praesepio. Non sine causa Dominus ex Virgine natus: non sine causa pannis involutus est: nec sine causa mamillam suxit: non sine causa in praesepio reclinatus est: nec sine causa Augusti descriptione accitus est; omnia ex certa causa et ratione, etsi occulta, peracta sunt. Ex Virgine nascitur, ut primum hominem Adam ex limo virginis terrae formatum reformet.
- ^{PG}_{28, 951} 5. [...] Quid illud est, Sponsus Virginis moerore affectus est? [...] ignorabat Ioseph mysterium in Virgine abditum, necdum angeli oraculum acceperat: at Virgo, tum ex verbis, tum ex uteri tumore,

καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὄγκῳ· ὅσον γὰρ τῆς γαστρὸς ἢ αὐξησις ἐγένετο, τοσοῦτον ἢ Παρθένος ἀμεριμνότερον βίον διέτριβεν· ὁμοῦ καὶ τὴν παρθενίαν ἀμόλυντον φυλάττουσα, καὶ τὸν τόκον ἄσχυλον ἄγουσα, οὐ τοσοῦτον κοπουμένη, ὅσον κουφιζομένη.

- 2005 7. [...] Διὰ τοῦτο λοιπὸν ὁ Ἰωσήφ συμπεριεφέρετο τῇ Παρθένῳ, ὁμοῦ καὶ βοηθὸς καὶ σκόπος τῶν μελλόντων γενόμενος· οὐχ ὅτι ἔχρηζεν βοηθοῦ ἢ Παρθένος, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν Παρθένῳ κυοφορούμενος· αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων βοηθὸς ἦν καὶ ἔστι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκέκραγεν ὁ κράζων· «Ἡ βοήθειά μου παρά Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν». Ἄλλ' ὅτι ἀναγκαῖον ἦν ὡς πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, τοῦ εἶναι τὸν Ἰωσήφ βοηθόν, πρὸς τὸ τὴν Παρθένον ὡς ὑπανδρον φημίζεσθαι, πρὸς τὸ λαθεῖν τὸν διάβολον τὸ κατασκευαζόμενον, ὅπως μὴ μάθῃ τὸ γενόμενον· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τῶν ἀνθρώπων συναναστραφῆναι κατεδέξατο. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστῆς Λουκᾶς; Καλὸν γὰρ λοιπὸν συνιδεῖν καὶ τὸν Ἰωσήφ πληροφορούμενον, καὶ τὸν οἰκίσκον, ἔνθα ἢ Παρθένος ἀπεκύησε, τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον δεχόμενον.
- 2006 8. [...] «Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτόν ἐν τῇ φάτνῃ». Βλέπε τὴν μυστικὴν ἀποκύησιν τῆς Παρθένου· αὕτη ἔτεκεν, αὕτη ἐσπαργάνωσεν. Ἐπὶ τῶν κοσμικῶν γυναικῶν ἄλλη

PG
28, 953PG
28, 956

certo sciebat quid gestum esset; quanto enim magis uterus intumescerebat, tanto securiorem Virgo vitam degebat, una virginitatem servans intemeratam, fetumque gestans citra vel minimam molestiam; nec tantum illo gravata, quantum levata.

- 2005 7. [...] Ioseph una Virgini comes, et adiutor erat, atque futurarum spectator rerum. Non quod Virgini adiutore esset opus, nedum ei qui in Virgine gestabatur, quique omnium auxiliator erat et est, et ad quem exclamat ille qui ita vociferatur: *Auxilium meum a Domino qui fecit coelum et terram*;¹ sed quod necesse esset, ad oeconomiae illius negotium, adiutorem Ioseph esse, ut Virgo coniux reputaretur, ut diabolo lateret quod agebatur, neque rem gestam ille edisceret; qua ratione scilicet Deus cum hominibus conversari dignatus sit. Quid igitur Lucas evangelista? Nam operae pretium est videre et Ioseph certiore factum, et domicilium in quo peperit Virgo, quod Ecclesiae typum gerit.
- 2006 8. [...] *Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret filium suum primogenitum: et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio*.² Perpende mysticum Virginis partum: ipsa peperit, ipsa pannis involvit. Inter feminas huius saeculi, alia parit, alia pannis

PG
28, 954PG
28, 955

¹ Ps. CXX, 2.

² Lc. II, 6-7.

τίκτει, καὶ ἄλλη σπαργανοῖ· ἐπὶ δὲ τῆς Παρθένου οὐχ οὕτως· αὕτη ἔτεκεν, καὶ αὕτη ἐσπαργάνωσεν· καὶ αὕτη ἄκοπος μήτηρ καὶ ἀδίδακτος μαῖα, οὐ συνεχώρησεν ἀνάγκοις χερσὶν ἄψασθαί τινα τοῦ ἀχράντου τόκου· αὕτη διὰ ἑαυτῆς τὸν ἐξ αὐτῆς, πρὸ αὐτῆς καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐθεράπευσεν· «Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι». Εἶδες, ὦ φίλε, πῶς τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον προανειργράφησε τὸ εὐτελὲς καταγώγιον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἔτεκεν, ἡ ἄπαξ κυοφορήσασα, καὶ δευτέρον μὴ γεννήσασα, καὶ ὕβρεως ἔμφρασιν μὴ ὑπομείνασα· εἰ καὶ τινες μανέντες, διὰ τὸ ἀκοῦσαι αὐτοὺς λέγοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ· «Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον», καὶ δευτέραν σύλληψιν τῆς Παρθένου ἐδογματίσαν, τὴν ἀφθαρσίαν εἰς φθορὰν μεταβάλλοντες· φάσκοντες ἐν τοῖς οἰκείοις δόγμασιν· Οὐκ ἂν λεχθεῖν πρωτότοκος, δευτέρου μὴ παρακολουθήσαντος. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἐξ ἐναντίας τὸν Λουκᾶν τῆς οἰκείας ἀβελτηρίας προβάλλονται μάρτυρα, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον τὰ αὐτὰ μηνύοντα, καὶ ἔτι σαφέστερον παρεγγυῶντα· ὅθεν καὶ τὰς ἐκείνου λέξεις φανεροποιοῦσιν οἱ ἄθροισμοί, ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι λέγοντες ἄπερ Ἰωσήφ ἐν ὀπτασίᾳ δεξάμενος ἀναγέγραπται, τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου λέγοντος· «Ὡφθη δὲ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσήφ, λέγων· Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἄναστὰς δέ, φησὶν,

involvit: apud Virginem non item; ipsa peperit, ipsa pannis involvit: ipsa infatigabilis mater, ipsa obstetrix sine magistra, non permisit quemquam impuris manibus partum intemeratum contingere; ipsa per sese curavit eum, qui ex se, et ante se, et propter se natus erat: *Et pannis eum involvit: et reclinavit eum in praeseptio, quia non erat eis locus in diversorio.* Vides, o dilecte, quomodo Ecclesiae typum nobis iam ante depinxerit vile illud diversorium, ubi Virgo illa peperit quae semel uterum gestavit, nec secunda vice genuit, nec contumeliae notam sustinuit: licet insani quidam, quod audierint Lucam evangelistam sic loquentem: *Et peperit filium suum primogenitum*, secundam fuisse Virginis conceptionem docuerint, incorruptionem in corruptionem transmutantes: in suis dogmatibus ita loquentes: Nequaquam primogenitus dictus fuerit, nisi subsequatur alter. Adversarii autem nostri, non modo Lucam suae pravitatis producunt testem; sed etiam evangelistam Matthaeum qui ea ipsa enarret, et apertius adhuc affirmet, atque eius voces impii illi proferunt, in scriptis suis ea loquentes quae Ioseph in visione accepisse scribitur, Matthaeo evangelista dicente: *Apparuit autem angelus Domini in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est. Sur-*

Ἰωσήφ, παρέλαβε Μαριάμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Αἴγυπτον· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον». Ὁμοίως καὶ * ταύτας τὰς λέξεις οἱ ἐξ ἐναντίας παρεγγυῶνται, ἐκ δευτέρου τὴν ἐνδοξον Παρθένον κυοφορῆσαι δογματίζοντες. Ἄλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας! ἀκηλίδωτον ἔμεινε πάντως τὸ παρθενικὸν καὶ ἐνδοξον κειμήλιον· οὐκ ἐμολύνθη ὁ δεύτερος οὐρανός· οὐκ ἤχρειώθη τὸ τοῦ Ὑψίστου θεοχώρητον σκεῦος. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς Παρθένου· καὶ καλῶς ἤκουσεν· οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμοιογενῆ προσεκαλέσατο· ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ὑπῆρχε, τουτέστιν ἀσύγκριτος.

*957

2007

9. Διὸ ἄκουε συνετῶς, καὶ πίστευε θεοφιλῶς. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῆ τὸ μοναδικὸν τῆς υἰότητος ἀξίωμα. Ἀσύγκριτος δὲ ὁ δεσποτικὸς τόκος· ὅπου γὰρ ἡ Μήτηρ Παρθένος, πῶς τόκος ἐρμηνευόμενος; Ὁμοίως καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον περὶ τοῦ Ἰωσήφ, ὅτι «οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· οὐκ ἐγίνωσκεν γὰρ αὐτήν ἀληθῶς, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Ἔως οὗ ἡ Παρθένος ἐκυφόρει, οὐκ ἐγνώριζεν αὐτήν ὁ Ἰωσήφ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ ἐν αὐτῇ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ᾔδει, τί τὸ κατασκευαζόμενον· μόνον

PG
28, 957

*gens autem Ioseph, ait, accepit Mariam coniugem suam; et non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum.*¹ Simili modo adversarii has voces mutantur, ut gloriosam Virginem secundo peperisse doceant. Sed apage absurditatem: immaculatum prorsus permansit hoc virginale, et gloriosum * cimelium: nequaquam pollutum fuit secundum coelum: nequaquam profanatum fuit vas illud, quod Deum altissimum continuit. Dominus primogenitus ex Virgine audivit, ac probe audivit; non quod secundum ex eodem genere acciverit; sed quia primogenitus, id est incomparabilis erat.

*958

2007

9. Quamobrem prudenter audi, ac pie credito. Primogenitus est Filius ex mortuis, ex Patre et ex Virgine, ut per omnia unica filiationis dignitas agnosceretur. Incomparabilis autem est Dominica proles: nam ubi mater Virgo, quam ratione proles explicatur? Similiter quod evangelista Matthaueus de Iosepho dicat: *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.*² Non plane cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Donec uterum Virgo gestabat, non cognoscebat eam Ioseph: nec sciebat quid in illa esset, ignorabat quid negotii gereretur, ignorabat quid appareretur: atque tunc solum cognovit cum illa peperit: tunc agnovit

PG
28, 958¹ Matth. I, 20-25.² Matth. I, 25.

γὰρ ἔτεκε, καὶ τότε ἐγνώρισε· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσήφ τίς ἦν ἡ δύναμις τῆς Παρθένου, καὶ τί γενέσθαι κατηξιώθη· τότε ἔγνω, ὅτι μαζὸν ἐπέδωκε, καὶ φλεβοσυλίαν οὐχ ὑπέμεινε· τότε ἔγνω, ὅτι ἐξελόχευσε, καὶ τὰ τῶν λοχῶν οὐ κατενόησε· τότε ἔγνω, ὅτι θηλὸν παρεῖχεν ἡ ἀκρότομος πέτρα τῇ νοητῇ πέτρᾳ· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσήφ, ὅτι περὶ αὐτῆς ἔγραψεν Ἡσαΐας· «Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει». Διὰ τὸ ἀσύγκριτον τοιγαροῦν πρωτότοκος ὁ Ἰησοῦς. Εἰ δὲ δεῖ ἐπαληθεῦσαι τῷ λόγῳ, ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς ἐκ Πατρὸς· μόνος γὰρ ἐκ μόνου ἀνάρχως γεγέννηται· ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς καὶ πρωτότοκος· Μονογενὴς ἐκ τοῦ Πατρὸς, Μονογενὴς ἐκ τῆς μητρὸς, διὰ τὸν ὄρον τῆς οἰκονομίας. Ἔχει γὰρ πολλοὺς ἀδελφούς, οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι, καὶ ἐν τῇ Παρθένῳ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ.

IN NATIVITATEM CHRISTI ²PG
28, 960

1. Μυστήριον ζένον βλέπω, ἀντὶ ἡλίου τὸν ἡλίον τῆς δικαιοσύνης ἀπειριγράπτως χωρήσαντα ἐν τῇ Παρθένῳ. Καὶ μὴ ζῆτει πῶς· ὅπου γὰρ Θεὸς βούλεται, νικᾶται φύσεως τάξις. Ἡβουλήθη γὰρ, ἠδυνήθη, κατῆλθεν, ἔσωσε. Συνδράμετε πάντα· Θεὸς σήμερον ὁ ὢν καὶ προὖν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν· ὢν γὰρ Θεός, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστάς τοῦ εἶναι Θεός. Οὔτε γὰρ κατ' ἐκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε πάλιν ἐξ ἀνθρώπων κατὰ προ-

2008

Ioseph quaenam Virginis esset virtus, et quid Deus facere dignatus esset: tunc novit eam ubera dedisse, nec in vena sua rapinam sustinuisse; tunc novit eam peperisse, et quae ad partum attinent non novisse: tunc scivit mamillam a praerupta petra, spirituali petrae datam fuisse: tunc novit Ioseph, de illa Isaiam scripsisse: *Ecce virgo concipiet*.¹ Incomparabili itaque modo primogenitus est Iesus. Quod si in rei veritate loqui oporteat, ipse Dominus et Unigenitus ex Patre; solus namque ex solo, sine principio natus est: idem Dominus et Unigenitus et primogenitus: Unigenitus ex Patre, Unigenitus ex matre, propter oeconomiae decretum. Habet enim multos fratres, non natura, sed gratia, et in Virgine et in Patre.

PG
28, 959

1. Mysterium video novum, solis loco solem iustitiae in Virginem venire, incircumsripto modo. Ne quaere quomodo, ubi Deo ita placet, superatur ordo naturae. Namque voluit, potuit, descendit, redemit. Una concurrunt omnia: Deus qui existit et praeexistit, hodie id efficitur quod non erat: cum enim Deus esset, homo efficitur, nec cessat esse Deus. Nec excedens deitate homo factus est: neque rur-

2008

¹ Isa. VII, 14.² Sermo iste attribuitur Theodoro Cyrensi aut Proclo (cf. RPhTh, 541).

κοπήν γέγονε Θεός· ἀλλὰ Λόγος ὢν, διὰ τοῦτο ἀπαθῆς γέγονεν ἄνθρωπος, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. Καὶ ξένην καὶ ἀτριβῆ βαδίσας ὁδόν, ἐξ ἀγεωργήτου προῆλθε * γαστρός, οὔτε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ἐρήμους τῆς *961 ἐπιστασίας κατέλιπεν, οὔτε τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐνανθρωπήσει, τῆς οἰκειᾶς θεότητος ἐκστάς. Ἀλλὰ βασιλεῖς μὲν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα ἤλθον προσκυνῆσαι, τὸν γεννηθέντα ἀρρήτως ἐκ Πατρός, σήμερον δὲ ἐκ τῆς Παρθένου τικτόμενον δι' ἐμέ· ἀλλὰ τότε μὲν γεννηθεὶς κατὰ τὴν φύσιν, σήμερον δὲ διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Πρὸ αἰώνων γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Πατρός ὡς ὁ γεννήσας οἶδε, σήμερον ἐκ τῆς Παρθένου ὑπὲρ φύσιν ἐτέθχη, καθὼς ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπίσταται χάρις. Ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν παιδίον γέγονεν· ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καθήμενος ἐν φάτνῃ τίθεται· ὁ ἀναφῆς καὶ ἀσώματος χερσὶν ἀνθρωπίναις εἰλίσσεται· ὁ τὰ τῆς ἀμαρτίας διασπῶν δεσμὰ ἐν σπαργάνοις ἐμπλέκεται· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο θέλει. Τίνα οὖν ἔτεκεν ἡ Παρθένος; Τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως. Κἂν γὰρ σὺ σιωπᾶς, ἡ φύσις βοᾷ. Ἔτεκε γὰρ ἡ Παρθένος Μαρία, ὡς ὁ τεχθεὶς τεχθῆναι ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔστρεπτο, ἀλλ' ὡς Δεσπότης τῆς φύσεως ξένον γεννήσεως εἰσήγαγε τρόπον. Ὅμως, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος, οὐχ ὡς ἄνθρωπος τίκεται. Εἰ γὰρ ἐκ κοινοῦ γάμου προῆλθε, καθάπερ καὶ γώ, ψεῦδος τοῖς πολλοῖς ἐνομίζετο. Νῦν διὰ τοῦτο ἐκ Παρθένου τίκεται ὁ τικτόμενος, καὶ τὴν μητέρα λοιπὸν διατηρεῖ, καὶ τὴν παρθενίαν

sus ex homine profectus et auctus Deus est effectus; sed Verbum cum esset, ideoque impatibilis, factus est homo, natura permanente immutata. Atque novo et invio progressus itinere, ex alvo prodiit intacta, * illaborata. Neque angelos Deus reliquit sua gubernatione *962 orbatos, neque homo apud nos factus, propria excessit deitate. Sed reges quidem coelestem regem adoratum venerunt, ineffabili modo ex Patre genitum; et hodie propter me ex Virgine natum; sed tum quidem genitum, secundum naturam: hac die vero propter suam ipsius naturam. Ante saecula namque genitus ex Patre, ut novit qui ipsum genuit, hodie ex Virgine supra naturam genitus est, ut novit spiritus gratia. Antiquus dierum factus est infans: qui in throno sedebat excelso, in praesepio reponitur: qui intactilis et incorporeus est, manibus involvitur humanis: qui peccati vincula discerpit, in pannis complicatur. Imo vero, quia id illi placet. Quemnam igitur Virgo peperit? Dominum naturae. Etiamsi enim tu sileas, ipsa clamat natura. Peperit quippe virgo Maria, quare qui natus est nasci voluit. Non enim naturae legem sequebatur; sed tamquam naturae Dominus, novum nativitatis induxit modum. Attamen homo licet factus sit, non tamquam homo nascitur. Nam si ex vulgari coniugio sicut et ego prodiisset, id rem esse confictam multi existimassent. Nunc autem ideo ex Virgine nascitur, matremque conservat illibatam, ac eius virginitatem intemeratam custodit; ut in-

ἄλυτον διαφυλάττει, ἵνα ὁ ξένος τῆς κήσεως τρόπος πίστεώς μοι μεγάλης πρόξενος γένηται. "Ὅθεν καὶ Ἕλληνα, καὶ Ἰουδαῖός με ἐρωτᾷ, εἰ Χριστὸς κατὰ φύσιν γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἐροῦμαι μάρτυρα τοῦ λόγου τὴν ἄσπιλον τῆς παρθενίας σφραγιδα καλῶν· οὕτως γὰρ Θεὸς νικῶν τῆς φύσεως τάξιν.

2. Καὶ εἰ βούλη, ἐρώτησον τὸν μακάριον Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστήν, καὶ ἀποκρίνεται σοι περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας. Ἀρχόμενος γὰρ οὕτως λέγει· «Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς συλλήψεως Ἐλισάβετ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἣ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δέ, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπε δὲ Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύ-

solens partus modus, magnae mihi fidei foret. Unde si vel gentilis, vel iudaeus me interroget, num Christus secundum naturam homo factus sit, aut contra suam naturam, pro responsione testem huiusce rei advocabo immaculatum virginitatis signaculum: ita nempe Deus naturae vincit ordinem.

2. Quod si libeat, interroga beatum Lucam evangelistam, ti-bique ille respondebit de eius in carne oeconomia. His enim ipse verbis orditur: *In mense autem sexto conceptionis Elisabet, missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, et nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quem cum vidisset illa, turbata est in sermone eius, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus thronum David Patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et vitus Altissimi*

σεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι». ...Καὶ δυσχεραίνεται. Εἰσῆλθεν ἄσαρκος, ἐκυοφορήθη ἔνεναμηνιαῖον χρόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου. Εἰσῆλθεν ὡς ἠθέλησεν, ἐκυοφορήθη ὡς ἠδεδόκησε. Προῆλθεν ὡς ἐδουλήθη. * Εἰσῆλθεν ἄσαρκος, ἐγένετο ἄνθρωπος, ἠνωμένης τῆς θεότητος τῇ οἰκονομίᾳ. Καὶ οὐ λέγομεν δύο υἱούς, ἀλλ' ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν νοοῦμεν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἦν, ὡν τῇ φύσει. Ἐγένετο δὲ οὐκ ἦν, καὶ ἔμεινεν δὲ ἦν. «Ἐν ἀρχῇ» γὰρ «ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος». Σάβξ ἐγένετο, οὐκ ἀποθήμενος δὲ ἦν. «Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν».

*964

2009

3. Ἄκουε οὖν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς φωνῆς· μεγάλην γὰρ ἡμῖν ἔμφασις φέρει ἢ τοῦ ἀγγέλου φωνῆ πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον ῥηθεῖσα· «Ἴδού, φησί, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, τουτέστι μεθερμηνευόμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Πρὸ τοῦ συλληφθῆναι ἐν μήτρᾳ Θεὸς ἐκλήθη τὸ παιδίον τὸ Μεθ' ἡμῶν Θεός. Συνάδει οὖν τῷ τοῦ προφήτου λόγῳ τὸ «τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη», καὶ τὸ «ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν». Πρὸ τῆς οὖν συλλήψεως Θεὸς κέκληται τὸ παιδίον. Πῶς οὖν οὐ Θεοτόκος ἢ ἁγία Παρθένος Μαρία; Ἐπειδὴ οὖν οὔτε ὅλως ἀν-

PG
28, 964

obumbrabit tibi.¹... Aegre scilicet unum terebat. Ingressus autem (Iesus) qui carnis erat expers, gestatus est novem mensibus in utero Virginis. Ingressus est prout voluit, gestatus fuit ut sibi placuit. Prodiit ut ipse cupiebat. Ingressus est carnis expers; factus est homo, unitae * deitatis oeconomia. Neque duos dicimus filios, sed unum, ipsumque ac eundem intelligimus Dei Verbum et Dominum nostrum Iesum Christum. Factus est homo: fuitque natura homo. Factus est quod non erat, et remansit quod erat. Namque *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*.² Factus est caro, nec amisit quod erat. *Et habitavit in nobis*.³

*963

2009

3. Audi igitur Evangelii vocem: magnum enim nobis quidpiam significat haec angeli vox ad sanctam Virginem: *Ecce, inquit, concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*.⁴ Priusquam in utero puer conciperetur, vocatus est Deus, scilicet, *Nobiscum Deus*. Prophetiae igitur sermoni concinit illud, *cum hominibus conversatus est*,⁵ et illud: *habitavit in nobis*. Ante conceptionem ergo puer, vocatus est Deus. Quo pacto igitur Deipara non fuerit sancta virgo Maria?

PG
28, 963¹ Lc. I, 26-35.² Io. I, 1.³ Io. I, 14.⁴ Lc. I, 31.⁵ Bar. III, 38.

θρώπου ἔχει τὴν ἐρμηνείαν αὐτὸ ὄνομα, Θεὸς τὸ παιδίον τὸ τεχθὲν τὸ μὴ λῦσαν τῆς Παρθένου τὴν κατὰ φύσιν παρθενίαν· ἀλλ' οὕτως ἐκ τῆς Θεοτόκου τεχθεὶς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· Θεὸς μὲν κατὰ φύσιν, ἄνθρωπος δὲ δι' οἰκειάν εὐδοκίαν. Γενόμενος δὲ ἄνθρωπος, ἔστι καὶ Θεός, ἡνωμένων μέντοι τῶν δύο φύσεων. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ ὁ ἐξ ἐναντίας· Εἰ Θεοτόκος ἢ Παρθένος, ἀρχὴν δίδως τῷ Θεῷ Λόγῳ ἐκ τῆς Παρθένου. Οὐ λέγω αὐτὸν ἀρχὴν εἰληφέναι ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου· ἀπαγε! Πρὸ γὰρ τῶν αἰῶνων ὑπῆρχεν· αὐτὸς γὰρ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, αὐτὸς καὶ πάσης κτίσεώς ἐστι δημιουργός, καθὼς φησιν ὁ Εὐαγγελιστής· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν ». Οὗτος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο ἐνεαμνηνιαῖον καιρὸν ἐν γαστρὶ ἐγένετο, καὶ τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν οὐκ ἀπηλλοτριώθη. Ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου ὦν, ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν ἄνω δυνάμεων ἐδοξολογεῖτο καὶ προσεκυνεῖτο. Ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου ὦν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐπλήρου, ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν φέρων οὐ δυνάμει, ἀλλὰ νεύματι. Οὗτος ὑπὸ μήτρας ἐφέρετο μὲν ὡς ἄνθρωπος, εἰργάζετο δὲ ὡς Θεός· οὐ περιφερόμενος ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, ἀλλὰ πάντα περικρατῶν καὶ διέπων ὡς Θεὸς κατὰ τὴν κλησιν τοῦ ὀνόματος, « Θεὸς μεθ' ἡμῶν », ὁ ἐκ Παρθένου τεχθεὶς.

PG
28, 965

4. Εἰ δὲ Θεὸς ἰσχυρός, ἐξουσιαστής, καὶ ἄρχων εἰρήνης, καὶ πατὴρ τοῦ

2010

Cum itaque nomen illud nullam hominis habeat significationem, Deus est puer ille natus, qui Virginis naturalem illam virginitatem non solvit; sed ita genitus ex Deipara. Deus est et homo; Deus secundum naturam, homo quia ita placuit ipsi. Factus autem homo, est etiam Deus, coniunctis scilicet duabus naturis. At fortasse dicet adversarius: Si Deipara Virgo, Deo Verbo ex Virgine initium tribuis. Nequaquam dico ipsum ex sancta Virgine initium accepisse, absit! Ante saecula enim erat, ipse quippe saecula fecit, ipse est universae rei creatae opifex, ut ait Evangelista: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.*¹ Hic ipse per quem omnia facta sunt, novem menses in utero degit, nec sinum paternum deseruit. In utero Virginis cum esset, a supernarum virtutum populo laudibus celebrabatur et adorabatur. In utero Virginis cum esset, coelum et terram implebat, qui coelum et terram gestat, non robore, sed nutu suo. Hic utero gestabatur ut homo, operabatur ut Deus, non circumquaque delatus in Virginis utero, sed omnia complectens, omnia gubernans ut Deus, iuxta vim nominis illius: *Nobiscum Deus,*² qui scilicet ex Virgine natus est.

PG
28, 966

4. Quod si filius ille ex Virgine natus, est Deus fortis, potens,

2010

¹ Io. I, 3.

² Matth. I, 23.

μέλλοντος αἰῶνος τὸ παιδίον τὸ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέν, πῶς οὐ Θεοτόκος ἢ Παρθένος, ἀλλὰ Θεοδόχος, εἰ καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε, καὶ Θεὸς τὸ τεχθέν; Καὶ πάλιν αὐτῶ λέγω, ὡς ἠθέλησεν εἰσῆλθεν, ὡς ἠδύοκῆσεν ἐκυοφορήθη, ὡς ἠβουλήθη προῆλθεν ὁ τεχθεὶς. Τί ἐρευνᾷς αὐτοῦ τὴν θέλησιν; Τί ἐξακριβάζῃ αὐτοῦ τὴν εὐδοκίαν; Τί ἐξιχνιάζῃ αὐτοῦ τὴν βούλησιν; Ἄκουε παρὰ Παύλου, μᾶλλον δὲ καταγινώσκου ὑπ' αὐτοῦ· «Τῶ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;»

2011

[...] Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· «Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἣτις ἔσται παντὶ τῶ λαῶ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαυὶδ». Ὁ ἄγγελος Χριστὸν καὶ Κύριον λέγει, εὐαγγελιζόμενος τοὺς ποιμένας, τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς Παρθένου. Εἰ οὖν Κύριος ὁ τεχθεὶς, πῶς οὐ Κυριοτόκος ἢ Παρθένος; Ἐγὼ δὲ λέγω καὶ Χριστοτόκον, καὶ Κυριοτόκον, καὶ Σωτηριοτόκον, καὶ Θεοτόκον τὴν ἀγίαν Παρθένον κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἀγγέλου τοῦ εὐαγγελισαμένου τοὺς ποιμένας καὶ τὴν Παρθένον. Εἰ ἄγγελοι Σωτῆρα, καὶ Χριστόν, καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν κηρύττουσιν, ἡμεῖς τί ἀποκρούμεθα αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν; εἰσῆλθεν ἐν τῇ Παρθένῳ ἄσαρκος, ἐκυοφορήθη σωματικῶς καὶ καθὼς ἠδύοκῆσεν. Ἐξῆλθε διὰ τῆς μητρικῆς φύσεως οἰκονομικῶς, οὐ μέντοι μετὰ τὸ τεχθῆναι

PG
28, 965

princeps pacis, et pater futuri saeculi, quare Virgo non erit Deipara: sed Dei exceptrix, siquidem concepit et peperit, Deusque illud est quod natum est? Rursum ipsi dicam: Ut voluit ingressus est, ut sibi placuit gestatus in utero fuit, ut libuit genitus prodiit. Cur eius voluntatem examinas? Cur eius beneplacitum perquisis? Cur decretum investigas? Paulum audi, imo potius ab eo convincere. *Voluntati enim eius quis restitit?*¹

2011

[...] Dixitque illis angelus: *Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David.*² Angelus evangelizans pastoribus eum qui natus erat ex Virgine, Christum et Dominum ipsum vocat. Si ergo Dominus est qui natus est, qui non Dominipara Virgo fuerit? Ego vero et Christiparam et Dominiparam, et Salvatoriparam, et Deiparam dico sanctam Virginem esse, iuxta vocem angeli, qui et pastoribus et Virgini nuntium attulit. Si angeli Salvatorem et Christum et Dominum et Deum praedicant, nos quare testimonium illorum respuemus? Ingressus est in Virginem carnis expers, corporaliter ut sibi placuit gestatus est: ex dispensatione per maternam egressus est naturam, neque tamen

PG
28, 966¹ Rom. IX, 19.² Lc. II, 10-11.

ἠνώθη ὁ Θεὸς Λόγος τῇ οἰκονομίᾳ. Προῆλθεν ἀτρέπτως τῇ φύσει γενόμενος ὁ οὐκ ἦν, μείνας δὲ ἦν.

PG
28, 968

5. Εἰπέ οὖν Θεοτόκον τὴν Παρθένον, καὶ μὴ λέγε Θεοδόχον· μᾶλλον δὲ λέγε Θεοδόχον καὶ Θεοτόκον. Εἰ Θεοδόχος ἐστὶ καὶ Θεοτόκος· σάρκα οὐκ ἂν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς ὁ Θεὸς Λόγος; ἀλλὰ ἐκεῖ βιάζεται με ὁ Εὐαγγελιστῆς βοῶν μεγάλη τῇ φωνῇ· «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο». Ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ εὐαγγελιστῇ οὕτω λέγει· «Ἡρώτα ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Ἀποκριθέντες δὲ οἱ ἀπόστολοι εἶπαν· Οἱ μὲν Ἥλιον, οἱ δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἓνα τῶν προφητῶν. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος». Καὶ οὐκ εἶπε· Σὺ εἶ ὁ γενόμενος χάριτι Υἱὸς Θεοῦ, ἀλλά· «Σὺ ὁ Χριστὸς», τρανῆ τῇ φωνῇ, «ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος». Καὶ Μάρκος δὲ ὁ εὐαγγελιστῆς πάλιν τῇ αὐτῇ κέχρηται φωνῇ, συνωδὰ φθεγγόμενος τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ· «Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ». Ἐν δὲ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ, εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν ὁ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα σημεῖα, ἐφοβήθησαν σφόδρα λέγοντες· «Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς

2012

post partum unicus est Deus Verbum carni per dispensationem assumptae. Prodiit qui immutabilis natura erat, factus quod non erat, manens quod erat.

PG
28, 967

5. Dicitō itaque Deiparam Virginem, non Dei exceptricem; imo potius dicitō Dei exceptricem et Deiparam. Si Dei exceprix est et Deipara, annon carnem ex illa accepit Deus verbum? Sed hic vim mihi affert Evangelista, magna voce clamans: *Verbum caro factum est.*¹ In alio autem evangelista sic dicitur: *Interrogabat Iesus discipulos suos dicens: Quem me dicunt homines esse, filium hominis? Respondentes autem apostoli dixerunt: Alii Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis. Dixit vero Iesus: Vos autem quem me dicitis? Respondens autem Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi.*² Non dixit: Tu es qui per gratiam Filius Dei effectus es, sed clara voce: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Marcus sane evangelista ea ipsa usus est voce, beati Petri sententiae consona locutus: *Initium Evangelii Iesu Christi, Filii Dei.*³ In Evangelio autem secundum Matthaëum, ubi narratur resurrectio Salvatoris nostri Iesu Christi, ait centurio et qui cum illo Iesum custodiebant, viso terrae motum editisque signis, admodum perterriti, haec verba protulere: *Vere Filius Dei*

2012

¹ Io. I, 14.

² Matth. XVI, 13-16.

³ Marc. I, 1.

ἦν οὗτος » ὁ δὲ ἄγγελος τοῖς ποιμέσιν· « Ἴδου εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἣτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβὶδ ». Εἰ οὖν τὸ τεχθὲν Κύριος, καὶ Κυριοτόκος ἢ Παρθένος· ὅπου δὲ Κύριος, ἐκεῖ καὶ Θεός· οὐ κεχώρισται Κύριος Θεοῦ ἢ Θεὸς Κυρίου, ὡς λέει ἐν τῇ Παλαιᾷ· « Καὶ ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου » καὶ πάλιν· « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου » καὶ πάλιν· « Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστί » καὶ πάλιν ὁ Ψαλμωδός· « Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου » ὁ αὐτὸς πάλιν· « Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν » καὶ πάλιν ὁ αὐτός· « Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, τίς ὅμοιός σοι; » Καὶ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Τίτον Ἐπιστολῇ οὕτως γράφει· « Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς· ἵνα, ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ». Οὗτος ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος.

*erat iste.*¹ Angelus vero pastoribus: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David.*² Si ergo quod natum est Dominus est, Dominipara est Virgo. Ubi autem Dominus, ibi et Deus. Nec distinguuntur Dominus a Deo, nec Deus a Domino; ut in Veteri Testamento dicitur: *Et pluit Dominus ignem a Domino.*³ Et iterum: *Diliges Dominum Deum tuum.*⁴ Ac rursum: *Audi, Israël, Dominus Deus tuus, Dominus unus est.*⁵ Et iterum Psalmista: *Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam.*⁶ Ipseque rursum: *Deus Dominus et illuxit nobis.*⁷ Item ipse: *Dominus Deus virtutum, quis similis tibi.*⁸ Et Paulus in sua ad Titum Epistola ita scribit: *Apparuit salutaris gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos; ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi.*⁹ Hic est qui natus est ex sancta Virgine, qui est Christus Dominus.

¹ Matth. XXVII, 54.

² Lc. II, 10-11.

³ Gen. XIX, 24.

⁴ Deut. VI, 5.

⁵ Deut. VI, 4.

⁶ Ps. LXXXIII, 9.

⁷ Ps. CXVII, 27.

⁸ Ps. LXXXVIII, 9.

⁹ Tit. II, 11-13.

PG
28, 969

6. [...] Φοβήθητι τὸν ἄγγελον τὸν εἰρηκότα, Σωτῆρα καὶ Χριστὸν καὶ Κύριον τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς Παρθένου. Ἐπὶ τούτοις ἀπιστεῖς; Χαλίνωσον τὴν ὄρμην τῆς βλασφημίας σου, καὶ ὁμολόγησον τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λεχθεῖσαν, Ἐμμανουήλ, τουτέστι « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Πρὸ τῆς συλλήψεως Θεὸς καλεῖται· καὶ ἐν τῷ συλληφθῆναι αὐτὸν οἰκονομικῶς οὐ κατὰ φύσιν ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ἀρνή αὐτὸν Θεὸν εἶναι; Εἰ δὲ ὁμολογῆς αὐτὸν Θεὸν εἶναι ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου, ὅπερ καὶ ἔστιν, καὶ ἠνώσθαι αὐτὸν τὸν Θεὸν Λόγον τῇ ἐνσάρκῳ οἰκονομίᾳ, τί φεύγεις Θεοτόκον λέγειν τὴν Παρθένον; Εἰ Θεοτόκος οὐκ ἔστι, οὐδὲ Παρθένος μετὰ τόκον. Ἐγὼ δὲ λέγω, ἐν τῇ συλλήψει τῆς παρθενικῆς μητέρας ὦν, ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς κόλποις ἐκάθητο μὴ περιγραφόμενος. Ἀπλῆ γὰρ καὶ ἀσύνθετος ἡ φύσις ἢ θεία μὴ περιγραφομένη. Ἄτρεπτος ἡ φύσις, καὶ ἀναλλοίωτος ἡ οὐσία. Καὶ τοῦτον τὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὄντα, τοῦτον ἔτεκε νῦν τῇ οἰκονομίᾳ ἢ Παρθένος. Ὡς ἠθέλησεν εἰσῆλθεν ὡς ἠυδόκησε, συνελήφθη ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ὡς ἐβουλήθη, προῆλθε τεχθεῖς. Σὺ τί περιεργάζῃ αὐτοῦ τὴν γέννησιν; Ἡ ὡς Θεὸν φοβήθητι, ἢ ὡς δεσπότην αἰδέσθητι, ἢ ὡς κτιστὴν καὶ δημιουργὸν εὐλαβήθητι, ἢ ὡς Κύριον τρόμησον, ἢ ὡς κριτὴν φρίξον. Ἐντρέψουσί σε οἱ δαίμονες οἱ τοὺς χοίρους ἀπελάσαντες, καὶ τὴν ἀγέλην τῷ βυθίῳ θανάτῳ ἀποπνίζαντες. Ἐκεῖνοι ἐπιγνόντες τὸν δεσπότην

2013

PG
28, 970

6. [...] Angelum verere, qui ait, Salvatorem, Christum et Dominum esse illum qui natus ex Virgine est. An hisce non credis? Refrena impetum blasphemiae tuae, et confitere angeli vocem, quae in Evangelio dicitur, *Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*. Ante conceptionem Deus vocatur: et dum concipitur per oeconomiam, nec secundum naturam, in utero Virginis, negas Deum illum esse? Quod si confiteare ipsum esse Deum in utero Virginis, quod etiam sic se habet; et ipsum Deum Verbum unitum fuisse carni per dispensationem, cur renuis Virginem vocare Deiparam? Si Deipara non est, neque Virgo post partum. At ego dico, eum, dum gestaretur materno in utero, in Patris sinu incircumscriptum sedisse. Simplex namque et incomposita est natura divina, nec circumscripta. Immutabilis natura et invariabilis substantia. Hunc autem ipsum qui in sinu Patris est, nunc per oeconomiam Virgo genuit. Ut voluit, introivit; ut sibi placuit, conceptus est in utero Virginis. Ut voluit, natus processit. Quid tu curiose inquiris eius generationem? Aut ut Deum time: aut ut herum verere: aut ut Creatorem et opificem cole: aut ut Dominum formida: aut ut iudicem horre. Pudore te afficient daemones qui porcos pepulerunt, et totum gregem praecipitem actum suffocarunt. Illi cum Dominum nossent

2013

λέγουσι· «Τί ἡμῖν καὶ σοί, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἤλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς». Ἐκεῖνοι τὸν κίνδυνον καὶ τὴν ἀπειλὴν τῆς βασάνου φεύγουσι, καὶ σὺ καθ' ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν τῆς βασάνου ἐφέλκῃ. Ἐκεῖνοι ἐγνωσαν τὸν ἐκ Μαρίας τεχθέντα Κύριον καὶ κριτὴν τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἰδόντες αὐτὸν πρὸ τῆς κρίσεως ἐτρόμησαν· καὶ σὺ ταύτην τὴν κρίσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων καταφρονεῖς, καὶ οὐκ ἐκπλήττῃ;

2014

6. [...] Οὗτος ὁ Θεὸς εἰσῆλθε διὰ τῆς ἀκοῆς τῆς Παρθένου ὡς ἠθέλησεν, ἐκουφορήθη ὡς ἠδύδωκε, προῆλθε τεχθεὶς ὡς ἠβουλήθη· εἰσῆλθεν ἀσώματος ὡς ἠθέλησεν· ἐκουφορήθη ὁ ἀχώρητος ἐν χωρητικῷ σκεύει, ἐν τῇ μητρὶ τῆς Παρθένου οἰκονομικῶς, ὡς ἠδύδωκε. Προῆλθε τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς ἐβουλήθη. Ἐγένετο δὲ οὐκ ἦν, ἔχων ἀναλλοιώτου οὐσίας δὲ ἦν. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καίτοι γε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· «Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός». Τοῦτον τὸν Υἱὸν ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς γενόμενον ἐκ γυναικός, τὸν ἐκ τῆς ἀχράντου φύσεως γεννηθέντα, τὸν ἐκ τῆς ἀφράστου οὐσίας προελθόντα, τὸν τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἀπαλλοτριωθέντα, τὸν τοῦ βασιλικοῦ θρόνου μὴ χωρισθέντα, ἀλλὰ ἰδίως τῷ Πατρὶ συνθρονεῦοντα καὶ συγκαθεζόμενον, οὐκ ἐν χάριτι, ἀλλ' ἐν θεϊκῇ φύσει καὶ πατρικῇ οὐσίᾳ. Πῶς γὰρ κεχώ-

PG
28, 969

aiunt: *Quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos.*¹ Illi periculum comminationemque supplicii refugiunt; et tu tibi iudicium supplicii attrahis. Illi norunt Dominum et iudicem mundi totius, ex Maria genitum, quem cum vel ante iudicium viderent, contremuere: et tu qui hoc prae oculis iudicium habes, nihil curas nec metuis?

2014

6. [...] Hic Deus ingressus est per auditum Virginis, prout voluit; gestatus utero est, ut sibi libuit: natus prodiit, ut sibi placuit: incorporeus ingressus est, ut voluit: gestatus est qui nullo contineri potest, in vase qui continere potest, in Virginis vulva per dispensationem, ut sibi placuit. Prodiit natus Deus et homo, ut voluit. Factus est quod non erat, habens invariabilis substantiae quod erat. Deus enim erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Proinde Apostolus dicit: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.*² Hunc Filium misit Deus, factum ex muliere, ex immaculata natura genitum, ex ineffabili substantia procedentem, qui ex paterno sinu non abscessit, qui ex regio throno non amotus est, sed proprie unum cum Patre thronum occupat, una sedet cum illo; non gratia, sed divina natura, et paterna substantia. Quomodo namque isthinc

PG
28, 970¹ Matth. VIII, 29.² Galat. IV, 4.

ρισται, φράσον μοι, αὐτοῦ λέγοντος· «Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί»· καὶ πάλιν· «Ὁ Πατὴρ μου ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα»; Αὐτὸν τὸν τεχθέντα ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, τοῦτον πρὸ τῆς συλλήψεως ὁ ἄγγελος Ἐμμανουὴλ κέκληκε, τουτέστι· «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός», ὃν εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης, τὸ παιδίον τοῦτο τὸ ἐκ τῆς Παρθένου προελθόν, Θεὸν ἰσχυρόν, ἐξουσιαστήν, ἄρχοντα εἰρήνης, πατέρα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

SERMO IN OCCURSUM DOMINI ⁴

PG
28, 973
*976

2. «Ἀνήγαγον» οἱ γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν «εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται * ἐν νόμῳ Κυρίου». [...] Τί λέγεις, ὃ τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν ἐξοχώτατε καὶ σοφώτατε; [...] Ἀνήγαγον οἱ γονεῖς τὸ παιδίον· ταῦτα γὰρ ἔλεγες, τὰ περὶ τὴν γέννησιν ἡμῖν ἱστορῶν· τούτου γὰρ χάριν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰσήγαγες τοῖς ποιμέσι τὸν τόκον ὄμοῦ καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ οὗτος ὑποδεικνύοντας καὶ διαγγέλλοντας τὴν τε οὐρανίαν ἐκεῖνην πληθύν, μεγαλοφώνως βοῶσαν, καὶ λέγουσαν· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη»· καὶ τὴν τεκοῦσαν πάντα μετ' ἐπιμελείας διατηροῦσαν, καὶ ταῖς τῆς παρθενίας σφραγῖσι συμβάλλουσαν;

2015

semotus esset, dic mihi, cum ipse dicat: *Ego in Patre, et Pater in me?* ¹ Et rursum: *Pater autem in me manens ipse facit opera.* ² Ipsum (dicimus) natum ex Maria Virgine. Hunc ante conceptionem angelus Emmanuel vocavit, id est, *Nobiscum Deus*, de quo locutus est Isaias propheta. ³ Hunc, inquam, puerum qui ex Virgine processit, Deum fortem, potentem, principem pacis, patrem futuri saeculi.

PG
28, 974
*975

2. *Tulerunt* parentes puerum Iesum, *in Ierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini.* ⁵ [...] * Quid ais, sacrorum evangelistarum excellentissime et sapientissime! [...] Tulerunt parentes puerum: haec enim dixisti cum nativitatem nobis enarrares: ea quippe de causa angelos induxisti, natum simul et locum eius pastoribus declarantes atque renuntiantes: coelestem quoque illam multitudinem, alta voce clamantem hisce verbis: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax.* ⁶ Puerperamque diligenter omnia observantem, ac cum virginitatis signaculis conferentem?

2015

¹ Io. XIV, 10.

² Ibid.

³ Isa. VII, 14.

⁴ Docti Auctores attribuunt Sermonem hunc *Georgio Nicomediens.* (saec. IX) vel *Proclo*, vel *Anonymo* cuidam saeculi V (cf. RPhTh, 541).

⁵ Lc. II, 22.

⁶ Lc. II, 14.

2016

5. [...] Οὐ γὰρ τοῦτο, φησίν, εἶπον, ὅτι Πᾶν πρωτότοκον ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται· ἢ γὰρ ἂν οὕτω καὶ πρὸς τὴν ἄλογον φύσιν ἢ ἀγιότης διέβαινεν· ἀλλ' ὅτι « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν »· τουτέστιν· Ὅταν ἀπειρογάμως ὁ τόκος προβῆ· ὅταν οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐξ ἁγίου Πνεύματος ἢ τοῦ τικτομένου γένηται σύλληψις· ὅταν, μηδενὸς ἕξωθεν κρούσαντος, αὐτὸ τὸ βρέφος ἕσωθεν διανοίξῃ· ὅταν, τῆς παρθενίας σφραγίδων καὶ κλειθρῶν ἀσαλεύτων φυλαττομένων ἔνδοθεν, ἕξω τὸ τικτόμενον ἐκπηδήσῃ· οὕτω « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται »· Ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ βρέφη τὰς μήτρας διήνοιξεν, ἀλλ' ἢ τοῦ ἀνδρός πρὸς τὴν γυναῖκα συνέλευσις· « Ἐγὼ γάρ, φησίν, Ἀδὰμ Εὖαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν »· Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸ τὸ τεχθὲν τὰς τῆς μήτρας διήνοιξε πύλας, μηδὲ μιᾶς προσδεθὲν σαρκικῆς συμφωνίας ἀπὸ τῶν ἕξωθεν. « Πρὶν ἢ γὰρ, φησί, συνελθεῖν αὐτούς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου ». Δύνασαι δὲ καὶ συνεκδοχικώτερον τὴν φωνὴν ἐκλαβεῖν τῆς Παρθένου, ἕξωθεν συνακουομένης, ἢ ἢ τὸ ἐξῆς οὕτως· « Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν παρθένον, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται ». Ὅπερ μόνον ἐπὶ Χριστοῦ πέπρακται, μηδενὸς ἄλλου τῶν πάντων κεκοινωνηκότος τῷ χρήματι. Μόνος γὰρ οὗτος

PG
28, 980

2016

5. [...] Non enim, inquit, ita dixi: Omne primogenitum sanctum Domino vocabitur: alioquin ad brutam usque naturam sanctitas permearet: sed: *Omne masculinum aperiens vulvam: Quando scilicet absque concubitu partus evenerit: cum non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Spiritu sancto fetus susceptio fuerit: cum nemine foris pulsante, infans ipse intus aperuerit: cum virginitatis signaculis atque septis, infractis intus conservatis, foras fetus exsilierit: sic utique: Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.*¹ Nam illic quidem non infantes vulvas adaperuere, sed viri cum muliere congressus. Nam, *cognovit*, inquit *Adam Evam uxorem suam, quae concepit et peperit Cain.*² Hic autem non item, sed ipse fetus, vulvae fores aperuit, nullo egens exterius carnali concubitu. Etenim, *Antequam*, inquit, *convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.*³ Licet quoque brevius vocem excipere atque interpretari, subintelligendo extrinsecus *Virginis* vocem, ut sic consequenter intelligatur: *Omne masculinum adaperiens vulvam virginem, sanctum Domino vocabitur.* Quod in Christo solum accidit, cum nemini alii id commune fuerit. Ipse nam-

PG
28, 979

¹ Exod. XIII, 2; Lc. II, 23.

² Gen. IV, 1.

³ Matth. I, 18.

παρθένον μήτραν σαρκί τεχθεις ἐξανέφεξε· καὶ πάλιν ταύτην παρθένον, ὡς πρὸ τοῦ τόκου, τετήρηκεν.

PG
28, 985

11. [...] Καί, ὦ τοῦ θαύματος! οὐδὲ μικρόν τι θάτερος προέλαβε θάτερον, ἀλλ' ὁμοῦ Χριστός τε καὶ Συμεών, ὁ μὲν ταῖς μητρικαῖς ὠλέναις, ὁ δὲ τῷ Πνεύματι βασταζόμενος, τῇ τοῦ ἱεροῦ φλιᾶ παρειστήκεισαν. Ὁ μὲν οὖν, τῆς πρὸς γῆν ἀνανεύσας συγκύψεως· κάτω γὰρ ἦν τέως συννεύων τῷ γήρα καμπτόμενος· βραχὺ τι τῷ πόδε, τὴν βακτηρίαν ῥίψας, ἐπιστηρίζεται, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνας, τῶν μητρικῶν ἀγκαλιῶν λαθεῖν ἐπειράτο τὸν θεάνθρωπον νήπιον· ἢ δὲ μικρόν μὲν ἐπέσχευεν· * οὐ γὰρ πω σαφῶς ἤδει τὴν ἐν Πνεύματι πρὸς τὸ ἱερόν τοῦ γέροντος ἄφιζιν· ἔπειτα δ', ὡς τὸ θεῖον βρέφος ταῖς ταύτης ἀγκάλαις ἑώρα περισκιρτῶν καὶ πρὸς τὰς ἐκείνου παλάμας παρεκπηδῆσαι φιλονεικοῦν, θᾶττόν τε γινώσκει τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν· καὶ τῷ πρεσβύτῃ χειραπλοῦντι τοῦτο προσεπιδίδωσι· Δέξαι, βοῶσα, γεραρῶτερε ἄνθρωπε, τὸν πρὸς σέ μᾶλλον ἢ πρὸς ἐμέ τὴν τεκοῦσαν νῦν ἐπειγόμενον· δέξαι τὸν σέ ποθοῦντα μᾶλλον ἢ Ἰωσήφ· δέξαι τὸν δευτέραν τῆς σῆς φιλίας τὴν πρὸς ἐμέ τὴν μητέρα στοργήν, ὡς ἔοικε, λογιζόμενον· δέξαι, καί, ὡς βούλει, τοῦ ποθουμένου καταπόλαυε. Ταῦτα εἶπεν ἡ Θεοτόκος, καὶ ταῖς τοῦ πρεσβύτου παλάμαις τὸν υἱὸν ἐπιτίθησιν. Ὁ δέ, τὴν ὕψιν, ὡς εἶχε τάχος, τούτῳ προσεπικλίνας, καὶ τοῖς χεῖλεσι τούτου προσεπερείσας τὰ ὄμματα, τοιαῖσδέ που φωναῖς πρὸς αὐτὸν ἀπεχρήσατο.

*988

2017

que solus Virginem vulvam in carne nascendo aperuit: eamque item Virginem, ut ante partum erat, conservavit.

PG
28, 986

11. [...] Et, o res mira, ne minimum quidem alter alterum praeoccupavit, sed una Christus et Symeon, maternis ille ulnis, hic Spiritu gestatus, ad templi limina simul steterunt. Symeon autem a curvitate sua corpus erigens: nam prae senectute corpore curvus pronusque erat, abiecto baculo, pedibus brevi tempore nititur, extensisque manibus, infantem Deum hominem maternis ex ulnis accipere conabatur. Paululum Mater cohibuit, necdum enim * clare noverat senem in Spiritu in templum advenisse. Post, ut divinum vidit infantem, in ulnis subsultantem suis, atque in illius insilire manus contendentem, statim cognoscit vim mysterii manusque porrigenti seni tradit illum. Accipe, clamans, homo venerabilissime, eum qui in te, magis quam in me puerperam, insilire festinat: accipe illum qui te magis quam Ioseph expetit: accipe illum qui amicitiae tuae suum erga me Matrem affectum posthabere videtur: accipe, ac a te desiderato arbitrato tuo fruiere. Haec Deipara, ac in senis manibus filium reponit. Tum ille, quam celerrime inclinato in puerum vultu, oculisque in eius labia intentis: his eum ferme vocibus compellavit.

*987

2017

χειμῶνος ἀπήλαυσας, ἢ μετοπώρου· πῶς οὖν φύλλα, καὶ ἄνθη, καὶ καρπὸν ἔδωκας; Καὶ ἡ ῥάβδος· Οὐ τροπαῖς, φησὶν, ἀέρων ἢ μεταβολαῖς καιρῶν ἐδούλευσα, ἀλλὰ τῷ θεῷ ὑπηρετησαμένη λόγῳ τὴν φύσιν ἐπάτησα, καὶ παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκα, ἵνα καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν τῷ τοῦ ἀριστοτέχνου ὑπηρετήσωμεν θελήματι. Ὡσπερ οὖν ἡ ῥάβδος παρὰ φύσιν καρπὸν ἔδωκεν, ἄνθρωπε, ἵνα πιστεύσῃ ἡ Ἰουδαία· οὕτω καὶ ἡ ζῶσα ῥάβδος, ἡ βασιλικὴ Παρθένος, ἄνευ γαμικῶν νόμων ἔτεκεν, ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη.

PG
59, 711
*712

2. Εἰ δὲ λέγεις· Τί ὅμοιον ῥάβδος βλαστάνουσα πρὸς Παρθένον τίκτουσαν; μάνθανε, ὡς πάνυ τὴν ὁμοιότητα σώζει. * Ἡ γὰρ ῥάβδος τύπος ἦν τῆς Παρθένου· ἐκείνη εἰκὼν, αὕτη ἡ ἀλήθεια· καὶ τὸ προλαβὸν ὑπόδειγμα, τοῦτο ἀπόδειξις. Ὡσπερ γὰρ ἐκείνη ἡ ῥάβδος καρπὸν ἔδωκε παρὰ φύσιν, οὕτω καὶ ὧδε παρὰ φύσιν ἡ Παρθένος τὸ ἄνθος τῆς εὐσεβείας ἐδλάστησεν. « Ἐξελεύσεται γάρ, φησί, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναθήσεται ». Μὴ μάτην οὖν ὁ Παῦλος τὸν πλοῦτον τοῦ Θεοῦ θαυμάζει, τουτέστι, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ; Φεῦ τῆς ἀπιστίας τῶν αἰρετικῶν! φεῦ τούτων τῆς λύσσης καὶ θεομάχου γλώσσης! Παῦλος, ὁ τῶν οὐρανῶν πολίτης, ὁ τοῦ παραδείσου θεατῆς, ὁ τοῦ Χριστοῦ διάπυρος ἐραστής, ὁ τῶν ἀλαλήτων μυστηρίων ἀκροατῆς, καὶ τὴν οἰκονομίαν ζητήσας ἐφριξε καὶ ἰλιγγίασε· καὶ ὑμεῖς τὴν θεότητα διερμηνεύοντες οὐ φρίττετε; Παῦλος τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ

2040

fovit et aluit; non aestatem, non ver vidisti, non hiemen vel autumnum: quomodo igitur folia, flores et fructum tulisti? Non conversionibus aëris, inquit virga, non mutationibus tempestatum servivi; sed divino ministrans verbo naturam calcavi, et praeter * naturam fructum dedi, ut et secundum naturam et praeter naturam optimi Artificis voluntati serviamus. Sicut ergo virga praeter naturam fructum dedit, o homo, ut Iudaea crederet, sic et virga vivens, regia Virgo, sine legalibus nuptiis peperit, ut salus pareretur orbi.

*712

PG
59, 712

2. Si dicas: Quae similitudo inter virgam germinantem et Virginem parientem? Disce multum interesse similitudinis. Virga namque figura erat Virginis; illa imago, haec veritas; illud prius indicium erat, haec demonstratio. Ut enim virga illa fructum praeter naturam dedit, sic et hic Virgo florem naturae praeter naturam germinavit. Nam ait: *Egredietur virga de radice Iesse, et flos ex ea ascendet.*¹ Non frustra igitur Paulus divitias Dei miratur, id est, carnalem Christi oeconomiam. O haeticorum incredulitatem! O rabiem et linguam Deo inimicam! Paulus caelorum civis, paradisi spectator, Christi fervens amator, ineffabilium mysteriorum auditor, ubi oeconomiam exploravit: inhorruit et caligine perfusus est; et vos divinitatem explicantes non exhorrescitis? Paulus iudicia Dei investigabilia

2040

¹ Isa. XI, 1.

ἀνεξερεύνητα λέγει· καὶ σὺ τὴν φύσιν τοῦ Πατρὸς ὡς εὐθῆρατον ἐρευνᾷς; Καίρως δέ σε καλέσαι, σκυθρωπάσαντα ἐπαναστρέψαι κατὰ τῶν ὑπὸ σοῦ ἀφράστως εἰρημένων. Πῶς ἔτεκεν ἡ Παρθένος οὐκ οἶδας, καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεὸς εἰδέναι βούλει; τὴν ἐν τῇ Ἑρώδου κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀγνοεῖς πῶς γέγονε, καὶ τὴν ἐκ Πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ σεπτῶς καὶ ἀλαλήτως πρὸ πάσης ἐννοίας καὶ καιρῶν καὶ αἰῶνων ἀμεσιτεύτως γεγεννημένην ἐρμηνεύειν τολμᾷς, καὶ δοκιμάζειν ἐπιχειρεῖς; Εἰ τὸ σταυρωθὲν σῶμα τοῦ Χριστοῦ Θωμᾶς ψηλαφήσας ἀναπαίδευτος οὐκ ἔμεινε, καὶ γε ἀπόστολος ὢν· ποίας εἰσι τιμωρίας ἄξιοι οἱ μὴ χειρὶ τὸ σῶμα ψηλαφῶντες τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τὴν αἰδιον τῆς θεότητος αὐτοῦ διερευνῶντες φύσιν; Θωμᾶς γὰρ καὶ ὁ εἶδε σῶμα, ἐψηλάφησεν· οὗτοι δὲ ἦν μὴ εἶδον θεότητα, ὡς ἐωρακότερες ἐξερεύνησαν. Εἰπέ δέ, ὦ δεινὸ καὶ εὐμήχανε ῥήτορ Εὐνόμιε, ὁ τριχῶς τὴν τῆς θεότητος διακρίνων φύσιν, ὁ μικροῦ πάλιν βραχύτερον ἀναπλάττων θεοῦς, διὰ τί κτίσμα, καὶ οὐ γέννημα τὸν Χριστὸν λέγεις; Ἴνα μὴ, φησί, ῥεύσεως ἐννοίαν τῇ ἀκτίστῳ τοῦ Θεοῦ προσψάσω φύσει· τὸν γὰρ γεννῶντα ἀνάγκη ὑπομεῖναι ῥεῦσιν. Οὐκοῦν καὶ κτίζοντα ἀκόλουθον ὑπομεῖναι πόνον. Ὁ γὰρ κτίζων, ἀκόπως οὐ κτίζει. Εἰ τοίνυν τῆς ῥεύσεως ἐννοίαν φυγῶν, τὸν Πατέρα Πατέρα εἰπεῖν παραιτεῖς, μήτε δημιουργὸν αὐτὸν εἴπης, ἵνα μὴ πόνων καὶ ἰδρώτων ὑπόνοιαν ἐπιβ-

dicit, et tu Patris naturam ut apprehensu facilem scrutaris? Tempus est te evocandi, ut moestus te convertas contra illa ineffabilia, quae tu dixisti. Quomodo Virgo genuerit non nosti, et vis nosse quomodo Deus genuerit? Eam quae sub Herode fuit Christi secundum carnem generationem, quomodo nempe facta sit, ignoras; et illam ex Patre sine principio, inexplicabilem, venerandam et ineffabilem, ante omnem intellectum, ante tempora et saecula, sine medio factam, interpretari audes, et explorare tentas? Si Thomas Christi corpus crucifixum tangens non sine reprehensione mansit, etsi apostolus esset, quo sunt supplicio digni, qui non manu Christi corpus tangunt, sed lingua aeternam divinitatis eius naturam scrutantur? Thomas quippe quod norat corpus tangebatur; illi quam non norant divinitatem, ac si viderent, scrutati sunt. Dic, quaeso, gravis et perite rhetor Eunomi, qui tripliciter divinitatis naturam diiudicas, qui parum abest quin deos iterum confingas, cur creatum, non genitum Christum dicis? Ne, inquit, fluxus rationem increatae Dei naturae tribuam: generantem quippe necesse est fluxum subire. Ergo etiam creantem necesse est subire laborem. Nam qui creat, non sine labore creat? Si ergo ut fluxus rationem devites, Patrem dicere recusas, ne Creatorem dicas, ut ne laborum et sudorum suspicionem iniicias. Sed

ρίψης. Ἄλλ' οὐχ οἶαν, φησί, δόξαν περι ἀνθρώπων ἔχομεν, τοιαύτην καὶ περι Θεοῦ ἐκλαμβάνειν ὀφείλομεν. Ἄνθρωποι γὰρ κτίζοντες, πόνῳ καὶ ἰδρωτί κτίζουσι. Θεὸς δὲ κτίζων, ἀπόνως κτίζει· ἀσύνθετος γὰρ ἐστὶ τὴν φύσιν. Ἐπεὶ οὖν, ὃ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, ὁ κτίζων Θεὸς κτίζει ἀπόνως, ἀρρέυστως γεννᾶν οὐ δύναται; ἀλλ' ὅτε μὲν κτίζει, ἀπόνως ὁ Θεὸς κτίζει, ὅτε δὲ γεννᾶ, ὡς ἄνθρωπος ὑπομένει ρεῦσιν; καὶ δημιουργῶν μὲν ἀπαθῆς μένει, γεννῶν δὲ ἀνθρωπίνῳ περιπίπτει πάθει; Φρίττω, καὶ δεδιῶ, καὶ τρέμω τὴν βλάσφημον, τὴν ἀθύρωτον, τὴν ἀχαλίνωτον τῶν αἰρετικῶν γλωτταν, ἐνοῶν, ὅτι ἀφθάρτως ἢ Παρθένος ἔτεκε, πιστεύουσι, καὶ ὅτι Θεὸς ἀρρέυστως ἐγέννησεν, ἀμφιβάλλουσιν. Ἡ ἀφθορος τῆς Παρθένου μήτρα καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν ἄλγος ἔμεινεν, ἄνθρωπε, καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς φύσις ἐν τῷ γεννᾶν τὴν ρεῦσιν οὐ διέφυγεν; Ἄλλ' ἡ Παρθένος καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένος ἔμεινεν, ἐκ τοῦ τεκεῖν μὴ ζημιωθεῖσα τὴν παρθενίαν· καὶ ὁ Πατὴρ μετὰ τὸ γεννηθῆαι ὁ αὐτὸς μεῖναι οὐκ ἠδύνατο, ἀρρέευστου καὶ ἀναλλοιώτου τῆς οὐσίας μενούσης; Καὶ ὅπου μὲν ὄγκος σώματος, μελῶν ἀρμονία, ὁστέων σύνθεσις, νευρῶν τάξις, φλεβῶν πλήθη, ἄρθρων δεσμοί, τὸ βρέφος ἐξῆλθεν ὡς οἶδε, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ ἀπορρήτως ἑαυτὸν ὑφάνας γαστρί· ὅπου δὲ οὐ σῶμα, οὐ μέλος, οὐκ ἄρθρα, οὐ νεῦρα, οὐκ ὀστέα, οὐ φλέβες, ἀλλ' ἀναφῆς καὶ ἀσώματος καὶ ἀόρατος φύσις, ρεῦσιν εἰσάγεις καὶ μείωσιν νοεῖς; Καὶ προῆλθεν ἐκ μήτρας, καὶ

non eamdem, inquit, quam de hominibus habemus sententiam, de Deo debemus habere. Homines quippe cum creant, cum labore et sudore creant; Deus vero creans, sine labore creat: natura quippe incompositus est. Quia igitur, o sophista et erudite, Deus creans, sine labore creat, non potest vero sine fluxu gignere, sed quando creat, ut Deus, sine labore creat? Quando autem gignit, ut homo fluxum patitur? Et creans sine passione creat, gignens vero in passionem incidit humanam? Exhorresco, timeo, tremo, blasphemam, impudentem, et effrenem haereticorum linguam, dum cogito, illos credere quidem Virginem sine corruptione peperisse, sed num Deus sine fluxu genuerit dubitare. Incorrupta Virginis vulva post partum integra mansit, o homo, et Patris natura gignens, fluxum non effugit? Sed Virgo post partum virgo mansit, nec ex partu virginitatem perdidit; Pater vero postquam genuit, idem manere non potuit, ita ut eius substantia sine fluxu et mutatione manserit? Et ubi corporis moles, membrorum harmonia, ossium compago, nervorum ordo, venarum plenitudo, articulorum vincula sunt, infans ut ipse novit exiit, in virginea vulva sese ineffabili modo efformans; ubi vero non corpus, non membrum, non articuli, non nervi, non ossa, non venae sunt, sed intacta, incorporea, invisibilis natura, fluxum inducis, et imminutionem cogitas? Exiit ex vulva, et integra vulva mansit. Nam qui sine

ἄλυτος ἔμεινεν ἡ μήτρα. Ὁ γὰρ ἄνευ σπέρματος ἐν τῇ Παρθένῳ ἐμψυχώσας ἑαυτῷ ναόν, αὐτὸς καὶ ἄλυτον διετήρησε τὴν μήτραν, ὡς Θεός. Τὰ γὰρ ἔργα τοῦ Θεοῦ οὐ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων δουλεύει, ἀλλὰ τῇ κελεύσει τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐξακολουθεῖ. Ποτὲ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς κατὰ φύσιν κτίζει, ἵνα γυνῶς τῆς φύσεως τὴν εὐταξίαν· ποτὲ δὲ παρὰ φύσιν δημιουργεῖ, ἵνα μάθης τοῦ ἐνεργουῦντος τὴν δύναμιν. Οὔτε γὰρ πάντα κατὰ φύσιν γίνεται, ἵνα μὴ θεολογηθῇ ἡ φύσις, οὔτε πάντα παρὰ φύσιν, ἵνα μὴ ἀταξία τῆς φύσεως νομισθῇ τὰ παρὰ φύσιν πραττόμενα. Πλάττει δὲ Θεὸς κατὰ φύσιν, δημιουργεῖ καὶ παρὰ φύσιν, ἵνα μάθης ὡς ἡ φύσις θεραπευίδος * τάξιν ἐπέχουσα κατὰ φύσιν κινεῖται, καὶ παρὰ φύσιν τρέχει, πρόσταγμα πληροῦσα Θεοῦ.

*713

2041

3. Εἰπέ δέ, ὁ ζητῶν, πῶς ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ἀλύτου μήτρας προελθὼν οὐκ ἠφάνισε τὴν σφραγίδα τῆς παρθενίας, πῶς ἐκ τοῦ παρθενικοῦ Ἀδάμ ἡ παρθένος Εὐα προῆλθε. Ἡ Θεοτόκος γὰρ Μαρία μὴ γνοῦσα ἄνδρα, ἄνδρα ἔτεκεν, ὁ πρωτόπλαστος Ἀδάμ μὴ γνοὺς γυναῖκα, γυναῖκα ἐδάσθησεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν παρθένον γεννηῖσαι, εἰ καὶ παράδοξον, ἀλλ' ὅμως ἔχεται λόγου, καθ' ὃ γαστήρ καὶ μήτρα καὶ φυσικὴ τοῖς τικτομένοις προτετύπεται ὁδός· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδάμ πάντα ξένα. Τίς γὰρ εἶδεν ἀπὸ πλευρᾶς τικτόμενον ἄνθρωπον; πότε δὲ πλευρὰ συνεισῆνεγκε καρποφορίαν; Ὑπνον ἐπέβαλε τῷ Ἀδάμ ὁ Θεός, ἵνα μὴ λυπηθῇ διὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς, ἀλλ' ὅμως ὑπνωσεν

PG
59, 713

semine in Virgine animatum sibi templum fecit, ipse * intemeratam vulvam servavit ut Deus. Opera quippe Dei non naturae rerum serviunt, sed Dei Verbi iussum sequuntur. Aliquando enim Deus secundum naturam creat, ut naturae ordinem cognoscas; aliquando autem praeter naturam creat, ut discas operantis potentiam. Neque enim omnia secundum naturam fiunt, ne natura Deus esse dicatur: neque omnia praeter naturam, ne putentur naturae confusionem esse ea, quae praeter naturam fiunt? Efformat Deus secundum naturam, et creat etiam praeter naturam, ut discas naturam ancillae more, et secundum naturam moveri, et praeter naturam currere, Dei iussum implentem.

*713

2041

3. Dic vero tu, qui quaestionem moves, quomodo Christus ex intemerata vulva prodiens, virginitatis signaculum non delevit, quomodo ex virgineo Adamo virgo Eva prodiit? Nam Deipara Maria, quae virum non noverat, virum peperit; primus homo Adam, qui mulierem non noverat, mulierem germinavit. At virginem gignere, licet res stupenda sit, aliquid tamen rationis habet, in quantum venter, vulva, et naturalis infantibus via iam efformata est; sed in Adamo stupenda omnia sunt. Quis enim vidit ex costa natum hominem? Quandonam costa fructum tulit? Somnum immisit Deus Adamo, ne de sublata costa doleret, verum eius vincula consopivit: vincula

PG
59, 713

αὐτοῦ τὰ δεσμά· δεσμά γὰρ εἰσι τῆς φύσεως τὰ νεῦρα. Καὶ μάρτυς Δανιὴλ λέγων· «Καὶ εἶδον τὴν ὀπτασίαν, καὶ ἔπεσα· καὶ οἱ σύνδεσμοί μοι τῆς ὀσφύος διελύθησαν». Πλευρὰν οὖν νόμῳ φύσεως ἡσφαλισμένην, δεσμοῖς νεύρων συμπεπλεγμένην, σαρξὶν ὑφασμένην, φλεψὶν ἠνωμένην πῶς ἐξεῖλε; πῶς ἀπέσπασε; πῶς καὶ ἡ πλευρὰ ἐξῆλθε, καὶ ὁ Ἀδάμ σώως ἔμεινε; Πῶς; Ὁ λύσας οἶδεν· ὁ λύσας καὶ ἔδησεν. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλος ὁ δῆσας, καὶ ἄλλος ὁ λύσας, ζήτημα ἦν· εἰ δὲ ὁ ἀρμόσας ἔλυσε, καὶ ὁ πλευρὰν ἐκ γῆς πλάσας, τὴν πλευρὰν ἀφείλατο, ἐκεῖνος μόνος οἶδε, πῶς ἔλυσε, ὁ καὶ μόνος ἐπιστάμενος, πῶς τὴν τῶν μελῶν ἀρμονίαν συνέθηκεν. Ὡσπερ οὖν καὶ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς πλευρᾶς σώως ἔμεινε ὁ Ἀδάμ, οὕτω καὶ μετὰ τὴν πρόοδον τοῦ βρέφους ἀφθορος ἔμεινε ἡ Παρθένος. Οὔτε γὰρ ἡ τῶν τοῦ Ἀδάμ ἐδῶλθη ἀρμονία, ληφθείσης τῆς πλευρᾶς, οὔτε τῆς παρθενίας ὑβρίσθη ἡ σφραγίς, προελθόντος τοῦ βρέφους. Καθάπερ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἕαν τις ἀλλότριον δεσμὸν λύσαι θελήσῃ, ἀφανίζει αὐτόν, καὶ συγκόπτει δι' ἀπειρίαν, ὁ δὲ δῆσας ἀκόπως λύει (οἶδε γὰρ ὧν ἔδησε τὴν ἀρμονίαν)· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ὁ ἀρμόσας, ὁ συσφίγξας, ὁ κομβώσας τὸ σῶμα, καὶ τοὺς συνδέσμους τῶν νεύρων ἡρᾷ, καὶ πῶς συνῆψε πλευρὰν πρὸς πλευρὰν, καὶ ἄρθρον, καὶ μέλος· καὶ ἐξ ὧν παρέδησεν, ἐπιστημόνως καὶ πανσόφως ἐπῆρε πλευρὰν, καὶ οὐκ ἐμείωσε τὸν Ἀδάμ. Ἐπλασεν αὐτὸν ὁ μονογενῆς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ οὔτε τὴν παρθενίαν

quippe sunt naturae, nervi. Cuius rei testis est Daniel dicens: *Et vidi visionem et cecidi, et vincula lumborum meorum soluta sunt.*¹ Costam ergo lege naturae firmatam, nervorum vinculis connexam, carnibus contextam, venis coniunctam, quomodo abstulit? Quomodo avulsit? Quomodo sublata costa Adam incolumis mansit? Quomodo? Qui solvit ipse novit; qui solvit ipse colligavit. Etenim si alius ligasset, alius solvisset, hinc quaestio oriretur: sed si is, qui concinnaverat, ipse solvit; si is, qui costam ex terra formaverat, costam abstulit: ipse solus novit quomodo solverit, qui solus novit quomodo membrorum harmoniam composuerit. Ut ergo post sublata costam incolumis mansit Adam, sic post infantis exitum incorrupta mansit Virgo. Neque enim post sublata costam harmonia membrorum Adami laesa est, neque exeunte infante virginitatis signaculum temeratum est. Quemadmodum enim apud nos si quis alienum vinculum solve vellet, ipsum destruit et abscindit ob imperitiam; qui vero ligavit, sine labore solvit; harmoniam quippe ligaminis novit: sic Deus qui corpus concinnavit, constrinxit et perfecit, et nervorum vincula noverat, et quomodo costam cum costa copulasset, et articulum et membrum, et ex iis quae colligaverat scite et sapienter costam abstulit, nec Adamum imminuit. Seipsum efformavit unigenitus Dei Filius in Virgine, neque efformando virginita-

¹ Dan. X, 9; 16.

πλάττων διέλυσεν, οὔτε διὰ τῆς μήτρας προελθὼν τὴν μήτραν διέφθειρεν. Εἰπέ οὖν, ὦ σοφὲ καὶ ἐπιστήμων, τί εὐκοπώτερόν ἐστι, παρθένον τεκεῖν, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένον πάλιν μεῖναι· ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι, καὶ ἀπὸ ζώου πάλιν ῥάβδον γενέσθαι; Πῶς ἡ ῥάβδος Μωϋσέως εἰς δράκοντα μετεδλήθη; πῶς τὸ ἄψυχον ψυχὴν ἔλαβε; πῶς τὸ ἀκίνητον ἐπὶ γῆς εἴρπε; πῶς δὲ πάλιν ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος γέγονε, τὴν οἰκείαν ἐπιγνοῦς φύσιν; Ποτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ ῥάβδου δράκων, ποτὲ δὲ ἀπὸ δράκοντος ῥάβδος ἐγένετο. Ὡσπερ οὖν ἡ Μωϋσέως ῥάβδος, ἄνθρωπε, κατὰ φύσιν μὲν ἦν ῥάβδος, κατ' οἰκονομίαν δὲ δράκων· * οὕτω καὶ ἡ Μαρία κατὰ φύσιν μὲν ἦν παρθένος, κατ' οἰκονομίαν δὲ μήτηρ ἐγένετο, ἵνα πιστεύσωσι τῶν Χαλδαίων οἱ μάγοι, καθάπερ, ἵνα φοβηθῇ Αἴγυπτος, ἡ ῥάβδος δράκων ἐγένετο. Τοιγαροῦν ἵνα σωθῇ ἡ οἰκουμένη, οὐκ ἤθελες σὺ τὴν Παρθένον φανῆναι; Εἶτα δὲ σεισμῶν γινομένων διαιροῦνται τοῖχοι καὶ συνάπτονται· Χριστοῦ δὲ τικτομένου οὐκ ἠνοίγετο μήτρα, καὶ πάλιν ὑφαίνεται; Καὶ ἐν σειμοῖς μὲν οὕτω διαιροῦνται τοῖχοι, ὡς καὶ θάνατον ἀπειλεῖν· οὕτω δὲ ἐνοῦνται, ὡς μηδὲ σχῆμα ἢ ἴχνος φαίνεσθαι τῆς διαιρέσεως· ἐπὶ δὲ τῆς ἀφθάρτου ἐκείνης γεννήσεως οὐκ ἤθελες λυθῆναι μὲν τὴν μήτραν πρὸς τιμὴν τοῦ τικτομένου, συναλεῖν δὲ καὶ ἐνωθῆναι καὶ τὸ τῆς παρθενίας ἀπολαβεῖν σχῆμα δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος; Καὶ μὴ μοι λέγε· Πόθεν ὑπέστη σάρξ καὶ αἷμα, σπέρματος μὴ ὑποκειμένου; Ἔστι γὰρ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς μαθεῖν τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς. Καὶ κάλει μοι εἰς εἰκόνας

tem solvit, neque per vulvam exiens vulvam corrumpit. Dic ergo, o sophista et erudite, quid facilius est, virginem parere, et post partum virginem manere, aut virgam ad vitam vocari, et ex animali rursus virgam fieri? Quomodo * virga Moysis in draconem mutata fuit? Quomodo inanimatum animam accepit? Quomodo res immobilis in terra repsit? Quomodo rursus ex serpente virga facta est, quae suam agnovit naturam? Modo namque ex virga draco, modo ex dracone virga effecta est. Ut ergo virga Moysis, o homo, secundum naturam virga, secundum oeconomiam draco fuit: sic et Maria secundum naturam virgo, secundum oeconomiam mater facta est, ut Chaldaeorum magi crederent, quemadmodum, ut timeret Aegyptus, virga in draconem mutata est. An tu nolis Virginem apparere ad mundi salutem? Utique in terrae motibus muri scinduntur et coniunguntur, et Christo nascente non aperietur vulva, et rursus claudetur? In terrae motibus ita scinduntur muri, ut mortis periculum inferant; et ita denuo iunguntur, ut ne vestigium quidem scissionis maneat: et in partu illo incorrupto nolles vulvam illam solvi in honorem infantis, et denuo iungi et copulari, ac virginitatis formam recipere per virtutem operantis? Nec mihi dicas: Unde substitit caro et sanguis non subiecto semine? Nam ex iis, quae apud nos fiunt, possumus id,

τῶν λεγομένων τοὺς τῶν ζωγράφων παιῖδας, οἳ πολλάκις καὶ φυτὰ καὶ δένδρα καὶ λειμῶνας καὶ ποταμοὺς ζωγραφοῦσιν, καὶ ἐπειδὴν δὴ τὴν φύσιν συνεργοῦσαν οὐκ ἔχουσι, τέχνη βιάζονται τῇ κράσει τῶν χρωμάτων τὰς τῶν πραγμάτων παριστᾶν εἰκόνας. Ποιοῦσι γὰρ ποταμόν, παρὰ ποταμῶν μὴ δανειζόμενοι ῥεῖθρον· ποιοῦσιν ἄνθρωπον, μηδὲν παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐραυζόμενοι φύσεως. Ὡσπερ οὖν οἱ ζωγράφοι διὰ τῶν χρωμάτων καὶ ἄνθρωπον καὶ πηγὴν καὶ ποταμόν ζωγραφοῦσι, μηδὲν παρὰ πηγῆς ἢ ποταμοῦ ἢ ἀνθρώπου λαμβάνοντες· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ Παρθένῳ οὐ χρώμασιν, ἀλλὰ βουλῇ ἐμψυχον κατεσκεύασεν ἄνθρωπον, παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μὴ ἐραυζόμενος σπέρμα εἰς σύστασιν τοῦ πλαττομένου. Ὁ Θεὸς οὖν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις (ἀσύνητος γὰρ τῆς θεότητος ἢ φύσις) τὸν Ἀδὰμ ἐμόρφωσεν ὡς ἠθέλησε· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ οὐκ ἔλαβεν, οὐ φυσικῶ νόμῳ καταβληθῆναι σπέρμα συνεχώρησεν, ἀλλὰ μόνον ἐπέλαμψε, καὶ ὁστὲα ἔπηξε, καὶ νεῦρα ἔτεινε, καὶ ῥῖνα καὶ ὄτα, ὀφθαλμοὺς τε καὶ γλῶτταν, χεῖρας καὶ πόδας, ψυχὴν καὶ νοῦν καὶ λογισμὸν καὶ λόγον συνεστήσατο, κἂν μὴ βούλωνται οἱ αἰρετικῶν παιῖδες. Ὡσπερ γὰρ οἱ ἐν κατόπτρῳ ἐγκύπτοντες εἰκόνα ἀντεγειρομένην αὐτῶν ὁρῶσι τῇ ὄψει ἐκ τῆς ἀμόρφου ὕλης, εἰκόνα γελῶσαν πολλάκις, καὶ κλαίουσαν, κινουμένην τε καὶ πολυτρόπως μετερομένην, καὶ τῆς ζώσης μορφῆς τὰ σχήματα μιμουμένην· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν καθαρῷ κατόπτρῳ, τῷ ἀσπίλῳ

quod supra nos est, ediscere. Et evoca mihi ad exemplum pictores, qui saepe plantas, arbores, prata, fluvios depingunt; et cum naturam sibi opitulantem non habent, arte conantur per colorum mixtiones rerum imagines offerre. Fluvium enim repraesentant, nihil a fluminum alveo mutuati: hominem faciunt, natura humana nihil sibi commodante. Quemadmodum ergo pictores colorum ope hominem, fontem, fluvium depingunt, cum nihil a fonte, fluvio vel homine acceperint: sic et Spiritus sanctus in Virgine non coloribus, sed voluntate animatum efformavit hominem, nullumque mutuatus est ab humana natura semen ad alius constitutionem. Deus accepto pulvere de terra non humanis manibus (incomposita quippe est deitatis natura) Adamum ut voluit efformavit: Spiritus vero sanctus non pulverem accepit, non humana lege semen iniici concessit, sed solum illuxit, ossa compegit, nervos tetendit, nares, aures, oculos, linguam, manus, pedes, animam, mentem, cogitationem, rationem constituit; etsi id haeretici minime velint. Ut enim ii, qui in speculo respiciunt, imaginem sui oppositam oculis vident, ex informi materia paratam, imaginem saepe ridentem, flentem, commotam, varios subeuntem modos, ac viventis formae habitus imitantem: sic et Spiritus sanctus

σώματι τῆς Παρθένου ἔλαμψε, τέλειον ἐδημιούργησεν ἄνθρωπον οὐ νόμῳ φύσεως, οὐ χρόνῳ, οὐκ ἀνθρωπίνῳ σπέρματι, ἀλλ' ὄψει μόνον, νοερᾶ τε καὶ ἀγία δυνάμει πρὸς ὠδίνας τὴν Παρθένον ἐκίνησεν, ἀπορόρητως ἐν αὐτῇ τὸ βρέφος ὑφάνας, ὡς ἱμάτιον, ἐπὶ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων.

IN ANNUNTIATIONEM S. DEIPARAE ¹

2042

Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάσωμεν σήμερον· ἡ σύμπασα κτίσις ἀγάλλεται συναχθεῖσα. Οὐρανὸς δὲ ἀστέρων ἐχειραγῶγει τοὺς εἰς τὴν πανηγυριν σπεύδοντας· γῆ διὰ τῶν ποιμένων εἰς τὴν προσκύνησιν ἔτρεχεν· Ἡσαΐας γοργῶ προφητείας τῷ βήματι ἐδάδιζεν, ἵνα ὑποδείξῃ τῇ πανηγύρει τὴν παρθένον· Ἰερεμίας παραιτούμενος, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Δεσπότην ὑποδεικνύων αὐτῆς τῆς πανηγύρεως λέγων· «Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν». Ζαχαρίας χαρὰν φέρων τοῖς πανηγυρισταῖς κατέτρεχε. Δεσποτικῆς παρουσίας ἐμφανίζων τὸ πρόσταγμα· «Χαῖρε, λέγων, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ γὰρ ὁ βασιλεὺς σου ἔρχεται σοι πρῶτος, ἐπιβεθηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον». Μαρία καὶ Ἰωσήφ, ἐν τῇ φάτῃ προθήκῃ πολυτίμητον μαργαρίτην προέθηκαν· οἱ μάγοι ἰδόντες καὶ θαμβηθέντες ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς φύσεως, τοῦτον τῷ Ἡρώδῃ ὡς ἄξιον βασιλέα ἐμήνυσαν. Ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ δόλῳ κρύψας θανατηφόρον προσκύνη-

PG
60, 755

in puro speculo, immaculato nempe Virginis corpore illuxit, perfectumque creavit hominem, non lege naturae, non tempore, non humano semine usus, sed solo aspectu, ac spirituali sanctaque virtute, Virginem ad partum movit, ineffabilique modo infantem in illa contexuit ut vestimentum, ad salutem hominum.

2042

Regionum mysteriorum festum celebremus hodie: omnis creatura congregata exsultat. Caelum stellarum ministerio ducebat eos, qui ad celebritatem festinabant; terra per pastores ad adorationem currebat: Isaias vivo prophetae gressu incedebat, ut coetui virginem ostenderet; Ieremias renuens, attamen gradiebatur, ipsum coetus Dominum ostendens, ac dicens: *Hic Deus noster*.² Zacharias gaudium coetui afferens accurrebat, Dominici adventus mandatum revelans ac dicens: *Gaude, filia Sion; ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, insidens super subiugalem et pullum iuvenem*.³ Maria et Ioseph in praesaepio pretiosissimam margaritam posuere: ac magi videntes ac stupentes ob naturae pulchritudinem, hunc Herodi ut dignum regem indicaverunt. Hoc ille audito, per dolum obtendens mortife-

PG
60, 755

¹ De Homilia hac discrepant viri docti. Attribuitur *Proclo*, *Anonymo* saec. v vel vi; aut agitur de portione alicuius longioris Homiliae (cf. RPhTh, 544).

² Baruch III, 36.

³ Zach. IX, 9.

*756 σιν, τοῦ ἰδεῖν τὸν μαργαρίτην ἐσπούδασεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιος ἦν, τοῦ πο-
 θουμένου ἀπέτυχεν· κἀκεῖνος ὡς ἐμπαιχθεὶς, ἐσκέπτετο * τί πράξει. Ἄγγε-
 λοι δὲ ἀσωμάτων φύσεων ἐν τῇ πανηγύρει χορεύοντες ἔλεγον· « Δόξα ἐν ὑψί-
 στοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ». Ὡ τοῦ ξένου καὶ παραδόξου θαύματος! πᾶ-
 σαν γλῶτταν νικᾷ τῆς ἐορτῆς ἢ ὑπόθεσις τοῦ εἰπεῖν τὰ τῆς Μαρίας ἐγκώμια,
 πρὸς ἣν ἀποσταλεῖς ὁ ἄγγελος ἐβόα· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ
 σοῦ ». Ἡ δὲ διαναστᾶσα, πλαγίῳ τῷ ὀφθαλμῷ τὸν λέγοντα ἐπεσκόπευσε·
 καὶ ἐπὶ μὲν τῇ θεᾷ τῆς ὄψεως ἐξενίζετο, τοὺς δὲ λόγους ἐν τῇ ἑαυτῆς διανοίᾳ
 ἐστάθμιζε, ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος, λέγουσα· Ὡ ξένη, ξένη φωνῇ
 ξενίζεις φθεγγόμενος. Ἡ ἀγνοεῖς τὴν τῶν προσαγορευόντων συνήθειαν, ἢ
 δοκιμάσεις με, εἰ εὐάλωτος τυγχάνω; Τὸ μὲν « Χαῖρε », πάντων τῶν προσαγο-
 ρευόντων κοινόν· τὸ δὲ « Κεχαριτωμένη », ξένον, μάλιστα ταῖς ἐπαγγελλομέναις
 θεοσέδειαν ἐν σεμνότητι βίου. Ὅθεν αὐστηρῶ τῷ προσώπῳ καὶ ὀργίλῳ τῷ
 βλέμματι ἐπαπειλησαμένη, ἐδίωξε τὸν εἰπόντα· Ἄπιθι, ἄπιθι, ἄνθρωπε, ἐκ
 προθύρων ἐμῶν· ἐκ προοιμίων ἐλήλυθας· οὐκ ἀρέσκεις μοι νομίζων. Σულ-
 γωγῆσαι με θέλεις, ὡς Εὐάν τὴν ἐκ γένους μητέρα· οὐ νικήσεις κάλλος ἐμῆς
 *757 ὄψεως, οὐ συνείδησιν, ἣν ἔχω πρὸς πένητα μνηστῆρα * ἐμόν. Πρὸ τοῦ ἐλ-
 θεῖν ὁ γέρων, τοῦ οἴκου μου ἀπόδραθι· κατάλιπε τὰ ἐνταῦθα, μὴ αἰτιάσηται

ram adorationem, margaritam videre festinabat: sed quia indignus
 erat, optatum non assequutus est; et quasi illusus, quid acturus esset
 meditabatur. Angeli vero incorporeae naturae in celebritate illa cho-
 reas agentes dicebant: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax.*¹ O no-
 *756 vum et stupendum miraculum! Omnem *linguam superat festivitatis
 argumentum, ut vix Mariae laudes enarrare possit: ad quam missus
 angelus clamabat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*² Illa vero con-
 citata, torvo oculo dicentem aspexit; et de visione obstupefacta,
 verba illa mente ponderabat, qualis nempe esset ista salutatio, di-
 cens: O peregrine, peregrina me voce alloquens obstupefacis. An
 ignoras salutantium consuetudinem? Num me tentas an captu facilis
 sim? Illuc quidem, *Ave*, salutantibus omnibus commune est; illud
 vero, *Gratia plena*, extraneum, iis maxime quae cum pietate castita-
 tem profitentur. Quamobrem austero vultu et irato obtutu, cum mi-
 nis, loquentem repudiavit: Discede, discede, o homo, ex liminibus meis:
 siccine veniens orsus es? Non places mihi, etsi secus existimes. Me
 decipere vis, ut Evam generis matrem: non vinces vultus mei pulchri-
 tudinem, neque internum affectum, quem erga sponsum meum pau-
 perem habeo. Antequam senex veniat, aufuge a domo mea: hinc

¹ Lc. II, 14.

² Lc. I, 28.

σε ὁ πρεσβύτερος· ζηλότυπος γὰρ ἐστίν. Ἐναχωρεῖν συμφέρει σοι· ἐὰν γὰρ ἴδῃ σε λαλοῦντα, καὶ ἐπαγγελόμενόν μοι τὰ τοιαῦτα, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἀχώρητα, καὶ σεαυτῷ προξενήσεις θλίψιν, καὶ ἐμοὶ πένθος καὶ δάκρυα. Ὁ δὲ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἀπαραιτήτως ἐφθέγγετο. Θεωρήσασα δὲ ἡ παρθένος τὴν ἐπιμονὴν τοῦ παρόντος, παρεσφύπησε τὴν ἀκοήν, ἀκριβέστερον βουλομένη μαθεῖν τοῦ εἰπόντος τὴν σπουδὴν, καὶ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἀκούσασα, μετὰ ταῦτα ἐξεδέχετο. Ὁ δὲ ἐπάγει· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Μόνον δὲ ἤκουσεν ἡ παρθένος τὸ «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», καὶ ἐσώτερον ἐκάλει τὸ τάχος τὸν εἰπόντα. Τὸν Κύριον, φησὶν, ἐνήνοχας μετὰ σεαυτοῦ, ἐσώτερον εἰσελθε, καὶ δι' ὃ παραγέγονας, τὸ τάχος διήγησαι. Καὶ ὁ ἄγγελος· «Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· οὗτος ἔσται μέγας», Θεὸς ἰσχυρός, ἄρχων εἰρήνης, ἐξουσιαστής, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ ἡ παρθένος· Οὐπω οἱ γάμοι, οὐπω ὁ νυμφών· καὶ ἤδη ὁ τοκετός; Οὐκ ἔχεις, τί πράξεις. Εἰ χρῆζεις τινὸς ὡς ξένος, λαθῶν πορεύου, καὶ μὴ ἀκαίρως ὃ οὐκ οἶδας προφήτευσέ. Ὅμως εἰ καὶ συλλήψομαι υἱόν, πάντως ἐκ τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ ὁ ἄγγελος· Μὴ ἀπατῶ· «Οὗτος ἔσται μέγας». Καὶ ἡ παρθένος· Ποῖος μέγας; ὁ μνηστὼρ μου πένης ὑπάρχει, καὶ γὰρ λίαν πτωχὴ· κτήματα οὐχ ὑπάρχει μοι, χρημάτων ὑστερούμεθα, τῷ γένει οὐκ εὖσημοι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς ἀπογραφὴν ἐλκόμεθα. Πάντως ὁ συντελεστής συντελέσει τὰ δίδραχμα· καὶ λέγεις· Ἔσται μέγας; Παῦσαι, παῦσαι τοιαῦτα ὑπισχνού-

abscede, ne te senex ille carpat: zelotypus enim est. Expedi tibi ut abscedas: nam si te loquentem, mihique talia quae naturam humanam superent pollicentem * deprehendat, et tibi malum et mihi luctum
*757
 lacrymasque conciliabis. Ille vero his non obtemperans, illud *Ave, gratia plena*, proferebat. Conspecta Virgo eius perseverantia, aurem praebuit, ut accuratius dicentis scopum edisceret: atque illud, *Ave, gratia plena*, postea accepit admisitque. Ille vero pergit *Dominus tecum*. Ut autem audivit Virgo illud, *Dominus tecum*, loquentem statim intus advocavit. Dominum, inquit, tecum affers, intus ingredi, et cur veneris cito narra. Tum angelus: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Emmanuel: hic erit magnus*,¹ Deus fortis, princeps pacis, potens, pater futuri saeculi. Ad haec Virgo: Nondum nuptiae sunt, nondum nuptialis thalamus, et iam partus? Quid facias non habes. Si utpote peregrinus aliquo indigens, accipe et vade, et ne intempestive quae nescis vaticineris. Attamen si concipiam, ex Iosepho utique. Tum angelus: Non te decipio: *Hic erit magnus*. Reponit Virgo: Quomodo magnus? Sponsus meus pauper est, et ego admodum inops: possessiones non sunt mihi, pecuniis caremus, genere conspicui non sumus, et postea ad censum trahimur. Didrachma solvet, et dicis: Erit magnus? Desiste, desiste a talibus pro-

¹ Lc. I, 31-32.

μενος. Καὶ ὁ ἄγγελος· Οὐ πιστεύεις τῷ ἤττονι; τὸ μεῖζον, κἂν μὴ θέλῃς, κατάδεξαι· «Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται». Καὶ ἡ παρθένος· Ἄρτι τοῦ οἴκου μου ἐξελθε, μὴ ἀκούσῃ ὁ Ἰωσήφ, καὶ ἀναγγεῖλῃ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ὁ στερισκόμενος συζυγίας σκεπάρνῳ ἀποτέμῃ τὸν τράχηλόν σου, ἐπειδὴ ἐγγὺς μοι λαλεῖς καὶ ἐν προθύροις κέλλῃς ἐμῆς. Ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον ἐπαγγέλλῃ μοι φέρειν; καὶ ποία φύσις ἐν οὐρανῷ ἐπιθυμητικὴ γάμου ἐστί; Πάντα τὰ ἐπουράνια πνεύματα, ἀσώματα ὑπάρχει· πῶς οὖν τὰ ἀσώματα μιγήσεται σώμασι; Καὶ ὁ ἄγγελος· Ἐκ σώματος καὶ ἀσωμάτου Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ ἡ παρθένος· Πόθεν οὖν ἔξει πατέρα, ὡς λέγεις, ὁ ἐξ ἐμοῦ μέλλων τίκτεσθαι; Καὶ ὁ ἄγγελος· Τοῦτο γάρ ἐστι, παρθένε, τὸ λίαν παράδοξον, ὅτι ἄνδρα οὐ γνώσῃ, καὶ τέξῃ ὃν λέγω σοι, καὶ ὄρφανός ὁ παῖς οὐχ εὐρεθήσεται· καὶ ἐκ μήτρας σῆς ἐξελεύσεται, καὶ τὸν πυλῶνα οὐ παραθλίψει, καὶ τὸ εἶναι παρθένος οὐκ ἀπολέσεις, καὶ θηλάσεις τὸ ἐκ σοῦ γεννώμενον, καὶ ἐν ἀγκάλαις βαστάσεις τὸ βρέφος, καὶ ἐπὶ τῶν Χερουδιμ αὐτὸν καθεζόμενον βλέψῃ. Τούτῳ ἐκ σοῦ γεννωμένῳ «Δώσει Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». Καὶ ἡ παρθένος· Ὡς οὐ θέλεις, λαλῶν πέπτωκας. Τὸ σὸν στόμα σου κατηγορεῖ, καὶ τὰ χεῖλη σου γεγένηταί σοι ἔλεγχος· πρὸ βραχέος γὰρ ἔλεγες· «Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται ὁ γεννώμενος»· καὶ ἄρτι λέγεις· Υἱὸς Δαυὶδ· τίς ὁ λόγος οὗτος; Ὅταν θέλῃς, τὴν ἐμὴν διάνοιαν εἰς οὐρανοὺς

missis. Ait angelus: Id quod minus est non credis? Id quod maius est velis nolis accipe: *Filius Altissimi vocabitur*. Tum Virgo: Iam hinc abscede, ne audiat Ioseph et sacerdotibus nuntiet, et qui coniugio privatur, securi tibi collum abscindat, quia prope me alloqueris et in foribus cellae meae. Ex caelo mihi sponsum polliceris? Equae natura in caelo coniugium expetit? Caelestes omnes spiritus incorporei sunt: quomodo igitur incorporea corporeis miscbuntur? Tum angelus: Ex corpore et incorporeo Filius Altissimi vocabitur. At Virgo: Unde patrem habebit is quem dicis ex me nasciturum? Respondet angelus: Hoc enim est, o Virgo, admodum mirabile, quia virum non cognosces, et illum quem dico tibi paries, ac puer ille pupillus non reperietur. Ex utero tuo egredietur, et ostium non laedet, nec virginitatem amittes, et natum lactabis, infantem in ulnis feres, ipsumque supra Cherubim sedentem videbis. Huic ex te nato *Dabit Dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis*.¹ Tum Virgo: Vel invitus loquendo lapsus es. Os tuum te accusat, labia tua te redarguunt; paulo ante dicebas, *Filius Altissimi vocabitur*; et nunc dicis filium Davidis; quis hic sermo est? Pro lubito tuo mentem meam ad caelum extollis, et postea rursum

¹ Lc. I, 32.

ἀνάγεις· ὅταν δὲ βούλη πάλιν, εἰς τὴν γῆν κατάγεις. Ποίω πιστεύσω ῥήματι; τῷ πρώτῳ, ἢ τῷ δευτέρῳ; Λέγεις γάρ· «Δώσει Κύριος αὐτῷ τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος». Οὐδεὶς βασιλέων ὑπῆρξεν ἀθάνατος, οὐδεὶς τὸ κοινὸν τέλος ἐξέφυγε· πάντας μεθίστησι θάνατος, ὡς δεσπότης· πάντας λογοθετοῦσιν οἱ σκώληκες· οὐδεὶς βασιλέων τὸν τοῦ ἄδου πυλῶνα διέφυγε· πάντας κρατεῖ, πάντας ἐν τάφοις φρουρεῖ· οὐδεὶς ἐκείνου ὑπερήλατο δίκτυα, οὐδεὶς τὰς ἐκείνου παγίδας ἐξέφυγεν· οὐ Σαοὺλ ὁ πρῶτος ἐγκαινίσας τὸ τῆς βασιλείας διάδημα· οὐ Δαυὶδ ὁ ὑπὸ κέρατος φανερωθεὶς· οὐ Σαμουὴλ ὁ τῶν βασιλέων πατήρ, ὁ δι' ἐλαίου γνωρίζων τὸν ἄξιον, καὶ ἀπωθούμενος τὸν ἀνάξιον· οὐχ ὁ Σολομῶν ὁ σοφώτατος, ὁ διὰ μαχαίρας ἐλέγξας τῆς πόρνης τὰ ψεύσματα· οὐχ Ἐζεκίας, ὁ δάκρυσιν ἀνατρέψας θανάτου ἀπόκρισιν. Καὶ πῶς ὁ ἐμὸς υἱὸς βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας; Καὶ ὁ ἄγγελος· Τοῦτο γάρ ἐστι, Μαρία, τὸ ξένον μυστήριον, ὅτι πάντες ἀπέθανον, καὶ ὁ σὸς υἱὸς νικήσει τὸν θάνατον, νεκροὺς ἐγερεῖ, καὶ θανόντας ἀναστήσει, μνημεῖα * ἀνοίξει, ταρτάρου κλειῖθρα συντρίψει, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἀναστήσει· ἐκ γὰρ ἀθανάτου ὁ ἀθάνατος γεννηθεὶς, θανατώσει τὸν θάνατον διὰ τοῦ οἰκείου θανάτου. Διὸ μηκέτι ἀπιστήσης, ἵνα μὴ ὑπὸ ἐγκλημα γένη. Περὶ οὗ γὰρ λέγω σοι, ἤδη εἰς τὴν σὴν κοιλίαν διὰ τῆς σῆς ἀκοῆς εἰσπεπήδηκε, τῆς σῆς γαστρὸς ἐπιτελῶν τὰ ἐγκαίνια. Καὶ ἡ παρθένος· Ἴνα τούτοις συνθῶμαι, τὸ πρῶτόν με πληροφορήσον, πῶς καὶ

*758

in terram deiicis. Cui verbo credam, primone an secundo? Dicis enim: *Dabit illi Dominus thronum David patris eius; et regni eius non erit finis.* Nullus rex immortalis fuit, nullus communem finem effugit: omnes invadit mors ut domina, omnes a vermibus roduntur: nullus rex inferni portam effugit: omnibus mors imperat, omnes in sepulcris custodit: nemo eius retia transibit, nemo eius laqueos effugit. Nonne Saul mortuus est, qui primus regni diadema accepit? Nonne David qui unctus ex cornu olei manifestatus est? Nonne Samuel regum pater, qui per oleum eum qui dignus erat indicabat et indignum pellebat? Nonne Salomon sapientissimus, qui per gladium meretricis mendacia redarguit? Nonne Ezechias, qui lacrymis mortis sententiam avertit? Et quomodo filius meus regnabit in aeternum? Respondet angelus: Hoc enim est, Maria, stupendum mysterium, quod omnes mortui sint, et filius tuus mortem sit victurus, mortuos suscitaturus, sepulcra aperturus, tartari claustra confractus, et multa corpora dormientium resuscitaturus: nam ex immortalis immortalis natus per mortem suam occidet mortem. Quocirca ne ultra credere differas, ut ne culpae sis obnoxia. Is enim de quo loquor iam per auditum tuum in uterum tuum insiliit, uteri tui encaenia celebrans. Tum Virgo: Ut his assen-

Υἱὸς Ὑψίστου, καὶ υἱὸς Δαυὶδ ὁ ἐξ ἐμοῦ μέλλων, ὡς λέγεις, τίκτεσθαι καὶ ὑπάρχειν ἀπάτορα· καὶ πῶς τοὺς δύο πατέρας ἐκήρυξας; Καὶ ὁ ἄγγελος· Πρῶτον μάνθανε, καὶ οὕτως ἀντίλεγε· ὅταν σοι εἶπω· «Υἱὸς Ὑψίστου», τὸν πρὸ αἰώνων ἀπαθῶς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐμήνυσα· καὶ ὅταν σοι εἶπω· Υἱὸς Δαυὶδ, διὰ τό σε εἶναι ἐκ πατρὸς Δαυὶδ εἶρηκα. Λαβοῦσα οὖν τὴν πληροφορίαν, τοὺς λόγους μου φύλαττε· καὶ γὰρ ἐγὼ δοῦλός εἰμι ἐκείνου, ὃν μέλλεις τίκτειν. Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἄγγελος τῇ παρθένῳ, κατέλειπεν αὐτήν. Καὶ παρ' ἑαυτῆς διελογίζετο λέγουσα· Ἄναγγελῶ τῷ Ἰωσήφ, ἢ κρύψω μᾶλλον τὸ μυστήριον; Εἰ ἐψεύσατο ὁ ἐλθὼν τέως, καθ' ἑαυτῆς ἐρεθίσω τὴν γλῶτταν τοῦ γέροντος. Καὶ ὡς ταῦτα ἐσκέπτετο ἢ παρθένος, ἢ κοιλία ὀγκομένη προέκοπτε, καὶ τὸ βρέφος ἔνδον ἐχόρευε. Μαρία δὲ περὶ τούτου ἐσκέπτετο, καὶ μυρία παραπετάσματα τῇ γαστρὶ ἐπιδαλοῦσα, τὸν Ἰωσήφ λανθάνειν ἠδούλετο· ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο κρύψαι πόλιν ἐπάνω ὄρους κειμένην. Τὸν Ἰωσήφ ἔνυξεν ἢ δεῖξις τῆς κοιλίας, καὶ λοξῶ τῷ ὀφθαλμῷ τῆς παρθένου τὴν κοιλίαν ἐστάθμιζε. Καὶ ὑβρίζειν ἠθελε, καὶ σιωπᾶν ἠναγκάζετο· ὑβρίζειν ἠθελεν, ὡς πεπρακυῖαν τὰ τῆς παρθενίας κειμήλια· καὶ ὁ πρῶτος βίος διεκώλυε. Λοιπὸν τὴν ἰδίαν ψυχὴν ταῖς θλίψεσιν ἐδασάνιζεν· Οἴμοι, λέγων, τί ποιήσω ἐγώ; ἢ ὄψις παρθένου, ἢ κατάστασις παρθένου, οἱ ὀφθαλμοὶ παρθένου, ὁ γέλως παρθένου· καὶ ἡ κοιλία οὐ παρθένου, ἀλλὰ μητρὸς· ὁ λόγος παρθένου· οἴμοι, οἴμοι· οὐ φέρω λοιπὸν ὄρων. Δημηγορήσω λοιπὸν τὸ πρᾶγ-

tiar, primo me fac certiore, quomodo sit Filius Altissimi et filius David, is qui ex me, ut dicis, sine patre nascetur; et quomodo duos patres praedicaveris. * Reponit angelus: Primo disce, et postea contradicito. Cum tibi dixi, Filius Altissimi, eum qui ante saecula impassibiliter ex Patre natus est indicavi; et cum dixi, Filius David, sic loquutus sum, quia tu ex patre Davide prodiisti. Accepta ergo certa notitia, sermones meos custodi: nam ego servus eius sum, quem tu paritura es. His dictis, angelus Virginem reliquit. Illa vero haec secum reputabat: Iosephone annuntiabo, an potius tacebo mysterium? Si mentitus est is qui venit, senis linguam contra me excitabo. Et dum haec cogitabat Virgo, uterus intumescebat, et infans intus choreas agebat. Maria vero hac de re sollicita erat, et mille velamenta ventri imponens, id curabat ut Ioseph rem ignoraret: sed non potuit occultare urbem supra montem positam. Iosephum pupugit tumor uteri, et torvo ille oculo Virginis ventrem considerabat. Contumeliam dicere volebat, et tacere cogebatur: contumeliam ei dicere volebat, ut quae virginitatis cimelia vendidisset; sed vita eius id impediabat. Demum animam suam aerumnis cruciabat: Hei mihi, dicens, quid faciam? Facies virginis est, status virginis, oculi virginis, risus virginis; at venter non virginis, sed matris; verba virginis sunt: hei

μα, ἐλέγξω τὴν Μαρίαν; Ἡ γὰρ αἰσχύνῃ κοινή. Βοήσω μετὰ κραυγῆς, μήπως τοῦ ἀσπόρου παιδὸς κληθῶ πατήρ; Οὐδεὶς τῆς κόρης κατήγορος, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει ὁ κυοφορούμενος τὸν παιδοσπορήσαντα. Τάχα μοι καὶ τὸ σιωπᾶν καὶ τὸ λαλεῖν ἔστιν ἐπικίνδυνον. Τί οὖν ποιήσω; καλέσας ἐρωτήσω, ἢ πρὸ ἐρωτήσεως δείξω; Ἀλλ' ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ· ἐλέγξω μᾶλλον. Μὴ οὐκ ἐποίησε; Καλέσας οὖν αὐτὴν αὐστηρῶ τῷ προσώπῳ, κριτῆς τοῦ ἐν κοιλίᾳ κριτοῦ ἐκαθέζετο. Λέγε μοι, φησί, μετὰ ἀκριβείας τὸ γέγονός σοι· μὴ κρύψῃς με τὸ συμβᾶν σοι· οὐδεὶς ὁ παρῶν τῶν λόγων ἀκροατῆς· οἶδα φυλάττειν μυστήρια· οὐδεὶς μαθάνει τὸ πρᾶγμα, μόνον με πληροφορήσον. Πόθεν τοῦτο ὑπάρχει τὸ ὀρώμενον ἐν σοί; τὸν τούτου πατέρα ὑπόδειξόν μοι, καὶ ἐλευθερῶ σε τοῦ πταίσματος· συγγνώμης γὰρ ἀξιωθήσῃ, ὡς ἐν ἐπιθυμίᾳ νικηθεῖσα γυνή. Καὶ ἡ παρθένος πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Εἰ πατέρα τούτου ζητεῖς, εὐρήσεις οὐδέποτε· εἰ δὲ καὶ ὀρφανὸν νομίζεις, καὶ τούτου ἀπέτυχες. Καὶ ὁ Ἰωσήφ· Οὐδὲν ψεύσασθαι, Μαρία, δεδύνησαι· πῶς γὰρ δύναται ὀρφανὸν μὴ εἶναι καὶ πατέρα μὴ ἔχειν; Καὶ ἡ παρθένος· Εἰ δὲ ζητεῖς τίς, Ἰωσήφ (ἀγνοεῖς γάρ), ἐὰν εἶπω σοι τὸ ἀληθές, οὐ πιστεύομαι. Κοιλίαν βλέπεις, καὶ τὸν κρυπτόμενον Κύριον οὐχ ὀρᾷς· γαστέρα κατανοεῖς, καὶ οὐ λογιζῇ τὸν ἐκ γαστρὸς πρὸ ἐωσφόρου ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα, καὶ ἐν ἐμοὶ αὐλιζόμενον. Εἰ εἶπω σοι, ὃ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος, ἐρεῖς, ὅτι· Ἐαυτῇ μαρτυρεῖς, καὶ ἡ μαρ-

mihi, hei mihi, illud videns ferre nequeo. Remne traducam, Mariam redarguam? Communis erit turpitude. Clamabone magna voce, ne eius qui sine semine nascitur pueri pater appeller? Nullus puellae accusator est, quia is qui utero gestatur, nullum habuit seminantem. Forte non sine periculo mihi est vel tacere vel loqui. Quid ergo faciam? Num interrogabo, an id declarabo ante interrogationem? Hoc scriptura testificatur: illam potius redarguam. An non fecit? Ipsa igitur vocata austero vultu, iudex in utero gestati iudicis sedebat. Dic mihi, inquit, vere, quid tibi acciderit, ne abscondas mihi: nemo adest qui haec audiat; arcana servare novi: nemo rem sciet, me tantum certiozem facito. Unde accidit illud quod in te videtur? Huius patrem mihi indica, et te culpa liberam habeo: veniam quippe obtinebis, ut mulier concupiscentia percita. Respondit ei Virgo: Si patrem huius quaeris, numquam inuenies: si vero pupillum putes, perinde laberis. Tum Ioseph: Non potes, Maria, mentiri: quomodo enim potest pupillus non esse, et patrem non habere? Reponit Virgo: Si quaeras quis sit, o Ioseph (illud enim ignoras), si veritatem dixerō tibi, non credes. Uterum vides, et occultum in eo Dominum non vides: ventrem consideras, nec cogitas eum qui ex utero ante luciferum ex Patre natus est, et in me habitat. Si dicam tibi id, quod mihi dixit angelus, dices: Tibi ipsi testimonium reddis, et testimonium tuum non est verum.

τυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Καὶ ὁ Ἰωσήφ· Φέρε τοὺς ἀκηκοότας, δὸς τοὺς παρεστῶτας, ἄγαγε ἀληθεύοντας μάρτυρας. Καὶ ἡ παρθένος ἔφη· Εἰ ταῦτα ζητεῖς, εὐρήσεις οὐδέποτε· εἷς γὰρ δι' ἐνὸς πρὸς μίαν ἀπεσταλμένος διὰ μόνης καταμόνας ἐλάλησεν· οὐδεὶς παρῆν· ἐπεὶ οὐδεὶς ἔμελλεν εἶναι τοῦ τικτομένου πατῆρ. Ὡς δὲ ἠπιστεῖτο ἡ παρθένος, ὑπονοήσασα λοιπὸν εἰς ἕτερον λογισμὸν ἦλθε Μαρία, λέγουσα· Ἡ γαστήρ με προδίδωσιν, ὁ παῖς μου κατηγορεῖ ἐν κοιλίᾳ ἀγαλλόμενος· τί οὖν καθ' ἑαυτῆς ἐπὶ πλεῖον ἐρεθίζω τὸν Ἰωσήφ; Πνίξω τῇ σιωπῇ τὰ χεῖλη μου, καὶ πρὸς τὸν ἄγγελον ἀοράτως δικάσομαι· Ποῦ τὰ νῦν ὑπάρχεις, ὁ τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», φθεγγόμενος; ἐν ποίοις τόποις ἀυλίξῃ; εἶπέ, ἴνα ἐκεῖ παραγένωμαι, καὶ κρεμασθῶ τῷ τραχήλῳ σου, μέχρις ἐλθῶν πληροφορήσεις τὸν Ἰωσήφ, τίνος υἱὸς ὁ ἐμῆς κοιλίας κοιτῶνα σκιρτοβατῶν. Οὐ φέρω τὸν πρεσβύτην ὑπιδόντα, γογγύζοντα· καὶ σὺ ποίῳ τόπῳ χρονίζεις ἀγνοῶ· ἐλθέ, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ δικαιολόγησαι. Ταῦτα τῆς Μαρίας λεγούσης, τὸ τάχος ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσήφ * παραγίνεται, καὶ πληροφορήσας τὸ ἐκβαλεῖν τὴν παρθένον ἐκώλυε· «Μὴ φοβηθῆς, λέγων τῷ Ἰωσήφ, παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου»· οὐ γάμου κοινωνίαν, ἀλλὰ θεϊκῶν μυστηρίων οἰκονομίαν σοι λέγω. Ἄλλὰ πατῆρ οὐχ ὑπάρχεις; Ἐν γῆ πατέρα μὴ ζητήσης, μήτε ἐν οὐρανοῖς μητέρα. Πάσης ὀρφανίας ἢ φύσις ἀπήλλακται· μόνος γὰρ ἐκ μόνου καταμόνας πρὸ αἰώνων ὑπάρχει. Νῦν μόνος ἐκ μόνης, ὡς οἶδε μόνος. Μὴ ὀλιγοψυχῆσης τὴν Μαρίαν,

*759

Tum Ioseph: Produc eos qui audierunt, qui praesentes fuerunt, profer veraces testes. Dicit Virgo: Si haec quaeris, numquam invenies: unus enim ad unam missus, solus soli loquutus est, nullus aderat, quia nullus futurus erat nati pater. Cum autem non crederetur Virgo, secum reputans rursum, in aliam cogitationem incidit: Uterus me prodit, puer in utero exsultans me accusat: cur ergo contra me Iosephum magis irritabo? Comprimum silentio labia mea, et cum angelo invisibiliter disceptabo: Ubi nunc es, qui mihi, *Ave gratia plena*, dixisti? Quibus in locis versaris? Dic, ut illo me conferam, et a collo tuo pendeam, donec veniens certiore facias Iosephum, cuius filius sit is qui in uteri mei cubiculo exsultat. Non fero senem torve respicientem, murmurantem. Tu quo loco tempus agas nescio: veni et causam meam tuere. Haec dicente Maria, statim angelus Iosephum adit, et cum rei certiore fecisset, prohibuit ne Virginem dimitteret. *Noli timere*, inquit, *Ioseph, accipere Mariam coniugem tuam.*¹ Non nuptiarum consortium, sed divinorum mysteriorum oeconomiam tibi annuntio. Sed pater non es? In terra patrem ne quaeras, neque in caelis matrem. A pupilli statu natura liberatur: solus enim ex solo unice ante saecula est; nunc vero solus ex sola, ut novit ipse solus.

¹ Matth. I, 20.

μὴ λυπήσης τὸ ἐκ Μαρίας· μὴ ζητήσης τὸ πῶς, μήποτε σε ἀδικήσῃ τὸ βρέφος· μὴ περιεργάσῃ τὴν θήκην, μήποτε ζημιωθῆς τὴν ἐνθήκην. Ἀμόλυντον τὸ σεῦδος, ἄσπιλον τὸ κειμήλιον, ἀθλόωτος ὁ ἀλάβαστρος, ἄσπορος ὁ τόκος, ἀνύμφευτος ἡ κόρη, * ἀθαλάμευτος ἡ παρθένος, ἀλατόμητος ἡ πέτρα, *760 κεκλεισμένος ὁ κῆπος, ἡ πηγὴ ἐσφραγισμένη, ἄσπορος ἡ χώρα, ἀφύτευτον τὸ κλῆμα, ἀνεπινόητος ὁ τόκος. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς μοι τῷ λέγοντι, τὸν καιρὸν τῆς κηρύσεως ἔκδεξαι. Καὶ ἐὰν δακρύσῃ ἢ στενάξῃ ἡ Μαρία, ὡς αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἀνθρωπὸς ἐστὶ, καὶ οὐ Θεός, ὁ ἐκ Μαρίας γεννώμενος. Καὶ ὁ Ἰωσήφ εἶπεν· Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, καθὼς προέφης, ὦ ἀρχάγγελε, «Ἴνα τί ἐφύραξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;» Καὶ ὁ ἄγγελος εἶπεν· Εἰ θέλεις μαθεῖν, τὸ τάχος διδάχθητι· ἐπειδὴ Κύριος εἶπε πρὸς τὸν γεννώμενον· «Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε»· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN CHRISTI NATALEM DIEM¹

2043 Ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλε σήμερον ἥλιος, καὶ τὸν πρὶν ἀνατέλλοντα ἐκάλυψεν· ἐλυτρώθη τὸ σκότους, καὶ οὐ φέρω τὰς ἀκτῖνας· ἐτέχθη μοι πάλιν τὸ φῶς, καὶ ἀμαυροῦμαι τῷ φόβῳ· τὸν τόκον ἀγάλλομαι, καὶ τὸν τρόπον ταράττομαι· νέαν πηγὴν προοῦσαν ὄρω, καὶ ἀρχαίαν πληγὴν φεύγου-

PG
61, 737

Ne pusillus animo esto circa Mariam, ne affligas * id quod ex Maria oritur: ne quaeras quomodo, ne te laedat infans: ne curiose inquiras arcam, ut ne depositum amittas. Immaculatum est vas, sine labe cimelium est, non sordidatum alabastrum, sine semine partus, sine marito puella, sine thalamo virgo, non incisa petra, hortus conclusus, fons signatus, non seminatus ager, non plantatus palmes, non excogitatus partus. Si mihi non credis dicenti, tempus partus exspecta. Quod si fleverit et ingemuerit Maria, * ut reliquae mulieres; homo est, *760 et non Deus, qui ex Maria nascitur. Respondet Ioseph: Si haec ita se habent, ut dixisti, o archangele, *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* Cui angelus: Si quaeris discere, cito accipe: quia Dominus nascenti dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*² Quia ipsum decet gloria in saecula saeculorum. Amen.

2043 Sol iustitiae ortus est hodie, et cum qui prius ortus erat obtexit: redemptus sum a tenebris, nec fero radios: nata mihi rursus lux est, et obscuritatem metus affert: de partu exsulto, et de moribus per-

PG
61, 737

¹ Sermo hic tribuitur Proclo, Germano Constantinopolitano, vel Gregorio Thaumaturgo (cf. RPhTh, 544).

² Ps. II, 1 et 7.

σαν· βρέφος εἶδον τικτόμενον, καὶ οὐρανὸν κλινόμενον εἰς τὴν τούτου προσκύνησιν· μητέρα τίκτουσαν, καὶ μήτραν μὴ ἀνοίγουσαν· παιδίον τὴν ἰδίαν σφραγίζον κήσιν· γεννήτορα ἄνδρον, καὶ υἷὸν ἀπάτορα· σωτῆρα τικτόμενον, καὶ ἀστέρα κτιζόμενον· σπαργανούμενον νήπιον, καὶ βαστάζων τὴν ἄπειρον· φάτνην ἐκτυπούμενην εἰς θρόνον ἐπουράνιον, καὶ κτήνη ἀπεικάζοντα χερουδικὴν παράστασιν· φωστῆρα φαινόμενον, καὶ τὸ θαῦμα φθεγγόμενον· ἀγγέλους προαναγγέλλοντας, καὶ ποιμένας προφητεύοντας· μάγους θεολογοῦντας, καὶ ἱερεῖς θεομαχοῦντας· Ἡρώδη πίπτοντα, καὶ θάνατον θρηνοῦμενον· τὸν Ἀδὰμ λυόμενον, τὴν Εὐὰν χαίρουσαν, καὶ τὸν ὄφιν πενθοῦντα· αἰχμαλώτους ἐν ἀφέσει γενομένους, καὶ τυράννους ἐν κολάσει· βρέφος γαλουχούμενον, καὶ τρέφοντα τὴν τρέφουσαν· χερσὶ περιφερόμενον, καὶ φέροντα τὴν φέρουσαν· τὴν κτίσιν ἐπιγνοῦσαν, καὶ τὴν φύσιν δειλιῶσαν. Ὅθεν καὶ ἐξίσταμαι τῷ θαύματι, τρέμων τὸ μυστήριον. Θαῤῥήσω τῷ Γαβριήλ, καὶ φυγαδεύω μου τὸν φόβον. Τὰ πρὸς Μαρίαν ῥήματα, ἐρμηνεύοντα θαύματα. Ποῖα ταῦτα; Καὶ φησι· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», οὐρανόυ στάχυος ἀθέριστος ἄρουρα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἀληθινῆς ἀμπέλου ἀψευδῆς μήτηρ παρθένος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἀτρέπτου θεότητος σαγήνη ἀδιάπτωτος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τῆς ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τοῦ χηρεύοντος κόσμου νυμφίε, τόκε ἀμίαντε· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ

turbor: novum fontem manantem video, et veterem plagam fugientem: infantem vidi natum, et caelum inclinatum ad illum adorandum: matrem parientem, nec vulvam aperientem, puerumque obsignantem ortum suum: genitorem non virum et filium sine patre: servatorem natum qui stellam creat; infantem pannis involutum et immensam terram gestantem: praesepe efformatum in thronum caelestem, et animalia pro cherubinis adstantia: luminare apparens quod nuntiet miraculum: angelos praenuntiantes, et pastores prophetantes; magos theologice loquentes, et sacerdotes cum Deo pugnantes; Herodem cadentem, et mortem lugentem; Adamum solutum, et Evam gaudentem, et serpentem lugentem; captivos solutos, et tyrannos supplicio affectos: puerum lactantem, qui nutrit se nutrientem; qui manibus gestatur et se gestantem portat: creaturam illum agnoscentem, et naturam timentem. Quamobrem et ego miraculo percellor, mysteriumque metuo tremens. Cum fiducia Gabrielem adibo, et metum meum fugabo. Eius ad Mariam verba miracula explicant. Quenam illa? Dicit, *Ave, gratia plena*,¹ caelestis spicae arvum quod non metitur: ave, gratia plena, verae vineae non fallax mater virgo: ave, gratia plena, immutabilis divinitatis sagena quae non cadit. Ave, gratia plena, naturae, quae loco capi nequit, locus spatiosus. Ave, gratia plena, viduati

¹ Lc. I, 28.

τῇ κτίσει ὑφάνασα ἀχειρόπλοκον στέφανον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, πυρὸς ἄγιον οἰκητήριον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ τῆς φυγάδος οἰκουμένης ἐπάνοδος· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τῆς λιμωττούσης κτίσεως ταμιεῖον ἀδαπάνητον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ χάρις ἡ ἀπέραντος τῆς ἀγίας παρθένου· χαῖρε, κεχαριτωμένη, πολλῶν ἀρετῶν κεκοσμημένη λαμπαδηφόρε, τὸ ἄσβεστον καὶ τοῦ ἡλίου λαμπρότερον φῶς· χαῖρε, κεχαριτωμένη, τοῦ νοητοῦ ἀγκίστρου τὸ δέλεαρ· χαῖρε, κεχαριτωμένη, νοερὰ τῆς δόξης κιθωτέ· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ στάμνος ἡ χρυσοῦ, ἡ τὸ οὐράνιον ἔχουσα μάνα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ τὴν γλυκεῖαν πόσιν τῆς ἀενάου πηγῆς τοὺς διψῶντας ἐμπλήσασα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ νοερὰ θάλασσα, καὶ τὸν οὐράνιον ἔχουσα μαργαρίτην Χριστόν· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ λαμπρὸς οὐρανός, ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν οὐρανοῖς ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα Θεὸν ἀχώρητον καὶ ἀστενοχώρητον· χαῖρε, κεχαριτωμένη, στυλοειδῆς νεφέλη, ἡ τὸν Θεὸν ἔχουσα τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ καθοδηγήσαντα τὸν Ἰσραήλ. Τί εἶπω καὶ τί λαλήσω; πῶς μακαρίζω τὴν ὀλόβριζον δόξαν; Ὅτι, χωρὶς Θεοῦ μόνου, πάντων ἀνωτέρα ὑπάρχεις. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διατεράχθη, καὶ τῷ βλέμματι φεύγουσα, τῷ σώματι ἴσταται, σταυροτύπῳ ἱστορίᾳ τυπούσα τὴν θεάν, ἀμφιβόλοις δὲ προπαρίστατο τῷ ἀγγέλῳ, μήτε φυγεῖν τολμῶσα, μήτε ἴστασθαι θαρρόυσα. Ὁρῶσα τὸν ἀσώματον ἱστάμενον ὡς ἄνθρωπον, παραμένειν ἠδεῖτο, τιμῶσα τὴν παρθενίαν· ἐρωτᾶν οὐκ ἐτόλμα τὸν ἀνόμιον. Καὶ ἦν τὸ φόβῳ ἔσοπτρον τῆς παρθένου προελθοῦσα τὸ πρόσωπον, λέγουσα

mundi sponsa, partus incorruptus. Ave, gratia plena, quae creaturae texuisti coronam non manu factam. Ave, gratia plena, ignis sacrum domicilium. Ave, gratia plena, fugitivi orbis regressio: ave, gratia plena, esurientis creaturae horreum quod consumi nequit. Ave, gratia plena, gratia interminabilis sanctae virginis. Ave, gratia plena, multis virtutibus ornata lucernam gestans, inexstinguibilem et sole clariorem lucem: ave, gratia plena, spiritualis hami esca: ave, gratia plena, spiritualis gloriae arca: ave, gratia plena, urna aurea quae caeleste manna continet: ave, gratia plena, quae dulci potu perennis fontis sitientes replet: ave, gratia plena, spirituale mare, quod caelestem habet margaritam Christum: ave, gratia plena, splendidum caetum, quae illum qui a caelis capi nequit in se habet Deum, et qui non angusto loco capitur: ave, gratia plena, columna nubis quae Deum continet, Israël in deserto ducem. Quid dicam, et quid loquar? Quomodo beatam praedicabo illam sic radicatum gloriam? Quod, Deo excepta, omnibus superior es? Illa vero turbata est in sermone, et oculos avertens, corpore stat, crucis spectaculum figurans, dubiis pedibus adstitit angelo, neque fugere neque stare ausa. Videns incorporeum stantem ut hominem, manere metuebat, virginitatem honorans: interrogare non audebat sibi dissimilem: eratque virginis vultus...

ἐν ἑαυτῇ· Ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; ἢ τίς ὁ ἀσπασάμενος με; Ὑπεραστράπτει ἥλιον, καὶ πηλῶ διαλέγεται· ἐξ οὐρανοῦ κατέδραμε, καὶ κόρην ἀσπάζεται· οὐ περιβέβληται σῶμα, καὶ γυναικί παρίσταται, ὡς ποσὶ ταῖς πτέρυξι περιπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τί ζητεῖ πρὸς τὴν ἐκ γῆς; ἄγγελός μοι φαίνεται, καὶ ὡς ἄνθρωπος φθέγγεται· ἐξ ἀσωμάτων ἀγίων φωνή μοι προβάλλεται· φωστῆρος φωτεινότερον κεκαλλώπισται πρόσωπον· χιτῶνα προδέβληται· νεανίσκον ὄρω σάρκα μὴ περικείμενον, πατοῦντα τὸ ἔδαφος, καὶ ἴχνος μὴ ζωγραφοῦντα· * γλῶσσαν μὴ κεκτημένον, καὶ τὸ «Χαῖρέ» μοι κεκραγόντα· χεῖλη μὴ σαλεύοντα, καὶ χαίρειν μοι προφητεύοντα. Οὐκ οἶδα τί λογίσωμαι τὴν ἔμφρικτον ὀπτασίαν. Εἰ τὸν πεμφθέντα οὐ νοῶ, πῶς γνώσομαι τὸν πέμψαντα; εἰ ὁ μηνίων φοβερὸς, ὁ μηνυθεὶς φοβερώτερος· εἰ οὕτως ἀπαστράπτων ἐμαύρωσέ μου τὸν νοῦν, ποίῳ σώματι κρύψω δικαιοσύνης τὸν ἥλιον; εἰ τὸ κτίσμα θροεῖ με, πῶς ἐνέγκω τὸν κτίσαντα; εἰ τὸν δοῦλον ἐπτύχημαι, τὸν Δεσπότην πῶς τέξομαι; Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος· «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ». Οὐ σκελίζη ὡσπερ ἡ Εὐά· ἐξ ἐκείνης ὁ θάνατος, ἐκ δὲ σοῦ ζωὴ ἀθάνατος· ἐξ ἐκείνης καρπὸς νεκρώσεως, ἐκ δὲ σοῦ καρπὸς ζωοποιός· ἐξ ἐκείνης ἀπάτη, ἐκ δὲ σοῦ ἀγάπη· ἐξ ἐκείνης τοῖς ἀθρώποις ὁ τοῦ Θεοῦ χωρισμός, ἐκ δὲ σοῦ Θεοῦ καὶ σαρκὸς συμπλοκὴ ἀνερμήνευτος· ἐξ ἐκείνης ὁ σκοτεινὸς ὕπνος τοῦ ἄδου, ἐκ σοῦ φωτεινὸς λύχνος τοῦ κόσμου· ἐξ ἐκείνης κατάρα, ἐκ δὲ σοῦ εὐλογία· ἐξ ἐκείνης ἡ ἀπόφασις, ἐκ δὲ σοῦ ἡ συγχώρησις· ἐξ ἐκείνης ἡ θλι-

¹ [...] Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ καὶ ἓνα Χριστόν, ἓνα Υἱόν, ἓνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Κατὰ ταύτην τῆς ἀσυγχύτου ἐνώσεως ἔννοιαν, ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐνώσει αὐτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν.

1081

tenes, nomen quod a multis saepe Patribus usurpatum, scriptum ac pronuntiatum est, adiungere ne graveris: neque vocabulum, quod piam rectamque notionem animi exprimit, refutare pergas. Etenim nomen hoc, *Theotocos*, nullus unquam ecclesiasticorum doctorum repudiavit. Qui enim illo usi sunt, et multi reperiuntur, et apprime celebres: qui vero illud non usurparunt, nunquam erroris alicuius eos insinularunt, qui illo usi sunt.

PG
77, 171

¹ [...] Confitemur igitur Dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum Dei Filium, esse Deum perfectum, et hominem perfectum ex anima rationali et corpore: ante saecula quidem ex Patre secundum divinitatem genitum, postremis vero temporibus eundem ipsum propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem natum: eundem consubstantiali Patri secundum divinitatem, et consubstantiali nobis secundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta est unio: propter quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusae unitatis intellectum confitemur sanctam Virginem Dei Genitricem esse, propterea quod Deus Verbum incarnatum est, et homo factum, et ex ipsa * conceptione univit sibi templum, quod ex illa assumpsit.

1081

*174

¹ Ad Cyrillum.

● PG 77, 1452, 1456.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS (344/347 † 407)

DE PROPHETIARUM OBSCURITATE (386-387)

739

Hom. I, 2. [...] Διὰ τοῦτο καὶ Ἡσαΐας φησί: «Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;» Ἀλλὰ περὶ ἐκείνης, φησὶν, εἶπε τῆς ἄνω. Τί οὖν ἐροῦμεν Παύλω, ἀμφοτέρας εἰπόντι τὰς γεννήσεις, καὶ τότε ἐπαγαγόντι τὸ «Ἀγενεαλόγητος»; Πρότερον γὰρ εἰπὼν «Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ», τότε ἐπήγαγε τὸ «Ἀγενεαλόγητος», ἵνα μὴ μόνον κατ' ἐκείνην τὴν γέννησιν, καθ' ἣν ἀμήτωρ ἐστίν, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτην, καθ' ἣν ἀπάτωρ ἦν, τὴν κάτω λέγω, ἀγενεαλόγητον εἶναι πιστεύσῃς. Διὰ τοῦτο ἀμφοτέρας θεῖς, τότε εἶπε τὸ «Ἀγενεαλόγητος»: καὶ γὰρ καὶ αὕτη ἡ κάτω ἀκατάληπτος, ἵνα πρὸς ἐκείνην μηδὲ παρακύψαι τολμήσωμεν. Εἰ γὰρ τὰ προπύλαια τοῦ ναοῦ οὕτω φοβερά καὶ ἀπρόσιτα, πῶς εἰς τὰ ἄδυτά τις εἰσελθεῖν ἐπιχειρήσει; Ὅτι μὲν γὰρ ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς, οἶδα· τὸ δὲ πῶς, οὐκ οἶδα. Ὅτι ἐτέχθη ἐκ τῆς παρθένου, ἐπίσταμαι· τὸν δὲ τρόπον οὐδὲ ἐνταῦθα καταλαμβάνω. Ἐκατέρας γὰρ φύσεως ἡ γέννησις ὁμολογεῖται, καὶ ἑκατέρας ὁ τρόπος σεσίγηται. Καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς παρθένου, οὐκ εἰδὼς ἐγὼ πῶς ἐκ παρθένου ἐγεννήθη, ὁμολογῶ ὅτι ἐγεννήθη, καὶ οὐκ ἀναιρῶ τὸ πρᾶγμα διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ τρόπου· οὕτω καὶ σὺ ποιήσον ἐπὶ τοῦ Πατρὸς· εἰ καὶ οὐκ οἶδας πῶς ἐγεννήθη, τὸ «Ἐγεννήθη»,

PG
56, 166

739

Hom. I, 2. [...] Dicebat etiam Isaias, *Generationem eius quis enarrabit?*¹ Atqui de illa caelesti, inquit, hoc dixit. Quid ergo Paulo dicemus, qui utramque generationem commemoravit, ac deinde illud, *Sine genealogia*,² subiunxit? Cum enim ante dixisset, *Sine patre, sine matre*, post adiunxit, *Sine genealogia*, ut non modo secundum illam generationem, secundum quam est sine matre, sed etiam secundum hanc, secundum quam erat sine patre, terrenam dico, sine genealogia ipsum esse credas. Idcirco utraque posita dixit, *Sine genealogia*, nam haec terrena comprehendi non potest, ut in illam ne respicere quidem audeamus. Nam si templi vestibula sunt adeo terribilia et inaccessa, quo pacto in ipsa adyta penetrare quis audebit? Genitum enim ex Patre fuisse scio: quo pacto, nescio. Ex virgine illum fuisse natum novi; modum autem ne hic quidem * assequor. Nam utriusque naturae generationem confitemur, et utriusque modum tacemus. Et sicut cum de virgine agitur, etsi nescio quo pacto sit ex virgine generatus, tamen eum generatum fuisse confiteor, nec rem tollo propter ignorantiam modi: ita fac tu quoque, cum de Patre agitur: licet nescias quomodo Filius sit genitus, eum

PG
56, 166

*167

¹ Isa. LIII, 8.² Hebr. VII, 3.

ὁμολόγησον. Κἄν λέγῃ σοι ὁ αἰρετικός: Πῶς * ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; *167
κατάσπασον αὐτοῦ τὸ φρόνημα εἰς τὴν γῆν, καὶ εἰπέ πρὸς αὐτόν· Κατάβηθι
ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ δεῖξον πῶς ἐγεννήθη ἐκ τῆς παρθένου, καὶ τότε ἐκεῖνα
ἔρώτα. Κάτασχε αὐτόν, καὶ περίστηθι, καὶ μὴ ἀφῆς ἀποπηδῆσαι, μηδὲ ἀνα-
χωρῆσαι εἰς τὸν λαβύρινθον τῶν λογισμῶν· ἀλλὰ κάτασχε, καὶ ἀπόπνιξον,
μὴ τῇ χειρὶ, ἀλλὰ τῷ ῥήματι· μὴ δῶς αὐτῷ διαστολὰς καὶ διαφυγὰς, ἃς βού-
λεται. Ἐκεῖθεν θόρυβον ἐμποιοῦσι τοῖς διαλεγομένοις, ἐπειδὴ ἡμεῖς αὐτοῖς
ἀκολουθοῦμεν, καὶ οὐκ ἄγομεν ὑπὸ τοὺς νόμους τῶν θείων Γραφῶν. Περίθες
τοῖνον αὐτῷ τειχίον πάντοθεν, τὰς ἀπὸ τῶν Γραφῶν μαρτυρίας, καὶ οὐδὲ
χᾶναι δυνησεται. Εἰπέ πρὸς αὐτόν· Πῶς ἐγεννήθη ἐκ τῆς παρθένου; οὐκ
ἀφίσταμαι οὐδὲ ἀναχωρῶ. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τὸν τρόπον εἰπεῖν, κἂν μυρία
φιλονεικῇ. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀποκλείσῃ, τίς ἀνοίξει λοιπόν; Πίστει παρα-
δεκτὰ τὰ τοιαῦτα μόνῃ. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχη, ἀλλὰ λογισμοὺς ἐπιζητεῖς, ἔρω
πρὸς σέ, ὃ πρὸς τὸν Νικάνδημον ὁ Χριστός· «Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ
πιστεύετε, πῶς, ἐὰν τὰ ἐπουράνια εἶπω, πιστεύσετε;» Περὶ τῆς ἐκ παρθένου
γεννήσεως εἶπον, καὶ οὐκ οἶδας, οὐδὲ χᾶναι τολμᾶς, καὶ τὸν οὐρανὸν πε-
ριεργάζῃ; Εἶθε μὲν οὖν τὸν οὐρανόν, καὶ μὴ τὸν Δεσπότην τῶν οὐρανῶν
ἐπολυπραγμόνεις. «Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε». Οὐκ εἶπεν,

fuisse genitum confitēre. Quod si dixerit tibi haereticus: Quomodo
genitus est ex Patre Filius? Mentem eius in terram deprime, atque
illi dicito: Descende de caelis, ac mihi demonstra, quomodo ex vir-
gine sit natus, tumque illa me roga. Retine illum, et obsessum urge,
neque resilire sinito aut in labyrinthum ratiocinationum se prori-
pere: verum retine, et strangula, non manu, sed oratione; ne di-
stinctiones illi et effugia concedas, quae cupit. Hinc fit ut eos per-
turbent et commoveant, quibuscum disputant, quod nos illis obse-
quamur, neque eos ad sacrarum Scripturarum leges adigamus.
Undique igitur illi murum ex testimoniis Scripturarum oppone, ac
ne hiscere quidem poterit. Dic illi: Quo pacto ex virgine natus est?
Non absistam, neque recedam. Atqui modum effari non poterit,
tametsi omni ope conatuque contendat. Cum enim Deus occluserit,
quis iam reserabit? Sola fide percipi possunt talia. Quod si non
acquiescas, sed rationes disquiras, iisdem te verbis, quibus Nico-
demum Christus, affabor: *Si terrena dixi vobis, et non creditis, quo-
modo si dixero vobis coelestia, credetis?*¹ De nativitate dixi ex vir-
gine, neque nosti, neque hiscere audes, et caelum curiose scrutaris?
Atque utinam in caelum, et non in Dominum caeli curiose inqui-
reres. *Si terrena dixi vobis, et non creditis.* Non dixit: Et non per-

¹ Io. III. 12.

οὐ πείθεσθε, ἀλλ' «Οὐ πιστεύετε», δεικνὺς ἡμῖν, ὅτι καὶ τὰ ἐπίγεια πίστεως δεῖται. Εἰ δὲ τὰ ἐπίγεια πίστεως δεῖται, πολλῶ μᾶλλον τὰ οὐράνια.

HOMILIAE IN GENESIM (ca 388)

- 740 In cap. XXV, Homilia XLIX, 2. [...] Δεῖ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἦσαν ἐκεῖναι στεῖραι αἱ γυναῖκες. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ αἰτία; Ἴνα, ὅταν ἴδῃς τὴν Παρθένον τίκτουςαν τὸν κοινὸν ἡμῶν Δεσπότην, μὴ ἀπιστήσης. Γύμνασόν σου ἐνταῦθα τὴν διάνοιαν, φησί, ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν στειρῶν, ἵν' ὅταν ἴδῃς πεπηρωμένην καὶ δεδεμένην μήτραν πρὸς παιδοποιεῖαν ἀνοιγομένην ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, μὴ θαυμάσης ἀκούων ὅτι παρθένος ἔτεκε. Μᾶλλον δὲ θαύμασον καὶ ἐκπλάγηθι, ἀλλὰ μὴ ἀπιστήσης τῷ θαύματι. Ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς σὲ ὁ Ἰουδαῖος· Πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος; εἰπέ πρὸς αὐτόν· Πῶς ἔτεκεν ἡ στεῖρα καὶ γεγηρακυῖα; Δύο γὰρ κωλύματα τότε ἦν, τὸ τε * ἄωρον *446 τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ ἄχρηστον τῆς φύσεως· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου ἐν κώλυμα ἦν, τὸ μὴ μετασχεῖν αὐτὴν γάμου. Προοδοποιεῖ τοίνυν τῇ παρθένῳ ἡ στεῖρα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο στεῖραι προέλαβον, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἄκουσον ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ Γαβριὴλ τῶν πρὸς τὴν παρθένον εἰρημένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε καὶ εἶπεν αὐτῇ. «Συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν», ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασε, καὶ εἶπε·

suademini, sed, *Non creditis*, quo verbo significat terrena etiam fide indigere. Quod si terrena fide indigent, multo magis caelestia.

- 740 In cap. XXV, Homilia XLIX, 2. [...] Causam tamen dicamus propter quam mulieres illae¹ steriles fuere. Quenam igitur est causa? Ut cum videris virginem nostrum communem Dominum parientem, ne sis incredulus. Exerce enim hic tuos sensus, inquit, in vulva sterilium, ut, cum didiceris ligatam et emortuam vulvam divina virtute ad procreationem aperiri, inde copiosis argumentis acceptis, * non admireris audiens virginem peperisse: imo admirare *446 et obstupesce, sed ne sis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit iudaeus: Quomodo peperit virgo? Dic ei: Quomodo peperit sterilis et vetula? Duo impedimenta tunc erant, et aetas intempestiva, et natura vitata: in virgine autem unum impedimentum fuit, quod non esset particeps concubitus. Sterilis igitur iam viam parat virgini. Et ut scias propter hoc steriles prius fuisse, ut credatur virginitatis partus: audi verba Gabrielis ad Virginem dicta. Postquam enim venit et dixit *Concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum*,² obstupefacta est et admirata, dixitque:

¹ Rebecca, Sara, Rachel.

² Lc. I, 31.

« Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Τί οὖν ὁ ἄγγελος; « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοί ». Μὴ ζήτηι, φησί, φύσεως ἀκολουθίαν, ἔταν ὑπὲρ φύσιν ἢ τὰ γινόμενα· μὴ περιβλέπου γάμων ὠδίνας, ἔταν μείζων γάμου τῆς γεννήσεως ὁ τρόπος ἦ. « Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Καὶ μὴν διὰ τοῦτο ἔσται, ἐπειδὴ ἄνδρα οὐ γινώσκεις. Εἰ γὰρ ἐγύνωσκεις ἄνδρα, οὐκ ἂν κατηξιώθης ὑπηρετήσασθαι τῇ διακονίᾳ ταύτῃ. Ὡστε δι' ὁ ἀπιστεῖς, δι' αὐτὸ πίστευε. Οὐκ ἐπειδὴ κακὸν ὁ γάμος, ἀλλ' ἐπειδὴ κρείττων ἢ παρθενία· τὴν δὲ τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου εἴσοδον σεμνοτέραν ἐχρῆν εἶναι τῆς ἡμετέρας· βασιλικὴ γὰρ ἦν ἢ εἴσοδος. Ἔδει κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς γεννήσεως, καὶ ἐξηλλάχθαι τῆς ἡμετέρας. Καὶ ἀμφοτέρω ταῦτα γέγονε, καὶ ὅπως ἄκουε. Τὸ μὲν ἀπὸ μήτρας γενέσθαι, κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· τὸ δὲ χωρὶς γάμων γενέσθαι, μείζων ἢ καθ' ἡμᾶς. Καὶ τὸ μὲν ἐν γαστρὶ σχεῖν σε, τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπείας· τὸ δὲ χωρὶς μίξεως γενέσθαι τὴν κύησιν, σεμνότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ἵνα καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς σὲ μάθῃς. Καὶ σκόπει τὴν σοφίαν τῶν γινομένων. Οὐτε ἡ ὑπεροχὴ τὴν ὁμοίωσιν καὶ συγγένειαν ἐλυμήνατο, οὔτε ἡ πρὸς ἡμᾶς συγγένεια τὴν ὑπεροχὴν ἡμαύρωσεν, ἀλλ' ἐκάτερα ἐδείκνυτο διὰ τῶν πραγμάτων· καὶ τὰ μὲν ὀλόκληρα εἶχεν ἡμέτερα, τὰ δὲ ἐνηλ-

*Quomodo erit mihi istud, quia virum non cognosco?*¹ Quid igitur angelus? *Spiritus sanctus superveniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ne quaeras, inquit, naturae modum et ordinem, quando super naturam sunt quae fiunt; ne species coniugii dolores, quando maior quam in nuptiis natalium modus erit. *Et quomodo fiet istud,* inquit, *quoniam virum non cognosco?* Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna ut huic ministerio servires. Itaque ea de causa, qua dubitas, ea ipsa de causa crede. Non quia malum nuptiae, sed quia melior virginitas; hunc autem ingressum nostri omnium Domini digniorem esse oportet, quam nostrum: regius enim fuit introitus. Oportebat et communem cum nostro eius esse ortum, et diversum a nostro, et utrumque evenit. Et quomodo audi. Nam de utero prodire, hoc commune nobiscum est: absque nuptiali autem congressu nasci, supra nostram est originem. Uterum gestare te, id naturae est humanae; sine congressu uterum gestare, id natura humana sublimius, ut et praestantiam et communionem quam tecum habet ediscas. Considera autem quanta sapientia haec facta sint, neque eminentia obfuit similitudini et affinitati eius nobiscum, neque nostra affinitas et similitudo eius obscuravit excellentiam,

¹ Ibid. 34.

λαγμένα πρὸς ἡμᾶς. Ἄλλ', ὅπερ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αἱ στείραι αὐται, ἵνα πιστευθῇ τῆς Παρθένου ὁ τόκος, ἵνα αὕτη χειραγωγηθῇ πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς ὑποσχέσεως. Ἄκουσον γὰρ τί φησιν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Οὕτω, φησίν, ἔχεις τεκεῖν, καὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος τὸ πᾶν ἔσται. Μὴ τοίνυν βλέπε πρὸς τὴν γῆν· ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἡ ἐνέργεια ἔρχεται. Τοῦ Πνεύματός ἐστι χάρις τὸ γινόμενον· μὴ ζῆτει φύσεως ἀκολουθίαν, μὴ κατὰ νόμους καὶ γάμον. Ἄλλ' ἐπειδὴ μείζονα ταῦτα ἦν ἐκείνης τὰ ῥήματα, βούλεται καὶ ἐτέραν αὐτῇ παρασχεῖν ἀπόδειξιν.

3. Σὺ δέ μοι σκόπει, ἀγαπητέ, πῶς ἡ στείρα αὐτὴν χειραγωγεῖ πρὸς τὴν πίστιν τοῦ τόκου. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα ἀπόδειξις μείζων ἦν τῆς διανοίας τῆς παρθένου, ἄκουσον πῶς καὶ ἐπὶ τὰ ταπεινότερα κατήγαγε τὸν λόγον, διὰ τῶν αἰσθητῶν αὐτὴν χειραγωγῶν. « Καὶ ἰδοῦ, φησίν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὕτη συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἔκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρα ». Διὰ τὴν * παρθένον πάντως παρήγαγε καὶ *447 τὴν στείραν· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν παρήγαγεν αὐτῇ τὸν τόκον τῆς συγγενοῦς καὶ τίνος ἕνεκεν ἔλεγε « Τῇ καλουμένῃ στείρα »; Διὰ πάντων χειραγωγῶν αὐτὴν πρὸς τὸ πιστεῦσαι τῷ εὐαγγελισμῷ. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἡλικίαν εἶπε, καὶ

sed operibus utrumque ostensum est: aliaque perfecte nobis similia habuit, alia a nobis diversa. Verum, ut dixi, propter hoc steriles fuerunt istae, ut crederetur virginitatis partus, ut ipsa induceretur ad fidem promissionis. Audi enim quid dicit angelus Dei: *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*.¹ Sic, inquit, poteris parere. Totum operatione Spiritus erit. Ne igitur spes in terram, e coelis operatio venit. Spiritus gratiae est quod fit ne quaeras naturae modum, ne secundum nuptiarum leges intelligas. Verum quoniam maiora sunt verba haec, quam ut illa caperet, vult et aliam ei praebere demonstrationem.

3. Tu autem, dilecte, attende quomodo sterilis istam manu-
cat ad fidem partus. Quoniam prior demonstratio maior erat cogitatione virginis, audi quomodo et humiliorem sermonem afferat, per sensibilia ipsam manu-ducens. *Et ecce, inquit, Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est ei quae vocatur sterilis*.² Vides ut sterilis propter virginem in medium sit adducta? * Alioquin cuius rei gratia retulisset partum cognatae, cuius item gratia dixisset, *Quae vocatur sterilis*? Plane per omnia *447 deducebat eam ad credendum annuntiationi: propterea et tempus

¹ Ibid.

² Lc. I, 36.

τὴν πῆρωσιν τῆς φύσεως· διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον ἀνέμεινε τῆς κήσεως. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῇ εὐθέως εὐηγγελίσαστο, ἀλλ' ἐξαμηνιαίου διελθόντος χρόνου, ἵνα ὁ τῆς γαστροῦ ὄγκος τὴν κήσιν ἐγγυησάμενος σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν παράσχη τῆς συλλήψεως. Καὶ θέα μοι τοῦ Γαβριὴλ τὴν σύνεσιν. Οὐκ ἀνέμνησεν αὐτὴν τῆς Σάρβρας, οὐδὲ τῆς Ῥεβέκκας, οὐδὲ τῆς Ῥαχὴλ. Τίνος ἔνεκεν καὶ διὰ τί; Καὶ αὐταὶ γὰρ στεῖραι ἦσαν, καὶ γεγηρακυῖαι, καὶ πολὺ καὶ ἐν αὐταῖς τὸ θαῦμα ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα ταῦτα παλαιὰ ἦν τὰ διηγήματα, ἐπὶ τὸ πρόσφατον αὐτὴν ἄγει, ἵνα διαναστήσῃ αὐτῆς τὴν διάνοιαν.

COMMENTARIUS IN IOANNIS EVANGELIUM (389)

PG
59, 130

Homilia XXI (al. XX), 2. [...] Πόθεν οὖν ἐπῆλθε τῇ μητρὶ μέγα τι φαντασθῆναι περὶ αὐτοῦ; φησὶν. Ἀποκαλύπτεσθαι λοιπὸν ἤρχετο, καὶ ἐξ Ἰωάννου κατὰδηλος ἦν, καὶ ἀπὸ τῶν πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰρημένων αὐτῶ· καὶ πρὸ τούτων δὲ ἀπάντων, αὐτῇ ἢ σύλληψις, καὶ τὰ μετὰ τὴν γέννησιν γενόμενα πάντα, μεγίστην αὐτῇ περὶ τοῦ παιδὸς ἐνέθηκε τὴν ὑπόνοιαν. Ἦκουσε γάρ, φησί, πάντα τὰ περὶ τοῦ παιδός. «Καὶ συνετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς». Τίνος οὖν ἔνεκεν, φησὶν, οὐ πρὸ τούτου ταῦτα ἔλεγεν; Ὅτι, ὅπερ ἔφην, τότε λοιπὸν ἀρχὴν τοῦ φανεροῦσθαι ἐλάμβανε. Πρὸ μὲν γὰρ τούτου ὡς τῶν πολλῶν εἶς ὢν, οὕτω διῆγεν· ὅθεν οὐδὲ ἐθάρρει τοιοῦτόν τι πρὸς αὐτὸν ἢ μήτηρ

741

dixit, et naturae sterilitatem: propterea et tempus distulit conceptionis. Non enim statim a principio ei annuntiatum est, sed praeterito tempore semestri, ut uteri sarcina conceptionem doceret. Et vide quanta Gabriel utitur solertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Sarram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quare et quam ob causam? Nam hae quoque fuerunt steriles, et vetulae, et magnum miraculum in illis fuit: sed quia omnes hae narrationes antiquae erant, adducit eam ad id quod nuper contigerat, ut mentem eius ad credendum provocaret.

PG
59, 130

Homilia XXI (al. XX), 2. [...] Quomodo igitur matri in mentem subiit, inquires, magnum quid de illo existimare? Manifestari iam coeperat, et ex Ioannis testimonio, et ex iis quae discipulis ipse dixerat: ante haec autem omnia, ipsa conceptio, et quae in natali eius gesta sunt, magnam matri circa filium existimationem indebant. Audivit enim, inquit, omnia de puero *et conservabat in corde suo*.¹ Sed cur, inquires, non id antea dixit? Quia, ut dixi, tunc coepit in publicum prodire. Antehac enim tamquam unus e vulgo versabatur: quapropter non audebat mater tale quidpiam ipsi dicere. Ubi autem

741

¹ Lc. II, 51.

εἰπεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἤκουσεν, ὅτι Ἰωάννης δι' αὐτὸν ἦλθε, καὶ ὅτι αὐτῷ ἐμαρτύρησεν ἄπερ ἐμαρτύρησε, καὶ ὅτι μαθητὰς ἔσχε, τότε λοιπὸν θαρρόυσα παρκαλεῖ, καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει· «Οἶνον οὐκ ἔχουσιν». Ἐβούλετο γὰρ καὶ ἐκεῖνοις καταθέσθαι χάριν, καὶ ἑαυτὴν λαμπροτέραν ποιῆσαι διὰ τοῦ παιδός. Καὶ τάχα τι καὶ ἀνθρώπινον ἔπασχε, καθάπερ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, λέγοντες· «Δεῖξον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ», βουλόμενοι τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων δόξαν καρπώσασθαι. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς σφοδρότερον ἀπεκρίνατο, λέγων· «Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; Οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου». Ἐπεὶ ὅτι σφόδρα ἠδεῖτο τὴν τεκοῦσαν, ἤκουσεν τοῦ Λουκᾶ διηγουμένου πῶς ὑποτεταγμένος τοῖς γονεῦσιν ἦν, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου τοῦ εὐαγγελιστοῦ δεικνύντος, πῶς αὐτῆς προενόησε καὶ παρ' αὐτὸν τοῦ σταυροῦ τὸν καιρόν. Ἐνθα μὲν γὰρ ἂν μηδὲν ἐμποδίζωσι, μηδὲ παρεγκόπτωσί τι τῶν κατὰ Θεὸν πραγμάτων οἱ γονεῖς, ἀναγκαῖον εἶκειν καὶ ὀφειλόμενον, καὶ τὸ μὴ τοῦτο ποιεῖν, κίνδυνος μέγας· ὅταν δὲ ἀκαίρως τι ζητῶσι καὶ ἐγκόπτωσί τι τῶν πνευματικῶν, οὐκ ἀσφαλὲς πείθεσθαι. Διὸ καὶ ἐνταῦθα οὕτως ἀπεκρίνατο, καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· «Τίς ἐστὶν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;» Οὐδέπω γὰρ ἦν ἐχρῆν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον· ἀλλ' ἐπειδὴ * ὠδινεν αὐτόν, ἠξίου κατὰ τὴν λοιπὴν τῶν *131 μητέρων συνήθειαν, οὕτως ἅπαντα ἐπιτάττειν αὐτῷ, δέον ὡς Δεσπότην σέ-

audivit Ioannem propter ipsum venisse, ac de illo tale testimonium perhibuisse, discipulos ipsum habere, tunc demum cum fiducia rogat illum et deficiente vino dicit: *Vinum non habent*. Volebat enim et illos beneficio devincire, seque splendidiorem per filium reddere. Et forte humanum quidpiam passa est, ut et fratres eius qui dicebant: *Ostende teipsum mundo*,¹ quod vellent ex miraculis sibi gloriam comparare. Ideo sic illi asperius respondit: *Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea*. Nam quod admodum matrem veneraretur, audi Lucam narrantem quam subditus esset parentibus, necnon evangelistam dicentem quantam illius curam in cruce * habuerit. Ubi enim parentes rem divinam non impediunt neque prohibent, cedendum ipsis est; et si secus fiat, periculum magnum est: cum autem a nobis intempestive quidpiam postulant, nobisque officiant in spiritualibus, non tutum est ipsis obsequi. Ideoque hic ita respondet, et alibi rursus: *Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?*² Nondum enim eam quam par erat de ipso opinionem habebant; sed quia ipsum pepererat, matrum more putabat se illi posse omnia praecipere, quae illum ut Dominum colere et adorare debuisset: ideo tunc ita respondit. Cogites velim, quid illud erat,

¹ Io. VII, 4.

² Marc. III, 33.

βειν καὶ προσκυνεῖν. Διὰ τοῦτο οὖν τότε οὕτως ἀπεκρίνατο. Ἐννόησον γὰρ οἶον ἦν παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ δήμου περισπωτός αὐτόν, καὶ τοῦ πλήθους τῆς ἀκροάσεως ἐκκρεμαμένου, καὶ τῆς διδασκαλίας προτεθείσης, ἐκείνην παρελθοῦσαν μέσσην, ἀπαγαγεῖν μὲν αὐτὸν παραινέσεως, ἴδια δὲ διαλέγεσθαι, μηδὲ ἔνδον ἀνέχεσθαι ἐλθεῖν, ἀλλ' ἔλκειν αὐτὸν ἔξω μόνον πρὸς ἑαυτήν. Διὰ τοῦτο ἔλεγε· «Τίς ἐστὶν ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου;» οὐχ ὑβρίζων τὴν γεγεννηκυῖαν· ἄπαγε· ἀλλ' ὠφελῶν τὰ μέγιστα, καὶ οὐκ ἀφίεις ταπεινὰ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν. Εἰ γὰρ τῶν ἄλλων ἐκήδετο, καὶ πάντα ἔπραττεν ὥστε ἐνθεῖναι αὐτοῖς τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ μητρὸς. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν καὶ ἀκούσασαν παρὰ τοῦ παιδὸς μὴ βούλεσθαι μηδὲ οὕτω πεισθῆναι, ἀλλ' ἀξιοῦν ἑαυτὴν πανταχοῦ τῶν πρωτείων, ἅτε μητέρα οὔσαν· διὰ τοῦτο οὕτως ἀπεκρίνατο πρὸς τοὺς εἰπόντας. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἑτέρως αὐτὴν ἀνήγαγεν ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως ταύτης πρὸς τὸ ὕψος ἐκεῖνο, εἰ προσεδόκα ὡς παρὰ παιδὸς αἰεὶ τιμηθῆσεσθαι, ἀλλὰ μὴ ὡς Δεσπότην ἤξειν αὐτόν. Καὶ ἐνταῦθα μὲν οὖν ταύτης ἕνεκεν τῆς προφάσεως ἔλεγε· «Τί ἐμοὶ καὶ σοί, ὦ γύναι;» Καὶ δι' ἑτέραν δὲ ἀναγκαίαν αἰτίαν οὐχ ἤττον. Ποίαν δὲ ταύτην; Ὡστε μὴ ὑποπτειθῆναι τὰ γινόμενα θαύματα. Παρὰ γὰρ τῶν δεομένων παρακληθῆναι ἔχοῦν, οὐ παρὰ τῆς μητρὸς. Τί δήποτε; Ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν οἰκείων παρακλήσεως γινόμενα, καὶ μεγάλα ἦ, προσίσταται τοῖς

circumstante populo, totaque turba ipsum intentis animis audiente, doctrinamque percipiente, illam in medium accedentem a concione ipsum abducere, ut seorsim alloqueretur: non domum ingredi, sed foras ipsum solum educere. Idcirco dicebat ille *Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?* non matrem contumelia afficiens, absit; sed ipsi optime consulens, nec sinens eam vile quidpiam et abiectum de se existimare. Nam si aliorum curam gerebat, nihilque non agebat ut congruentem de se opinionem illis ingereret, multo magis erga matrem id agebat. Quia enim verisimile est, cum talia audisset a filio, noluisse tamen obtemperare, sed primas sibi semper vindicasse partes, utpote matrem, ideo sic ille respondit. Neque enim illam ab humili opinione ad sublimiorem sententiam erexisset, si semper exspectasset illa, se ab ipso tamquam a filio honorandam, neque ipsum ut Dominum habituram esse. Hac ergo de causa sic tunc loquebatur: *Quid mihi et tibi est, mulier?* Alia quoque causa non minus necessaria afferri potest. Quatenam illa? Ne gesta miracula in suspicionem venirent: ab indigentibus enim, non a matre rogan- dus erat. Quare? Quia illa quae cognatorum precibus impetrantur, licet magna, non ita grata sunt praesentibus ut plurimum: cum

ὄρῳσι πολλάκις· ὅταν δὲ οἱ χρεῖαν ἔχοντες, οὗτοι δέωνται, ἀνύποπτον τὸ θαῦμα γίνεται, καὶ καθαρὸς ὁ ἔπαινος, καὶ πολλή ἡ ὠφέλεια.

3. Καὶ γὰρ ἰατρὸς εἶ τις ἄριστος, εἰς οἰκίαν καμνόντων πολλῶν εἰσελθὼν, παρὰ μὲν τῶν ἀρρώστωντων μηδὲν ἀκούει μηδὲ τῶν προσηκόντων ἐκείνους, ὑπὸ δὲ τῆς οἰκείας μητρὸς παρακαλοῖτο μόνης, ὑποπτός τε παρὰ τοῖς κάμνουσιν ἔσται καὶ ἐπαχθής, καὶ οὔτε τῶν κειμένων, οὔτε τῶν παρεστώτων αὐτοῖς οἰήσεται τις αὐτὸν μέγα τι καὶ γενναῖον ἐπιδείξασθαι δύνασθαι. Διὸ καὶ τότε ἐπετίμησε, λέγων· «Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι;» παιδεύων αὐτὴν εἰς τὸ μέλλον μηκέτι τὰ τοιαῦτα ποιεῖν. Ἔμελε γὰρ αὐτῷ καὶ τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, πολλῶ δὲ πλεόν τῆς σωτηρίας τῆς κατὰ ψυχὴν, καὶ τῆς τῶν πολλῶν εὐεργεσίας, δι' ἣν καὶ τὴν σάρκα ὑπέδου. Οὐ τοίνυν ἀπαυθαδιαζόμενος πρὸς τὴν μητέρα ταῦτα τὰ ῥήματα ἦν, ἀλλ' οἰκονομίας πολλῆς ῥυθμιζούσης αὐτὴν τε ἐκείνην, καὶ τὰ θαύματα μετὰ τῆς προσηκούσης γενέσθαι παρασκευαζούσης ἀξίας. Ἐπεὶ ὅτι σφόδρα αὐτὴν ἐτίμα, καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων αὐτὸ τοῦτο τὸ δοκοῦν ἐπιτιμητικῶς εἰρήσθαι, μάλιστα ἱκανὸν ἐμφῆναι. Τῷ γὰρ δυσχερᾶναι ἔδειξεν ὅτι σφόδρα αὐτὴν δυσωπεῖται. Πῶς δὲ καὶ τίνι τρόπῳ, τῇ ἐξῆς τοῦτο ἐροῦμεν. Ταῦτα οὖν ἐνοῶν, καὶ ὅταν ἀκούσης γυναικὸς τινος λεγούσης· * «Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας» *¹³² εἶτα αὐτοῦ ἀποκρινομένου· «Μενοῦν γε μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς μου»· ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης ἀκχεῖνα εἰρήσθαι νόμιζε τὰ ῥήματα.

autem indigentes ipsi supplicant, tunc miraculum suspicione vacat, purae laudes sunt, magna utilitas.

3. Etenim si quis optimus medicus in aegrorum complurium domos ingressus, ab aegrotis vel adstantibus nihil audiat, sed a matre tantum rogetur, hinc suspectus et molestus aegris erit, ac neque aegri, neque adstantes magnum quidpiam ab illo exspectabunt. Ideo tunc increpavit dicens: *Quid mihi et tibi est, mulier?* monens illam ne simile quidpiam in posterum ageret. Curae namque illi erat maternus honor, multoque magis illius salus, et multis praestanda beneficia, pro quibus carnem induerat. Haec itaque verba non erant arroganter matrem alloquentis, sed dispensationis, qua et illam institueret, et miracula cum dignitate fieri provideret. Nam quod magno illam in honore haberet, vel hoc ipsum, ut caetera taceam, quod illam increpare videatur, probare potest, indignatioque ipsa magnam prae se fert reverentiam. Quonam autem pacto, in sequenti concione dicemus. Haec itaque cogitans, cum audieris mulierem quamdam * dicentem *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti,*¹ illumque respondentem *Quinimmo beati qui*

¹ Lc. XI, 27.

Οὐ γὰρ ἀπωθουμένου τὴν μητέρα ἢ ἀπόκρισις ἦν, ἀλλὰ δεικνύντος ὅτι οὐδὲν αὐτὴν ὁ τόκος ὤνησεν ἄν, εἰ μὴ σφόδρα ἦν ἀγαθὴ καὶ πιστὴ. Εἰ δὲ τὴν Μαρίαν οὐδὲν ὠφελεῖ χωρὶς τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς, τὸ γεννηθῆναι παρ' αὐτῆς τὸν Χριστόν· πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς κἂν πατέρα, κἂν ἀδελφόν, κἂν παῖδα ἔχωμεν ἐνάρετον καὶ γενναῖον, αὐτοὶ δὲ πόρρω ὤμεν τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου, οὐδὲν τοῦτο ὠφελῆσαι δυνησεται. « Ἀδελφός γάρ, φησὶν ὁ Δαυΐδ, οὐ λυτροῦται, λυτρῶσεται ἄνθρωπος; » Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἐτέρῳ, ἀλλ' ἐν μόνοις τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν δεῖ. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἐμελλεν ὠφελῆσειν καθ' ἑαυτὸ τὴν παρθένον, ὠφέλησεν ἂν καὶ Ἰουδαίους (συγγενῆς γὰρ ἦν αὐτῶν κατὰ σάρκα ὁ Χριστός), ὠφέλησεν ἂν καὶ τὴν πόλιν ἐν ἣ ἐτέχθη, ὠφέλησεν ἂν καὶ τοὺς ἀδελφούς.

PG
59, 133

Homilia XXII, 1. [...] Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἡμῖν καὶ τήμερον πρόκειται ζήτημα. Τῆς γὰρ μητρὸς τοῦ Ἰησοῦ εἰπούσης, ὅτι « Οἶνον οὐκ ἔχουσιν », ὁ Χριστός φησι « Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου » καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔπραξεν ὅπερ εἶπεν ἡ μήτηρ. Τοῦτο δὲ τοῦ προτέρου οὐκ ἔλαττον ἐστὶν εἰς ζητήσεως λόγον. Αὐτὸν οὖν τοῦτον παρακαλέσαντες τὸν τὸ θαῦμα ἐργασάμενον, οὕτως ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν λύσιν. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα τοῦτο μόνον εἴρηται, ἀλλὰ καὶ προῖων ὁ αὐτὸς φαίνεται εὐαγγελιστῆς λέγων· Οὐκ ἠδύναντο αὐτὸν

742

*faciunt voluntatem Patris mei;*¹ eadem sententia haec dicta esse existimato. Non enim matrem repellentis responsio est, sed declarantis, nihil ipsi profuturum fuisse partum, nisi admodum proba fidelisque fuisset. Si porro Mariae nihil proderat quod Christum genuisset, nisi virtute interiore praedita fuisset, multo minus nobis proderit probitatis expertibus, si patrem, si fratrem, si filium probum et virtute praeditum habeamus, si nos eius virtute procul fuimus: ait quippe David: *Frater non redimit, redimet homo?*² In nullo quippe alio, nisi bonis operibus, post Dei gratiam spes salutis habenda. Nam si partus ad id profuturus Virgini erat, profuturum quoque Iudaei erat, quod Christi secundum carnem cognati essent, profuturum item civitati in qua natus erat, profuturum etiam fratribus.

PG
59, 133

Homilia XXII, 1. [...] Neque enim parva nobis hodie proponitur quaestio. Matre namque Iesu dicente *Vinum non habent*, cum respondisset Christus *Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea;* cum id, inquam, respondisset, quod volebat mater effecit. Haec non minor priore quaestio est. Illo igitur invocato qui hoc miraculum operatus est, sic ad solutionem properemus. Non hic solum autem hoc dictum occurrit; ipse namque evangelista in se-

742

¹ Lc. XI, 28.² Ps. XLVIII, 8.

πιάσαι, « Ὅτι οὐπω ἤκει ἡ ὥρα αὐτοῦ »· καὶ πάλιν· « Οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὐπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ »· καὶ πάλιν· « Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν Υἱόν ». Ταῦτα πάντα δι' ὅλου τοῦ Εὐαγγελίου εἰρημένα ἐνταῦθα συνήγαγον, ἵνα πᾶσι μίαν ἐπαγάγω τὴν λύσιν. Τίς ποτ' οὖν ἐστὶ τῶν λεγομένων ἡ λύσις; Οὐκ ἀνάγκη καιρῶν ὁ Χριστὸς ὑποκείμενος, οὐδὲ ὥρας παρατηρήσει, ἔλεγεν· « Οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου »· (πῶς γὰρ ὁ τῶν καιρῶν ποιητής, καὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰῶνων δημιουργός); ἀλλὰ διὰ τῶν οὕτως εἰρημένων τοῦτο δηλῶσαι βούλεται, ὅτι πάντα μετὰ καιροῦ τοῦ προσήκοντος ἐργάζεται, οὐχ ὁμοῦ πάντα ποιῶν· ἐπεὶ σύγχυσις τις ἐμελλεν ἔσσεσθαι καὶ ἀταξία ἐντεῦθεν, εἰ μὴ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἕκαστον ἐδημιούργει, ἀλλ' ὁμοῦ πάντα ἔφυρε, καὶ γέννησιν, καὶ ἀνάστασιν, καὶ κρίσιν. Σκόπει δέ· Ἐδεῖ γενέσθαι τὴν κτίσιν, ἀλλ' οὐχ ὁμοῦ πᾶσαν· καὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ μετὰ τῆς γυναικός, ἀλλ' οὐδὲ τούτους ὁμοῦ. Ἐδεῖ θανάτῳ καταδικασθῆναι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἀνάστασιν γενέσθαι, ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον ἑκατέρων. Ἐχρῆν δοθῆναι τὸν νόμον, ἀλλ' οὐχ ὁμοῦ καὶ τὴν χάριν, * ἀλλ' ἕκαστα καιροῖς *134 τοῖς προσήκουσιν οἰκονομεῖσθαι. Οὐ τοίνυν ὁ Χριστὸς ὑπέκειτο τῇ τῶν καιρῶν ἀνάγκῃ, ὅς καὶ τοῖς καιροῖς μάλιστα τάξιν ἐπέθηκεν, ἐπεὶ καὶ ποιητῆς αὐτῶν ἐστίν. Ἄλλ' Ἰωάννης ἐνταῦθα τὸ « Οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου », εἰσάγει

quentibus dicit. Non potuerunt eum apprehendere quia nondum venerat hora eius.¹ Et iterum: Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.² Ac rursus: Venit hora: glorifica Filium tuum.³ Haec omnia per totum Evangelium dicta hic collegi, ut unam omnibus solutionem afferam. Quenam est illa solutio? Non temporum necessitati subiectus erat Christus, neque horas observans dicebat: *Nondum venit hora mea*: (an id observaret temporum Opifex, annorum et saeculorum Creator?) verum per haec dicta hoc vult significare, se omnia congruenti tempore operari, nec simul facere ne hinc rerum ordo turbaretur, si non opportuno tempore singula ederet, sed omnia simul misceret, generationem, resurrectionem, iudicium. Hic animum adhibe: oportuit creaturam facere, sed non omnem simul; hominem et mulierem, sed non una ambos. Oportuit morte damnari humanum genus, et resurrectionem fieri; sed multum inter utrumque intervallum erat. Oportuit dari legem, sed non simul gratiam: verum singula suis temporibus dispensanda. Non suberat ergo Christus temporum necessitati, ut qui temporibus * suum ordinem assignavisset, eorum nempe creator. Sed Ioannes *134

¹ Io. VIII, 20.

² Io. VII, 30.

³ Io. XVII, 1.

τὸν Χριστὸν λέγοντα, δεικνὺς ὅτι οὐπω δῆλος ἦν τοῖς πολλοῖς, καὶ ὅτι οὐδὲ τῶν μαθητῶν τὸν χορὸν πάντα εἶχεν, ἀλλ' Ἀνδρέας αὐτῷ ἠκολούθει καὶ μετ' αὐτοῦ Φίλιππος, ἄλλος δὲ οὐδεὶς· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὗτοι πάντες ὡς ἐχρῆν αὐτὸν ἐγίνωσκον, οὐδὲ ἡ μήτηρ, οὐδὲ οἱ ἀδελφοί. Μετὰ γὰρ τὰ πολλὰ θαύματα τοῦτο περὶ τῶν ἀδελφῶν ἔφησεν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι «Οὐδὲ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν». Ἄλλ' οὐδὲ οἱ ἐν τῷ γάμῳ αὐτὸν ᾔδεισαν· ἡ γὰρ ἂν αὐτοὶ προσῆλθον καὶ παρεκάλεσαν, ἐν χρεῖᾳ καταστάντες. Διὰ τοῦτό φησιν· «Οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου». Οὐδέπω γνώριμός εἰμι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἴσασιν ὅτι ὑστέρησεν ὁ οἶνος. Ἔασον αὐτοὺς αἰσθέσθαι τοῦτο πρῶτον. Οὐδὲ γὰρ παρὰ σοῦ ταῦτά με ἀκούειν ἐχρῆν. Μήτηρ γὰρ εἶ, καὶ τὸ θαῦμα ὑποπτον ποιεῖς. Ἐχρῆν δὲ τοὺς δεομένους προσελθεῖν, καὶ δεηθῆναι, οὐκ ἐπειδὴ τούτου χρῆζω, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ τὸ γινόμενον μετὰ πολλῆς δέξωνται τῆς συγκαταθέσεως. Ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς ὅτι ἐν χρεῖᾳ καθέστηκεν, ἐπειδὴν τύχη ὦνπερ αἰτεῖ, πολλὴν ἔχει τὴν χάριν· ὁ δὲ τῆς χρεῖας μὴ λαβὼν αἰσθησιν, οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας σαφῆ καὶ τρανὴν αἰσθησιν λήψεται. Καὶ τίνος, φησίν, ἔνεκεν εἰπὼν· «Οὐπω ἤκει ἡ ὥρα μου», καὶ παραιτησάμενος, ἔπραξεν ὅπερ εἶπεν ἡ μήτηρ; Μάλιστα μὲν, ὥστε καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι, καὶ ὥρα αὐτὸν ὑποκεῖσθαι νομίζουσιν, ἱκανὴν γενέσθαι ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ὑποκεῖσθαι αὐτόν

hic Christum dicentem inducit: *Nondum venit hora mea*, ostendens ipsum nondum notum fuisse multis, neque totum discipulorum chorum habuisse; sed Andreas cum sequebatur cum Philippo, nullusque alius: imo vero neque hi omnes ipsum uti par erat cognoscebant, neque mater ipsa, neque fratres. Nam post multa edita miracula de fratribus dicit evangelista: *Neque fratres eius credebant in eum*.¹ Sed neque illi qui nuptiis aderant, ipsum noverant: alioquin enim accessissent, et in necessitate rogassent illum. Ideo ait: *Nondum venit hora mea*. Nondum notus sum praesentibus, sed neque sciunt illi vinum deficere. Sine, donec id sentiant. Neque enim haec me a te audire oportuit. Mater quippe es, et miraculum reddis suspectum. Oportebat illos indigentes accedere et precari; non quod ea re opus habeam, sed ut ipsi cum magno consensu miraculum gestum acciperent. Nam qui se in necessitate constitutum novit, cum petita consequitur, magnam habet gratiam; qui vero necessitatem nondum advertit, neque beneficii clare sensum recipiet. Et cur, inquires, postquam dixerat: *Nondum venit hora mea*, et recusaverat, id quod mater dixerat effecit? Ut contradicentibus, et putantibus ipsum horae subiectum esse, demonstraretur ipsum non esse horae et tempori subditum. Nam si subditus horae fuisset,

¹ Io. VII, 5.

ώρα. Εἰ γὰρ ὑπέκειτο, πῶς ἂν τῆς προσηκούσης ὥρας μὴ παραγενομένης ἔπραξεν ἂν ὕπερ ἔπραξεν; Ἐπειτα δὲ καὶ τιμῶν τὴν μητέρα, ἵνα μὴ διαπαντός ἀντιλέγειν αὐτῇ δόξῃ, ἵνα μὴ ἀσθενείας λάβῃ δόξαν, ἵνα μὴ αἰσχύνῃ τὴν τεκοῦσαν, παρόντων τοσοῦτων· καὶ γὰρ προσήγαγεν αὐτῷ τοὺς διακόνους. Ἐπεὶ καὶ τῇ Χαναναίᾳ λέγων· «Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις», ἔδωκε μετὰ τὸ εἰπεῖν, τὴν προσεδρεῖαν αὐτῆς αἰδεσθεῖς. Καίτοι γε μετ' ἐκείνου καὶ τοῦτο εἶπεν, ὅτι «Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ»; ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐθεράπευσε τὸ θυγάτριον τῆς γυναικός.

2. Ἐντεῦθεν μαθάνομεν, ὅτι ἂν ἀνάξιοι ὦμεν, πολλάκις τῇ προσεδρεῖα ποιῶμεν ἀξίους ἑαυτοὺς τοῦ λαβεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ μήτηρ καὶ παρέμενε, καὶ σοφῶς τοὺς διακόνους προσῆγεν, ὥστε παρὰ πλειόνων γενέσθαι τὴν αἰτησιν. Διὰ τοῦτο καὶ προσέθηκε τό· «Ὅ τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε». Ἥδει γὰρ ὅτι οὐκ ἀσθενείας ἢ παραίτησις ἦν, ἀλλὰ τοῦ ἀκομπάστου, καὶ τοῦ μὴ δόξαι ἀπλῶς ἐπιβρίπτειν ἑαυτὸν τῷ θαύματι· διὸ καὶ τοὺς διακόνους προσῆγεν.

743

Homilia XXVI (al. XXV), 1. [...] Πῶς οὖν, ἴσως εἴποι ἂν τις, ἡ τοῦ Κυρίου σὰρξ ἐτέχθη; Οὐκ ἀπὸ Πνεύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ * σαρκός. Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· «Γενόμενος ἐκ γυναικός, γενόμενος

PG
59, 153
*154

quomodo congruente nondum adveniente hora id opus peregisset? Ad haec in matris honorem id fecit, ne omnino ipsi repugnare videretur, ne ex imbecillitate id facere videretur, ne tanto adstante coetu matrem pudore afficeret: nam ministros ipsi obtulerat. Siquidem postquam Chananaeae dixerat: *Non est bonum sumere panem filiorum, et dare canibus*,¹ dedit tamen postea, eius assiduitate permotus. Atqui etiam dixerat: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israël*;² postquam tamen haec dixerat, filiam eius liberavit.

2. His discimus, nos etsi indignos, assiduitate tamen nos saepe dignos reddere qui accipiamus. Idecirco mater et exspectavit, et sapienter ministros admovit, ut a pluribus rogaretur. Ideo addidit: *Quodcumque dixerit vobis facite*. Noverat enim ipsum non ex imbecillitate renuisse, sed quod fastum fugeret, nolletque se ad miraculum patrandum statim proicere; ideoque ministros adduxit.

743

Homilia XXVI (al. XXV), 1. [...] Quomodo ergo, dixerit forte quispiam, Domini, caro nata est? Non a Spiritu tantum, sed etiam a carne; quod Paulus his verbis significat: *Factum ex muliere, factum*

PG
59, 154¹ Matth. XV, 26.² Matth. XV, 24.

ὑπὸ νόμον». Τὸ μὲν γὰρ Πνεῦμα αὐτὸν διέπλασεν οὕτως, οὐ μὴν ἐξ οὐκ ὄντων· ἐπεὶ τί ἔδει τῆς μήτρας; ἀλλ' ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς παρθενικῆς· τὸ δέ, πῶς, οὐ δύναμαι ἐρμηνεύειν. Τοῦτο δὲ γέγονεν, ἵνα μὴ τις ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας εἶναι νομίση φύσεως τὸ τιχτόμενον. Εἰ γὰρ τούτου γενομένου εἰσὶ τινες οἱ διαπιστοῦσι τῇ τοιαύτῃ γεννήσει, εἰ μὴ τῆς σαρκὸς ἐκοινωνήσῃ τῆς παρθενικῆς, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσαν ἀσεβείας οὗτοι;

PG
59, 155

2. [...] Καὶ ὁ Ἰσαὰκ δὲ τύπος ἦν τῆς γεννήσεως ταύτης. Εἰπέ γάρ, ὦ Νικόδημε, πῶς ἐκεῖνος ἐτέχθη; ἄρα νόμῳ φύσεως; Οὐδαμῶς. Οὕτω μέσος ὁ τρόπος ταύτης κἀκείνης τῆς γεννήσεως οὗτος ἦν· ἐκείνης μὲν, ὅτι ἐκ συνουσίας· ταύτης δέ, ὅτι οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐτέχθη. Ἐγὼ δὲ δείκνυμι ὅτι οὐ ταύτην μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ παρθένου προανεφώνουν οὗτοι οἱ τρόποι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἂν τις ῥαδίως ἐπίστευσεν ὅτι παρθένος τίκει, στεῖραι προέλαβον, εἶτα οὐ στεῖραι μόνον, ἀλλὰ καὶ γεγηρακυῖαι. Καίτοι τῆς στεῖρας πολὺ θαυμαστότερον τὸ ἀπὸ πλευρᾶς γενέσθαι γυναικᾶ· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνο ἀρχαῖον ἦν καὶ παλαιόν, πάλιν ἄλλος γίνεται τρόπος νέος καὶ πρόσφατος, ὁ τῶν στεειρῶν, προοδοποιῶν τῇ πίστει τῆς παρθενικῆς ὠδίνος. Τούτων οὖν αὐτὸν ἀναμιμνήσκων, ἔλεγε· «Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;»

744

PG
59, 296

Homilia LIV (al. LIII), 3. [...] Προσέχωμεν τοίνυν ταῖς Γραφαῖς,

745

sub lege.¹ Spiritus enim illam sic formavit, non ex nihilo: nam quid opus fuisset vulva? Sed ex virginea carne: quomodo autem, non possum explicare. Illud porro factum est, ne quis alienum a natura nostra partum illum existimaret. Nam si re sic gesta, sunt tamen quidam qui talem non credunt generationem; nisi virginalis carnis particeps fuisset, quo non prorupissent impietatis?

PG
59, 155

2. [...] Et Isaac quoque figura erat huius generationis. Dic enim, o Nicodeme, quomodo natus ille est? An lege naturae? Nequaquam: ergo quidam medius inter hanc et illam generationem modus erat, illa enim ex concubitu est, hic vero non ex sanguinibus natus est. Ego vero demonstrabo, non hanc modo generationem, sed et illam ex Virgine, hisce modis praenuntiatam fuisse. Quia enim nemo facile crediturus erat virginem parere, steriles primum, deinde non modo steriles, sed etiam anus pepererunt: quamvis longe mirabilius sit, ex costa mulierem fieri; verum quia illud antiquissimum erat, alius pariendi novus modus sequutus est, nempe sterillum, qui virginalis partus fidem antecessit. Haec ergo Nicodemo in memoriam revocans dicebat: *Tu es magister in Israël, et haec ignoras?*²

744

PG
59, 296

Homilia LIV (al. LIII), 3. [...] Scripturis ergo animum adhibea-

745

¹ Gal. IV, 4.

² Io. III, 10.

ἀγαπητοί· καὶ μηδὲν ἕτερον, τὰ γοῦν εὐαγγέλια περισπούδαστα ἡμῖν γινέσθω, καὶ ταῦτα μεταχειριζώμεθα. Εὐθέως γάρ, ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα ὄψει ἐγκείμενον, καὶ ἀκούσῃ εὐθέως λέγοντος· «Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις ἦν οὕτω. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου». Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούων, ἐπιθυμήσει παρθενίας εὐθέως, θαυμάζεται τὸν τόκον, ἀπαλλαγῆσεται τῆς γῆς. Οὐ μικρὰ καὶ ταῦτα, ὅταν ἴδῃς καὶ Πνεύματος καταξιωμένῃ τὴν παρθένον, καὶ ἄγγελον αὐτῇ διαλεγόμενον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ ἐπιπολῆς· εἰ δὲ ἐπιμείνης μέχρι τέλους ἐπιών, πάντα εὐθέως διαπτύσεις τὰ βιωτικά, πάντων καταγέλαση τῶν ἐνταῦθα· κἂν πλούσιος ᾖς, οὐδὲν ἡγήσῃ τὸν πλοῦτον, ἀκούσας ὅτι τέκτονος οὕσα ἐκείνη καὶ ταπεινῆς οἰκίας, μήτηρ τοῦ Δεσπότη σου γέγονε· κἂν πένης ᾖς, οὐκ ἐπαισχυνθήσῃ τὴν πενίαν, μαθὼν ὅτι τὴν εὐτελεστάτην οἰκίαν οὐκ ἐπηρεχύνθη ὁ τοῦ κόσμου Δημιουργός.

746

Homilia LXXV (al. LXXIV), 2. [...] «Αἱ δὲ γυναῖκες παρειστήκισαν τῷ σταυρῷ» καὶ τὸ ἀσθενέστερον γένος ἀνδρειότερον ἐφάνη τότε· οὕτω πάντα μετσκευάζετο λοιπόν. Αὐτὸς δὲ τὴν μητέρα παραθέμενος, φησὶν· «Ἴδε ὁ υἱός σου». Βαβαὶ τῆς τιμῆς! ὅση τὸν μαθητὴν ἐτίμησε τιμῇ! Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἀπῆει λοιπόν, τῷ μαθητῇ παρέδωκε τημελήσοντι. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν, ἅτε μητέρα οὖσαν, ἀλγεῖν καὶ τὴν προστασίαν ζητεῖν, εἰκότως αὐτὴν

PG
59, 462

mus, dilecti, et saltem evangelia studiose tractemus. Statim enim atque librum aperueris, Christi nomen videbis, et dicentem illum audies: *Iesu autem Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.*¹ Qui autem haec audierit, statim virginitatis amore capietur, partum mirabitur, a terra migrabit. Nec pro modico habendum est, si vel carptim obiterque videris Spiritu sancto dignatam Virginem, et angelum ipsam alloquentem. Haec adhuc in superficie sunt: sed si haec speculando usque in finem perseveres, saecularia statim omnia respues, terrena omnia deridebis: si dives sis, divitias nihil esse duces, ubi audies illam fabri uxorem in humili domo, matrem Domini fuisse; si pauper, de paupertate non erubesces, cum didiceris Creatorem mundi vilissimam casam non erubuisse.

746

Homilia LXXV (al. LXXIV), 2. [...] *Stabant autem mulieres iuxta crucem.* Infirmior sexus, fortior tunc apparuit: ita omnia tunc invertabantur. Ipse vero Matrem commendans dicit: *Ecce filius tuus.* Papae, quantum honorem discipulo collatum! Cum enim ipse iam abiret, ipsam discipulo curandam tradit. Quia enim credibile erat ipsam, utpote matrem, dolere et patrocinium quaerere, iure

PG
59, 462

¹ Matth. I, 18.

ἐγχειρίζει τῷ ποθουμένῳ. Τούτῳ φησὶν « Ἴδε ἡ μήτηρ σου ». Ταῦτα δὲ ἔλεγε, συνάπτων αὐτοὺς εἰς ἀγάπην· ὅπερ οὖν καὶ ὁ μαθητὴς συνιείς, εἰς τὰ ἴδια αὐτὴν ἔλαβε. Διατί γὰρ μηδεμιᾶς ἄλλης ἐμνημόνευσε γυναικός, καίτοι καὶ ἕτερα εἰστήκει; Διδάσκων ἡμᾶς πλέον τι νέμειν ταῖς μητράσιν. Ὡσπερ γὰρ ἐναντιούμενοι τοῖς γονεῦσι περὶ τὰ πνευματικά, οὐδὲ εἰδέναι χρεῖ· οὕτως ὅταν μηδὲν ἐμποδίζωσιν, ἅπαν τὸ εἰκὸς ἀπονέμειν αὐτοῖς δεῖ, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὺς τιθέναι, ἀνθ' ὧν ἔτεκον, ἀνθ' ὧν ἀνέθρεψαν, ἀνθ' ὧν μυρία ὑπέστησαν δεινά. Οὕτω καὶ Μαρκίωνος ἐπιστομίζει τὴν ἀναισχυντίαν. Εἰ γὰρ μὴ ἐγεννήθη κατὰ σάρκα, μηδὲ μητέρα ἔσχε, τίνος ἕνεκεν τοσαύτην περὶ αὐτὴν μόνην ποιεῖται πρόνοιαν;

COMMENTARIUS IN MATTHAEI EVANGELIUM (390)

PG
57, 21

Homilia I, 6. [...] Καὶ γὰρ τὰ ζητούμενα πολλὰ καὶ ἐπάλληλα. Ὅρα γοῦν εὐθέως ἐν προοιμίῳ τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ, πόσα ἂν τις ἐπαπορήσειε. Πρῶτον μὲν, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἰωσήφ γενεαλογεῖται, οὐκ ὦν τοῦ Χριστοῦ πατήρ. Δεύτερον δέ, πόθεν ἔσται δῆλος ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ κατάγων τὸ γένος, τῆς Μαρίας, ἀφ' ἧς ἐτέχθη, τῶν προγόνων ἀγνοουμένων· οὐδὲ γὰρ ἐγενεαλογήθη ἡ Παρθένος. Τρίτον, τίνος ἕνεκεν ὁ μὲν Ἰωσήφ, ὁ μηδὲν συντελῶν πρὸς τὴν γέννησιν, γενεαλογεῖται· ἡ δὲ Παρθένος, ἡ καὶ μήτηρ γενομένη, οὐ δείκνυται τίνων πατέρων καὶ πάππων καὶ προγόνων ἐστί. Μετὰ τούτων

747

illam discipulo tradit dicens: *Ecce mater tua*. Haec porro dicebat ipsos mutuo coniungens amore: quod cum intelligeret discipulus, ipsam in sua accepit. Cur autem nullam aliam memoravit mulierem, licet alia quoque adstaret? Ut nos doceret plus tribuendum matribus esse. Ut enim parentes, cum spiritualia impediunt, ne cognoscendi quidem sunt: sic cum non ea cohibent, omne debitum est ipsis praestandum, et aliis sunt anteponendi, quia nos genuerunt, educarunt, milleque mala subierunt. Sic Marcionis impudentiam reprimit. Si enim secundum carnem natus non esset, nec matrem haberet, cur tantam de illa sola gerit curam?

PG
57, 21

Homilia I, 6. [...] Quaestiones enim plurimae et frequentes occurrunt. Animadvertite ergo statim in ipso Evangelii exordio, quot et quanta quaerenda occurrant. Primo, cur Iosephi genealogia ducatur, qui Christi pater non erat. Secundo, quomodo planum erit ipsum ex Davide originem ducere, cum ignoretur quinam Mariae matris eius maiores fuerint: neque enim Virginis genealogia descripta fuit. Tertio, cur Iosephi, qui nihil ad generationem contulit, genealogia ducatur, Virgo autem quae mater est, quo patre, avo et abavo orta sit non narretur. Ad haec illud etiam inquirere par est,

747

ἀξιον κακείνο ζητῆσαι, τί δήποτε διὰ τῶν ἀνδρῶν προάγων τὴν γενεαλογία, ἐμνήσθη καὶ γυναικῶν.

748

Homilia II, 3. [...] Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ Δαυὶδ ἐστὶ; φησίν. Εἰ γὰρ ἐξ ἀνδρῶς οὐκ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἀπὸ γυναικὸς μόνον, ἡ δὲ Παρθένος οὐ γενεαλογεῖται, πῶς εἰσόμεθα ὅτι τοῦ Δαυὶδ ἔκγονος ἦν; Δύο γὰρ ἐστὶ τὰ ζητούμενα· τίνος τε ἔνεκεν ἡ μήτηρ οὐ γενεαλογεῖται, καὶ τί δήποτε ὁ Ἰωσήφ, ὁ μηδὲν συντελών πρὸς τὴν γέννησιν, μνημονεύεται παρ' αὐτῶν· δοκεῖ γὰρ τὸ μὲν περιττὸν εἶναι, τὸ δὲ ἐνδέξ. Ποῖον οὖν πρότερον ἀναγκαῖον εἶπεῖν; Πῶς * ἐκ τοῦ Δαυὶδ ἡ Παρθένος. Πῶς οὖν εἰσόμεθα ὅτι ἐκ τοῦ Δαυὶδ; *28 Ἄκουσον τοῦ Θεοῦ λέγοντος τῷ Γαβριήλ, ἀπελθεῖν « Πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ ». Τί τοίνυν βούλει τούτου σαφέστερον, ὅταν ἀκούσης ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ ἦν ἡ Παρθένος;

4. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ὁ Ἰωσήφ ἐκεῖθεν ἦν. Καὶ γὰρ νόμος ἦν ὁ κελεύων μὴ ἐξεῖναι γαμεῖν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς. Καὶ ὁ πατριάρχης δὲ Ἰακώβ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀναστήσεσθαι αὐτὸν προὔλεγεν, οὕτω λέγων· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν ». Ἡ γὰρ προφητεία αὕτη, ὅτι μὲν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα γέγονε, δηλοῖ· ὅτι δὲ καὶ τοῦ γέ-

cur virorum genealogiam persequens, mulieres tamen commemoravit.

748

Homilia II, 3. [...] Et unde probatur, inquires, illum ex Davide ortum esse? Si enim non ex viro, sed ex muliere tantum natus est, virginis autem genealogia non textitur, quomodo sciemus ipsum ex Davide esse ortum? Duae namque sunt quaestiones: cur matris genealogia non textitur, et cur Ioseph, qui nihil contulit ad generationem, ab illis memoratur: videtur enim hoc redundare, et illud desiderari. Quid ergo prius perquirendum est? Quomodo ex Davide Virgo orta fuerit. Quo pacto autem sciemus ex Davide ortam esse? Audi Deum Gabrieli praecipientem ut adiret *Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo et familia David*.¹ Quid clarius postulas, cum audis de domo et familia David Virginem fuisse?

* 4. Unde patet, Ioseph etiam inde ortum fuisse. Lex quippe erat quae vetaret uxores ducere, nisi ex propria tribu. Patriarcha vero Iacob illum ex tribu Iuda exoriturum esse praedixit: *Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium*.² Certe haec prophetia, quod ex tribu David fuerit, declarat; at non quod ex genere Davi-

¹ Lc. I, 27.

² Gen. XLIX, 10.

νοὺς Δαυὶδ, οὐκέτι. Ἄρα οὖν τῇ φυλῇ Ἰούδα οὐχὶ γένος ἔν ἦν μόνον τὸ τοῦ Δαυὶδ, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἕτερα καὶ συνέβαινε τῆς μὲν φυλῆς εἶναι τοῦ Ἰούδα, οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ γένους Δαυὶδ; Ἄλλ' ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀνεῖλέ σου τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ὁ εὐαγγελιστῆς, εἰπὼν, ὅτι ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς ἦν Δαυὶδ. Εἰ δὲ καὶ ἐτέρωθεν βούλει τοῦτο μαθεῖν, οὐδὲ ἐτέρας ἀπορήσομεν ἀποδείξεως· οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ φυλῆς οὐκ ἐξῆν ἐτέρας, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ πατριᾶς ἐτέρας, τουτέστι, συγγενείας, γαμεῖν. Ὡστε ἂν τε τῇ Παρθένῳ, τὸ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαυὶδ ἀρμόσωμεν, ἔστηκε τὸ εἰρημένον· ἂν τε τῷ Ἰωσήφ, δι' ἐκείνου καὶ τοῦτο κατασκευάζεται. Εἰ γὰρ ἐξ οἴκου Δαυὶδ καὶ πατριᾶς ἦν [ὁ Ἰωσήφ], οὐκ ἂν ἄλλοθεν ἔλαθε τὴν γυναῖκα, ἣ ὄθεν καὶ αὐτὸς ἦν. Τί οὖν, εἰ παρέβη τὸν νόμον; φησί. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβὼν ἐμαρτύρησεν, ὅτι δικαίος ἦν ὁ Ἰωσήφ, ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, ἀλλὰ μαθὼν αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν, κακεῖνο εἰδῆς ὅτι οὐκ ἂν παρέβη τὸν νόμον. Ὁ γὰρ οὕτω φιλόανθρωπος καὶ πάθους ἐκτός, ὡς μηδὲ ὑποψίας ἀναγκαζούσης βουληθῆναι ἐπιχειρῆσαι κολάσαι τὴν Παρθένον, πῶς ἂν δι' ἠδονὴν παρέβη τὸν νόμον; Ὁ γὰρ ὑπὲρ νόμον φιλοσοφήσας (καὶ γὰρ τὸ ἀφείναι καὶ λάθρα ἀφείναι, ὑπὲρ νόμον φιλοσοφοῦντος ἦν)· πῶς ἂν παρὰ νόμον ἔπραξέ τι, καὶ ταῦτα οὐδεμιᾶς ἀναγκαζούσης αἰτίας; Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαυὶδ ἦν ἡ Παρθένος, ἐκ τούτων δῆλον· τίνος δὲ ἕνεκεν αὐτὴν οὐκ ἐγενεαλόγησεν, ἀλλὰ τὸν Ἰωσήφ, ἀναγ-

dis. Num igitur in tribu Iuda non aliud erat genus quam Davidis? Imo multa alia, et contingere potuit ut esset ex tribu Iuda, quin esset ex genere Davidis. Verum ne hoc diceres, hanc tibi suspicionem tollit evangelista, dicens illum fuisse ex domo et familia David. Quod si id aliunde etiam discere velis, non deerit alia probatio: non modo enim non licebat ex alia tribu uxorem ducere, sed neque ex alia familia, id est, ex alia cognatione. Itaque si illud *Ex domo et familia David*, Virgini aptemus, dictum illud constabit; si Iosepho, illud ipsum consequitur. Si enim ex domo et familia David erat Ioseph, non aliunde accepit uxorem, quam ex cognatione sua. Quid vero, inquires, si legem transgressus sit? Sed idcirco praeoccupans testificatus est, Ioseph fuisse iustum, ut ne hoc diceres, sed illius virtutem edoctus, nosset legem ab ipso non fuisse violatam. Qui enim ita humanus erat et a pravo hominis affectu vacuus, ut ne suspicione quidem urgente vellet de Virgine sumi supplicium, quomodo libidinis causa legem transgressus esset? Qui enim plus quam lex ferebat philosophabatur (nam dimittere et occulte dimittere, illud erat ultra legem philosophari), quomodo contra legem aliquid admitteret, idque nulla cogente necessitate? Verum ex genere David Virginem fuisse, ex iam dictis palam est. Iam vero operae pretium fuerit dicere, cur non illius, sed Iosephi genealogiam

καῖον εἰπεῖν. Τίνος οὖν ἔνεκεν; Οὐκ ἦν νόμος παρὰ Ἰουδαίοις γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας. Ἰν' οὖν καὶ τὸ ἔθος φυλάξῃ καὶ μὴ δόξῃ παραχαράττειν ἐκ προοιμίων, καὶ τὴν κόρην ἡμῖν γνωρίσῃ, διὰ τοῦτο τοὺς προγόνους αὐτῆς σιγήσας, τὸν Ἰωσήφ ἐγενεαλόγησεν. Εἶτε γὰρ ἐπὶ τῆς Παρθένου τοῦτο ἐποίησεν, ἔδοξεν ἂν καινοτομεῖν· εἶτε τὸν Ἰωσήφ ἐσίγησεν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τῆς Παρθένου τοὺς προγόνους. Ἰν' οὖν μάθωμεν τὴν Μαρίαν, τίς ἦν καὶ πόθεν, καὶ τὰ τῶν νόμων ἀκίνητα μείνῃ, τὸν μνηστῆρα αὐτῆς ἐγενεαλόγησε, καὶ ἔδειξεν ὄντα ἐκ τῆς οἰκίας Δαυὶδ. Τούτου γὰρ ἀποδειχθέντος, κάκεινο συναποδέδεικται, τὸ καὶ τὴν Παρθένον ἐκαῖθεν εἶναι, διὰ τὸ τὸν δίκαιον τοῦτον, καθάπερ ἔφθην εἰπών, μὴ ἀνασχέσθαι ἐτέρωθεν ἀγαγέσθαι γυναῖκα. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον λόγον εἰπεῖν μυστικώτερον, δι' ὃν ἐσιγήθησαν * οἱ τῆς Παρθένου *29 πρόγονοι, ὅνπερ οὐκ εὐκαιρον νῦν ἐκκαλύψαι διὰ τὸ πολλά εἶναι τὰ εἰρημένα. Διόπερ ἐνταῦθα στήσαντες τὸν περὶ τῶν ζητημάτων λόγον, κατέχωμεν τέως μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐκκαλυφθέντα ἡμῖν· οἷον, διατί τοῦ Δαυὶδ ἐμνήσθη πρῶτον· διατί τὸ βιβλίον, γενέσεως ἐκάλεσε Βιβλίον· διατί εἶπεν· « Ἰησοῦ Χριστοῦ »· πῶς ἡ γέννησις κοινὴ καὶ οὐ κοινὴ· πόθεν ὅτι ἡ Μαρία τοῦ Δαυὶδ οὐσα ἐδείχθη· καὶ τίνος ἔνεκεν ὁ Ἰωσήφ ἐγενεαλογήθη, σιγηθέντων τῶν ἐκείνης προγόνων·

749

Homilia III, 1. Ἰδοὺ τρίτη διάλεξις, καὶ τὰ ἐν προοιμίαις οὐδέπω διελυσάμεθα. Οὐκ ἄρα μάτην ἔλεγον, ὅτι πολὺ τὸ βάθος ἔχει τῶν νοημάτων

PG
57, 31

94, 984

Lib. III, cap. I. [...] Τί γὰρ μεῖζον τοῦ γενέσθαι τὸν Θεὸν ἄνθρωπον; Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἀτρέπτως ἐγένετο, ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς ἁγίας Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου· καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων χρηματίζει, ὁ μόνος φιλόανθρωπος, οὐκ ἐκ θελήματος, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ συναφείας ἀνδρός, ἢ γεννήσεως ἐν γρόνου, ἐν τῇ ἀχράντῳ μήτρᾳ τῆς Παρθένου συλληφθείς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Ἀδάμ γενέσεως· καὶ γίνεται ὑπήκοος τῷ Πατρὶ, τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι τὴν ἡμετέραν παρακοὴν ἰώμενος, καὶ ὑπόγραμμος ἡμῖν ὑπακοῆς γινόμενος, ἧς ἐκτὸς οὐκ ἔστι σωτηρίας τυχεῖν.

1910

PG
94, 984

Cap. II. Ἄγγελος γὰρ Κυρίου ἀπεστάλη πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἐκ Δαβιτικῆς φυλῆς καταγομένην· « Πρὸδηλον γὰρ ὡς ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐξ ἧς φυλῆς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ », ὡς ὁ θεὸς ἔφη Ἀπόστολος· περὶ οὗ ὕστερον ἐροῦμεν ἀκριβέστερον. Ἡ καὶ εὐαγγελιζόμενος * ἔλεγε· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Ἡ δὲ διαταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ, καὶ φησι πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες

1911

*985

venturus sit, tum divina Scriptura testatur, tum universus sanctorum chorus.

PG
94, 983

Lib. III, cap. I. [...] Quid enim maius, quam Deum hominem fieri? Quocirca Verbum caro absque ulla mutatione de Spiritu sancto, et sancta Maria semper Virgine Deique Genitrice factum est; Deique et hominum mediator existit, solus ille in homines benignissimus, non ex voluntate, aut ex concupiscentia, aut congressu viri, aut generatione cum voluptate coniuncta, in intemerato Virginis utero conceptus, sed de Spiritu sancto ac prima illa Adami productione, fitque Patri oboediens, ut per id quod simile nobis ex nobis assumpsit, inoboedientiae nostrae medicinam, nobisque oboedientiae, sine qua obtineri salus non potest, exemplar sese praebeat.

1910

PG
94, 983

Cap. II. Missus est enim angelus Domini ad Mariam Virginem, ex Davidico genere oriundam.¹ *Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, ex qua tribu nullus altari praesto fuit, quemadmodum divinus Apostolus tradidit:* ² de qua re accuratius postea disseremus. Cui etiam laetum ferens * nuntium dixit: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*³ Quae cum audisset, turbata est in sermone; aitque angelus ei: *Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Dominum;*

1911

*986

¹ Lc. I, 26.² Hebr. VII, 14.³ Luc. I, 28.

γάρ χάριν παρὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν». «Ὅθεν καὶ τὸ Ἰησοῦς, «σωτὴρ» ἐρμηνεύεται. Τῆς δὲ διαπορούσης· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» πάλιν φησὶ πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ». Ἡ δὲ πρὸς αὐτόν· «Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου».

Μετὰ οὖν τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας Παρθένου, Πνεῦμα ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὴν κατὰ τὸν Κυρίου λόγον, ὃν εἶπεν ὁ ἄγγελος, καθαῖρον αὐτὴν, καὶ δύναμιν δεκτικὴν τῆς τοῦ Λόγου θεότητος παρέχον, ἅμα δὲ καὶ γεννητικὴν. Καὶ τότε ἐπεσκίασεν ἐπ' αὐτὴν ἡ τοῦ Θεοῦ τοῦ Ἰψίστου ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος οἰοῖται θεῖος σπόρος, καὶ συνέπηξεν ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἀγνῶν καὶ καθαρωτάτων αὐτῆς αἱμάτων σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος· οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζομένου τοῦ σχήματος, ἀλλ' ὑφ' ἐν τελειωθέντος· αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος γρηματίσας τῇ σαρκὶ ὑπόστασις· οὐ γὰρ προὔπο-

*pariesque filium, et vocabis nomen eius Iesum.*¹ *Ipsae enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*² Unde etiam Iesus Salvatorem sonat. Haec porro cum anxie quaereret: *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco?*³ Rursum his eam verbis allocutus est: *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*⁴ Ac tum ipsa ad eum: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.*⁵

Quocirca ubi primum sancta Virgo assensa est, in eam iuxta Domini sermonem, cuius nuntius angelus fuerat, Spiritus sanctus supervenit, qui purgavit eam, vimque ei, tum ad suscipiendam Verbi deitatem, tum ad gignendum suppeditavit. Tunc porro in eam obumbravit subsistens vere Dei Altissimi sapientia et virtus; Dei Filius, inquam, ille consubstantialis Patri, divini seminis instar, exque castis purissimisque illius sanguinibus carnem anima rationali et intelligente animatam, conspersionis scilicet nostrae primitias, ipse sibi compegit; non id quidem seminali procreatione, sed conditoris more, per Spiritum sanctum; non ut paulatim per additamenta figura corporis absolveretur, sed uno eodemque momento perficeretur ab ipso Dei Verbo, quod carni factum fuit hypostasis et persona. Neque

¹ Ibid. 30, 31.

² Matth. I, 21.

³ Luc. I, 34.

⁴ Ibid. 35.

⁵ Ibid. 38.

στάτη καθ' ἑαυτὴν σαρκὶ ἠνώθη ὁ θεῖος Λόγος, ἀλλ' ἐνοικήσας τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ἀπεριγράπτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑποστάσει ἐκ τῶν ἀγιῶν τῆς Ἀειπαρθένου αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῶν ὑπεστήσατο, ἀπαρχὴν προσλαβόμενος τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος, αὐτὸς ὁ Λόγος γενόμενος τῇ σαρκὶ ὑπόστασις. *988 Ὡστε ἅμα σὰρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ, ἅμα σὰρξ ἔμψυχος, * λογικὴ τε καὶ νοερά. Διὸ οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα λέγομεν, ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Ὡν γὰρ φύσει τέλειος Θεός, γέγονε φύσει τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· οὐ τραπείς τὴν φύσιν, οὐδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν, ἀλλὰ τῇ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ληφθείσῃ, λογικῶς τε καὶ νοεῶν ἐψυχωμένη σαρκί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι λαχούση, ἐνωθεὶς καθ' ὑπόστασιν ἀσυγχύτως καὶ ἀναλλοιώτως, καὶ ἀδιαιρέτως, μὴ μεταβαλὼν τὴν τῆς θεότητος αὐτοῦ φύσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίαν, μήτε τὴν οὐσίαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἰς τὴν φύσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὐδὲ ἐκ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως, καὶ ἧς προσελάβετο ἀνθρωπίνης φύσεως, μίαν φύσιν ἀποτελέσας σύνθετον.

PG
94, 1008

Cap. VII. Προεῖναι μὲν οὖν ἀχρόνως καὶ αἰδίως φαμὲν τὴν θείαν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν, ἀπλήν, καὶ ἀσύνθετον, ἄκτιστον, καὶ ἀσώματον, ἀόρατον, ἀναφῆ, ἀπερίγραπτον, πάντα ἔχουσαν ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ὡς αὐτῷ

1912

*987

enim Verbum carni in propria persona iam seorsim exstanti, unitum est; sed in sanctae Virginis utero, nulla circumscriptione in sua ipse persona immorans, ex castis ipsius perpetuae Virginis sanguinibus, carnem anima rationali et intelligente praeditam substare fecit, humanae conspersioni primitias assumens, Verbum ipsum * carni factum hypostasis. Quamobrem simul atque caro exstitit, simul quoque Dei Verbi exstitit caro, simul caro animata, rationis particeps et intelligentiae. Quo fit, ut non hominem deitate donatum, sed Deum hominem factum dicamus. Nam cum natura Deus perfectus esset, idem ipse natura perfectus homo fuit: et quidem ita ut, nec mutatus natura fuerit, nec imaginariam incarnationis speciem obiecerit; sed carni, quam ex sancta Virgine accepit, anima rationali intelligenteque animatae, inque ipso existentiam nactae, personali modo absque confusione, aut mutatione, aut divisione unitus sit; quin nec deitatis suae naturam in carnis suae substantiam, nec rursus carnis suae substantiam in deitatis naturam converterit, nec denique ex divina sua natura, et humana quam assumpsit, naturam unam compositam effecerit.

PG
94, 1007

Cap. VII. Divinam itaque Dei Verbi hypostasim dicimus ante omnia exstare, extra tempus omne et sempiternae, simplicem nec compositam, increatam, incorpoream, invisibilem, a contactu alienam, et incircumsriptam, omnia habentem, quae Pater habet, quia

1912

ὁμοούσιον, τῷ τῆς γεννήσεως τρόπῳ, καὶ σχέσει τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως διαφέρουσιν, τελείως ἔχουσιν, οὐδέποτε τῆς πατρικῆς ἐκφοιτῶσαν ὑποστάσεως· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἀποστάντα Λόγον, ἀπεριγράπτως ἐνφικημένοι τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ἀσπόρως, καὶ ἀπεριλήπτως, ὡς οἶδεν αὐτός, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ προαιωνίῳ * ὑποστάσει ὑποστή- *1009
 σασθαι ἑαυτῷ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου.

Ἐν πᾶσι μὲν οὖν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ἦν, καὶ ἐν τῇ γαστρὶ ὑπάρχων τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ, ἐνεργεῖα σαρκώσεως· ἐσάρκωται τοίνυν, ἐξ αὐτῆς προσλαβόμενος τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῖᾶ, ὥστε αὐτὴν χρηματίσαι τῇ σαρκὶ ὑπόστασιν, τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν, καὶ σύνθετον γενέσθαι τὴν πρότερον ἀπλῆν οὖσαν τοῦ Λόγου ὑπόστασιν· σύνθετον δὲ ἐκ δύο τελείων φύσεων, θεότητος τε καὶ ἀνθρωπότητος· καὶ φέρειν αὐτὴν τῆς θείας τοῦ Θεοῦ Λόγου υἰότητος τὸ χαρακτηριστικὸν καὶ ἀφοριστικὸν ἰδίωμα, καθ' ὃ διακέκριται τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος, τὰ τε τῆς σαρκὸς χαρακτηριστικὰ καὶ ἀφοριστικὰ ἰδιώματα, καθ' ἃ διαφέρει τῆς τε μητρὸς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων· φέρειν δέ, καὶ τὰ τῆς θείας φύσεως ἰδιώματα, καθ' ἃ ἦνωται τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως γνωρίσματα, καθ' ἃ ἦνωται τῇ τε Μητρὶ καὶ ἡμῖν. Ἔτι δὲ διαφέρει τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, τῆς τε Μητρὸς καὶ ἡμῶν, κατὰ τὸ ὑπάρχειν Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἀνθρω-

eiusdem cum eo substantiae est, et sola generationis ratione et relatione a Patris hypostasi discreta; perfectam item, nec unquam a persona Patris seiunctam: caeterum in novissimis diebus * Verbum, *1010
 paterno sinu non relicto, sine circumscriptione in sanctae Virginis utero habitasse absque semine, et incomprehensa, qua ipse novit ratione, fecisseque, ut caro, ex sancta Virgine assumpta, in sua saeculis antiquiore hypostasi subsisteret.

Et tum quidem in omnibus et super omnia erat, cum in sanctae Dei Genitricis utero agebat, at in eo specialius incarnationem operando. Incarnatus itaque est, assumens conspersionis nostrae primitias, carnem scilicet anima rationali et intelligente animatam, ita ut ipsa Verbi hypostasis, hypostasis etiam carnis facta fuerit, et Verbi persona, quae ante simplex erat, composita evaserit: composita, inquam, ex duabus naturis perfectis, divinitate nimirum et humanitate; feratque certam illam discriminantemque divinae Verbi filiationis proprietatem, qua a Patre et Spiritu sancto secernitur, tum certas discriminantesque proprietates carnis, quibus a Matre et reliquis hominibus discrepat: imo divinae naturae proprietates gerat, quarum ratione Patri et Spiritui sancto unitus est, itemque humanae naturae proprias notas, quarum ratione et Matri et nobis unitus est.

πον τὸν αὐτόν. Τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσεως ἰδιαιτάτον ἰδίωμα γινώσκομεν.

PG
94, 1028

Cap. XII. Θεοτόκον δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς τὴν ἁγίαν Παρθένον κηρύττομεν· ὡς γὰρ Θεὸς ἀληθῆς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθεὶς, ἀληθῆς Θεοτόκος ἡ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον γεννήσασα· Θεὸν γὰρ φαμεν ἐξ αὐτῆς γεγενῆσθαι, οὐχ ὡς τῆς θεότητος τοῦ Λόγου ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐξ αὐτῆς, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸ πρὸ αἰώνων ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς γεννηθέντος, καὶ ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως, ὑπάρχοντος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς ἐνοικήσαντος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀμεταδλήτως σαρκωθέντος καὶ γεννηθέντος. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ψιλὸν ἐγέννησεν ἡ ἁγία Παρθένος, ἀλλὰ Θεὸν ἀληθινόν· οὐ γυμνόν, ἀλλὰ σεσαρκωμένον· οὐκ οὐρανόθεν τὸ σῶμα καταγαγόντα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος δι' αὐτῆς παρελθόντα, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ὁμοούσιον ἡμῖν σάρκα ἀναλαβόντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσαντα. Εἰ γὰρ οὐρανόθεν τὸ σῶμα κεκόμισται, καὶ οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως εἴληπται, τίς χρεῖα τῆς ἐνανθρωπήσεως; Ἡ γὰρ ἐνανθρώπησις τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ τοῦτο γέγονεν, ἵνα αὐτὴ ἡ ἁμαρτήσασα, καὶ πεσοῦσα, καὶ φθαρεῖσα φύσις, νικήσῃ τὸν ἀπατήσαντα τύραννον, * καὶ οὕτω τῆς φθορᾶς ἐλευθερωθῇ, καθὼς φησιν ὁ θεῖος

*1029

1913

Quin etiam hoc nomine, tum a Patre et Spiritu, tum a Matre et nobis differt, quod idem simul Deus et homo est. Hanc enim maxime peculiarem Christi personae proprietatem esse agnoscimus.

PG
94, 1027

Cap. XII. Sanctam porro Virginem Dei proprie et vere genitricem praedicamus. Sicut enim verus est Deus, qui ex ipsa natus est; ita perinde Dei Mater est, quae verum Deum ex se incarnatum genuit. Deum porro ex ea natum esse dicimus, non quod Verbi divinitas existendi principium ex ipsa traxerit; sed quia Verbum ipsum, quod ante saecula citra ullum tempus genitum est, ac sine exordio et sempiternae una cum Patre et Spiritu sancto est, in extremis diebus salutis nostrae causa, in utero ipsius habitavit, et assumpta carne ex ea genitum est sine sui demutatione. Non enim hominem purum sancta Virgo genuit, sed Deum verum; non nudum, sed carne vestitum; nec ita ut corpore de coelis allato, per eam velut per canalem transierit, sed ex ipsa carnem eiusdem ac nos substantiae acceperit, quae in seipso subsisteret. Nam si corpus e coelo devectum est, ac non ex natura nostra acceptum, quid tandem inhumanatione opus erat? Etenim Dei Verbum humanitatem * idcirco induit, ut ipsamet natura quae peccaverat, cecideratque, et corrupta erat, tyrannum qui se deceperat, superaret, sicque a corruptione vindicaretur, ut divinus Apostolus ait: *Quoniam per hominem mors, et per hominem*

*1030

1913

Ἀπόστολος· « Ἐπειδὴ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν »· εἰ τὸ πρῶτον ἀληθές, καὶ τὸ δεύτερον.

Εἰ δὲ καὶ λέγει· « Ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δὲ δεύτερος Ἀδὰμ, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ », οὐ τὸ σῶμά φησιν ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλὰ δῆλον ὡς οὐ ψιλὸς ἀνθρωπός ἐστιν. Ἴδου γὰρ καὶ Ἀδὰμ αὐτὸν ὠνόμασε, καὶ Κύριον, τὸ συναμφοτέρων σημαίνων. Ἀδὰμ μὲν γὰρ ἐρμηνεύεται « γηγενής »· γηγενής δὲ δῆλον ὅτι ἐστὶν ἢ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ἢ ἐκ χοῦς πλασθεῖσα· τὸ « Κύριος » δέ, τῆς θείας οὐσίας ἐστὶ παραστατικόν.

Πάλιν δὲ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, γενόμενον ἐκ γυναικός ». Οὐκ εἶπε « διὰ γυναικός », ἀλλ' « ἐκ γυναικός ». Ἐσήμανεν οὖν ὁ θεὸς Ἀπόστολος, ὡς αὐτός ἐστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός, ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γενόμενος ἀνθρωπος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθείς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός· γεννηθείς δὲ σωματικῶς, καθὸ γέγονεν ἀνθρωπος, οὐ προδιαπλασθέντι ἀνθρώπῳ ἐνοικήσας, ὡς ἐν προφῆτῃ, ἀλλ' αὐτὸς οὐσιωδῶς καὶ ἀληθῶς γενόμενος ἀνθρωπος, ἦτοι ἐν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ ἐψυχωμένην σάρκα ψυχῆ λογικῆ τε καὶ νοερᾶ ὑποστήσας, καὶ αὐτὸς γεγωνὸς αὐτῆ ὑπόστασις. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ « γενό-

*resurrectio mortuorum.*¹ Si primum illud vere exstitit, sane et secundum.

Etsi autem his verbis utitur, *primus Adam de terra, terrenus, secundus Adam, Dominus de coelo,*² non innuit, corpus eius de coelo fluxisse, sed eum nudum hominem non esse ostendit. Nam, ut vides, et Adamum et Dominum cum appellavit, utrumque simul indicans. Adamus quippe *terrigenam* sonat. Liqueat autem terrigenam esse hominis naturam, ut quae ex terra efficta sit. Domini autem vocabulum, divinam naturam declarat.

Ac rursus ita loquitur Apostolus: ³ *Misit Deus Filium suum unigenitum factum ex muliere.* Non dixit, *per mulierem*, sed, *ex muliere.* Quocirca significavit eum ipsum esse unigenitum Dei Filium ac Deum, qui ex Virgine factus est homo: atque item eum ipsum ex Virgine genitum esse, qui Dei Filius ac Deus est. Genitum porro corporeo modo, qua scilicet ratione homo factus est: ita nimirum, ut non in homine prius condito, tamquam in propheta habitaverit, verum ipse substantialiter ac vere factus sit homo; hoc est, in sua hypostasi carnem anima rationali et intelligente animatam substare fecerit, seipsum illius praebens hypostasim. Hanc enim significationem habet illud, *factum ex muliere.* Nam quo tandem pacto ipsummet Dei

¹ I Cor. XV, 21.

² I Cor. XV, 47.

³ Galat. IV, 4.

μενον ἐκ γυναικός»· πῶς γὰρ ἂν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὑπὸ νόμον γέγονεν, εἰ μὴ ἄνθρωπος ἡμῖν ὁμοούσιος γέγονεν.

PG
94, 1029

“Ὅθεν δικαίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν ὀνομάζομεν· τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα ἅπαν τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας συνίστησι. Εἰ γὰρ Θεοτόκος ἢ γεννήσασα, πάντως Θεὸς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς, πάντως δὲ καὶ ἄνθρωπος. Πῶς γὰρ ἂν ἐκ γυναικὸς γεννηθεῖη Θεός, ὁ πρὸ αἰῶνων ἔχων τὴν ὑπαρξίν, εἰ μὴ ἄνθρωπος γέγονεν; Ὁ γὰρ Υἱὸς ἀνθρώπου, ἄνθρωπος δηλονότι. Εἰ δὲ αὐτὸς ὁ γεννηθείς ἐκ γυναικὸς Θεός ἐστιν, εἷς ἐστι δηλονότι ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρός γεννηθείς κατὰ τὴν θείαν καὶ ἀναρχον οὐσίαν, καὶ ἐπ’ ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ τῆς Παρθένου τεχθεὶς κατὰ τὴν ἡργμένην καὶ ὑπὸ χρόνον οὐσίαν, ἥτοι τὴν ἀνθρωπίνην. Τοῦτο δὲ μίαν ὑπόστασιν, καὶ * δύο φύσεις, καὶ δύο γεννήσεις σημαίνει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1914

*1032

PG
94, 1032

Χριστοτόκον δὲ οὐδαμῶς φαμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον, διότι ἐπ’ ἀναιρέσει τῆς « Θεοτόκος » φωνῆς ὁ μιαρός, καὶ βδελυρός, καὶ Ἰουδαϊόφρων Νεστόριος τὸ σκεῦος τῆς ἀτιμίας, καὶ ἐπὶ ἀτιμία τῆς μόνης ὄντως τετιμημένης ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν Θεοτόκου, καὶ οὗτος διαβρόχηνται σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Σατανᾷ, ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξήνρατο, ὡς ἐπηρεαζομένην χριστὸς γὰρ καὶ ὁ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ Ἀαρὼν ὁ ἀρχιερεὺς· ταῦτα γὰρ τὰ χριζόμενα,

1915

Verbum sub lege factum esset, nisi homo eiusdem ac nos substantiae exstitisset?

PG
94, 1030

Merito igitur et vere sanctam Mariam Deiparam appellamus. Hoc enim nomen totum incarnationis mysterium astruit. Nam, si Dei Mater est quae genuit, profecto Deus est qui ex ipsa genitus est: profecto etiam homo. Nam qui fieri potuisset, ut Deus, qui ante saecula exstabat, ex muliere nasceretur, nisi homo factus esset? Qui enim filius est hominis, homo etiam ipse sit necessum est. Quod si ille ipse qui ex muliere natus est, Deus est, unus procul dubio atque idem est, qui ex Deo Patre genitus est, quod ad divinam et initii expertem substantiam attinet, * quique extremis temporibus ea substantia quae initium habuit, temporique subiecta est, hoc est, humana, ex Virgine natus est. Hoc vero unam Domini nostri Iesu personam, duasque naturas et duas generationes significat.

1914

*1031

PG
94, 1031

At vero sanctam Virginem neutiquam Christiparam nuncupamus, quia ad abolendum *Deiparae* vocabulum Nestorius, impurus ille et execrandus, animoque iudaicus, illud ignominiae vas, in contemptum eius quae super creaturam omnem sola vere colenda est, Dei Genitricis (disrumpatur licet ille cum patre suo Satana), hoc nominis excogitavit, quod obtruderet. Enimvero rex David christus quoque dicitur, et pontifex Aaron, quippe cum reges et sacerdotes ungi sole-

1915

βασιλεία τε καὶ ἱερωσύνη· καὶ πᾶς θεοφόρος ἄνθρωπος Χριστὸς λέγεσθαι δύναται, ἀλλ' οὐ Θεὸς φύσει, ὡς καὶ Νεστόριος ὁ θεήλατος, τὸν ἐκ Παρθένου τεχθέντα θεοφόρον εἰπεῖν ἐφρυδάξατο. Ἡμᾶς δὲ μὴ γένοιτο θεοφόρον αὐτὸν εἰπεῖν ἢ νοῆσαι, ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον. Αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, κυηθεὶς μὲν ἐκ τῆς Παρθένου, προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἤδη καὶ αὐτῆς ὑπ' αὐτοῦ θεωθείσης, ἅμα τῇ εἰς τὸ εἶναι ταύτης παραγωγῇ, ὡς ὁμοῦ γενέσθαι τὰ τρία, τὴν πρόσληψιν, τὴν ὑπαρξιν, τὴν θέωσιν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ Λόγου· καὶ οὕτω νοεῖσθαι, καὶ λέγεσθαι Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον, οὐ μόνον διὰ τὴν φύσιν τοῦ Λόγου, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν θέωσιν τοῦ ἀνθρωπίνου, ὧν ἅμα, καὶ ἡ σύλληψις, καὶ ἡ ὑπαρξις τεθραυματούργηται· ἡ μὲν σύλληψις τοῦ Λόγου, τῆς δὲ σαρκός, ἡ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ ὑπαρξις, αὐτῆς τῆς Θεομήτορος ὑπερφυῶς χορηγούσης τὸ πλασθῆναι τῷ πλάστῃ, καὶ τὸ ἀθροπισθῆναι τῷ Θεῷ καὶ ποιητῇ τοῦ παντός, θεοῦντι τὸ πρόσλημμα, σωζούσης τῆς ἐνώσεως τὰ ἐνωθέντα τοιαῦτα, οἷα καὶ ἦνωνται· οὐ τὸ θεῖον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἡμᾶς. Οὕτε γὰρ γενόμενον πρότερον καθ' ἡμᾶς, ὕστερον γέγονεν ὑπὲρ ἡμᾶς· ἀλλὰ ἀεὶ ἐκ πρώτης ὑπάρξεως ἄμφω ὑπῆρξε, διὰ τὸ ἐξ ἄκρας συλλήψεως ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ τὴν ὑπαρξιν ἐσχηκέναι· ἀνθρώπινον μὲν οὖν ἐστὶ κατὰ τὴν

rent: quinimo quivis homo pius, et cui Deus aspiraverit, Christus dici possit, at non perinde natura Deus; iuxta ac exitiabilis ille Nestorius eum qui de Virgine natus est, Deiferum ore fremebundo pronuntiavit. Verum hoc absit a nobis, ut eum afflatum a Deo, Deiferumve dicamus, vel cogitemus; imo potius incarnatum Deum. Ipsum enim Verbum factum est caro, ut conceptum quidem de Virgine fuerit, Deus vero prodierit eum assumpta natura quam deificarat simul atque producta est. Exinde tria pariter una contigerunt, nimirum quod assumpta sit, quod exstiterit, quod deificata a Verbo fuerit. Hinc fit ut Virgo sancta, Dei Genitrix tum intelligatur, tum appelletur, non modo propter naturam Verbi, sed etiam ob humanitatem deitate donatam, stupendo miraculo patratris simul horum et conceptione et existentia, verbi quidem conceptione, carnis vero existentia in ipso Verbo. Ipsa namque Dei Genitrix supra naturae leges rerum omnium fictori subministrabat, unde ipse quoque fingeretur, universorumque conditori Deo, ut assumptam humanitatem deitate donans, homo ipse fieret, cum interim unio, quae unita sunt, talia servaret, qualia unita essent, hoc est, non divinitatem solum, sed etiam Christi humanitatem; nec illud solum quod supra nos, sed et id quod nostrum est. Non enim cum ante nostri similis exstitisset, postea * superior nobis evasit; sed semper a primo ortu utrumque exstitit: quoniam a primordiis conceptionis in ipso Verbo existen-

οικείαν φύσιν, Θεοῦ δὲ καὶ θεῖον, ὑπερφυῶς. Ἔτι δὲ καὶ τῆς ἐμφύχου σαρκὸς τὰ ιδιώματα ἔσχε· κατεδέξατο γὰρ αὐτὰ ὁ Λόγος, οἰκονομίας λόγῳ, φυσικῆς κινήσεως τάζει κατὰ ἀλήθειαν φυσικῶς γινόμενα.

PG
94, 1140

Lib. IV, cap. XIII. [...] Εἰ τοίνυν « ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ζῶν ἐστι, καὶ ἐνεργῆς, καὶ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν »· εἰ « εἶπε· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο· Γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο »· εἰ « τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν »· εἰ ὁ οὐρανός, καὶ ἡ γῆ, ὕδωρ τε καὶ πῦρ, καὶ ἀήρ, καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου συνετελέσθησαν, καὶ τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· εἰ θελήσας αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ τὰ τῆς ἀγίας Ἀειπαρθένου καθαρὰ καὶ ἀμώμητα αἵματα ἐαυτῷ ἀσπόρως σάρκα ὑπεστήσατο, οὐ δύναται τὸν ἄρτον ἐαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι, καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ, αἷμα; Εἶπεν ἐν ἀρχῇ· « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου », καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῦ ἕτεοῦ γενομένου, ἐξάγει τὰ ἴδια βλαστήματα, τῷ θείῳ συνελευνομένη καὶ δυναμουμένη προστάγματι. Εἶπεν ὁ Θεός· « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα »· καί· « Τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα »· καί· « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς

1916

tiam habuit. Quocirca, quod assumptum fuit suapte quidem natura humanum est, Dei autem et divinum supernaturali quodam modo. Quin animatae quidem carnis proprietates habuit: eas enim dispensationis suae ratione Verbum suscepit, quae secundum naturalis motus ordinem vere naturales sunt.

PG
94, 1139

Lib. IV, cap. XIII. [...] Quamobrem si *sermo Dei vivus est et efficax*;¹ *et omnia quaecumque voluit Dominus fecit*;² si *dixit: Fiat lux, facta fuit: Fiat firmamentum, et factum est*,³ si *verbo Domini coeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum*:⁴ si coelum et terra, aqua et ignis et aër, omnisque eorum ornatus verbo Domini perfecta sunt; quin et nobilissimum hoc animal, quod homo nuncupatur: si denique ipse Deus Verbum pro sua voluntate homo factus est, atque ex sanctae semperque Virginis purissimis et intaminatis sanguinibus ipse sibi nullo semine carnem compegit, cur demum panem corpus, vinum item et aquam, sanguinem suum efficiendi potens non sit? In principio dixit: *Producat terra herbam virentem*,⁵ et ad hanc usque diem, accedente imbre, divino praecepto impulsa et roborata, fetus suos profert: dixit perinde Deus: *Hoc est corpus meum*; et: *Hic est sanguis meus*; et: *Hoc facite in meam commemorationem*.⁶ idque omni-

1916

¹ Hebr. IV, 12.² Ps. CXXXIV, 6.³ Gen. I, 3 et 6.⁴ Ps. XXXII, 6.⁵ Gen. I, 11.⁶ Matth. XXVI, 26, 27; Marc. XIV, 22; Lc. XXII, 17; I Cor. XI, 24-26.

τῆν ἐμὴν ἀνάμνησιν »· καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι, ἕως ἂν ἔλθῃ, γίνεται· οὕτω γὰρ εἶπεν· « ἕως ἂν ἔλθῃ »· καὶ γίνεται ὑετὸς τῆ * καινῆ ταύτη γεωργία διὰ τῆς ἐπικλήσεως, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπισκιάζουσα δύναμις. *1141
 Ὡσπερ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός, τῆ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐποίησεν, οὕτω καὶ νῦν ἢ τοῦ Πνεύματος ἐνεργείᾳ τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ δύναται χωρῆσαι, εἰ μὴ μόνῃ ἢ πίστις. « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο », φησὶν ἡ ἁγία Παρθένος, « ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Ἀποκρίνεται Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Καὶ νῦν ἐρωτᾷς, πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ, αἶμα Χριστοῦ. Λέγω σοι καὶ γώ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπεφοιτᾷ, καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν.

1917

Cap. XIV. Περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὑπερυμνήτου Ἀειπαρθένου * καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἐν τοῖς προλαβοῦσι μετριῶς διαλαβόντες, καὶ τὸ καιριώτατον παραστήσαντες, ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκος ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται, νῦν τὰ λείποντα προσαναπληρώσωμεν. Αὕτη γὰρ τῆ προαιωνίῳ προγνωστικῇ βουλῇ τοῦ Θεοῦ προορισθεῖσα, καὶ διαφόροις εἰκόσι, καὶ λόγοις προφητῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου εἰκονισθεῖσά τε καὶ προκηρυχθεῖσα, ἐν τῷ προωρισμένῳ καιρῷ ἐκ Δαυϊτικῆς ῥίζης ἐδλάστησε, διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν γενομένας

PG
94, 1153
*1156

potenti * eius praecepto, donec veniat, efficitur (ita quippe dictum *1142 est, *donec veniat*) per invocationem huicce novae segeti imbre superveniente, Spiritus sancti nimirum obumbrante virtute. Velut enim quidquid fecit Deus, id Spiritus sancti fecit opera, ita nunc quoque Spiritus sancti operatione facta sunt, quae naturae modum excedunt, quaeque nisi fide sola, nec capi queunt, nec intelligi. *Quomodo mihi accidit istud*, aiebat Virgo sancta, *quoniam virum non cognosco?*¹ Cui Gabriel archangelus: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Tu quoque nunc quaeris, qui panis fiat corpus Christi, ac vinum et aqua, sanguis illius. Ego vero tibi repono Spiritum sanctum supervenire, et ea facere, quae sermonem conceptumque omnem procul exsuperant.

1917

Cap. XIV. Quoniam de sancta, nec digne satis laudanda * semper PG
Virgine et Dei Genitrice Maria pauca iam in antecessum disputavi- 94, 1154
mus, ea exponendo quae praecipua magis erant, quemadmodum *1155
scilicet vere et proprie Dei Genitrix sit et appelletur: modo superest ut quae residua sunt expleamus. Ipsa enim quae ante omne aevum praescientiae Dei consilio praedestinata erat, variisque prophetarum imaginibus et sermonibus a Spiritu sancto adumbrata et praenuntiata, praefinito tandem tempore ex radice Davidis, iuxta ac illi promissum

¹ *Lc. I, 34.*² *Ibid. 35.*

ἐπαγγελίας. « Ὁμοσε γὰρ Κύριος, φησί, τῷ Δαβίδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετή-
σει αὐτόν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου ». Καὶ πάλιν· « Ἀπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβίδ ψεύσομαι· Τὸ σπέρμα αὐτοῦ
εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς σε-
λήνη κατηρτισμένη, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν τῷ οὐρανῷ πιστός ». Καὶ
Ἡσαΐας· « Ἐξανατελεῖ ῥάβδος ἐξ Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναθήσεται ».

PG
94, 1156

Ἔτι μὲν οὖν ὁ Ἰωσήφ ἐκ Δαυϊτικῆς φυλῆς κατάγεται, Ματθαῖος καὶ
Λουκᾶς, οἱ ἱερώτατοι εὐαγγελισταὶ διαβῆρήδην ὑπέδειξαν· ἀλλ' ὁ μὲν Μα-
τθαῖος ἐκ Δαβίδ διὰ τοῦ Σολομῶντος κατάγει τὸν Ἰωσήφ, ὁ δὲ Λουκᾶς, διὰ
Νάθαν. Τῆς δὲ ἁγίας Παρθένου τὴν γέννησιν ἀμφοτέροι παρεσιώπησαν.

1918

Χρὴ οὖν εἶδέναι, ὡς οὐκ ἦν ἔθος Ἑβραίοις, οὐδὲ τῇ Θεῖα γραφῇ, γενεα-
λογεῖσθαι γυναῖκας· νόμος δὲ ἦν μὴ μνηστεύεσθαι φυλὴν ἐξ ἐτέρας φυλῆς·
ὁ δὲ Ἰωσήφ ἐκ Δαυϊτικοῦ καταγόμενος φύλου, καὶ δίκαιος ὑπάρχων (τοῦτο
γὰρ αὐτῷ μαρτυρεῖ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον), οὐκ ἂν παρανόμως τὴν ἁγίαν
Παρθένον εἰς μνηστείαν ἠγάγετο, εἰ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σκήπτρου κατήγετο.
Δείξας τοίνυν τὸ τοῦ Ἰωσήφ καταγώγιον, ἠρκέσθη.

Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἶδέναι ὡς νόμος ἦν, ἀγόνου ἀνδρὸς τελευτῶντος, τὸν

erat, orta est. Dictum quippe est: *Iuravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*¹ Ac rursus: *Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: Semen eius in aeternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo; et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in coelo fidelis.*² Et Isaias: *Orietur virga ex Iesse, et flos de radice eius ascendet.*³

PG
94, 1155

Caeterum quod Ioseph ex Davidica tribu originem duxerit, sa-
cratissimi evangelistae Matthaeus et Lucas liquido demonstrarunt.
Verum Matthaeus ex Davide per Salomonem Iosephum deducit;
Lucas autem, per Nathan. At vero sanctae Virginis genus uterque
siluit.

1918

Quocirca sciendum est, nec apud Hebraeos, nec in Scriptura
sacra, hunc morem fuisse ut mulierum genus recenseretur. Atqui hoc
lege cautum erat, ne tribus ulla ex aliena tribu coniuges accerseret:⁴
ac proinde Ioseph, qui ex stirpe Davidica oriundus, iustusque erat
(hanc enim ei laudem tribuit divinum Evangelium), sanctam Vir-
ginem praeter legis praescriptum haudquaquam despondisset, nisi
ex eodem sceptro aut tribu traxisset genus: unde satis habuit evan-
gelista Iosephi genus demonstrare.

Quin illud quoque sciendum est, lege sancitum esse, ut, si quis-

¹ Ps. CXXXI, 11.² Ps. LXXXVIII, 36-38.³ Isa. XI, 1.⁴ Num. XXXVI, 6 s.

τοῦτου ἀδελφόν, τὴν τοῦ τετελευτηκότος γαμετὴν πρὸς γάμον ἄγεσθαι, καὶ ἐγείρειν σπέρμα τῶ ἀδελφῶ. Τὸ οὖν τικτόμενον, κατὰ φύσιν μὲν, τοῦ δευτέρου, ἦτοι τοῦ γεγεννηκότος ἦν, κατὰ δὲ νόμον, τοῦ τετελευτηκότος.

Ἐκ τῆς σειρᾶς τοίνυν τοῦ Νάθαν τοῦ υἱοῦ Δαβίδ, γεννηθεὶς Λευὶ ἐγέννησε τὸν Μελχὶ καὶ τὸν Πάνθηρα· * ὁ Πάνθηρ ἐγέννησε τὸν Βαρπάνθηρα, οὕτως ἐπικληθέντα. Οὗτος ὁ Βαρπάνθηρ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ· ὁ Ἰωακείμ ἐγέννησε τὴν ἀγίαν Θεοτόκον. Ἐκ δὲ τῆς σειρᾶς Σολομῶντος τοῦ υἱοῦ Δαβίδ, Ματθάν ἔσχε γυναῖκα, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ματθάν, Μελχὶ ὁ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Νάθαν, ὁ υἱὸς μὲν Λευί, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Πάνθηρος, ἐγγίμε τὴν γυναῖκα τοῦ Ματθάς, μητέρα δὲ τοῦ Ἰακώβ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε τὸν Ἡλεί. Ἐγένοντο οὖν ἀδελφοὶ ὁμομήτριοι Ἰακώβ καὶ Ἡλεί· ὁ μὲν Ἰακώβ, ἐκ φυλῆς Σολομῶντος, ὁ δὲ Ἡλεί, ἐκ φυλῆς Νάθαν. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ Ἡλεί, ὁ ἐκ τῆς τοῦ Νάθαν φυλῆς, ἄπαις· καὶ ἔλαβεν Ἰακώβ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Σολομῶντος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀνέστησε σπέρμα τῶ ἀδελφῶ αὐτοῦ, καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. Ὁ οὖν Ἰωσήφ, φύσει μὲν ἔστιν υἱὸς Ἰακώβ, ἐκ τοῦ καταγωγίου Σολομῶντος, κατὰ δὲ νόμον, Ἡλεί τοῦ ἐκ Νάθαν.

Ἰωακείμ τοίνυν τὴν σεμνήν τε καὶ ἀξιέπαινον Ἄνναν πρὸς γάμον ἡγά-

piam sine liberis obiisset, ipsius frater uxorem mortui in matrimonium acciperet, fratri semen suscitaturus.¹ Atque ita quod pariebatur, natura quidem secundi erat, hoc est, eius qui genuerat: secundum legem vero, defuncti censebatur.

Igitur ex stirpe Nathan, filii David, nascitur Levi. Levi genuit Melchi et * Pantherem. Panther autem genuit Barpantherem (nam ita vocabatur). Barpanther genuit Ioachim; Ioachim genuit sanctam Dei Genitricem.² Rursus ex stirpe Salomonis, filii David, Mathan uxorem habuit, ex qua genuit Iacob patrem Ioseph. Mortuo autem Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Levi ac frater Pantheris, uxorem ipsius Nathan, quae etiam Iacob mater erat, duxit, ex qua genuit Heli. Quamobrem uterini fratres erant Iacob et Heli: ille nimirum ex tribu Salomonis, hic ex tribu Nathan. Porro Heli, qui ex tribu Nathan erat, nullis liberis susceptis mortuus est: qua de causa ipsius frater, qui ex tribu Salomonis erat, uxorem eius accepit, suscitansque fratri semen, Iosephum progenuit. Ioseph itaque, natura quidem erat filius Iacob, ex Salomonis domo prognatus; secundum legem vero, filius erat Heli, ex Nathan oriundi.

Ioachim ergo lectissimam illam et summis laudibus dignam mu-

¹ Deut. XXV, 5.

² Le. III, 24 s.

γετο. Ἄλλ' ὥσπερ ἡ πάλαι Ἄννα στειρεύουσα, δι' εὐχῆς καὶ ἐπαγγελίας τὸν Σαμουὴλ ἐγέννησεν, οὕτω καὶ αὕτη διὰ λιτῆς καὶ ἐπαγγελίας πρὸς Θεοῦ τὴν Θεοτόκον κομίζεται, ἵνα κἂν τούτῳ μηδενὸς τῶν περιφανῶν καθυστερίζοιτο· τίκτει τοιγαροῦν ἡ χάρις (τοῦτο γὰρ ἡ Ἄννα ἐρμηνεύεται) τὴν Κυρίαν· τοῦτο γὰρ τῆς Μαρίας σημαίνει τὸ ὄνομα· Κυρία γὰρ ὄντως γέγονε πάντων τῶν ποιημάτων, τοῦ Δημιουργοῦ χρηματίσασα Μήτηρ. Τίκτεται δὲ

*1160

ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ * Ἰωακείμ οἴκῳ, καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται. Εἶτα ἐν τῷ οἴκῳ Θεοῦ φυτευθεῖσά τε καὶ πιανθεῖσα τῷ Πνεύματι, ὥσει ἐλαία κατὰ καρπος, πάσης ἀρετῆς καταγωγίον γέγονε, πάσης βιωτικῆς καὶ σαρκικῆς ἐπιθυμίας τὸν νοῦν ἀποστήσασα, καὶ οὕτω παρθένον τὴν ψυχὴν συντηρήσασα σὺν τῷ σώματι, ὡς ἔπρεπε, τὴν Θεὸν ἐγκόλπιον ὑποδέχσθαι μέλλουσαν· ἅγιος γὰρ ὢν, ἐν ἀγίοις ἀναπαύεται· οὕτω τοίνυν ἀγιωσύνην μετέρχεται, καὶ ναὸς ἅγιος καὶ θαυμαστός τοῦ ὑψίστου Θεοῦ ἀναδείκνυται ἄξιος.

PG
94, 1160

Ἐπειδὴ δὲ ἐπετήρει τὰς παρθένας ὁ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐχθρός, διὰ τὴν Ἡσαίου πρόβησιν· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει », φήσαντος, « καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὃ ἐστι μεθερμηνεύμενον· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός »· ὡς ἂν δελεάσῃ τὸν ἐν σοφίᾳ ἀεὶ ἀδρυνόμενον, ὁ

1919

lierem Annam, matrimonio sibi copulavit.¹ Verum quemadmodum prisca illa Anna, cum sterilitatis morbo laboraret, facto voto, per promissionem Samuelem genuit, eodem modo haec etiam per obsecrationem et promissionem Dei Genitricem a Deo accepit, ut ne in hoc quoque cuiquam ex illustribus matronis cederet. Itaque gratia (nam hoc sonat Annae vocabulum) Dominam parit (id enim Mariae nomine significatur, quae vere omnis creaturae Domina facta sit, cum

*1159

* Creatoris mater exstitit); nascitur autem in domo probaticae Ioa-chim, atque ad templum adducitur. Tum deinde in domo Dei plantata, et per Spiritum saginata, instar olivae fructiferae virtutum omnium domicilium instruitur; ut quae, abstracta mente ab omni saeculi carnisque cupiditate, animum una cum corpore virginem conservasset, veluti decebat illam, quae sinu suo conceptura Deum erat, qui, cum ipse sanctus sit, in sanctis requiescit. Unde sanctimoniam consecrando, templum evadit sanctum et admirabile, Deique altissimi hospitio dignum.

PG
94, 1159

Quoniam autem salutis nostrae hostis virgines observabat, propter Isaiiae vaticinium, quo dixerat: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel (quod interpreteris, nobiscum Deus)*; ² idcirco, ut ille qui sapientes comprehendit in astutia ipsorum, ³

1919

¹ I Reg. I, 10.² Isa. VII, 14; Matth. I, 23.³ Job V, 13; I Cor. III, 19.

δρασσόμενος τούς σοφούς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, πρὸς μνηστειᾶν ἢ νεάνις τῷ Ἰωσήφ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐκδίδοται ὁ καινὸς τόμος, τῷ γράμματα εἰδότε· ἡ δὲ μνηστειᾶ, φυλακὴ τε τῆς Παρθένου ὑπῆρχε, καὶ τοῦ τὰς παρθένους ἐπιτηροῦντος ἀποβουκόλημα. "Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἀπεστάλη ἄγγελος Κυρίου πρὸς αὐτήν, τὴν τοῦ Κυρίου εὐαγγελιζόμενος σύλληψιν· οὕτως τε συνείληφε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὴν τοῦ Πατρὸς ἐνυπόστατον δύναμιν, οὐκ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἤτοι συναφείας καὶ σποράς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς εὐδοκίας καὶ συνεργίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐχορήγησε τῷ Κτίστῃ τὸ κτισθῆναι, καὶ τῷ πλάστῃ τὸ πλασθῆναι, καὶ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ τὸ σαρκωθῆναι καὶ ἀνθρωπισθῆναι ἐκ τῶν ἁγνῶν καὶ ἀμολύντων αὐτῆς σαρκῶν τε καὶ αἱμάτων, τὸ τῆς προμήτορος ἀποπληροῦσα χρέος· ὥσπερ γὰρ ἐκείνη συναφείας ἐκτὸς ἐξ Ἀδάμ πεπλαστούργηται, οὕτω καὶ αὕτη τὸν νέον Ἀδὰμ ἀπεκύησε, νόμῳ κυήσεως τικτόμενον, καὶ ὑπὲρ φύσιν γεννήσεως. Τίκεται γὰρ ἀπάτωρ ἐκ γυναικός, ὁ ἐκ Πατρὸς ἀμήτωρ· καὶ ὅτι μὲν ἐκ γυναικός, νόμῳ κυήσεως, ὅτι δὲ ἄνευ πατρὸς, ὑπὲρ φύσιν γεννήσεως· καὶ ὅτι μὲν τῷ εἰθισμένῳ χρόνῳ (τὸν γὰρ ἐννεαμηναῖον τελέσας, καὶ τῷ δεκάτῳ ἐπιβὰς γεννᾶται), νόμῳ κυήσεως· ὅτι δὲ ἀνωδίνως, ὑπὲρ θεσμὸν γεννήσεως· ἥς γὰρ ἡδονὴ οὐ προηγῆσατο, οὐδὲ

eum falleret qui sapientiae nomine semper gloriatur, puella Iosepho desponsatur, novus scilicet tomus scienti litteras.¹ Hac porro desponsatio, et Virgini custodia, et ei qui virgines observabat, deceptio fuit. At ubi venit plenitudo temporis, angelus Domini missus ad eam fuit, Domini conceptionem annuntiaturus. Quamobrem Dei Filium, veram illam subsistentemque Patris virtutem, *non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri*,² hoc est non ex congressu et semine, sed ex benigna Patris voluntate, Spiritu sancto simul operante concepit. Hoc pacto et Creatori ut crearetur, et fictori ut effingeretur, Deique Filio ac Deo ut ex puris et immaculatis eius carnibus et sanguinibus incarnaretur homoque fieret, subministravit, primae parentis partes persolvens. Quemadmodum enim illa citra coitum ex Adamo formata est: haec etiam novum Adam peperit: sic vero, ut hic consueto more partu ederetur, et supra quam ratio nascendi ferat. Editur enim sine patre ex muliere, qui ex Patre sine matre natus exstabat. Et quidem quatenus ex muliere, secundum pariendi leges editus est: quatenus autem sine patre, supra generationis naturam. Ac rursus quatenus consueto tempore, novem expletis mensibus, et inchoato decimo, sua partui lex constitit: quatenus autem sine illo sensus dolore generationis legem superavit. Quam enim voluptas non anteivit, ne dolor sane in

¹ Isa. XXIX, 11.

² Io. I, 13.

ὠδὴν ἐπιηκολούθησε, κατὰ τὸν προφήτην τὸν λέγοντα· « Πρὶν ὠδίνησεν, ἔτεκε ».
Καὶ πάλιν· « Πρὶν ἐλθεῖν τὸν καιρὸν τῶν ὠδίνων ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν ».

PG
94, 1160
*1161

Γεγέννηται τοίνυν ἐξ αὐτῆς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένος, οὐ θεοφόρος ἄνθρωπος, ἀλλὰ Θεὸς * σεσαρκωμένος· οὐχ ὡς προφήτης ἐνεργεῖα χριόμενος, παρουσίᾳ δὲ ὄλου τοῦ χριόντος· ὥστε ἄνθρωπον μὲν γενέσθαι τὸ χρίσαν, καὶ Θεὸν τὸ χριόμενον· οὐ μεταβολῆ φύσεως, ἀλλ' ἐνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν. Ὁ αὐτὸς γὰρ ἦν, ὅ τε χρίων καὶ ὁ χριόμενος· χρίων ὡς Θεὸς ἑαυτὸν ὡς ἄνθρωπον. Πῶς οὖν οὐ Θεοτόκος, ἢ Θεὸν σεσαρκωμένον ἐξ αὐτῆς γενήσασα; Ὡντως κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκος, καὶ Κυρία, καὶ πάντων κτισμάτων δεσπόζουσα, δούλη καὶ μήτηρ τοῦ Δημιουργοῦ χρηματίσασα. Ὡσπερ δὲ συλληφθεὶς παρθένον τὴν συλλαβοῦσαν ἐτήρησεν, οὕτω καὶ τεχθεὶς, τὴν αὐτῆς παρθεναίαν ἐφύλαξεν ἄτρωτον, μόνος διελθὼν δι' αὐτῆς, καὶ κεκλεισμένην τηρήσας αὐτήν· δι' ἀκοῆς μὲν ἢ σύλληψις, ἢ δὲ γέννησις διὰ τῆς συνήθους τῶν τικτομένων ἐξόδου, εἰ καὶ τινες μυθολογοῦσι διὰ τῆς πλευρᾶς αὐτὸν τεχθῆναι τῆς Θεομήτορος. Οὐ γὰρ ἀδύνατος ἦν καὶ διὰ τῆς πύλης διελθεῖν, καὶ ταύτης μὴ παραβιάζειν σήμαντρα.

1920

Μένει τοίνυν καὶ μετὰ τόκον παρθένος ἢ ἀειπάρθενος, οὐδαμῶς ἀνδρὶ

partu secutus est. Quo spectat illud prophetae: *Antequam parturiret, peperit*,¹ et illud rursus: *Antequam venisset tempus parturiendi, fugit, ac peperit masculum*.²

PG
94, 1159
*1162

Ex ea itaque Dei Filius assumpta carne natus est; non homo deifer, Deoque afflatus, sed Deus * incarnatus; non in prophetae morem efficientia inunctus, verum totius ungentis praesentia, ut et illud quod unxit, factum sit homo, et hoc quod unctum est, Deus; non immutatione naturae, sed unione secundum hypostasim. Idem enim erat et ungens et unctus, ungens ut Deus seipsum ut hominem. Eccur ergo Dei Genitrix non erit, quae Deum incarnatum ex se genuit? Profecto vere et proprie Dei Genitrix est et Domina, omnibusque creatis imperat, quae ancilla materque simul exstitit Creatoris. Quemadmodum autem ille qui conceptus fuit, eam quae conceperat, Virginem servavit; sic nascendo virginitatem illius incolumem custodivit, solus per eam transiens, clausamque conservans.³ Ac conceptio quidem per auditum facta est: ortus vero per eam partem, per quam exire fetus consuescit; quamlibet aliqui fabulentur illum per Genitricis Dei latus editum esse. Neque enim hoc ei impossibile erat, ut per portam transiret, sigillis eius nulla parte labefactatis.

1920

Mansit ergo post partum virgo, quae semper virgo mansit, nulla

¹ Isa. LXVI, 7.

² Ibid.

³ Ezech. XLIV, 2.

μέχρι θανάτου προσομιλήσασα. Εἰ γὰρ καὶ γέγραπται· «Καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον», ἴστέον ὅτι πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθείς, εἰ καὶ μονογενῆς εἶη. Τὸ μὲν γὰρ πρωτότοκος, πρῶτον γεννηθῆναι δηλοῖ, οὐ πάντως δὲ καὶ ἑτέρων συνεμφαίνει γέννησιν. Τὸ δὲ «ἕως», τὴν μὲν τοῦ ὀρισμένου χρόνου προθεσίαν σημαίνει, οὐκ ἀποφάσκει δὲ τὸ μετὰ ταῦτα· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος· «Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος»· οὐχ ὡς μετὰ τὴν τοῦ αἰῶνος συντέλειαν χωρισθησόμενος. Φησὶ γοῦν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· «Καὶ οὕτως πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα», μετὰ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν λέγων.

Πῶς γὰρ ἂν Θεὸν γεννήσασα, καὶ ἐκ τῆς τῶν παρηκολουθηκότων πείρας τὸ θαῦμα γνωρίσασα, ἀνδρὸς συνάφειαν κατεδέξατο; ἄπαγε· οὐ σωφρονοῦντος λογισμοῦ τὰ τοιαῦτα νοεῖν, μὴ ὅτι καὶ πράττειν.

Ἄλλ' αὕτη ἡ μακαρία, καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν δωρεῶν ἀξιωθεῖσα, τὰς ὠδύνας, ἃς διέφυγε τίκτουσα, ταύτας ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ ὑπέμεινε, ὑπὸ τῆς μητρικῆς συμπαθείας τῶν σπλάγγων τὸν σπαραγμὸν ἀνατλάσασα, καὶ ὃν ἔγνω Θεὸν διὰ γεννήσεως, τοῦτον ὡς κακοῦργον ἀναιρούμενον βλέπουσα, ὡς ῥομ-

ad obitum usque suum admissa cum viro consuetudine. Quamvis enim scriptum sit: *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum*,¹ attamen scire interest, primogenitum illum esse qui primus sit procreatus, etiamsi alioqui unigenitus sit. Etenim primogeniti vox declarat quidem primum esse genitum aliquem; non perinde tamen alios posthac esse genitos indicat. Atqui haec particula, *donec*, ita praescripti temporis terminum significat, ut sequens tempus continuo non excludat. Dominus siquidem dixit: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi*:² non veluti consummato saeculo sese sit abstracturus. Ait quippe Apostolus: *Et sic semper cum Domino erimus*,³ scilicet post communem resurrectionem.

Enimvero qui fieri potuisset, ut quae Deum genuerat, et ex eorum quae secuta sunt experimento, miraculum noverat, viri complexum admisisset? Absit haec opinio. Nequaquam casti animi fuerit talia cogitare, nedum perpetrare.

Verum beata haec, atque beneficiis eiusmodi, quae naturae modum excedant, cumulata, quos in partu dolores effugerat, passionis tempore sustinuit, materno affectu lacerari sibi viscera sentiens, intimisque cogitationibus veluti gladio discerpta, cum illum quem gignendo Deum esse cognoverat, tamquam sceleratum aliquem morte

¹ Matth. I, 25.

² Matth. XXVIII, 20.

³ I Thess. IV, 17.

φαία τοῖς λογισμοῖς ἐσπαράττετο· καὶ τοῦτό ἐστι· «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία». Ἀλλὰ μεταβάλλει τὴν λύπην ἢ χαρὰ τῆς ἀναστάσεως, Θεὸν τὸν σαρκὶ θανόντα κηρύττουσα.

PG
94, 1209

Cap. XXIV. [...] Αὐτὸς ὁ Χριστός, τῆς παρθενίας τὸ κλέος, οὐ μόνον ἐκ Πατρὸς ἀνάρχως, ἀρρέυστως, καὶ ἀσυνδυάστως γεγεννημένος, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς γενόμενος, ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκ Παρθένου συναφείας ἄνευ σεσαρκωμένος, καὶ αὐτὸς παρθενίαν τὴν ἀληθῆ καὶ παντελεῆ δεικνὺς ἐν ἑαυτῷ. "Ὅθεν καὶ ταύτην ἡμῖν οὐκ ἐνομοθέτησε μὲν· «Οὐ γὰρ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον», ὡς αὐτὸς ἔφησεν· ἔργῳ δὲ ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν καὶ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἐνεδυνάμωσε. Τίτι γὰρ οὐκ ἔστι σαφές, ὅτι παρθενία ἐν ἀνθρώποις νῦν πολιτεύεται;

1921

DE IMAGINIBUS (726/730)

PG
94, 1241

Oratio I, 12. Πάλιν, εἰκῶν λέγεται ἡ τῶν ἐσομένων αἰνιγματωδῶς σκιαγραφοῦσα τὰ μέλλοντα, ὡς ἡ κιβωτὸς τὴν ἀγίαν Παρθένον καὶ Θεοτόκον, καὶ ἡ ῥάβδος, καὶ ἡ στάμνος· καὶ ὡς ὁ ὄφις, τὸν τὸ δῆγμα διὰ σταυροῦ καταργήσαντα τοῦ ἀρχεῖλάκου ὄφρα· ἢ τε θάλασσα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἡ νεφέλη, τὸ τοῦ βαπτίσματος πνεῦμα.

1922

PG
94, 1341

Oratio III, 22. Πέμπτος τρόπος εἰκόνος λέγεται, ὁ προεικονίζων καὶ

1923

affici cerneret. Sic porro intelligendum illud est: *Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit.*¹ Caeterum moerorem excepit resurrectionis laetitia, quae Deum esse illum personabat, qui carne mortem obierat.

PG
94, 1210

Cap. XXIV. [...] Christus ipse virginitatis decus est, ut qui non modo ex Patre sine fluxu atque congressu genitus sit, sed etiam nostri instar assumpta carne, ex Virgine sine maritali copula veram absolutissimamque virginitatem in seipso ostenderit. Quapropter hanc quidem ille nulla nobis lege praescipit (*Non enim, ut ipse ait, omnes capiunt verbum istud*),² verum ipso opere nos illam docuit, nobisque ad eam robur conciliavit. Eccei enim non liquet, virginitatem nunc inter homines vigere?

1921

PG
94, 1242

Oratio I, 12. Ad haec, imago dicitur futurorum, quae aenigmatice ea quae futura sunt, adumbrat; ut arca, virga et urna, beatam Virginem ac Deiparam; ut serpens (aeneus), eum qui serpentis maiorum omnium auctoris morsum in cruce sanavit; ut denique mare, aqua et nubes baptismi spiritum designabant.

1922

PG
94, 1342

Oratio III, 22. Quintum genus imaginum illud dicitur, quo fu-

1923

¹ Luc. II, 35.² Matth. XIX, 11.

προδιαγράφων τὰ μέλλοντα, ὡς ἡ βάρτος καὶ ὁ ἐπὶ πόκον ὑετός, τὴν Παρθένον καὶ Θεοτόκον, καὶ ἡ βάρδος, καὶ ἡ στάμνος.

34. [...] « Προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ ». Ὅρος ἅγιον ἔμψυχον Θεοῦ, ἡ ἅγια Θεοτόκος. 1353

36. Τέταρτος τρόπος, καθ' ὃν προσκυνοῦνται αἱ εἰκόνες αἱ ὀφθεῖσαι τοῖς προφήταις (ἐν εἰκονικῇ γὰρ * ὁράσει εἶδον Θεόν), καὶ αἱ τῶν ἐσομένων εἰκόνες, ὡς ἡ βάρδος Ἀαρών, εἰκονίζουσα τὸ τῆς Παρθένου μυστήριον, καὶ ἡ στάμνος, καὶ ἡ τράπεζα. *1356

CONTRA IACOBITAS

1924 28. Εἰ μία φύσις σύνθετός ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐκ θεότητος δὲ καὶ ἀνθρωπότητος ἡ τούτου Μήτηρ ἐστίν, οὐδὲ τῇ Μητρὶ ἐστὶν ὁμοούσιος· καὶ μετηνέγκατε ὅρια αἰώνια, ἃ οἱ Πατέρες ἡμῶν ἔθεντο, ὁμοούσιον τὸν Χριστὸν εἰπόντες τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον τῇ Μητρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. PG 94, 1449

1925 79. Ἐπὶ δέ γε τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ πᾶσαν ὑπεραιρούσης κατάληψιν, ὁμολογοῦμεν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς σεσαρκῶσθαι ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου· καὶ δύο αὐτοῦ τὰς γεν-

tura praeluduntur et praesignantur; cuiusmodi fuit rubus,¹ pluviaque in vellus decidens,² quibus Virgo et Deipara praemonstrabatur; itemque virga et urna.

34. [...] *Adorate ad montem sanctum eius.*³ Mons Dei sanctus et animatus, est sancta Dei Genitrix. 1354

36. Quartus modus est, quo imagines illae, quas prophetae viderunt, adorantur (hi enim in * imaginaria visione Deum cernebant), necnon imagines futurorum, ut virga Aaron Virginis mysterium designans, urna itidem et mensa. 1354 *1355

1924 28. Si Christus est una natura composita ex divinitate et humanitate, non autem eius Mater ex divinitate et humanitate constat; nec subinde eiusdem cuius Mater, substantiae fuerit: adeoque transtulisti terminos aeternos, quos patres nostri statuerunt, pronuntiando Christum Patri consubstantialem esse secundum divinitatem, et consubstantialem Matri secundum humanitatem. PG 94, 1450

1925 79. In incarnatione vero salutari, quae intelligentiam omnem superat, confitemur unum de Trinitate, unigenitum, Filium Verbumque Dei, beneplacito Patris incarnatum de Spiritu sancto esse, et ex sancta semper Virgine et Dei Genitrice Maria: duasque eius genera-

¹ Exod. III, 2.

² Iudic. VI, 40.

³ Ps. XCVIII, 9.

νήσεις σέβομεν, μίαν τὴν προαιώνιον καὶ ἀίδιον, ἀναιτίως, ἐκ Πατρὸς ἄνευ μητρὸς, καὶ μίαν τὴν ἐκ τῆς Παρθένου μητρὸς ἄνευ πατρὸς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν.

PG
94, 1484

84. Τὴν δὲ ἁγίαν Παρθένον κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον κηρύττομεν. Ὡς γὰρ Θεὸς ἀληθὴς ὁ ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος, οὕτω Θεοτόκος ἀληθής, ἡ Θεὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον κηύσασα. Θεὸν δὲ φαμεν ἐξ αὐτῆς γεγεννησθαι, οὐχ ὡς ἐξ αὐτῆς ἐσχηκότα τὴν ἀίδιον τῆς θεότητος ὕπαρξιν, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτῆς ἀτρέπτως σαρκωθέντα, καὶ γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ γεννηθέντα, ἓνα Χριστόν, ἓνα Υἱόν, ἓνα Κύριον, μίαν ὑπόστασιν, τὸν αὐτὸν Θεὸν τε καὶ ἄνθρωπον, οὐχ ἕτερον ἐν τῇ Τριάδι παρεισάγοντα πρόσωπον.

1926

DE S. TRINITATE ¹PG
95, 13

4. Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Θεὸν τέλειον τὸν αὐτόν, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἓνα καὶ μόνον Υἱόν, καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἑαυτῷ.

1927

tiones colimus, unam ante saecula et aeternam, nulla causa, ex Patre sine matre: et unam ex virgine matre, sine patre, propter nostram salutem.

PG
94, 1483

84. Porro sanctam Virginem proprie vereque Dei Matrem praedicamus: quippe cum, sicut Deus verus est qui ex ea natus est, sic vere Mater Dei, quae Deum ex se carnem factum pepererit. Atqui Deum ex ipsa natum esse aimus, non ut ex ipsa aeternam Deitatis exstantiam acceperit, sed quod ex ipsa sit incarnatus sine conversione, factusque, et genitus homo, Christus unus, Filius unus, Dominus unus, hypostasis una, idem ipse Deus et homo, qui alteram Trinitati personam non invexerit.

1926

PG
95, 14

4. Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum Filium et Verbum Patris, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum et hominem factum esse ex Spiritu sancto et ex sancta gloriosa Deipara et semper virgine Maria: eundem Deum perfectum, et hominem perfectum, unum et solum Filium, tum ante incarnationem, tum post incarnationem: eiusdem essentiae cum Patre quoad deitatem: quoad omnia similem nobis, eiusdemque essen-

1927

¹ Opus dubium. Cf. Al 564. Ait M. Jugie: « S'il est permis de douter que la rédaction soit de Jean, la doctrine est bien de lui; et l'on peut retrouver l'équivalent et les termes mêmes dans ses œuvres authentiques ». DThC VIII, 699.

καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενον ἀνθρώπων· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς ἀγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἕνα καὶ μόνον Υἱὸν ἐν δυοῖ φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως γνωρίζομενον. Δύο γὰρ φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἑνωσιν ἀδιάσπαστον, ἀσύγχυτον, ἀτρέπτον.

DE NATURA COMPOSITA CONTRA ACEPHALOS

- 1928 9. [...] Ἡ τοίνυν παντελῶς τὰς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἀναιρήσητε, ἢ διφυᾶ πρὸ τῆς ἐκ Παρθένου λέξετε τὸν Χριστὸν σαρκώσεως, μὴ διδόναι αὐτῷ τὰς κυρίως οὐσας αὐτοῦ δύο φύσεις μετὰ τὴν ἑνωσιν ἀνεχόμενοι. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦμεν, οὐδ' αὕτη μερὶς τοῦ Ἰακώβ. Ἀλλ' ἐν τοῖς ὅροις τῆς εὐσεβείας ἱστάμενοι, φαμὲν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μίαν ὑπόστασιν σύνθετον. Αὕτη γὰρ ἡ προαιώνιος τοῦ Θεοῦ Λόγος ὑπόστασις, σηκνώσασα ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἀγίας Ἀειπαρθένου, ἐν αὐτῇ ὑπεστήσατο σὰρκα ἐμψυχον λογικὴν, αὕτη χρηματίσασα τῇ ἐμψύχῳ καὶ λογικῇ σαρκὶ ὑπόστασις· καὶ γέγονεν ἐκ τελείας θεότητος καὶ τελείας ἀνθρωπότητος, εἰς Χριστός.

PG
95, 124

tiae nobiscum quoad humanitatem sine peccato factum hominem: ante saecula quidem ex Patre, postremis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex sancta Deipara et semper Virgine Maria natum, qui unus et solus Filius in duabus naturis citra confusionem, citra conversionem, citra divisionem agnoscitur. Duae enim naturae congressae sunt inter se invicem per unionem indivulsam, inseparabilem, confusionis et conversionis expertem.

- 1928 9. [...] Quamobrem aut duas in Christo naturas prorsus auferte; aut si duas naturas proprias post unionem Christo attribuere non sustinetis, duplici ipsum constitisse natura dicite, priusquam ex Virgine carnem assumeret. Nos autem non ita sentimus, neque haec est pars Iacob:¹ sed intra pietatis repagula consistentes, unam ex deitate et humanitate compositam hypostasim dicimus. Nam ipsa antiquior saeculis Dei Verbi hypostasis, in sanctae et perpetuae Virginis utero habitando, carnem anima et ratione instructam in eo sumpsit in unitatem personae, et carni animatae et rationali facta est hypostasis; atque unus Christus ex perfecta divinitate et humanitate perfecta factus est.

PG
95, 123

¹ Ier. X, 16.

ADVERSUS NESTORIANORUM HAERESIM

PG
95, 188

Πρὸς τοὺς Νεστορίου ὑμόφρονας οὕτως ἀρκτέον τοῦ λόγου. Εἶπατε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, τίνα συνέλαθεν ἡ ἅγια Θεοτόκος, τὸν φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν, ἢ ἄνθρωπον; Κἂν μὲν εἴπωσι, τὸν φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν, ὀρθόδοξοί εἰσιν· ἐξ ἀνάγκης γὰρ καὶ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον ὁμολογήσουσιν· ἡ γὰρ Θεὸν συλλαβοῦσα, τοῦτον καὶ σεσαρκωμένον γεννήσασα, πῶς οὐ Θεοτόκος; εἰ δὲ εἴπωσιν ἄνθρωπον, τότε ὡς αἰρετικούς οὕτως διαδεξώμεθα· τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸν καὶ Λόγον τὸν προαιώνιον, φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ φύσει Θεὸν λέγετε, καὶ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρί; Ναὶ φήσουσιν. Εἰτά φαμεν· Τὸν τῆς Παρθένου Υἱόν, φύσει Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ φύσει Θεὸν λέγετε; Οὐ, ἐροῦσι. Τότε φήσομεν· Οὐκοῦν δύο υἱοὺς ὁμολογεῖτε τοῦ Θεοῦ, ἓνα κατὰ φύσιν, καὶ ἓνα κατὰ χάριν, καὶ δύο υἱοὺς προσκυνεῖτε· καὶ γέγονε καθ' ὑμᾶς τετράς ἢ τριάς. Εἶπατε οὖν ἡμῖν, πόθεν δύο τὰς ὑποστάσεις κηρύττειν ἐμάθετε; οὐκ ἀκούετε τοῦ Εὐαγγελίου διαβρόχην φάσκοντος· «Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος;» Καὶ μετ' ὀλίγον· «Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.» Πόθεν δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐμψύχου σαρκὸς σύλληψιν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐνοίκησιν λέγετε; Οὐ γέγραπται, ὅτι «Εἰσελθὼν ὁ ἄγγελ-

1929

PG
95, 187

Initium dicendi sic faciendum est adversus eos qui cum Nestorio sentiunt: Vos, velim, dicatis nobis: quemnam sancta Dei Genitrix concepit? Num natura Filium Dei et Deum, an hominem? Siquidem eum natura Filium Dei Deumque dixerint, iam orthodoxi sunt. Hoc enim ipso beatam Virginem esse Dei Genitricem confitebuntur. Ecce enim non Dei Mater, quae Deum concepit, eundemque incarnatum genuit? Sin autem hominem dicant, tum eos tamquam haereticos sic excipiemus: Illum qui Dei et Patris Filius est, atque ante saecula Verbum, natura Filium Dei, ac natura Deum, Deoque et Patri consubstantialem dicitis? Plane, inquit. Tum nos: Virginis Filius numquid natura Dei Filius et natura Deus est? Nequaquam, inquit. Tunc urgebimus: Duos igitur Dei filios confitemini, unum natura, gratia alterum: sicque duos adoratis filios, vestraque sententia Trinitas in quaternitatem evasit. Quamobrem dicite nobis, a quonam duas hypostases praedicare edocti estis? Annon ex Evangelio palam audistis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum?*¹ Et post pauca: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*² Unde accepistis post animatae carnis conceptionem con-

1929

¹ Io. I, 1.² Io. I, 14.

λος πρὸς τὴν Μαριάμ, εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Ἡ δέ, ἐπὶ τῷ λόγῳ διαταράχθη, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοῦ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπε δὲ Μαριάμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις * Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». *189 Ἰδοῦ σαφῶς ἀποδέδεικται ὡς τῆς Μαρίας ζητούσης τὸν τῆς συλλήψεως τρόπον, οὐκ εἶπεν ὁ ἄγγελος, ὅτι Συλλήψῃ πρῶτον, καὶ τότε ἔσται τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνοίκησις· ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σκηνώσεως, ἔσται ἡ σύλληψις, ὥστε πρῶτον γενέσθαι τὴν τῆς δυνάμεως τοῦ Ὑψίστου ἐπισκίασιν, ἥτοι τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν, καὶ τότε τὴν τῆς σαρκὸς ὑπαρξιν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ ὑφισταμένης. Ὅτι δὲ αὐτὸς ὁ Λόγος ἐγένετο ἄνθρωπος, Ἰωάννης ὁ Θεολόγος κέκραγε λέγων· « Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο ». Ἐγένετο δὲ ἀμεταβλήτως καὶ ἀτρέπτως· ἀτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον.

cessam ei esse Verbi Dei inhabitationem? Nonne scriptum est, quod *Angelus ad Mariam ingressus dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum. Quae cum audisset turbata est in sermone, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deum sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, [quoniam virum non cognosco?] et respondens angelus dixit illi: * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei?* ¹ En clare demonstratum est, angelum Mariae conceptus modum quaerenti, non dixisse: Concipies prius, moxque fiet inhabitatio Dei. Quin potius per adventum operationemque Spiritus sancti, ac per inhabitationem Verbi patranda esse conceptionem: ut nempe virtutis Altissimi obumbratio, seu, quod idem est, Verbi conceptio facta sit, simulque carnis in ipso Verbo subsistentis existentia. Quod autem Verbum factum sit homo, inclamat Ioannes Theologus dicens: *Et Deus erat Verbum: et Verbum caro factum est.* Factum est, inquam, absque conversione aut mutatione. Immutabilis siquidem Deus est et invariabilis.

¹ Lc. I, 28, 35.

2. Ὁ Λόγος τοίνυν σὰρξ ἐγένετο, οὐ τραπείς τὴν φύσιν, οὐδὲ φαντάσας τὴν οἰκονομίαν, ἀλλὰ ὑπόστασις ὧν, μία τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ἐκ τῆς ἀπειρογάμου Παρθένου ψυχὴν ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῶν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑποστάσει ὑποστήσας, καὶ χρηματίσας αὐτῇ ὑπόστασις· ὥσπερ γὰρ ἐστὶ μάχαιρα ἐκ σιδήρου κατεσκευασμένη μία τῶν ὑποστάσεων τῆς τοῦ σιδήρου φύσεως, καὶ ἔσται πῦρ ἄπτον μία τῶν ὑποστάσεων τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως· καὶ προσελθοῦσα μάχαιρα ἐπυρακτώθη, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν προϋποστᾶσαν τοῦ πυρὸς ὑπόστασιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἀπαρχὴν τινα τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως λαβοῦσα, ἐγένετο καὶ αὐτῇ ὑπόστασις· καὶ γέγονεν ἡ μάχαιρα ἢ πρότερον ἀπλῆ ὑπόστασις οὔσα μόνῃς σιδήρου φύσεως, σύνθετος ὑπόστασις, γενοῦσα καὶ πυρὸς φύσεως ὑπόστασις, καὶ ἔχει τὴν τε τοῦ σιδήρου φύσιν ἀναλλοίωτον, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεῖσαν τοῦ πυρὸς φύσιν ἀμειώτον· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὑπόστασις ὧν μία τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, πᾶσάν τε τῆς θεότητος φύσιν ἐν ἑαυτῷ ἔχων ἀνελλιπῆ, προσελάβετο ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σάρκα ἐνυπόστατον, οὐχ ὑπόστασιν· ἐν ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον ὑποστᾶσαν, ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως· καὶ πρότερον ἀπλῆ οὔσα, γέγονεν ὕστερον σύνθετος, οὐ φύσις σύνθετος, ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος ἐκ τῆς προϋπαρχούσης ἐν ἑαυτῇ θεότητος, καὶ ἐκ τῆς ὕστερον προσληφθείσης αὐτῆς σαρκὸς ἐψυχωμένης ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῶν.

2. Verbum igitur factum est homo; non per mutationem naturae, neque per imaginariam, fictamque incarnationem: sed cum una ex divinitatis personis esset, ex intacta Virgine carnem anima rationali atque intelligenti animatam subsistentia sua sustentando, eidem est factum hypostasis. Sicut enim gladius ex ferro confectus, una naturae ferri hypostasis est: igni vero admotus accenditur, nec tamen ipsam quae prius exstabat hypostasim ignis suscepit, sed quibusdam naturae ignis veluti primitiis acceptis, iisdem factus est hypostasis; ita ut cum gladius simplex antea naturae solius ferri hypostasis esset, compositae deinde naturae etiam ignis evadens, ferri quoque naturam habet nullatenus alteratam, unaque naturam ignis absque ulla imminutione: pari modo Christus, cum una divinae naturae hypostasis esset, omnem in se deitatis naturam integram habens, ex sancta Virgine carnem quae subsisteret, assumpsit, non hypostasim; carnem, inquam, in ipso potius subsistentem, naturae nostrae primitias. Unde quae ante simplex erat, composita deinceps fuit; non quidem composita natura, sed persona, ex divinitate scilicet, quae in seipsa prius exstabat, et ex assumpta carne anima rationali et intelligente instructa, constans.

- 1930 8. Εἰ μὴ φύσει Υἱὸς καὶ Θεὸς ὁ Ἰησοῦς τῆς Παρθένου Υἱός, πῶς « ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων »; Εἰ τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ μόνῳ κάμπτει πᾶν γόνυ, πῶς τῷ Θεῷ, εἰ μὴ καὶ ἄνθρωπος εἶη ὁ αὐτός, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα χαρίζεται; ὡς γὰρ Θεός, οὐ λαμβάνει. Ἔχει γὰρ αὐτὸ προαιωνίως. PG
95, 192
- 1931 43. Πιστεύομεν δὲ καὶ ἀνεκδιούστως κηρύττομεν, αὐτὸν τὸν ἐκ Πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, μόνον Υἱὸν καὶ Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρί, τὸν φύσει Υἱόν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς συνεληφθῆναι ἐν τῇ παναχράντῳ καὶ παναμώμῳ μήτρᾳ τῆς ἁγίας Παρθένου, οἰοεὶ θεῖον σπέρρον, καὶ σεσαρκῶσθαι ἀσπόρως, ἀτρέπτως καὶ ἀμεταβλήτως· ἤτοι ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσασθαι σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοεῖᾳ, καὶ γεγενῆσθαι τέλειον ἄνθρωπον, μετὰ τοῦ μείναι ὅπερ ἦν, τέλειος Θεός. Οὐκ ἄνθρωπον συνέλαβεν ἡ ἁγία Παρθένος, ἀλλὰ φύσει Θεόν, τὸν προαιώνιον Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθησόμενον. Ἐφ' ἐκάστης γὰρ τῶν γυναικῶν, σύλληψις γίνεται σπορᾶς ἐξ ἀνδρὸς καταβαλλομένης, καὶ τῆς ἀνδρὸς σπορᾶς ἐστὶν ἡ σύλληψις· καὶ ἡ σπορά ἐστὶν ἡ ὑπόστασις, ἅμα τῇ συλλήψει χορηγούσης τῆς γυναικὸς τὰ οἰκεῖα αἵματα, καὶ συναφείας γινομένης, καὶ ἐν τοῦ ἀνδρὸς σπορᾶ ὑφισταμένης τῶν αἱμάτων, καὶ αὐτῆς τῆς σπορᾶς γινομένης αὐτοῖς ὑποστάσεως, ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς

- 1930 8. Si Iesus Virginis Filius, Dei Filius natura ac Deus non est, quomodo in nomine eius omne genu flectetur, coelestium, et terrestrium, et infernorum? ¹ Si illi soli qui secundum naturam Dei Filius est, curvatur omne genu; qua ratione Deo ipsi nisi etiam ipse homo sit, id quod est super omne nomen conceditur? Quatenus enim Deus est, non illud accipit; utpote quod ab aeternitate habeat. PG
95, 191

- 1931 43. Credimus itaque, ac fide non dubia praedicamus, eundem ipsum qui ex Patre ante saecula genitus est, solum Filium ac Verbum, consubstantialem Patri, natura Filium; per quem omnia facta sunt, ultimis temporibus ex beneplacito Patris, in Virginis sanctae illibato atque castissimo utero, ceu divinum semen, conceptum, et sine semine, sine mutatione, sive conversione incarnatum esse, sive carnem anima rationali et intelligente animatam sustentando, factum esse hominem perfectum; sic tamen ut quod erat, perfectus Deus perseveraret. Non enim Virgo sancta hominem concepit; sed Deum natura, sempiternum illum Filium Dei Verbum, ex se incarnatum. In unaquaque enim muliere conceptio fit ex semine sato ex viro; adeoque conceptio seminis virilis est, ac semen hypostasis, praebente muliere simul cum conceptu suos sanguines in coitu, existuntque per se ipsi sanguines in semine viri sato, quod quidem sanguinibus

¹ Philipp. II, 10.

*224 γυναικείους αίμασι τῆς σποραῆς γινομένης. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Παρθένου οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ ἐκ σποραῆς ἀνδρὸς ἢ σύλληψις, ἀλλὰ μετὰ τὴν συγκατάθεσιν τῆς ἁγίας Παρθένου, Πνεῦμα ἅγιον ἐπεισῆλθεν ἐπ' αὐτήν, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον ὃν εἶπεν ὁ ἄγγελος, καθαιῖρον * αὐτήν, καὶ δύναμιν δεκτικὴν τῆς τοῦ Λόγου θεότητος παρέχον, καὶ τότε ἐπεσκίασε ἐπ' αὐτήν ἡ τοῦ Θεοῦ τοῦ Ὑψίστου ἐνυπόστατος σοφία καὶ δύναμις, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, καὶ συνέπηξε ἑαυτῷ ἐκ τῶν ἁγίων καὶ καθαρωτάτων αὐτῆς αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, αὐτὸς γεγονώς αὐτῆς ὑπόστασις. Οὕτω τε Θεὸς ὑπάρχων, ἐκ Πατρὸς φύσει, καὶ γέγονε φύσει ἄνθρωπος ἐκ μητρὸς. Ἔστι δὲ ὁ αὐτὸς τοῦτο ἀκαεῖνο. Θεὸς τέλειος ἀληθῶς, καὶ φύσει τέλειος ἄνθρωπος ἀψευδῶς, μία ὑπόστασις ἐν δυσὶν ἀδιαιρέτως ταῖς φύσεσιν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον καὶ ἐνανθρωπήσαντα. «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο». Καὶ ὅλον Θεόν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον, μετὰ τῆς ὑπερθέου αὐτοῦ θεότητος, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην δογματίζομεν. Καὶ δύο τοῦ φύσει Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεοῦ τὰς γεννήσεις γινώσκομέν τε καὶ καταγγέλλομεν· μίαν τὴν ἐκ Πατρὸς προαιώνιον ἀσωμάτως καὶ ἀναιτίως· καὶ μίαν τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σαρκω-

*223 *ipsis hypostasis fit, semenque adeo, tum sibi ipsi, tum sanguinibus est communis hypostasis. Non sic autem in sancta Virgine; quippe quae ex viri semine non concepit, sed ubi consensum praebuit, Spiritus sanctus secundum Domini sermonem, quem nuntiaverat angelus, in eam venit, purgans ipsam, vimque praebens, qua * Verbi Deitatem excipere posset. Atque tunc ei obumbravit subsistens Dei Altissimi sapientia et virtus, Dei Filius, ille Patri consubstantialis; sibique ex sacris eius mundissimisque sanguinibus carnem compegit anima rationali et intelligente animatam, ipse factus eius hypostasis; atque ita cum Deus ipse natura ex Patre esset, factus est natura homo ex matre, idem ipse hoc et illud: Deus vere perfectus, et citra mendacium homo natura perfectus, hypostasis una in duabus indivise naturis. Non enim hominem confitemur deitate donatum, sed Deum incarnatum, et factum hominem. Et Verbum caro factum est:*¹ totum Deum, et totum hominem cum divinissima ipsius deitate, ac Verbi Dei naturam unam incarnatam docemus. Duas quoque eius qui natura Dei Filius ac Deus est natiuitates novimus et annuntiamus; alteram ex Patre ante saecula sine corpore et causa: alteram novissimis temporibus propter nostram salutem, ex sancta Virgine, cor-

¹ Io. I, 14.

θέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος, σωματικὴν τε καὶ χρονικὴν. Διὸ καὶ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον κηρύττομεν, ὡς Θεὸν Κύριον καὶ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα γεννήσασαν. Χριστοτόκον δὲ αὐτὴν ἴσμεν· Χριστὸν γὰρ ἐγέννησε. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἀναίρεσει τῆς « Θεοτόκου » φωνῆς, ὁ θεήλατος Νεστόριος ταύτην κατεχρήσατο, οὐ « Χριστοτόκον », ἀλλ' ἐκ τοῦ κρείττονος αὐτὴν « Θεοτόκον » κατονομάζομεν. Χριστοτόκοι γὰρ καὶ ἄλλαι τῶν προφητῶν καὶ βασιλέων μητέρες, μόνη δὲ Θεοτόκος, ἡ ἁγία Θεοτόκος Μαριάμ· δύο δὲ τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐνὸς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἴσμεν· καὶ δύο τὰς φυσικὰς θελήσεις τε καὶ ἐνεργείας. Ἐνεργεῖ γὰρ ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ, καὶ θέλει, τοῦθ' ὅπερ θέλειν ἴδιον ἔσχηκεν μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας· καὶ Τριάδι, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, λατρεύομεν, ἐνὶ Πατρὶ, ἐνὶ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς Παρθένου, τῷ αὐτῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐνὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

poream et temporalem. Quamobrem Virginem sanctam, Deiparam praedicamus; velut quae Deum corpore et veritate ex se incarnatum genuerit. Caeterum Christiparam eam scimus; Christum enim genuit. At quia iusto Dei iudicio immissus pestilentissimusque Nestorius ea voce ad nominis *Deiparae* extinctionem est abusus, non *Christiparam*, sed a meliori *Deiparam* ipsam nominamus. Sunt quidem et aliae prophetarum regumque matres, Christiparae: Deipara vero nulla, nisi sancta Maria. Duas porro Christi qui unius Dei Filius est, naturas scimus: duasque naturae voluntates et operationes. Operatur enim et vult in unaquaque forma quod velle proprium habuit, cum alterius communione. Quamobrem post incarnationem Dei Filii, non quaternitatem, sed Trinitatem religiose colimus; unum Patrem, unum Dei Virginisque Filium, unum denique Spiritum sanctum, in saecula saeculorum.

EXPOSITIO FIDEI¹

1932 VIII. [Christus], quia homo, Dei lege violata, factus erat mortalis ob damnationem, hic legem implevit ea perfectione quae in hominem caderet, solvitque iudicia humanae naturae. Cum itaque in coelis haberet Patrem, natus est de femina Virgine sine patre. Fieri siquidem non poterat ut duobus ex patribus persona una nasceretur. Quamobrem iuxta ac Patri suo complacitum erat, et eo quo ipse novit

PG
95, 426

¹ Opus dubium. Cf. Al 564, Bar III, 72. M. Jugie vero affirmat: « Nous n'hésitons pas non plus à la suite de Lequien à ranger parmi les œuvres authentiques cette *Expositio et declaratio fidei* ». DThC VIII, 699.

modo, Dei Filius citra coniugale consortium conceptus est ex utero Mariae Virginis, quae, veluti fertur in Scriptura, de radice Iesse, de tribu Iuda et familia David, deque semine Abraham progenita erat. Factus porro est sine conversione caro, et habitavit in nobis: ¹ factus est caro anima rationali et intelligente praedita, homo perfectus, sine peccato; quia peccatum ad naturae humanae constitutionem non pertinet: factus est caro citra conversionem aut mutationem in carnem, et citra confusionem, qua factus fuisset ex duabus rebus aliis altera quaedam.

PG
95, 427

IX. [...] Quamobrem duae naturae in Christo sunt, quia deitas et humanitas non sunt una natura, ut una persona, cum sit Filius unus, Christus unus, et Dominus unus. Nam quando per Verbum conceptio facta est, in eo quoque velut in hypostasi constitit corpus ex Virgine per unionem, unaque fuit incarnatio Verbi et deificatio carnis.

1933

IN EPISTOLAM I AD CORINTHIOS

PG
95, 588

Cap. II. [...] « Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες ».

1934

Ὅταν τι πνευματικὸν καὶ ἀπόρρητον ᾖ, ἀπὸ τῶν πνευματικῶν τὰς μαρτυρίας ἄγομεν· οἷον, ὅταν λέγω, ὅτι ἀνέστη Χριστός, ὅτι ἀπὸ Παρθένου ἐγεννήθη, παράγω μαρτυρίας καὶ τύπους καὶ ἀποδείξεις· τοῦ Ἰωῶ τὴν ἐν τῷ κήτει διατριβὴν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἀπαλλαγὴν, τῶν στείρων τοὺς τέκους, τῆς Σάρρας καὶ Ῥεβέκκας, καὶ τῶν λοιπῶν· ὅταν πάλιν ἐκ Παρθένου λέγω γεγενῆσθαι Χριστόν, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τῶν δένδρων βλάστην γεγενημένην, οὐ σπερμάτων καταβληθέντων, οὐχ ὑετῶν κατενεχθέντων, οὐκ ἀλλάκος ἀνατμηθείσης.

PG
95, 587

Cap. II. [...] *Spiritualibus spiritualia comparantes.*²

1934

Quando spirituale quidpiam et arcanum fuerit, ex spiritualibus testimonia adducimus, v. gr., cum dico Christum resurrexisse, et ex Virgine natum esse, adduco testimonia figurasque et demonstrationes; puta Ionae moras in ventre ceti, eiusque postmodum liberationem, sterilium partus, Sarae et Rebeccae et aliarum. Dum rursus Christum de Virgine generatum dixero, germinationem arborum in paradiso propono, quae nullis iactis seminibus, non missis imbribus, non sulcatis arvis fiebat.

¹ Io. I, 14.

² I Cor. II, 13.

HOMILIAE

- 1935** In Sabbatum Sanctum. 29. [...] Εἰ γὰρ καὶ διηρέθη ἡ ἱερὰ ψυχὴ τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ἀχράντου σώματος, ἀλλ' ἡ θεότης τοῦ Λόγου μετὰ τὴν ἐν γαστρὶ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας σύλληψιν, καθ' ὑπόστασιν γεγενημένης τῶν δύο φύσεων ἀδιασπάστου ἐνώσεως, ἀμφοτέρων μεμένηκεν ἀδιάσπαστος, τῆς τε ψυχῆς φημι, καὶ τοῦ σώματος· καὶ οὕτω μία ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν αὐτῷ θανάτῳ διέμεινεν, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑποστάσει ὑφισταμένης τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ μετὰ θάνατον καὶ ταύτην κεκτημένων ὑπόστασιν. Διὰ τοῦτο « πᾶν γόνυ κάμψη ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς ».
- 1936** In Nativitatem B. V. Mariae.² 1. Δεῦτε, πάντα ἔθνη, πᾶν γένος ἀνθρώπων, καὶ πᾶσα γλῶσσα, καὶ ἡλικία πᾶσα, καὶ ἅπαν ἀξίωμα, μετ' εὐφροσύνης τὸ παγκοσμίου εὐφροσύνης γενέθλιον ἐορτάσωμεν. Εἰ γὰρ Ἑλλήνων παῖδες, δαιμόνων ψεύδει μύθων κλεπτόντων τὸν νοῦν, καὶ συσκιαζόντων τὴν ἀλήθειαν, καὶ βασιλέων γενέθλια διὰ πάσης ἡγρον τιμῆς, δῶρα ἕκαστος προσφέροντες τὰ κατὰ δύναμιν, καὶ πάντα λυμαιομένων τὸν βίον, πόσῳ μᾶλ-
-
- 1935** In Sabbatum Sanctum. 29. [...] Quamquam enim divina illa et sacra Dei anima a vivifico purissimoque corpore seiungitur, Verbi tamen divinitas, post conceptionem in sanctae virginis Dei que Genitricis Mariae utero, inseparabili facta secundum hypostasim duarum naturarum unitione, ab utrisque, anima scilicet et corpore, indivulsa perstitit. Quo factum est, ut una Christi hypostasis in ipsa quoque morte perseveraverit, subsistentibus in Dei Verbi persona, tum corpore, tum anima, eademque post mortem habentibus hypostasim. Quamobrem *omne genu flectatur, coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*¹
- 1936** In Nativitatem B. V. Mariae.² 1. Adeste omnes gentes, omne nominum genus, lingua omnis, et aetas omnis, omnisque dignitas; orbis universi laetitiae natalem diem laetis gaudiis celebremus. Si enim gentiles daemonum per commentitias fabulas clanculum animis illudentium, ac veritatem obscurantium, regum item natalitios dies omni honoris genere prosequabantur, ac pro sua quisque facultate oblati muneribus litabant, cum alioqui humanam illi vitam infestarent: quanto nos potiori iure Dei Genitricis natalem operae

¹ Philipp. II, 10, 11.² Sermo hic est vere Ioannis Damasceni. Cf. Lau, 171; Al 561.

λον ἡμᾶς ἐχρῆν τῆς Θεοτόκου τιμᾶν τὸ γενέθλιον, δι' ἧς ἅπαν τὸ βρότειον γένος, δι' ἧς προμήτορος Εὐας ἡ λύπη εἰς χαρὰν μεταβέβηται; Ἐκείνη μὲν γὰρ « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα », δι' ἀποφάσεως θείας ἀκήκοεν· αὐτῆ· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη ». Ἐκείνη· « Πρὸς τὸν ἄνδρά σου ἡ ἀποστροφή σου »· αὐτῆ· « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Τί οὖν τῇ Μητρὶ τοῦ Λόγου, ἀλλ' ἢ λόγον προσοίσωμεν; Πᾶσα ἡ κτίσις εὐωχέισθω, καὶ ὑμνεῖτω τῆς ἱερᾶς τὸν ἱερώτατον λοχεῖον. Ἔτεκε γὰρ τῷ κόσμῳ θησαυρὸν ἀγαθῶν ἀναφαίρετον. Δι' αὐτῆς γὰρ ὁ Κτίστης πᾶσαν φύσιν πρὸς τὸ κρεῖττον μετεστοιχείωσεν διὰ μέσης τῆς ἀνθρωπότητος. Εἰ γὰρ ὁ ἀνθρωπος μέσος νοῦ καὶ ὕλης ἰστάμενος, σύνδεσμός ἐστι πάσης ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου κτίσεως, ἐνωθεὶς ὁ δημιουργὸς Λόγος τοῦ Θεοῦ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, δι' αὐτῆς ἀπάσῃ τῇ κτίσει ἦνωται. Ἐορτάσωμεν οὖν τὴν λύσιν τῆς ἀνθρωπίνης στειρώσεως, ὅτι λέλυται ἡμῖν ἡ τῶν ἀγαθῶν πῆρσις.

PG
96, 664

2. Ἄλλὰ τίνας ἔνεκεν ἐκ στειρας ἡ Παρθένος μήτηρ γεγέννηται; ἔδει γὰρ τὸ μόνον καινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον, τὸ τῶν θαυμάτων κεφάλαιον, προοδοποιηθῆναι τοῖς θαύμασιν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπαναθῆναι τὰ μείζονα. Ἐχω καὶ ἕτερον λόγον ὑψηλότερον καὶ θεϊότερον. Ἡ γὰρ

1937

pretium est honorare, per quam universum mortalium genus reintegratum est; per quam primigeniae matris Evae luctus in gaudium est commutatus? Illa namque divinae sententiae decreto audivit: *In moeroribus paries*:¹ haec, *Ave, gratia plena*.² Illa, *Ad virum erit conversio tua*.³ Haec, *Dominus tecum*. Quidnam igitur Verbi Matri nisi verbum et sermonem offeramus? Omnis creatura una festive oblectetur, ac sacratissimum sacrae Annae laudet puerperium. Illa quippe mundo bonorum peperit thesaurum, quem vis nulla auferre possit. Per eum siquidem Creator naturam universam media humanitate in melius commutavit. Cum enim homo media inter mentem et materiam sede constitutus, rerum omnium conditarum, tum visibilium, tum invisibilium, nodus vinculumque sit, profecto rerum artifex Deus Verbum humanae naturae * copulatum, eius beneficio creaturae universae unitum fuit. Quapropter humanae sterilitatis depulsionem celebremus, qua bonorum impedimentum solutum est.

*663

PG
96, 663

2. Eecur vero Virgo Mater orta est ex sterili? Plane quia oportebat, ut ad id quod solum sub sole novum futurum erat, ac prodigiorum caput, via per prodigia sterneretur, paulatimque ab humilioribus ad sublimiora progressio fieret. Caeterum alia quoque altior diviniorque ratio a me afferri potest. Natura enim gratiae cedit,

1937

¹ Gen. III, 16.² Lc. I, 28.³ Gen. III, 16.

φύσις ἤττηται τῇ χάριτι, καὶ ἔστηκεν ὑπότρομος, προβαίνειν μὴ φέρουσα. Ἐπεὶ οὖν ἐμελλεν ἡ Θεοτόκος Παρθένος ἐκ τῆς Ἄννης τίκτεσθαι, οὐκ ἐτόλμησεν ἡ φύσις προλαθεῖν τὸ τῆς χάριτος βλάστημα· ἀλλ' ἔμεινεν ἄκαρπος, ἕως ἡ χάρις τὸν καρπὸν ἐβλάστησεν. Ἔδει γὰρ πρωτότοκον τεχθῆναι, τὴν τεζομένην τὸν πρωτότοκον πάσης τῆς κτίσεως, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκεν. Ὡ μακαρία συνωρίς Ἰωακείμ καὶ Ἄννα! ὑπόχρεως ὑμῖν ἐστὶ πᾶσα ἡ κτίσις. Δι' ὑμῶν γὰρ προσήγαγε δῶρον τῷ Κτίστη δῶρων πάντων ὑπερφερέστερον, μητέρα σεμνήν, μόνην ἀξίαν τοῦ Κτίσαντος. Ὡ ὀσφύς τοῦ Ἰωακείμ παμμακάριστε, ἐξ ἧς κατεβλήθη σπέρμα πανάμωμον! Ὡ μήτρα τῆς Ἄννης αἰοίδιμε, ἐν ἧ ταῖς κατὰ μικρὸν ἐξ αὐτῆς προσθήκαις ηὐξήθη, καὶ διαμορφωθὲν ἐτέχθη βρέφος πανάγιον! Ὡ γαστήρ, οὐρανὸν ἐν αὐτῇ κυφορήσασα ἔμψυχον, τῆς οὐρανῶν εὐρυχωρίας πλατύτερον! Ὡ ἀλῶ, ἡ ἐνέγκασα τὴν θημονίαν τοῦ ζωοποιοῦ σίτου, ὡς αὐτὸς Χριστὸς ἀπεφήνατο· « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει ». Ὡ μαστοὶ θηλήσαντες τὴν θρέψασαν τὸν τροφέα τοῦ κόσμου! Ὡ θαυμάτων θαύματα, καὶ παραδόξων παράδοξα! ἔδει γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ ἄφραστον καὶ συγκαταβατικὴν σάρκωσιν προοδοποιηθῆναι τοῖς θαύμασιν. Ἀλλὰ πῶς τοῖς πρόσω προδήσομαι; Ἡ διάνοια μὲν ἐξίσταται, φόβος δέ με καὶ πόθος κατεμερίσαντο. Ἡ καρδία πάλλει, καὶ ἡ γλῶσσα πεπηδήται· οὐ φέρω τὴν ἡδονήν,

statque tremula, pergere non sustinens. Quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix Virgo ex Anna nasceretur, natura gratiae germen antevertere non ausa est: sed mansit fructus expers, dum gratia fructum ederet. Nasci siquidem primogenitam oportebat, ex qua nasciturus esset omnis creaturae primogenitus, in quo omnia constant.¹ O par beatum Ioachim et Anna; vobis omnis creatura obstricta est! Per vos enim donum omnium donorum praestantissimum Creatori obtulit, nempe castam matrem, quae sola Creatore digna erat. O lumbos Ioachim beatissimos, ex quibus mundissimum semen iactum est! O praeclaram Annae vulvam, in qua tacitis accrementis ex ea auctus atque formatus fuit fetus sanctissimus! O uterum, in quo animatum coelum, coelorum latitudine latius conceptum fuit! O aream, quae vivifici frumenti acervum protulit, iuxta ac Christus ipse pronuntiavit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.*² O ubera, eius lactantia nutricem, a quo mundus alitur! O miraculorum miracula, et rerum admirabilium res maxime mirabiles! Aequum quippe erat, ut ad ineffabilem Dei incarnationem, qua se ille ad nos inclinavit, iter per miracula muniretur. Verum quomodo ultra progrediar? Mens extra se rapitur, meque

¹ Coloss. I, 15-17.

² Io. XII, 24.

νικῶμαι τοῖς θαύμασιν, ἐνθους ὑπὸ τοῦ πάθους γέγονα. Νικᾶται ὁ πῶθος, ὑποχωρεῖτω ὁ φόβος, ἀδέτω ἡ κιθάρα τοῦ Πνεύματος· « Εὐφραίνεσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιᾶσθω ἡ γῆ ».

3. Σήμερον στερωτικαὶ πύλαι ἀνοίγονται, καὶ πύλη παρθενικῆ θεία προέρχεται, ἐξ ἧς, καὶ δι' ἧς ὁ Θεός, ὁ πάντων τῶν ὄντων ἐπέκεινα εἰς τὴν οἰκουμένην σωματικῶς εἰσελεύσεται, κατὰ Παῦλον τὸν τῶν ἀρρήτων ὑπήκοον. Σήμερον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ῥάβδος ἔφυ, ἐξ ἧς ἀναθήσεται τῷ κόσμῳ ἄνθος θεοὑπόστατον. Σήμερον ἐκ τῆς γηίνης φύσεως οὐρανὸν κατεσκεύασεν ἐπὶ γῆς, ὁ πάλαι ποτὲ ἐξ ὑδάτων πῆξας, καὶ πρὸς ὕψος μετεωρίσας τὸ στερέωμα. Καὶ ὄντως, οὗτος ἐκείνου πολὺ θεϊότερος καὶ παραδοξότερος. Ὁ γὰρ ἐν ἐκείνῳ κατασκευάσας τὸν ἥλιον, ἐκ ταύτης δικαιοσύνης ἀνέτειλε ἥλιος. Δύο φύσεις, κἂν Ἀκέφαλοι μαίνωνται· μία ὑπόστασις, κἂν Νεστοριοὶ διαρρήγνυνται. Τὸ γὰρ φῶς τὸ αἰδίον, τὸ ἐξ αἰδίου φωτὸς προαιώνιον ἔχον τὴν ὑπαρξιν, τὸ αἴδιον * καὶ ἀσώματον ἐκ ταύτης σωματοῦται, καὶ ὡς νυμφίος ἐκ παστοῦ προέρχεται, Θεὸς ὢν, καὶ γηγενῆς γενόμενος ὕστερον. Ὡς γίγας τὴν ὁδὸν δραμεῖν τῆς ἡμετέρας ἀγαλλιᾶσεται φύσεως, καὶ διὰ παθῶν ὀδεῦσαι πρὸς

*665

metus et cupiditas inter se partiuntur. Cor palpitatur, et lingua impeditur, voluptatem ferre nequeo, miraculis vincor, divino extincto lymphatum me affectus reddit. Vincat vero cupiditas, cedat metus, canat Spiritus cithara: *Laetentur coeli, et exsultet terra.*¹

3. Hodie sterilitatis portae aperiuntur, divinaque porta virginalis procedit, ex qua et per quam qui est super omnia Deus² in orbem terrae corporali modo est ingressurus, ut Pauli arcanorum auditoris verba usurpem. Hodie virga de radice Iesse ora est,³ ex qua mundo flos divinae subsistens ascendet. Hodie in terra ex terrena natura coelum ille condidit, qui olim ex aquis firmamentum compegerat, et in altum extulerat. Ac sane coelum istud illo longe divinius est, ac stupendum magis. Nam qui solem in illo condidit, ex hoc ipse iustitiae sol oriturus est. Duae naturae, furant licet Acephali; una persona, quamlibet rumpantur Nestoriani. Aeternum enim illud lumen quod ex aeterno lumine antiquiorem saeculis existentiam habet; * lumen, inquam, illud materia vacans et incorporeum, ex ipsa incorporatur, et tamquam sponsus de thalamo procedit,⁴ qui cum Deus sit, subinde factus terrigena, exsultabit ut gigas ad naturae nostrae currendam viam,⁵ per cruciatus ad mortem

*666

¹ Ps. XCV, 11.

² Rom. IX, 5.

³ Isa. XI, 1.

⁴ Ps. XVIII, 6.

⁵ Ibid.

θάνατον, καὶ δῆσαι τὸν ἰσχυρόν, καὶ διαρπάσαι αὐτοῦ τὰ σκεύη, τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ πρὸς τὴν οὐράνιον γῆν ἀναγαγεῖν τὸ πλανώμενον πρόβατον. Σήμερον ὁ τοῦ τέκτονος Υἱός, ὁ παντεχνήμων Λόγος τοῦ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα κατασκευάσαντος, ὁ βραχίων ὁ ἰσχυρὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὡς ἑαυτοῦ δακτύλῳ τῷ Πνεύματι, ἀμβλυθὲν τὸ σκέπαρνον ἀκονήσας τῆς φύσεως, κατεσκευάσεν ἑαυτῷ ἔμφυχον κλίμακα, ἧς ἡ βάσις ἐπὶ γῆς ἐστήρικται, ἡ δὲ κεφαλὴ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανόν, ἐφ' ἧς Θεὸς ἀναπαύεται, ἧς τὸν τύπον Ἰακώβ ἐθεάσατο, δι' ἧς ὁ Θεὸς καταβάς ἀμεταβάτως, μᾶλλον δὲ συγκαταβάς, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ταῦτα γὰρ ἡ κατάβασις, ἡ συγκαταβατικὴ ταπεινωσις, ἡ ἐπὶ γῆς πολιτεία, ἡ τοῖς ἐπὶ γῆς δοθεῖσα αὐτοῦ ἐπίγνωσις. Ἐπὶ γῆς ἡ νοητὴ κλίμαξ, ἡ παρθένος ἐστήρικται· ἐκ γῆς γὰρ ἔχει τὴν γέννησιν· ἡ δὲ κεφαλὴ πρὸς τὸν οὐρανόν. Πάσης γὰρ γυναικὸς κεφαλὴ ὁ ἀνὴρ· ἀλλ' αὕτη, ἐπειδὴ ἄνδρα οὐκ ἔγνω, κεφαλὴ αὐτῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐχρημάτισεν, Πνεύματι ἀγίῳ συναλλαγὰς ποιησάμενος, καὶ οἰοεὶ θεῖον σπῆρον πνευματικόν, τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν καὶ Λόγον τὴν παντοδύναμον δύναμιν ἐξαποστείλας. Εὐδοκίᾳ γὰρ τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἐκ συναφείας

contendens: ut fortem alliget, ipsiusque vasa, humanum utique genus diripiat,¹ et ovem errantem ad coelestem terram reducat.² Hodie ille fabri Filius, rerum omnium artifex Verbum illius, qui per ipsum omnia condidit, forte illud Dei altissimi brachium, obtusam naturae asciam Spiritu sancto ceu digito suo exacuens, animatum sibi ipse scalam fabricavit, cuius ima pars in terra firmata est, summa autem ad coelum usque porrigitur,³ cui Deus innitatur, cuius Iacob figuram vidit; per quam Deus nihil mutatus descendens, seu potius se indulgenter inclinans, in terra visus est, et cum hominibus conversatus est.⁴ Haec enim descensus ille significat, inclinationis demissionem, in terris conversationem, concessam iis qui in terra agunt, ipsius cognitionem. Spiritualis scala, hoc est virgo, in terra firmata est; ut quae ex terra ortum habeat; caput vero ad coelum usque pertineat. Omnis namque mulieris caput est vir: ⁵ huius autem, cum virum non habeat, Deus et Pater caput fuit, qui Spiritus sancti opera coniugii veluti foedus paciscens, tamquam divinum quoddam semen, Filium suum ac Verbum, omnipotentem illam virtutem emisit. Benigna quippe voluntate Patris, non ex naturali

¹ Matth. XII, 29.

² Lc. XV, 4 s.

³ Gen. XXVIII, 12.

⁴ Baruch III, 38.

⁵ Ephes. V, 23.

φυσικῆς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, ὑπερφυῶς ὁ Λόγος σὰρξ ἀτρέπτως ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Συνάφεια γὰρ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους διὰ Πνεύματος ἁγίου γίνεται. « Ὁ χωρῶν χωρεῖτω ». « Ὁ ἔχων ὄτα ἀκούειν, ἀκουέτω ». Ἔξω τῶν σωματικῶν γενώμεθα. Ἀπαθῆς τὸ θεῖον, οἱ ἄνθρωποι· ὁ ἀπαθῶς γεννήσας τὸ πρότερον φυσικῶς, ἀπαθῶς τὸν αὐτὸν Υἱὸν γενᾶ καὶ τὸ δεύτερον οἰκονομικῶς. Καὶ μάρτυς Δαβὶδ, ὁ Θεοπάτωρ, λέγων· « Κύριος εἶπε πρὸς με· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ». Τὸ δὲ « σήμερον », ἐπὶ τῆς προαιωνίου γεννήσεως χώραν οὐκ ἔχει· ἐκείνη γὰρ ἄχρονος.

PG
96, 665

1938

4. Σήμερον ἢ κατὰ ἀνατολὰς ὠκοδόμηται πύλη, δι' ἧς Χριστὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται κεκλεισμένη ἡ πύλη, ἐν ἧ Χριστὸς ἢ θύρα τῶν προβάτων, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῶ, δι' ὃν πρὸς ἀρχίφαντον Πατέρα προσαγωγὴν ἐσχῆκαμεν. Σήμερον ἔπνευσαν αὔραι χαρᾶς παγκοσμίου προάγγελοι. Εὐφραινέσθω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ ἀγαλλιᾶσθω ἡ γῆ κάτωθεν, σαλευθῆτω ἡ τοῦ κόσμου θάλασσα. Ἐν αὐτῇ γὰρ κόχλος γεννᾶται, ἢ τις οὐρανὸς ἐκ τῆς ἀστραπῆς τῆς θεότητος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται * τὸν πολυ-

*668

congressu, sed ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine supra naturae leges, nulla mutatione Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; ¹ Dei siquidem cum hominibus coniunctio per spiritum efficitur. *Qui potest capere, capiat.*² *Qui habet aures audiendi, audiat.*³ A rebus corporalibus abscedamus. Passionis exsors divinum numen, o homines; qui nulla perpeptione suapte natura prius genuit, nulla quoque perpeptione eundem ipsum postea Filium genuit, certa dispensationis ratione. Cuius testis est Dei parens David, ubi ait: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te.*⁴ Illud namque, *hodie*, in ea nativitate quae saeculis est anterior, locum non habet: quippe quae sine tempore est.

PG
96, 666

1938

4. Hodie porta illa ad orientem posita, exstructa est, per quam Christus ingredietur et egredietur: ⁵ et erit clausa porta, in qua Christus ostium ovium ⁶ cuius nomen Oriens: ⁷ per quem accessum ad Patrem luminis principium habuimus. Hodie perflarunt aerae totius orbis gaudii praenuntiae. Laetentur coeli desuper, terraque infra exsultet, mundi mare commoveatur. In hoc enim concha gignitur, quae coelitus ex divino fulgetro in utero habebit, parietque

¹ Io. I, 14.² Matth. XIX, 12.³ Le. VIII, 8.⁴ Ps. II, 7.⁵ Ezech. XLIV, 2.⁶ Io. X, 9.⁷ Zachar. VI, 12.

τίμητον μαργαρίτην Χριστόν· ἐξ ἧς ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης τὴν τῆς σαρκὸς πορφύραν περιβαλλόμενος, τοῖς αἰχμαλώτοις ἐπιδημήσας, κηρύξει ἄφειν. Σκιρτάτω ἡ φύσις· ἡ γὰρ ἀμνάς τίκτεται, ἐξ ἧς ὁ ποιμὴν περιβαλεῖται τὸ πρόβατον, καὶ τοὺς χιτῶνας διαρρήξει τῆς πάλαι νεκρώσεως. Χορεύετω παρθενία, ὅτι ἐτέχθη κατὰ τὸν Ἑσαΐαν παρθένος, ἥ τις ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἷόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἑμμανουήλ· τουτέστι· «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Γνωῖτε, Νεστορίοι, καὶ ἠτῶσθε, ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Οὐκ ἄνθρωπος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἦξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. «Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφηνεν ἡμῖν». Συστησώμεθα ἑορτὴν ἐπὶ τῇ γεννήσει τῆς Θεοτόκου. Εὐφραίνου, Ἄννα «στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ᾠδίνουσα». Ἀγάλλου, Ἰωακείμ, ὅτι ἐκ τῆς θυγατρὸς παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἷος καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ «μεγάλης βουλῆς», τῆς παγκοσμίου σωτηρίας «ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρός». Αἰσχυνέσθω Νεστορίος, καὶ τιθέτω χεῖρα ἐπὶ τῷ στόματι. Τὸ παιδίον Θεός, καὶ πῶς οὐ Θεοτόκος ἡ τίκτουσα; «Εἴ τις οὐ Θεοτόκον ὁμολογεῖ τὴν ἁγίαν Παρθένον, χωρὶς ἐστὶ τῆς Θεότητος». Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, εἰ

pretiosissimam margaritam Christum: * ex qua Rex gloriae carnis *667
 purpura vestitus, ad captivos veniens, demissionem praedicabit. Exsultet natura: agna enim in lucem editur, ex qua Pastor ovem induet, ac veteris mortalitatis tunicas lacerabit. Choreas agat virginitas, quoniam, ut loquitur Isaias,¹ nata virgo est, quae habebit in utero, parietque filium, cuius nomen vocabunt Emmanuel, hoc est, *Nobiscum Deus*. Nobiscum Deus, agnoscite Nestoriani, ac tandem cedite, quia nobiscum Deus. Non angelus, non legatus, sed ipse Dominus venit, et salvabit nos.² *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et illuxit nobis.*³ Constituamus diem solemnem pro Dei Genitricis nativitate. Laetare, Anna *sterilis, quae non parit: erumpe et clama, quae non parturit.*⁴ Exsulta, Joachim, quoniam ex filia tua puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et vocabitur nomen eius *magni consilii*, salutis universi mundi, *Angelus, Deus fortis.*⁵ Nestorius erubescat, et ori manum imponat. Puer iste Deus est: qui ergo puerperam Dei Genitricem negas? «Si quis sanctam Virginem Dei Genitricem non confitetur, alienus est a Deitate». Non meum hoc dictum est, etsi meus est

¹ Isa. VII, 14.

² Isa. XXXV, 4.

³ Ps. CXVII, 26, 27.

⁴ Isa. LIV, 1.

⁵ Isa. IX, 6.

καὶ ἐμὸς ὁ λόγος· κληῖρον γὰρ τοῦτον ἐκ Θεολόγου πατρὸς Γρηγορίου θεολογικώτατον δέδεγμαί.

PG
96, 668

5. Ὡ μακάριον ζευγος Ἰωακείμ καὶ Ἄννα, καὶ ὄντως πανάχραντον! Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας ὑμῶν ἐπεγνώσθητε, καθὼς φησί που ὁ Κύριος· «Ἐκ καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς». Εὐαρέστως Θεῷ, καὶ ἀξίως τῆς ἐξ ὑμῶν τεχθείσης ἐπολιτεύσασθε. Σωφρόνως γὰρ καὶ ὁσίως πολιτευσάμενοι, τὸ τῆς παρθενίας κειμήλιον προσηγάγετε, τὴν πρὸ τόκου παρθένον, καὶ ἐν τῷ τίκτειν παρθένον, καὶ μετὰ τόκον παρθένον, τὴν μόνην, καὶ νῶ, καὶ ψυχῆ, καὶ σώματι ἀειπαρθενεύουσαν. Ἔδει γὰρ τὴν ἐκ σωφροσύνης τὴν παρθενίαν βλαστήσασαν, τὸ μόνον μονογενὲς προαγαγεῖν φῶς σωματικῶς, εὐδοκίᾳ τοῦ ἀσωμάτως γεννήσαντος· τὸ μὴ γεννῶν, ἀεὶ δὲ γεννώμενον· οὐ τὸ γεννᾶσθαι ὑποστατικὸν μόνον ἰδίωμα. Ὡ πόσων θαυμάτων, καὶ οἴων συναλλαγμάτων τοῦτο τὸ θυγάτριον γέγονε! στεριώσεως γέννημα, παρθενία τίκτουσα, μίξις θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, πάθους καὶ ἀπαθείας, ζωῆς καὶ θανάτου, ὡς ἂν ἐν πᾶσιν ἐκνικηθεῖ τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος. Καὶ ταῦτα πάντα διὰ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν, ὦ Δέσποτα· οὕτως γὰρ με ἠγάπησας, ὡς οὐ δι' ἀγγέλων, οὐ δὲ τινος ταύτην κατεργάσασθαι κτίσεως, ἀλλ' ὥσπερ τὴν πρώτην πλάσιν,

1939

sermo: hanc enim divinissimam haereditatem a Theologo patre Gregorio accepi.

PG
96, 667

5. O beatum par Ioachim et Anna, immaculatissimum prorsus! Ex fructu ventris vestri cognoscimini, velut alicubi Dominus ait: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*¹ Uti Deo gratum erat, atque ea dignum quae ex vobis orta est, vitae vestrae rationes instituistis. Casta enim et sancta conversatione vestra virginitatis monile protulistis, eam, quae ante partum virgo foret, atque in partu virgo, nec non virgo post partum; illam, inquam, quae sola semper, tum mente, tum animo, tum etiam corpore virginitatem cultura esset. Par siquidem erat, ut germinans illic ex castitate virginitas, solum illum unigenitum lumen corporali ratione produceret, eius benigna voluntate, qui incorporali modo ipsum genuisset; lumen utique non quod gignit, sed quod semper gignitur, ac cui gigni personalis sola proprietates est. O quot puella haec miraculorum, et qualium foederum officina facta est: sterilitatis germen, virginitas pariens, Deitatis humanitatisque mixtio, passionis et impassibilitatis, vitae et mortis, ut in omnibus quos deterius erat, a potiori vinceretur! Haec omnia salutis meae causa, Domine, gesta sunt. Tantus enim erga me amor fuit, ut non per angelos ullamve rem creatam salutem meam patraveris, sed uti primam effictionem, sic et instaura-

1939

¹ Matth. VII, 16.

οὕτως αὐτουργῆσαι καὶ τὴν ἀνάπλασιν. Ἐντεῦθεν χορευῶ, καὶ κομπάζω, καὶ γέγηθα, καὶ πρὸς τὴν πηγὴν πάλιν τῶν θαυμάτων ἐπάνειμι, καὶ τοῦ τῆς εὐφροσύνης ἐμφορούμενος *νάματος, τὴν κιθάραν πάλιν κραδαίνω τοῦ Πνεύματος, καὶ θεῖον ὕμνον ᾄδω Γενέσιον. *669

1940

6. Ὡ ζεῦχος λογικῶν τρυγόνων Ἰωακείμ καὶ Ἄννα τὸ σωφρονέστατον! Ἰμεῖς τὸν τῆς φύσεως νόμον, τὴν σωφροσύνην τηρήσαντες, τῶν ὑπὲρ φύσιν κατηξιώθητε· τετόκατε γὰρ τῷ κόσμῳ Θεοῦ μητέρα ἀπειρανδρον. Ἰμεῖς εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει πολιτευσάμενοι, τὴν ὑπὲρ ἀγγέλους, καὶ τῶν ἀγγέλων δεσπόζουσαν νῦν θυγατέρα τετόκατε. Ὡ θυγάτριον ὠραιότατον καὶ γλυκύτατον! ὦ κρῖνον ἀναμέσον τῶν ἀκανθῶν ἐκφυὲν ἐξ εὐγενεστάτης καὶ βασιλικωτάτης ῥίζης Δαβιτικῆς! Διὰ σοῦ τὴν ἱερωσύνην ἡ βασιλεία πεπλοῦτηκεν. Διὰ σοῦ νόμου μετάρθεις γέγονε, καὶ ἀνεκαλύφθη τὸ ὑπὸ τῷ γράμματι πνεῦμα κρυπτόμενον, μετατεθέντος ἐκ τῆς Λευιτικῆς φυλῆς ἐπὶ τὴν Δαβιτικὴν τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος. Ὡ ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν τῶν Ἰουδαίων ἐκφυὲν, καὶ εὐωδίας θείας πληρῶσαν τὰ σύμπαντα! Ὡ θυγάτηρ Ἀδὰμ καὶ μήτηρ Θεοῦ! μακαρία ἡ ὀσφύς καὶ ἡ γαστήρ, ἐξ ὧν ἀνεβλάστησας. Μακαρίαί αἱ ἀγκάλαι, αἱ ἐδάστασαν, καὶ χεῖλη τὰ τῶν ἀγνῶν φιλημάτων σου ἀπολαύσαντα, μόνα τὰ γονικά, ἐν ᾗ ἦς ἐν πᾶσιν αἰεὶ παρθελεύουσα. Σήμερον ἀρχὴ σωτηρίας τῷ κόσμῳ. Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ, ἄσατε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ ψάλλετε. Ὑψώσατε τὴν φωνὴν ὑμῶν, ὑψώσατε,

PG
96, 669

tionem per temet feceris. Proinde * tripudio, gloriabundus efferor, voluptate exsilio, ad prodigiorum fontem revertor, fluentisque gaudii ingurgitatus, citharam Spiritus iterum pulso, divinumque Natalitiorum hymnum cano. *670

1940

6. O castissimum rationalium turturum par Ioachim et Anna! Vos castitatem, quam naturae lex praescribit, conservantes, ea quae naturam superant, divinitus estis consecuti: mundo quippe Dei matrem viri nesciam peperistis. Vos pie et sancte in humana natura vitam agentes, filiam angelis superiorem, nuncque angelorum Dominam, edidistis. O speciosissima dulcissimaque puella! O lilium inter spinas, ex generosissima et maxime regia radice Davidica progenitum! Per te regnum sacerdotio locupletatum est. Per te legis facta translatio est, patefactusque spiritus, qui sub lege delitescibat, translata nimirum ex Levitica tribu ad Davidicam sacerdotali dignitate. O rosa, quae ex spinis, iudaeis scilicet, orta es divinoque odore cuncta perfudisti! O filia Adami et Dei mater! Beati lumbi et venter, ex quibus prodiisti. Beatae ulnae, quae te gestaverunt: labia item, quibus castis osculis frui concessa est, parentum nempe dumtaxat tuorum, ut in omnibus semper virginitatem coleres. Hodie mundi salus inchoata est. Iubilare Deo, omnis terra, cantate, exsul-

PG
96, 670

μὴ φοβεῖσθε ὅτι ἐτέχθη ἡμῶν μήτηρ Θεοῦ ἐν ἀγίᾳ Προβατικῇ, ἐξ ἧς τεχθῆναι εὐδόκησεν ὁ Ἄμνός τοῦ Θεοῦ, ὁ αἶρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Σκιρτήσατε, τὰ ὄρη, λογικαὶ φύσεις, καὶ πρὸς ὕψος τῆς πνευματικῆς θεωρίας ἀνατεινόμενοι. Τὸ γὰρ ὄρος Κυρίου τὸ ἐμφανέστατον τίκτεται, τὸ ὑπερβεβηκὸς καὶ ὑπερκειμένον πάντα βουνόν, καὶ πᾶν ὄρος, ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων τὴν ὑψηλότητα, ἐξ οὗ χειρὸς ἄνευ σωματικῶς τμηθῆναι ἠυδόκησεν ὁ ἀκρογωνιαίος λίθος Χριστός, ἡ μία ὑπόστασις, ἡ τὰ διεστῶτα συνάπτουσα, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀγγέλους, καὶ ἀνθρώπους, τοὺς ἐξ ἔθνῶν, καὶ τὸν σαρκικὸν Ἰσραήλ, εἰς ἓνα πνευματικὸν Ἰσραήλ. Ὅρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον· ὄρος πῖον, τὸ ὄρος ἐν ᾧ ἠυδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. Τὸ θεῖον ἄρμα τὸ μυριοπλάσιον, τῶν τῇ θείᾳ εὐθηνούντων χάριτι· Χερουβὶμ λέγω καὶ Σεραφίμ. Ἡ ἄκρα ἡ τοῦ Σινᾶ ἀγιωτέρα, ἣν οὐ καπνός, οὐ γνόφος, οὐ θύελλα, οὐ πῦρ δειματοῦν καλύπτει, ἀλλ' ἡ φωτιστικὴ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἔλλαμψις. Ἐκεῖ μὲν γὰρ Λόγος Θεοῦ πλαζὶ λιθίνας νόμον ἔγραψεν, ὡς δακτύλῳ τῷ Πνεύματι· ἐν ταύτῃ δὲ ἐκ Πνεύματος ἀγίου, καὶ τῶν αὐτῆς αἱμάτων, αὐτὸς ὁ Λόγος σεσάρκωται, καὶ ἑαυτὸν δέδωκε τῇ ἡμετέρᾳ φύσει σωτηρίας δραστικώτερον φάρμακον. Ἐκεῖ μάννα· ἐν ταύτῃ ὁ μάννα δούς τὴν γλυκύτητα. Ὑποκυπτέτω σκηνὴ ἡ περίπυστος, ἣν ἐν ἐρήμῳ

tate et psallite. Exaltate vocem vestram, exaltate, nolite timere. Nobis enim in sancta Probatice, seu pecuaria domo nata est Dei mater, ex qua Agnus Dei qui tollit peccatum mundi, nasci voluit. Salite, montes, rationales naturae, quae ad spiritualis contemplationis fastigium assurgitis. Mons quippe Dei clarissimus partu editur, qui collem omnem, ac montem, angelorum scilicet et hominum sublimitatem, superat et transcendit: ex quo nulla manus opera corpore tenus excindi voluit lapis angularis Christus, una illa subsistens persona, quae res prorsus discrepantes, divinam pariter humanamque naturam copulavit, angelos item et homines, gentiles et carnalem Israëlem in unum spirituales Israëlem. Mons Dei, mons pinguis: mons coagulatus, mons pinguis: mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Currus Dei decem millibus multiplex, divinae gratiae copia exuberantium; Cherubim, inquam, et Seraphim. Vertex Sinae sanctior, quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis tegit, sed sanctissimi Spiritus vis illuminatrix. Nam illic quidem Dei Verbum tabulis lapideis Spiritu veluti digito legem inculpsit: in hac autem ex Spiritu sancto, eiusque sanguinibus, idem ipsum Verbum est incarnatum, seque ipsum nostrae naturae efficacissimum ad salutem remedium praebuit. Illic manna: in hac qui dulcem saporem mannae indiderat. Cedat celebratissimum illud

Μωσῆς κατεσκεύασεν, ἐκ πολυτίμου καὶ * παντοδαποῦς ὕλης, καὶ πρὸ ταύ- *672
 τῆς ἢ τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ, τῆ ἐμψύχῳ καὶ λογικῆ σκηνῆ τοῦ Θεοῦ. Αὕτη
 γὰρ οὐκ ἐνεργείας Θεοῦ ὑπῆρξε δοχεῖον, ἀλλ' οὐσιωδῶς τῆς τοῦ Υἱοῦ καὶ
 Θεοῦ ὑποστάσεως. Ἐπιγινωσκέτω τὸ πρὸς αὐτὴν ἀσύγκριτον, κιβωτὸς πάν-
 τοθεν χρυσίῳ κεκαλυμμένη, καὶ μαννοφόρος στάμνος χρυσεῖ, καὶ λυχνία, καὶ
 τράπεζα, καὶ πάντα τὰ παλαιά. Τῷ γὰρ ταύτης τύπῳ τετίμηται, ὡς ἀληθοῦς
 πρωτοτύπου σκιάσματα.

7. Σήμερον τόμον καινὸν ὁ πάντα ποιῶν κατεσκεύασε Θεὸς Λόγος, ὃν
 ἐκ καρδίας ὁ Πατὴρ ἐξηρεῦζατο, γλώσση Θεοῦ ὡς καλάμη τῷ Πνεύματι ἐν
 αὐτῷ γραφησόμενον· ὃς ἐδόθη ἀνδρὶ εἰδότε γράμματα, καὶ οὐκ ἀνέγνω. Οὐ
 γὰρ ἔγνω τὴν Μαρίαν ὁ Ἰωσήφ, οὐδ' αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Ὡ
 θυγάτριον Ἰωακείμ τε καὶ Ἄννης τὸ ἱερώτατον, τὸ λαθὼν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς
 ἐξουσίας, καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ· τὸ ἐν θαλάμῳ τοῦ Πνεύ-
 ματος πολιτευσάμενον, καὶ τηρηθὲν ἄμωμον εἰς νύμφην Θεοῦ, καὶ μητέρα
 φύσει τοῦ Θεοῦ! Ὡ θυγάτριον ἱερώτατον, τὸ ἐπὶ μητρικαῖς ἀγκάλαις φαι-
 νόμενον, καὶ φοδερὸν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσιν! Ὡ θυγάτριον ἱερώτατον,
 τῷ μαζῷ γάλα τρεφόμενον, καὶ ἀγγέλοις περιστοιχούμενον! Ὡ θυγάτριον
 θεοπόθητον, ἢ τῶν φυσάντων δόξα· σὲ γενεαὶ γενεῶν μακαρίζουσιν, ὡς ἔφη

tabernaculum quod Moyses ex pretiosa omnigenaque * materia in *671
 deserto paravit; quin et isto prius illud Abrahae tabernaculum, vivo ac
 rationali Dei tabernaculo. Hoc enim non actionis divinae concepta-
 culum fuit, sed substantiali modo, Filii Deique personae. Agnoscat
 arca undique auro contacta, quam nihil habeat, quod cum hac com-
 parari possit, urnaque illa aurea manna ferens, candelabrum, mensa,
 veteraque omnia. Illa enim, quod eius figurae essent, honorem ha-
 buerunt, tamquam veri exemplaris adumbrationes.

7. Hodie tomum novum opifex omnium condidit Deus Verbum,
 quem ex corde Pater eructavit; ¹ Spiritu, qui Dei lingua est tamquam
 calamo conscriptum; ² qui quidem homini scienti litteras traditus,
 nequaquam ab eo lectus fuit. Neque enim Ioseph Mariam agnovit,
 autve mysterii huius potentiam. O Ioachim et Annae sacratissima
 filia, quae principatibus et potestatibus, ignisque maligni telis la-
 tuisti: quae in Spiritus thalamo versata es, et sine macula custodita,
 ut sponsa Dei, naturaque Dei mater esses. O sacratissima filia, quae
 in maternis ulnis cerneris, apostaticisque virtutibus formidabilis
 es! O sacratissima filia, quae matris uberibus lactaris, atque ab an-
 gelis undique cingeris! O chara Deo filia, parentum decus, quam,

¹ Ps. XLIV, 2.

² Ibid.

ἐπαληθεύουσα! Ὡ θυγάτριον ἀξιόθεον, τὸ κάλλος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τῆς προμήτορος Εὕας ἢ ἐπανόρθωσις! Διὰ γὰρ τῆς σῆς τεκνογονίας ἡ πεσοῦσα ἀνώρθωται. Ὡ θυγάτριον ἱερώτατον, γυναικῶν τὸ ἀγλάϊσμα! Εἰ γὰρ καὶ ἡ πρώτη Εὕα ἐν παραβάσει γέγονε, καὶ δι' αὐτῆς εἰσῆλθεν ὁ θάνατος διακονησαμένης τῷ ὄφει πρὸς τὸν προπάτορα, ἀλλ' ἡ Μαρία ἐξυπηρετησαμένη τῷ θείῳ βουλήματι, τὸν ἀπατήσαντα ὄφιν ἠπάτησεν, καὶ τῷ κόσμῳ τὴν ἀφθαρσίαν εἰσηνέγκατο. Ὡ θυγάτριον ἀειπάρθενον, ἀνδρὸς οὐ δεηθεῖσα πρὸς σύλληψιν! Ἔχει γὰρ πατέρα ἀίδιον ὁ ὑπὸ σοῦ κυοφορηθεῖς. Ὡ θυγάτριον γηγενές, θεογενικαῖς ἀγκάλαις τὸν Κτίστην βαστάσασα! ἡμιλλῶντο οἱ αἰῶνες, ποῖός τις ἐγκαυχῆσεται τῇ σῇ γεννήσει, ἀλλ' ἐνῖκα τῶν αἰῶνων τὴν ἄμιλλαν ἢ προωρισμένη βουλή τοῦ Θεοῦ, τοῦ τοὺς αἰῶνας ποιήσαντος, καὶ γεγόνασιν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, τὴν σὴν εὐμοιρήσαντες γέννησιν. Ὅντως τιμιωτέρα πάσης κτίσεως γέγονας. Ἐκ σοῦ γὰρ μόνης ὁ Δημιουργὸς μοῦραν προσεῖληφε, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος. Σὰρξ αὐτοῦ ἐκ τῶν σαρκῶν σου, καὶ τὸ αἷμα ἐκ τῶν αἱμάτων σου, καὶ γάλα μαστῶν σου ἐθήλασεν ὁ Θεός, καὶ ἠνώθη τὰ χεῖλη σου τοῖς τοῦ Θεοῦ χεῖλεσιν. Ὡ ἀκαταλήπτων καὶ ἀποβρόχτων θαυμάτων! σὲ προγνοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀξίαν, ἠγάπησε, καὶ ἀγαπήσας προώρισε, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ Θεοτόκον μητέρα καὶ τιτηνὸν τοῦ οἰκείου Υἱοῦ καὶ Λόγου ἀνέδειξε.

ut abs te vere dictum est, generationes omnes beatam dicunt! O digna Deo filia, humanae venustas naturae, primigenae parentis Evae emendatio! Tuo namque partu, quae ceciderat, erecta est. O sacrosancta filia, feminarum gloria! Quamvis enim prima Eva praevaricationis rea exstiterit, ac per eam mors, dum illa serpenti adversus primum parentem inserviret, ingressa sit: attamen Maria divinae obsequens voluntati, deceptorem anguem ipsa decepit, ac mundo immortalitatem invexit. O filia semper virgo, cui nulla ad concipiendum necessaria viri opera est! Quem enim utero gestasti, hic sempiternum Patrem habet. O filia terrigena, quae Dei genitricibus ulnis Creatorem gerebas! Certabant inter se saecula, quodnam ortu tuo gloriaretur. Sed eorum contentionem superavit praefinitum Dei consilium, a quo saecula facta sunt, ac postrema prima evaserunt, quibus tua fauste nativitas obtigit. Vere res omnes conditas dignitate antecelluisti. Nam ex te sola summus ille opifex partum assumpsit, massae nostrae primitias. Caro eius ex tuis sanguinibus concreta fuit. Quin Deus ex tuis mamillis lac suxit, tuaque labia Dei labiis cohaeserunt. O miracula mentis captum et sermonem excedentia! Dignitatem tuam praecognoscens universorum Deus, te proinde dilexit, dilectamque praedestinavit, atque extremis temporibus produxit, ac Deiparam matrem, suique Filii ac verbi nutritiam fecit.

1941

8. Τάναντία μὲν οὖν τῶν ἐναντίων φασὶν ἰάματα, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία. Εἰ καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἕκαστον ὁ πέφυκεν πλέκει, ἐκ περιουσίας οὗ πέφυκεν. Ὡσπερ γὰρ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ἢ ἀμαρτία, οὕτω τῶν ἀγαθῶν ὁ αἴτιος διὰ τῶν ἐναντίων ὁ πέφυκεν ἡμῖν κατεργάζεται. «Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἀμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις». Εἰ γὰρ τὴν πρώτην πρὸς Θεὸν ἐφυλάξαμεν κοινωνίαν, οὐκ ἂν τῆς μείζονος καὶ παραδοξοτέρας κατηξιώθημεν. Νῦν δὲ διὰ μὲν τῆς ἀμαρτίας τῆς προτέρας κοινωνίας ἀπηξιώθημεν, μὴ φυλάξαντες ὁ ἐλάβομεν. Θεοῦ δὲ συμπαθεία ἠλεήθημέν τε καὶ προσελήφθημεν, ὡς ἀσφαλῆ γενέσθαι τὴν κοινωνίαν. Δυνατὸς γὰρ ὁ προσλαθόμενος, φυλάξει τὴν ἔνωσιν ἀδιάσπαστον. Ἐπεὶ γὰρ ἐκπορνεύσασα ἐξεπόρνευσε πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ὁ λαὸς Κυρίου πνεύματι πορνείας ἐπλανήθη ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, τοῦ κτησαμένου αὐτὸν ἐν χειρὶ κραταιᾶ καὶ βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ ἐξαγαγόντος ἐν σημείοις καὶ τέρασιν ἐξ οἴκου δουλείας Φαραώ, καὶ διαγαγόντος διὰ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς, καὶ ὁδηγήσαντος ἐν νεφέλῃ ἡμέρας, καὶ ὄλην τὴν νύκτα ἐν φωτισμῷ πυρός. Καὶ ἐστράφη ἡ καρδία αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἐγένετο ὁ λαὸς Κυρίου, οὐ λαὸς Κυρίου· καὶ ὁ ἠλεημένος, οὐκ ἠλεημένος· καὶ ὁ ἡγαπη-

PG
96, 673

1941

8. Sane quidem contraria contrariorum esse aiunt medicamenta: at non item ex contrariis contraria oriri. Quamquam alioqui unaquaeque res per contraria id quod esse nata est, contexit ex abundantia eius quod esse nata est. Velut enim peccatum mortem mihi per bonum operans, supra modum peccans ostenditur: sic bonorum auctor per contraria, id quod suapte natura est, nobis efficit. *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia.*¹ Nam si primam cum Deo societatem conservavisset, praestantiorum et admirabiliorem nequaquam nacti essemus. Nunc autem, per peccatum quidem a priori consortio pulsati sumus, eum id quod acceperamus servare neglexerimus: Dei vero clementia misericordiam consecuti assumptique sumus, ut ea societas ab omni tuta periculo sit. Potest enim is qui assumpsit, praestare, ut indivulsa sit coniunctio. Quia enim universa terra fornicando fornicata erat, ac Domini populus fornicationis spiritu abactus, a Domino Deo suo, a quo in manu potenti et brachio excelso acquisitus erat, atque in signis et portentis de domo servitutis Pharaonis eductus, per mare Rubrum traductus erat, et tum interdiu in nube, tum nocte tota in illuminatione ignis deductus, aberraverat. Et cor ipsorum in Aegyptum se converterat:² ita ut Domini populus, non populus Domini factus esset; et qui misericordiam consecutus, misericordiam non conse-

PG
96, 674¹ Rom. V, 20.² Ps. LXXVII, 12 s.

μένος, οὐκ ἡγαπημένος. Διὰ τοῦτο νῦν Παρθένος τίκεται τῆς προγονικῆς πορνείας ἀντίπαλος, καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ μνηστεύεται, καὶ τίκει τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον. Καὶ λαὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ πρὶν οὐ λαὸς καθίσταται· καὶ ὁ οὐκ ἡλεημένος, ἡλέηται· καὶ ὁ οὐκ ἡγαπημένος ἡγάπηται. Ἐξ αὐτῆς γὰρ τίκεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησεν.

PG
96, 673

9. Ἀμπελος εὐκληματοῦσα ἐξ Ἄννης ἐβλάστησε, καὶ βότρυν γλυκύτητος ἤνθησε, πόμα νέκταρ τοῖς γηγενέσι πηγάζοντα εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἰωακεῖμ καὶ Ἄννα ἔσπειραν ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, καὶ ἐθέρισαν καρπὸν ζωῆς. Ἐφώτισαν ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, καὶ Κύριον ἐξεζήτησαν, καὶ ἦλθεν αὐτοῖς γέννημα δικαιοσύνης. Θαρσείτω ἡ γῆ καὶ τὰ τέκνα Σιών. Χαίrete ἐπὶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν, ὅτι βεβλάστηκεν ἔρημος· στεῖρα ἤνεγκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. Ἰωακεῖμ καὶ Ἄννα ὡς ὄρη νοητὰ γλυκασμὸν ἀπεστάλαξαν. Εὐφραίνου, Ἄννα μακαριστέ, ὅτι θῆλυ τέτοκας. Τοῦτο γὰρ τὸ θῆλυ, μήτηρ Θεοῦ, πύλη φωτός, πηγὴ ζωῆς, καὶ τὸ τῶν θηλειῶν διαλύει ἔγκλημα. Τοῦ θήλεος τούτου τὸ πρόσωπον λιτανεύουσιν πλούσιοι τοῦ λαοῦ. Τοῦτο τὸ θῆλυ βασιλεῖς ἐθνῶν προσκυνήσουσι, δῶρα φέροντες. Τοῦτο τὸ θῆλυ προσάξεις Θεῷ τῷ Παμβασιεῖ, ὡς κροσσωτοῖς χρυσοῖς, τὴν τῶν ἀρετῶν περιβεβλημένην εὐπρέπειαν,

1942

cutus; quique dilectus, non dilectus.¹ Eam ob causam Virgo nunc antiquae maiorum suorum scortationis adversaria nascitur, ipsique Deo sponsa iungitur, ac Dei misericordiam parit, ut efficiatur Dei populus, qui ante non populus; et qui non consecutus misericordiam, misericordiam consecutus; quique non dilectus, dilectus. Ex ea quippe nascitur Filius Dei dilectissimus, in quo Pater bene sibi complacuit.

PG
96, 674

9. Vitis uberrima ex Anna pullulavit, uvaque suavissima effloruit, potum nectaris terrigenis fundens in vitam aeternam. Ioachim et Anna ad iustitiam sibi ipsi seminarunt, ac vitae fructum mesuerunt. Scientiae lumen sibi illuminarunt, ac Dominum exquisierunt, venitque illis germen iustitiae.² Audaciam sumat terra, ac filii Sion. Gaudete in Domino Deo vestro, quia germinavit desertum: sterilis protulit fructum suum. Ioachim et Anna uti montes spirituales dulcedinem stillaverunt. Laetare, beata Anna, quod feminam pepereris. Haec enim femina Dei mater futura est, porta lucis, fons vitae, et feminarum crimen abolebit. Huius feminae vultum deprecabuntur omnes divites plebis.³ Feminam hanc reges gentium muneribus oblatis adorabunt.⁴ Hanc feminam Deo universorum Regi offeres, virtutum, tamquam fimbriis aureis, circumamictam elegan-

1942

¹ Rom. IX, 25.² Isa. LXI, 11.³ Ps. XLIV, 13.⁴ Ps. LXVII, 30.

καὶ * κεκοσμημένην τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, ἧς ἡ δόξα ἔξωθεν. Δόξα μὲν *676
 γὰρ πάσης γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ἔξωθεν ἐπιών· ἡ δόξα δὲ τῆς Θεοτόκου ἔσωθεν,
 ὁ τῆς κοιλίας καρπός. Ὡ θῆλυ ποθητόν, τρισμακάριστον! Εὐλογημένη σὺ
 ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Ὡ θῆλυ θύγατερ τοῦ
 βασιλέως Δαβὶδ, καὶ Μήτηρ τοῦ Παμβασιλέως Θεοῦ! Ὡ θεῖον ἔμψυχον
 ἄγαλμα, ἐφ' ᾧ ὁ δημιουργὸς εὐφράνθη Θεός, νοῦν μὲν ἔχον θεοκυδέρητον,
 καὶ μόνῳ Θεῷ προσανέχοντα· ἐπιθυμίαν ἄπασαν τεταμμένην πρὸς τὸ μόνον
 ἐφετόν τε καὶ ἀξιέραστον· τὸν θυμὸν κατὰ μόνης τῆς ἀμαρτίας, καὶ τοῦ ταύ-
 την κηύσαντος. Ζωὴν τῆς φύσεως κρείττονα ἔξεις. Ἐξεῖς γὰρ οὐ σαυτῆ· οὐ
 γὰρ σαυτῆς ἔνεκα γεγέννησο. Ὅθεν ἔξεις Θεῷ, δι' ὃν εἰς τὸν βίον ἐλήλυθας·
 δι' ὃν τῇ παγκοσμίῳ ἐξυπηρετήσεις σωτηρία, ὅπως ἡ ἀρχαία βουλή τοῦ
 Θεοῦ, τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, καὶ τῆς ἡμῶν θεώσεως, διὰ σοῦ πληρωθῆ.
 Ὅρεξις τοῖς θείοις λόγοις ἐντρέφεσθαι, καὶ τούτοις πιαίνεσθαι, ὡς ἡ ἐλαία
 κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ὡς ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξό-
 δους τῶν ὑδάτων τοῦ Πνεύματος, ὡς ξύλον ζωῆς, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἔδω-
 κεν ἐν τῷ προσωρισμένῳ καιρῷ αὐτοῦ· Θεοῦ σεσαρκωμένον, τὴν αἰώνιον ἀπάν-
 των ζωὴν. Πάντα λογισμὸν τρόφιμον, καὶ ψυχαφελῆ ἔχουσα καὶ πάντα πε-
 ριττόν, καὶ ψυχοδραβῆ πρὶν γεύσασθαι ἀποκρίνουσα. Ὅφθαλμοὶ διὰ παντός

tia, sanetique * Spiritus gratia coronatam, cuius gloria ab intus.¹ *675
 Omnis quippe feminae gloria vir est, a foris veniens: at Dei Genitricis gloria ab intus est, ventris utique fructus. O desiderabilissima femina, ac terque beata! Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. O femina regis David filia, Deique omnium Regis Mater! O divinum vivumque simulacrum, cuius conditor Deus pulchritudine delectatus est, quod mentem quidem divinitus gubernatam habet, Deoque soli addietam; cupiditatem vero omnem ad id quod solum expetendum est, et amore dignum, intentam; iram autem erga peccatum dumtaxat eiusque parentem. Vitam natura potiozem habebis. Habebis autem non tibi ipsa; quippe quae non tuiipsius causa genita sis. Quocirca Deo hanc habebis, cuius gratia in mundum prodiisti; ut orbis universi salutem obsequaris; Deique antiquum consilium, nimirum incarnationis Verbi ac nostrae deificationis, per te impleatur. Appetitus tuus divinis sermonibus nutrietur, hisque pinguesces tamquam oliva fructifera in domo Dei; tamquam lignum plantatum secus decursus aquarum Spiritus;² tamquam vitae lignum quod fructus vitae dedit praefinito suo tempore; Deum scilicet incarnatum, aeternam universorum vitam. Cogitatum omnem alumnum habens et animae proficuum, ac supervacaneum omnem et animis exitiosum prius reprobandum, quam

¹ Ps. XLIV, 14.

² Ps. I, 3.

πρὸς Κύριον, φῶς ὀρώντες ἀένναον καὶ ἀπρόσιτον. Ὡτα τὸν θεῖον ἀκούοντα λόγον, καὶ τερπόμενα τῇ κιθάρᾳ τοῦ Πνεύματος, δι' ὧν ὁ Λόγος εἰσῆλθε σαρκωθησόμενος. ῥῖνες τῇ ὀσμῇ τῶν μύρων τοῦ νυμφίου θελγόμεναι, ὅς ἐστι μύρον θεῖον ἐκουσίως κενούμενον, καὶ χρίον τὴν ἑαυτοῦ ἀνθρωπότητα. « Μύρον γὰρ ἐκκενωθὲν ὄνομά σου », φησὶν ἡ Γραφή. Χεῖλη αἰνοῦντα τὸν Κύριον, καὶ τοῖς αὐτοῦ κολλώμενα χεῖλεσι. Γλῶσσα καὶ φάρυγξ λόγους Θεοῦ διακρίνουσαι, καὶ θείας γλυκύτητος ἐμφορούμεναι. Καρδία καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος, ὀρώσα καὶ ποθοῦσα Θεὸν τὸν ἀμόλυντον. Γαστήρ, ἐν ἧ ὁ ἀχώρητος ἔκρησεν, καὶ μαστοὶ γάλακτος, ἐξ ὧν ἐτράφη Θεὸς τὸ παιδίον Ἰησοῦς. Πύλη Θεοῦ, ἀειπαρθελεύουσα. Χεῖρες Θεὸν φέρουσαι καὶ γόνατα, θρόνος τῶν Χερουδίμ ὑψηλότερος· δι' ὧν ἴσχυσαν χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. Πόδες, ὡς λύχνῳ φωτὸς τῷ τοῦ Θεοῦ ποδηγούμενοι νόμῳ, καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἀνεπιστρέφως τρέχοντες, ἕως πρὸς τὴν ποθοῦσαν τὸν ποθούμενον εἰλκυσαν. Ὅλη παστὰς τοῦ Πνεύματος. Ὅλη πόλις Θεοῦ ζῶντος, ἣν εὐφραίνουσι τοῦ ποταμοῦ τὰ ὀρμήματα· τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρισμάτων κύματα· ὅλη καλή, ὅλη πλησίον Θεοῦ. Αὕτη γὰρ ὑπεραναβᾶσα τὰ Χερουδίμ, καὶ τῶν Σεραφίμ ὑπεραρθεῖσα πλησίον Θεοῦ ἐχρημάτισεν.

*677

10. Ὡ θαῦμα πάντων θαυμάτων ὑπέρτερον! * Γυνὴ ἐπάνω τῶν Σερα-

eum degustes. Oculi semper ad Dominum, perenne et inaccessum lumen intuentes. Aures, ut divinum sermonem audiant, ac Spiritus cithara oblectentur, per quam Verbum ut carnem assumeret, ingressum est. Nares, unguentorum sponsi odore deliniuntur; qui quidem divinum unguentum est, sponte effusum suamque humanitatem perungens; *Unguentum enim effusum nomen tuum*, inquit Scriptura.¹ Labia Dominum laudantia, ipsiusque labiis adhaerentia. Lingua et fauces Dei verba discernentes, divinaeque suavitate ad satietatem usque perfruentes. Cor purum et labis expers, Deum videns omni labe carentem, eiusque cupiditate flagrans. Venter eius domicilium quem nullus locus capit. Lactis ubera, quae Deum aluerunt, nempe puellum Iesum. Dei porta, perpetua virginitate nitens. Manus Deum gestantes ac genua, thronus Cherubim sublimior; quorum ope remissae manus, et dissoluta genua convaluere. Pedes, Dei lege velut lucerna deducti, ac post eum irretorto cursu properantes, donec amatum ad amantem traxerunt. Tota thalamus Spiritus, tota civitas Dei vivi, quam laetificant fluminis impetus; sancti, inquam, Spiritus gratiarum fluctus. Tota pulchra, tota Deo propinqua: haec enim Cherubim superans, et super Seraphim evecta, proxima Deo exstitit.

*678

10. O miraculum omnibus miraculis excellentius! * Mulier subli-

¹ Cant. I, 2.

φιμ γέγονεν, ὅτι Θεὸς ὤφθη βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος. Σιγάτω Σολομών ὁ σοφώτατος, καὶ μὴ λεγέτω· Μηδὲν καινὸν ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ὡ Παρθένε θεοχαρίτωτε, ναὸς Θεοῦ ἅγιος, ὃν ὁ πνευματικὸς Σολομών, ὁ εἰρη-
 νάρχης κατασκευάσας κατέκρησεν, οὐ χρυσοῦ καὶ λίθοις ἀψύχοις καλλωπιζό-
 μενος, ἀλλ' ἀντὶ χρυσοῦ λάμπων τῷ Πνεύματι· ἀντὶ δὲ λίθων τιμίων ἔχων
 τὸν πολύτιμον μαργαρίτην Χριστόν, τὸν ἄνθρακα τῆς Θεότητος, ὃν ἄψασθαι
 τῶν χειλέων ἡμῶν καθικέτευε, ὡς ἂν καθαρθέντες, τοῦτον σὺν τῷ Πατρὶ
 καὶ τῷ Πνεύματι ὑμνήσωμεν ἀνακράζοντες· «Ἄγιος, Ἄγιος, Ἄγιος, Κύριος
 Σαδὰὼθ», μία φύσις Θεότητος ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι. «Ἄγιος ὁ Θεὸς» καὶ
 Πατὴρ, ὁ εὐδοκήσας ἐν σοί, καὶ ἐκ σοῦ τελεσθῆναι ὁ προώρισε πρὸ αἰώνων μυ-
 στήριον, «Ἄγιος ἰσχυρὸς», ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὁ μονογενῆς, σὲ πρω-
 τότοκον προαγαθῶν ἐκ στεῖρας μητρὸς σήμερον, ὅπως μονογενῆς ὢν ἐκ Πα-
 τρός, καὶ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, μονογενῆς ἐκ σοῦ γεννηθῆ Παρθένου
 μητρὸς, πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς παραπλησίως ἡμῶν, ἐκ σοῦ με-
 τεσχηκῶς σαρκὸς καὶ αἵματος. Ἄλλ' οὐκ ἐκ μόνου σε Πατρός, ἢ ἐκ μόνης
 Μητρὸς προήγαγεν, ἵνα τῷ μόνῳ Μονογενεῖ φυλαχθῆ τὸ κατὰ πάντα μονο-
 γενές. Αὐτὸς γὰρ μόνος μονογενῆς ἐκ μόνου Πατρός, καὶ μόνος ἐκ μόνης

mior Seraphim effecta est, quia Deus visus est angelis paulomi-
 nus minoratus.¹ Sileat sapientissimus Salomon, nihilque iam sub
 coelo novum esse inficietur.² O Virgo divinis gratiis affluens, tem-
 plum Dei sanctum, quod spiritualis Salomon, ille princeps pacis
 abs se constructum inhabitavit: templum, inquam, non auro et
 inanimis lapidibus decoratum, sed auri loco Spiritu fulgens; pro
 lapidibus pretiosis, pulcherrimam margaritam habens Christum,
 Deitatis illum carbunculum, quem ut labia nostra tangat supplex
 precare, ut sic purgati ipsum cum Patre et sancto Spiritu laudemus,
 clamantes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth*,³ una Dei-
 tatis in tribus personis natura. *Sanctus Deus* et Pater, qui in te et
 ex te mysterium perfici voluit, quod ante saecula praefinitum erat.
Sanctus fortis, Dei Filius ac Deus, unigenitus, qui et primogenitam
 hodie ex sterili produxit, ut unigenitus ipse ex Patre, et primoge-
 nitus omnis creaturae, unigenitus nasceretur ex te Virgine matre,
 primogenitus in multis fratribus similis nobis, ratione carnis et san-
 guinis, quae ex te assumpsit, particeps factus. Atqui te non ex solo
 Genitore, aut ex sola produxit Matre, ut soli Unigenito unigeniti
 proprietates modis omnibus absoluta servaretur. Solus enim ipse uni-
 genitus est ex solo Patre, et solus ex sola Matre. *Sanctus immortalis*,

¹ Hebr. II, 9.

² Eccle. I, 10.

³ Isa. VI, 3.

Μητρός. « Ἅγιος ἀθάνατος », τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τῇ δρόσῳ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, τῷ θείῳ πυρὶ σε φυλάξαν ἀνάλωτον. Τοῦτο γὰρ ἡ Μωϋσέως προϋπηνίττετο βάτος.

PG
96, 677

11. Χαίροις, προβατική, τῆς τοῦ Θεοῦ Μητρός τὸ ιερώτατον τέμενος. Χαίροις, προβατική, τῆς βασιλίδος τὸ προγονικὸν καταγώγιον. Χαίροις, προβατική, τῶν τοῦ Ἰωακείμ προβάτων τὸ πάλαι σῆκος, νῦν δὲ τῆς λογικῆς τοῦ Χριστοῦ ποιμένης οὐρανομίμητος Ἐκκλησία· ἢ ποτὲ μὲν ἀπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ Θεοῦ δεχομένη τὸν ἄγγελον, τὸ νᾶμα ταράττοντα, ἕνα τε ῥωννύντα, καὶ τῆς συνεχούσης ἀπαλλάττοντα νόσου· νῦν δὲ πλήθη οὐρανίων δυνάμεων ἔχουσα, ὑμνούντων σὺν ἡμῖν τὴν Θεομήτορα· τὴν τῶν θαυμάτων ἄδυσσον, τὴν πηγὴν τῆς παγκοσμίου ἰάσεως· οὐ λειτουργὸν δεξαμένη ἄγγελον, ἀλλὰ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς, ὡς ἐπὶ πόκον ἀψοφητὶ καταδάντα ὑετὸν ἀγαθότητος, καὶ πᾶσαν τὴν φύσιν νοσήσασαν, καὶ πρὸς φθορὰν ἀποκλίναςαν, πρὸς ὑγίαν ἄνοσον, καὶ πρὸς ζωὴν ἀγήρω ἐπανορθώσαντα· δι' ὃν ὁ ἐν σοὶ παράλυτος ὡς ἔλαφος ἤλατο. Χαίροις, προβατικὴ τιμία, αὐξείτω σου ἡ χάρις. Χαίροις, Μαρία, γλυκύτατον τῆς Ἄννης θυγάτριον· πρὸς σὲ γὰρ αἰθίς ὁ πόθος ἀνέλκει με. Πῶς ἐξεικονίζω σου τὸ σεμνότατον βάδισμα, πῶς τὴν στολὴν; πῶς τὸ πρόσωπόν σου τὸ χάριεν; γηραλέον φρόνημα ἐν νεάζοντι σώματι; στολὴ κοσμία, πᾶσαν θρύψιν καὶ μαλακίαν φεύγουσα. Βῆμα σεμνόν,

1943

sanctissimus Spiritu, qui divinitatis suae rore te conservavit, ne ab igne divino absumpta fueris. Nam et hoc quoque Moysis ille rubus praesignabat.

PG
96, 678

11. Salvesis, probatica, Dei Matris sacratissimum delubrum. Salvesis, probatica, avitum reginae domicilium. Salvesis, probatica Ioa-chim, pecorum quondam caula, nunc autem rationalis Christi ovilis Ecclesia coelum repraesentans; quae olim quidem quotannis semel Angelum Dei excipiebas turbantem aquam, unumque valetudini restituentem, nunc autem coelestium virtutum copiosissimum agmen habes Dei Genitricem laudantium nobiscum; illam miraculorum abyssum, mundi universi curationis fontem, quae non angelum ministrum suscepit, sed magni consilii angelum, qui sicut pluvia in vellus sine strepitu descendit, totamque naturam laborantem et ad interitum vergentem, ad firmam sanitatem vitamque senii expertem, instauravit: per quem paralyticus qui in te iacebat, tamquam cervus exsiliit. Salvesis, veneranda probatica, incrementum gratia tua sumat. Salvesis, Maria, Annae dulcissima puella: nam me rursum ad te amor pertrahit. Quonam modo incessum tuum gravitate plenum describam? Quomodo amictum? Quomodo venustatem oris? Senilem illam in iuvenili corpore prudentiam? Honestus vestitus fuit, molli-

1943

καὶ ἀτάραχον, καὶ πάσης βλακείας ἐλεύθερον. Ἦθος ἐστυμμένον, * ἰλαρότητι *680
 σύμμικτον, ἀνδράσιν ἀπρόσιτον. Καὶ μάρτυς ὁ φόβος ὁ ἐπισυμβὰς τῷ ἀσυ-
 νήθει τοῦ ἀγγέλου προσφθέγματι. Γονεῦσιν εὐήμιος καὶ ὑπήκοος. Φρόνημα
 ταπεινὸν ἐν θεωρίαις ὑψηλοτάταις. Λόγος ἰλαρὸς ἐξ ἀοργήτου ψυχῆς προσφε-
 ρόμενος. Καὶ τί γε ἄλλο ἢ ἄξιον τοῦ Θεοῦ καταγώγιον; Σὲ ἀξίως πᾶσαι
 αἱ γενεαὶ μακαρίζουσιν, ὡς ἐπίλεκτον δόξαν τῆς ἀνθρωπότητος. Σὺ ἱερέων
 καύχημα, Χριστιανῶν ἐλπίς, παρθενίας πολυφόρον φύτευμα. Διὰ σοῦ γὰρ
 τὸ καλὸν τῆς παρθενίας πεπλάτυνται. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλο-
 γημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Οἱ ὁμολογοῦντές σε Θεοτόκον εὐλό-
 γηται, οἱ ἀρνούμενοι κεκατήρηνται.

1944

12. Ὡ ἱερά ξυνωρίς Ἰωακείμ καὶ Ἄννα, δέχου παρ' ἐμοῦ λόγον του-
 τονι τὸν γενέσιον! Ὡ θύγατερ Ἰωακείμ καὶ Ἄννης καὶ δέσποινα! δέχου
 δούλου λόγον ἀμαρτωλοῦ, ἀλλ' ἐκ πυρὸς ποθοῦντος, καὶ σὲ μόνην κεκτημέ-
 νου χαρᾶς ἐλπίδα, τοῦ βίου προστάτιν, καὶ πρὸς τὸν σὸν Υἱὸν διαλλάκτην,
 καὶ σωτηρίας ἀρραβῶνα στερέμνιον. Καὶ τὸ τῶν ἀμαρτημάτων διασκορπί-
 σαις φορτίον, καὶ τὸ ἐπισκοτοῦν τῷ ἐμῷ νῷ νέφος, καὶ τὴν ὑλώδη διασκε-
 δάσαις παχύτητα· καὶ στήσαις τοὺς πειρασμούς, καὶ κυβερνήσαις αἰσίως
 τὸν βίον, καὶ πρὸς τὴν ἄνω χειραγωγῆσαις μακαριότητα, καὶ τῷ κόσμῳ

PG
96, 680

tiem et luxum omnem fugiens. Gressus gravis, nec praeceps, nihil
 fractum ac molle habens. Mores severi, et * hilaritate temperati, *679
 per quos nullus ad te viris accessus pateret. Testis est metus ille, in
 quem ex inusitato angeli alloquio incidisti. Parentibus morigera
 et obsequens eras. Animus humilis in sublimissimis contemplatio-
 nibus. Sermo iucundus, ex leni anima progrediens. Quid demum
 aliud quam Deo dignum domicilium? Merito te beatam praedicant
 omnes generationes, ut eximium humani generis decus. Tu sacer-
 dotum gloria, Christianorum spes, virginitatis uberrima planta.
 Per te enim virginitatis honestas sese latissime effudit: *Benedicta tu
 inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*¹ Qui te Dei Genitricem
 confitentur, hi benedicti sunt; qui inficiantur, maledicti.

1944

12. O sacrum par Ioachim et Anna, natalitiam hanc orationem
 a me accipite! O Ioachim et Annae filia et domina, orationem suscipe
 servi peccatoris, qui te tamen ardentem amat colitque, teque solam
 gaudii spem habet, et vitae praesidem, nec non apud Filium paca-
 tricem, ac certam salutis arrham. Peccatorum sarcinam discute,
 menti tenebras offundentem nebulam, terrenamque crassitiem dis-
 sipa, tentationes comprime, vitam meam fauste governa, ut ad coe-
 lestem beatitatem per te ducar, pacemque mundo concilia. Universis

PG
96, 679¹ Lc. I, 42.

βραβεύσαις ειρήνην· καὶ πᾶσι τοῖς τῆσδε τῆς πόλεως ὀρθοδόξοις οἰκήτορσι παντελῆ εὐφροσύνην, καὶ σωτηρίαν αἰώνιον, λιταῖς τῶν σε φουσάντων, καὶ παντὸς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος. Γένοιτο, γένοιτο. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου», Ἰησοῦς Χριστός, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός. Αὐτῷ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
96, 700

Homilia I in Dormitionem B. V. Mariae. 1. «Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων γίνεται», φησὶν ὁ σοφώτατος Σολομῶν. «Τίμιος γὰρ ἐναντίον Κυρίου θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ», ὁ Θεοπάτωρ προέφη Δαβίδ. Εἰ τοίνυν ἀπάντων δικαίων ἡ μνήμη μετ' ἐγκωμίων γίνεται, τῇ πηγῇ τῆς δικαιοσύνης, καὶ τῷ τῆς ὁσιότητος θησαυρῷ, τίς οὐ προσοίσει τὸν ἔπαινον; οὐχ ἵνα δοξάσῃ, ἀλλ' ἵνα δοξασθῇ δόξαν αἰώνιον. Ἀνευδὲς γὰρ τῆς παρ' ἡμῶν δόξης, τοῦ Θεοῦ τὸ σκήνωμα, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, περὶ ἧς δεδοξασμένα ἐλαλήθη, καθὼς φησι πρὸς αὐτὴν ὁ θεῖος Δαβίδ· «Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, πόλις τοῦ Θεοῦ», λέγων. Ποίαν γὰρ ἐκληψόμεθα πόλιν τοῦ ἀοράτου καὶ ἀπεριγράπτου Θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα τῇ ἰδίᾳ δρακὶ περιέχοντος, ἀλλ' ἢ τὴν μόνην

1945

huius civitatis orthodoxis, absolutam numeris suis laetitiam sempiternamque salutem praesta, tuorum parentum, universique coetus Ecclesiae precibus. Fiat, fiat. *Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus Christus Dei Filius. Ipsi gloria cum Patre et Spiritu sancto in infinita saecula saeculorum. Amen.*

PG
96, 699

Homilia I in Dormitionem B. V. Mariae. 1. *Memoria iustorum cum laudibus agitur*, inquit sapientissimus Salomon:¹ ut enim ait Deiparens David, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*.² Si igitur iustorum omnium memoria cum laude recolitur, equisnam est qui iustitiae fonti et sanctitatis thesauro laudem non exhibeat, non ut gloria eam augeat, sed ut sempiternam ipse sibi gloriam conciliet? Neque enim a nobis gloria augeri indiget gloriae Domini tabernaculum; Dei, inquam, illa civitas, de qua gloriosa dicta sunt, velut divinus David eam affatur: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*.³ Ecquam enim aliam invisibilis et incircumscripti, omniaque pugillo continentis Dei civitatem intelligemus, nisi eam quae vere, et supra quam natura atque essentia ferat, Dei Verbum ac Deum substantia omni superiore nulla circumscriptione

1945

¹ Prov. X, 7.² Ps. CXV, 15.³ Ps. LXXXVI, 3.

ὄντος ὑπερφυῶς, καὶ ὑπερουσίως τὸν ὑπερούσιον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀπειργάπτως χωρήσασαν, περὶ ἧς δεδοξασμένα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λελάληται; τί γὰρ ἐπιδοξότερον τοῦ δέξασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ βουλήν, ἀρχαίαν, ἀληθινήν;

2. Ταύτην γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνη γλῶττα, οὐκ ἀγγέλων νοῦς ὑπερκοσμίων, κατ' ἀξίαν εὐφημῆσαι δύναται, δι' ἧς ἡμῖν δέδοται τὴν δόξαν Κυρίου τηλαυγῶς ἐνοπτριζέσθαι. Τί τοίνυν; σιγήσομεν ἄρα, ὅτι μὴ πρὸς ἀξίαν εὐφημῆσαι δυνάμεθα, φόβῳ συστελλόμενοι; Ἡκιστα. Ὑπερβάθμιον δὲ τὸν πόδα τεινώμεν, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ τοὺς οἰκίους ἀγνοήσωμεν ὄρους, καὶ τῶν ἀθίκτων ἀνέδην ἀψώμεθα, τῷ φόβῳ τὸν χαλινὸν ἀποπτύσαντες; Οὐδαμῶς. Πόθῳ δὲ μᾶλλον τὸν φόβον κεράσαντες, καὶ σύνθετον ἐξ ἀμφοῖν ἓνα πλέξαντες στέφανον, μεθ' ἱεραῶς εὐλαβείας * τρεμούση χειρὶ, καὶ ποθούση ψυχῇ, τῆς ἡμετέρας διανοίας τὸ εὐτελὲς ἀκροθίνιον τῇ βασιλίδι μητρὶ, εὐεργέτιδι πάσης τῆς φύσεως, εὐγνωμόνως εἰς ὀφειλὴν ἀποτίσωμεν. Ἐπεὶ καὶ λόγος ἐστίν, ἀγρώτας τινὰς τοῖς ἀροτῆρσι βουσί τῆς γῆς τοὺς αὐλακας τέμνοντας, βασιλέα παριόντα θεάσασθαι, σεμνῶς μὲν τῇ ἀλουργίδι κοσμούμενον, φαιδρυνόμενον δὲ τῇ αἴγλῃ τοῦ διαδήματος, καὶ τῷ ἀπείρῳ πλήθει τῶν δορυφό-

*701

complexa est; de qua proinde ab ipsomet Domino gloriosa dicta sunt? Quid enim ad gloriam illustrius, quam Dei consilium, antiquum illud et verum excepisse?¹

2. Hanc non hominum lingua, non angelorum mundo sublimiorum mens, sat dignis laudibus efferre possit, per quam datum nobis est Domini gloriam perspicue contueri? Quid ergo? An quia eam pro dignitate laudare non possumus, metu compressi conticescemus? Minime prorsus. An vero transultorio, ut dicitur, gressu pergemus, nostrorumque limitum ignari, excusso timoris freno, nullo pudore ea tractabimus, quae attingi nefas est? Nequaquam. Quin potius temperata metu cupiditate, contextaque una ex utroque corolla, cum sacra reverentia, * tremebunda manu, ardentique animo, viles ingenii nostri primitias Reginae matri de universa natura bene meritae, grata mente debitum veluti quoddam persolvemus. Enim vero memoriae proditum est, rusticos quosdam terrae glebas vertentes, cum transeuntem aliquando regem purpura ornatum, ac diademate fulgentem, infinitaque satellitum manu undique cinctum, conspexissent, nec quidquam suppeteret quod principi dono darent, unum ex ipsis aquam nihil cunctatum hausisse (in propinquo enim uberrime fluebat) laticesque imperatori dono obtulisse. Regi poseenti quid hoc sibi vellet, fidenter ad hunc modum respondisse: Hoc quod mihi praesto erat tuli; nihil melius me facturum ratus, ne animi prom-

*702

¹ Isa. XXV, 1.

ρων κύκλω περιστοιχιζόμενον, ἐπεὶ παρῆν οὐδέν, ὃ τότε τῷ μέδοντι δωροφορήσωσιν, ἀμελλητὶ ταῖς χερσὶν ὕδωρ ἀπαρυσάμενον ἕνα (παρέβρει γὰρ ἐγγύθεν ἀφθόνως τὰ νάματα), δῶρον κεκοιμικέναι τῷ αὐτοκράτορι. Πρὸς δὲ φάναι τὸν βασιλέα· Τί τοῦτο, ὦ παῖ; τὸν δὲ θαρσαλέως ἀνταποκρίνασθαι· Ὁ μοι παρῆν, τοῦτο κεκόμικα, κρίνας ἄριστα τῇ ἐνδείᾳ τὴν προθυμίαν μὴ ἐγκαλύπτεισθαι. Σὺ γὰρ τῶν ἡμετέρων οὐκ ἐπιδεῆς, οὐδὲ ἐθέλων τῶν παρ' ἡμῶν ἢ τὴν εὐνοίαν. Ἡμῶν δὲ χρέος ἐστὶν ἅμα καὶ ἔπαινος τὸ τελούμενον. Δόξα γὰρ οἶδεν ἐπακολουθεῖν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς εὐγνώμοσιν. Εἴτα τὸν βασιλέα θαυμάσαντα, ἐπαινέσαι μὲν τὸ σοφόν, ἀποδέξασθαι δὲ μετ' εὐνοίας τὴν προθυμίαν, πλείσταις δ' ὅσαις δωρεαῖς φιλοτίμως αὐτὸν ἀνταμείψασθαι. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνος ὁ ὑπέροφρος τύραννος τῆς πολυτελείας προκέρκισε τὴν εὐνοίαν, αὕτη ἢ ὄντως ἀγαθὴ Δέσποινα, ἢ τοῦ μόνου ἀγαθοῦ Θεοῦ Μήτηρ, οὐ ἢ συγκατάβασις ἄπειρος, τοῦ τὰ δύο λεπτά τῶν πολλῶν καρπωμάτων προκρίναντος, οὐ μᾶλλον ἡμῶν ἀποδέξεται τὴν πρόθεσιν, οὐ τὴν δύναμιν κρίνουσα; Ναὶ μὴν ἀποδέξεται, ὡς ὀφειλὴν μὲν προσάγοντα, ἀντιμετρήσει τὰ ἀσύγκριτα. Ἐπεὶ οὖν τὸ λέγειν ἐκ παντὸς ἀναγκαῖον, ὥστε τὸ χρέος ἀφοσιώσασθαι, φέρε πρὸς αὐτὴν τὸν λόγον τρέψωμεν ὧδε.

PG
96, 701

3. Τί δὲ προσεῖπωμεν, Δέσποινα; τίσι δὲ προσφθεγξόμεθα ῥήμασι; ποίοις δὲ ἐγκωμίοις τὴν σὴν ἱεράν καὶ δεδοξασμένην στέψομεν κεφαλὴν, τὴν ἀγαθοδότιν, τὴν πλουτοδότειραν, τοῦ ἀνθρωπέου γένους τὸ ἐγκαλλώπισμα, τὸ αὐχμημα πάσης τῆς κτίσεως, δι' ἣν ὡς ἀληθῶς μεμακάρισται; Ὅν γὰρ οὐκ

1946

ptitudo egestate mea occultaretur. Nam tu quidem, cum rebus nostris non opus habeas, nihil a nobis exposcis, nisi benevolum ac promptum animum. Hoc nobis, tum debiti persolutio est, tum laudis argumentum. Siquidem saepe fit, ut eos qui se gratos praebent, gloria comitetur. Quocirca regem admiratione commotum, huius quidem sapientiam laudasse, quin et promptum animi studium approbasse, eique complura beneficia liberalissime rependisse. Si igitur superbus ille tyrannus benevolentiam, munificentia potiolem habuit, annon haec vere bona Domina, eiusque Mater, qui solus est bonus, cuius infinita indulgentia est, quique minuta duo amplissimis etiam muneribus praetulit, nostrum multo magis propositum comprobabit, nullam facultatis rationem habens? Ita certe comprobabit, debitumque officium exhibentes excipiet, nobisque bona rependet omni comparatione maiora. Quoniam igitur orationem habere omnino necesse est, ut hoc quoque munere debito defungamur, ad eam modo sermonem convertamus.

PG
96, 702

3. Quo tandem te, o Domina, nomine compellabimus? Quibus te verbis alloquemur? Quibus laudibus sacrum tuum ac praeclarum caput ornabimus? Te, inquam, bonorum largitricem, divitiarum donatricem, humani generis ornamentum, omnisque creaturae de-

1946

ἐχώρει τὸ πρότερον, διὰ σοῦ κεχώρηκεν. Οὐ ἀτενίσαι οὐκ ἐσθένει, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ κατοπτρίζεται. Ἔνοιξον ἡμῖν, ὦ Λόγε Θεοῦ, τὸ βραδύγλωσσον στόμα. Δὸς ἐν ἀνοίξει χειλέων ἡμῶν χαριέστατον λόγον. Ἐμπνευσον ἡμῖν τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν, δι' ἧς ἀλιεῖς ῥητορεύουσι, καὶ ἀγράμματοι λαλοῦσι σοφίαν τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον· ἵνα καὶ ἡμεῖς οἱ ἰσχνόφωνοι εὐπορήσωμεν τῆς σῆς φιλότατης μητρὸς καὶ ἀμυδρῶς γέπως μεγαλεῖα φθέγγασθαι. Αὕτη γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων ἐκλελεγμένη, τῇ προωρισμένη βουλῇ καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ σε ἀχρόνως, ἀβρέυστως τε καὶ ἀπαθῶς γεννήσαντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἰλασμὸν καὶ * σωτηρίαν, δικαιοσύνην τε καὶ ἀπολύτρωσιν, σὲ τὴν ἐκ ζωῆς ζωὴν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἀληθινόν, ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκύησεν· ἧς ὁ τόκος παράδοξος, ἡ γέννησις ὑπὲρ φύσιν καὶ ἔννοιαν, καὶ τῷ κόσμῳ σωτήριος, ἡ κοίμησις ἔνδοξος καὶ ὄντως ἱερά καὶ πανεύφημος. Ταύτην ὁ Πατὴρ μὲν προώρισε, προφῆται δὲ διὰ μὲν τοῦ Πνεύματος ἁγίου προηγόρευσαν. Ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος ἁγιαστικὴ δύναμις ἐπεφοίτησεν, ἐκάθηρέ τε καὶ ἠγίασε, καὶ οἶονεῖ προήρδευσε. Καὶ τότε σὺ ὁ τοῦ Πατρὸς ὄρος καὶ Λόγος ἀπεριγράπτως κατώκησας, ἀνακαλούμενος τὴν ἐσχατιὰν τῆς ἡμετέρας φύσεως πρὸς τὸ

*704

cus, per quam illa vere beata effecta est. Quem enim prius minime capiebat, hunc per te postmodum cepit: in quem intueri non poterat, revelata facie per te contemplatur.¹ Aperi, o Dei Verbum, tardum istud os nostrum. Da in apertione labiorum nostrorum concinnam suavissimamque orationem. Gratiam nobis Spiritus infla, per quam facundi fiunt piscatores, et litterarum expertes sapientium hominis conditione praestantiorem loquuntur: ut nos etiam qui hebetioris linguae sumus, charissimae tuae Matris praecellentias exigue saltem et obscure praedicare possimus. Haec enim, cum ab antiquiori aevo, praefinito consilio * ac benigna Dei Patrisque voluntate, qui te extra tempus, sine fluxu et perpessione genuit, electa esset, et propitiationem, salutemque et iustitiam ac redemptionem, vitam de vita, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, extremis temporibus ex se incarnatum peperit: cuius partus novus et inusitatus fuit, generatio natura et cogitatione praestantior, mundoque salutaris, obitus denique praeclarus et sacer, omnique commendatione dignus. Hanc quidem Pater praedestinavit, prophetae vero per Spiritum praenuntiaverunt: Spiritus autem vis sanctificans, superveniens expurgavit sanctamque reddidit, et veluti praerigavit. Tunc itaque tu, qui Patris terminus ac Verbum es, nihil circumscriptus in ea demoratus es, ut extremam naturae nostrae vilitatem ad infinitam incomprehensae Deitatis tuae celsitudinem revocares:

*703

¹ II Cor. III, 18.

ἄπειρον ὕψος τῆς σῆς ἀκαταλήπτου θεότητος. Ἦς τὴν ἀπαρχὴν ἐκ τῶν πανάγων καὶ ἀχράντων αἱμάτων, καὶ παναμώμων τῆς ἀγίας Παρθένου ἀναλαβὼν σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, σεαυτῷ περιέπηξας, ἐν σεαυτῷ αὐτὴν ὑποστήσας, καὶ γέγονας τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι τέλειος Θεός, καὶ τῷ σῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, ἀλλὰ προσλαβὼν δι' εὐσπλαγγίαν ἄφατον τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Καὶ προῆλθες ἐξ αὐτῆς εἰς Χριστός, εἰς Κύριος, εἰς υἱὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός, Θεός τε ὁμοῦ τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, ὅλος Θεός, καὶ ὅλος ἄνθρωπος, μία ὑπόστασις σύνθετος, ἐκ δύο φύσεων τελείων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν δύο τελείαις φύσεσι, θεότητι τε καὶ ἀνθρωπότητι· οὐ γυμνὸς Θεός, οὐδὲ ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' εἰς Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς σεσαρκωμένος, Θεός τε αὐτὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, οὐ σύγχυσις ὑποστάς, οὐδὲ διαίρεσις ὑπομείνας, φέρων ἐν ἑαυτῷ τῶν ἑτεροουσιῶν δύο φύσεων καθ' ὑπόστασιν ἀσυγχύτως ἅμα καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμένων τὰς φυσικὰς ιδιότητας, τὸ κτιστὸν καὶ τὸ ἄκτιστον, τὸ θνητὸν καὶ τὸ ἀθάνατον, τὸ ὄρατον καὶ τὸ ἀόρατον, τὸ περιγραφτὸν καὶ τὸ ἀπερίγραφτον, θεῖον τε θέλημα καὶ ἀνθρώπινον θέλημα, θείαν ἐνέργειαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν, αὐτεξουσία τε δύο, θεῖον ὡσαύτως καὶ ἀνθρώπινον, τὰ τε θεῖα θαύματα, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάθη, τὰ φυσικὰ φημι καὶ ἀδιάβλητα. Ὅλον γὰρ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως,

cuius quidem primitias ex purissimis et illibatis immaculatisque prorsus sanguinibus sanctae Virginis suscipiens, carnem anima rationali et intelligente animatam tibi ipse condidisti, ei ut in temetipso subsisteret, tribuens. Ad hunc modum factus homo es, ut tamen perfectus Deus, eiusdemque ac tuus Pater substantiae esse minime desieris; sed pro summa bonitate tua imbecillitatem nostram assumpseris, ex qua Christus unus, unus Filius, unus ipse Deus et homo prodieris, simulque perfectus Deus, et perfectus homo; totus Deus, et totus homo; una nimirum persona ex duabus perfectis naturis, Deitate scilicet, et humanitate, inque duabus perfectis naturis, in Deitate, inquam, et humanitate: non nudus Deus, nec purus homo; verum unus Dei Filius ac Deus carne indutus; Deus idem ac simul homo, non confusionem subiens, nec divisionem passus; duarum disparis substantiae in una persona sine confusione ulla ac divisione coniunctarum naturales in seipso proprietates ferens: creatum nempe et increatum, mortale et immortale, circumscriptum et circumscriptiois expers: divinam item voluntatem, et humanam voluntatem: divinam actionem, atque humanam etiam actionem; duas quoque liberi arbitrii facultates, divinam et humanam; divina rursus miracula, et humanas affectiones, naturales tamen et inculpata. Totum quippe primum Adam, qualis erat antequam a mandato

τὸν ἀμαρτίας ἐλεύθερον, ἀνέλαβες, Δέσποτα, διὰ τὰ σπλάγγνα ἐλέους σου, σῶμα, ψυχὴν, νοῦν, καὶ τὰ τούτων φυσικὰ ἰδιώματα, ἵν' ἅλω μοι τὴν σωτηρίαν χάριση· ὄντως γὰρ τὸ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον· καὶ οὕτως μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γενόμενος, τὴν ἔχθραν ἔλυσας, καὶ τῷ σῶ Πατρὶ τοὺς ἀποστάτας προσήγαγες, τὸ πεπλανημένον ἐπέστρεψας, τὸ ἐσκοτωμένον ἐφώτισας, τὸ συντετριμμένον ἀνεκαίνισας, τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μετέβαλες· τῆς πολυθέου πλάνης τὴν κτίσιν ἠλευθέρωσας· τέκνα Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους πεποίησας, κοινωνοὺς τῆς θείας σου δόξης τοὺς ἡτιμημένους ἀνέδειξας· τὸν καταδεδικασμένον τὰ τῆς γῆς καταχθόνια, ὑπεράνω * πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας ἀνήγαγες, ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ τὸν εἰς γῆν ἀποστρέφειν, καὶ τὸν ἄδην οἰκεῖν κατακριθέντα, ἐν σεαυτῷ ἐκάθισας. Τίς οὖν τῶν ἀπείρων τούτων ἀγαθῶν, τῶν ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν, ἐργαστήριον γέγονεν; οὐχὶ ἢ σὲ τεκοῦσα Ἄειπάρθενος;

*705

1947

4. Ὁρᾶτε, φίλοι Θεῷ Πατέρες καὶ ἀδελφοί, τῆς παρουσίας ἡμέρας τὴν χάριν; Ὁρᾶτε, τῆς νῦν εὐφημουμένης τὸ ὑψηλὸν καὶ σεβάσιμον; Οὐ φρικώδη τὰ ταύτης μυστήρια; οὐ θαύματος γέμοντα; μακάριοι οἱ ὄρωντες, ὡς ἰδεῖν προπεδέστατον. Μακάριοι οἱ νοεράν κτησάμενοι αἴσθησιν! Οἶαι φωτὸς ἀστραπαὶ τὴν παροῦσαν νύκτα καταφαιδρύνουσαν! οἶαι ἀγγέλων δορυφοραὶ τὴν τῆς ζωαρχικῆς μητρὸς καταγλαΐζουσι κοίμησιν· οἶαι ἀποστόλων θεηγο-

PG
96, 705

deficeret, a peccato liberum, per viscera misericordiae, Domine, suscepisti: corpus videlicet, animam, mentem, et naturales harum proprietates (nam quod revera assumptum non est, id minime curatum fuit). Atque ita Dei et hominum mediator factus, inimicitias solvisti, eosque qui a Patre defecerant, ad ipsum revocans: quod erraverat, reduxisti; quod tenebris obsitum erat, illuminasti; * quod contritum, instaurasti; quod corruptelae obnoxium, incorruptioni restituisti: creaturam ab erratico multorum numinum cultu liberasti: homines Dei filios effecisti: contemptos et infames, divinae gloriae tuae consortes reddidisti: eum qui ad inferas terrae partes damnatus erat, super omnem principatum et potestatem provexisti: et qui ita multatus erat, ut in terram reverteretur, et infernum incoletet, in teipso regio in throno collocasti. Quenam igitur immensorum bonorum istorum quae captum omnem et comprehensionem superant, officina fuit? Annon perpetua virgo, quae te in lucem edidit?

*706

1947

4. Videtis, Deo dilecti Patres ac fratres, huiusce diei gratiam. Videtis quam sublimis ac veneranda illa sit, cuius nunc laudes celebrantur. Annon tremenda eius mysteria? Annon admirationis plena? Beati qui vident, quantum maxime decet. Beati qui intelligendi sensum sunt consecuti. Quales lucis fulgetrae praesentem noctem illustrent! Qualia angelorum satellitia matris illius ex quo

PG
96, 706

ρίαί τήν κηδείαν τοῦ Θεοδόχου σώματος μακαρίζουσιν! Πῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ταύτης υἱὸς δι' εὐσπλαγχίαν γενέσθαι καταδεξάμενος, δεσποτικάς παλάμαις τῇ παναγίᾳ ταύτῃ καὶ θειοτάτῃ οἷα μητρὶ λειτουργῶν, τὴν ἱεράν ψυχὴν ὑποδέχεται; Ὡ ἀγαθοῦ νομοθέτου! μὴ ὑποκείμενος νόμῳ, τὸν νόμον πληρῶν, ὃν αὐτὸς ἐνετείλατο. Αὐτὸς γὰρ τοῖς γονεῦσι τὴν ὀφειλὴν τοὺς παῖδας νέμειν ἐθεσμοθέτησε. «Τίμα, φησί, τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα σου». Ὅτι δὲ ἀληθὲς τοῦτο, παντὶ που δῆλον, τῷ καὶ μικρὸν γοῦν τῶν θείων τῆς ἀγίας Γραφῆς μεταμεμνημένων λογίων. Εἰ γὰρ, ὡς φησὶν ἡ θεία Γραφή, «ψυχὰι δικαίων ἐν χειρὶ Κυρίου», οὐκ αὐτὴ μᾶλλον ταῖς χερσὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν παρατίθεται. Ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀντιλογίας ὑπέρτερος. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, τίς αὐτῇ, καὶ πόθεν, καὶ πῶς τῷ παρόντι χαρισθεῖσα βίῳ, δῶρον ἀπάντων τῶν τοῦ Θεοῦ δωρημάτων ὑψηλότερον ἅμα καὶ προσφιλέστερον δέδοται. Οἶάν τε τὴν ἐν τῷδε τῷ βίῳ διατριβὴν πεποιήται, καὶ οἷων μυστηρίων ἤξιώται, διεξίωμεν. Εἰ γὰρ τοὺς κατοικομένους ἐπιταφίους γεραίροντες Ἕλληνας, πᾶν ὅτιπερ ἐώρων ἀγώγιμον, πάσῃ σπουδῇ συνεισέφερον, ὡς ἂν τῷ μὲν εὐφημουμένῳ κατηρτισμένον τὸ ἐγκώμιον γένη-

vita orta est, obitum cohonestant! Qualia apostolorum Deo afflante proloquia, corporis huius, quod Deum suscepit, funus exornant! Quomodo Dei Verbum, quod pro sua miseratione illius effici filius dignatum est, Dominicis manibus suis sanctissimae huic divinissimaeque, utpote matri, ministrans, sacrosanctam suscepit animam. O probum legislatorem! Qui legi subiectus non est, legem implet quam ipse tulit. Siquidem ipse legem tulit, ut filii debitum officium parentibus tribuant. *Honora, inquit, patrem tuum et matrem tuam.*¹ Hoc autem verum esse, cuivis perspicuum est, qui vel tantillum in divinis Scripturae oraculis eruditus sit. Nam si, ut Litterae divinae ferunt, *Iustorum animae in manu Dei sunt,*² annon ipsa magis in Filii Dei que sui manus animam commendavit? Verus hic sermo est, ac sublimior, quam ut quis ei possit adversari. Verum si placet, quae nam ipsa, et unde, et quo pacto mundo huic concessa sit, munus omnium Dei praestantissimum simul et charissimum: quae item ipsi in hoc saeculo vitae ratio fuerit, et quorum mysterium particeps fieri merita sit, pro virili nostra consideremus. Si enim gentiles, eos qui e vita discessissent funebribus orationibus exornantes, id omne quod ad alliciendos auditorum animos accommodatum esse cernerent, omni studio conferebant, tum ut eius quem laudabant suis numeris absolutum encomium esset, tum ut reliquos ad virtutem excitarent et hortarentur (sic tamen ut plerumque fabulis sexcentisque figmentis

¹ Exod. XX, 12.

² Sap. III, 1.

ται, τοῖς δε λειπομένοις, ζῆλος ἅμα πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησις· μύθοις δὲ ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀπειροὶς πλάσμασι τὸν λόγον ἐξύφαινον, οἴκοθεν μὴ κεκτημένων τῶν ὑμνουμένων ἔπαινον· πῶς ἡμεῖς τὰ λίαν ἀληθῆ καὶ σεβάσματα, καὶ ὄντως ὄντα τοῖς πᾶσιν εὐλογίας ἀπάσης καὶ σωτηρίας πρόξενα, σιγῆς βυθοῖς τὸ τοῦ λόγου καλύψαντες, οὐ πολὺν ὀφλήσομεν γέλωτα, καὶ τῷ κατακρύψαντι τὸ τάλαντον τῆς αὐτῆς δίκης τευξόμεθα; τῆς συντομίας τοῦ λόγου φροντίζοντες, ὡς ἂν μὴ ταῖς ἀκοαῖς πολέμιος γένηται, ὡς τροφή τοῖς σώμασιν ὑπερβάλλουσα.

1948

5. Ἰωακείμ καὶ Ἄννα οἱ ταύτης γεννήτορες· Ἰωακείμ, ὥσπερ τις προβάτων ποιμὴν, οὐχ ἤττον νέμων τοὺς λογισμούς, ἄγων τε κατ' ἐξουσίαν ὅποι βούλοιτο, ἢ τὰ θρέμματα. Ὑπὸ Κυρίῳ γὰρ τῷ Θεῷ ὡς πρόβατον ποιμαινόμενος, οὐδενὸς τῶν ἀρίστων ἐστέρητο. Ἄριστα δὲ λέγειν μηδεὶς οἰέσθω με, τὰ τοῖς πολλοῖς καταθύμια, πρὸς ἃ ἢ τῶν λιχνοτέρων αἰεὶ διάνοια κέχη-
 νεν, ἃ μῆτε παραμένειν πέφυκε, μῆτε βελτίονα δρᾶν τὸν κεκτημένον ἐπίσταται, τὰ τοῦ παρόντος βίου τερπνά, ἃ μὴ δύναται βεβαίαν δύναμιν κτήσασθαι, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ καταφρέει, καὶ αὐθωρὸν διαλύεται, εἰ καὶ τούτων πολλὴν εἶχον τὴν περιουσίαν. Ἄπαγε· οὐ πρὸς ἡμῶν ταῦτα θαυμάζεις, οὐδ' αὐτῆ μερὶς τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον· ἀλλὰ τὰ ἀγαθὰ, τὰ ὄντως τοῖς εὖ φρονοῦσιν

PG
96, 708

sermonem texerent, cum ii quos praedicabant nihil ex propriis quo laudem mererentur, haberent), cur nos, si ea quae verissima et omni digna veneratione sunt, quaeque benedictionem omnem et salutem omnibus attulerunt, alto, ut dicitur, silentio obtexerimus, non ingentem nostri risum excitemus, inque eamdem, in quam is qui talentum abscondit¹ poenam incidamus? Quocirca initium dicendi * faciamus, ita tamen ut brevitati studeamus, ne auribus oratio evadat inimica, non secus ac corporibus modum excedens cibus.

*707

1948

5. Ioachim et Anna parentes eius fuerunt. Ac Ioachim quidem velut quispiam ovium pastor, cogitationes non minus quam pecora pascere, ad arbitrium illas ducens. Cum enim sub Domino Deo ovis instar pasceretur, nullis eorum quae optima sunt, carebat. Optima autem nemo me putet dicere, quae plerisque accepta sunt, et quibus avidiorum hominum semper animus inhiat, quae neque durabilia suapte natura sunt, nec meliorem eum a quo habentur, praestare norunt (huius nimirum saeculi voluptates, quae vim firmam et stabilem habere nequeunt, sed mox effluunt, et eadem fere hora dilabuntur), tametsi horum copia abundet? Absit hoc: non nostrum est his percelli, neque pars ista est timentium Dominum. Verum ea demum bona sunt, quae vere ab hominibus sana mente praeditis expetuntur et adamantur, quae in aeternum manent, qui-

PG
96, 707

¹ Matth. XXV, 25.

ἔφετὰ καὶ ἐράσματα, ἃ μένει διαιωνίζοντα, Θεὸν μὲν εὐφραίνοντα, καρπὸν δὲ τοῖς κεκτημένοις ἀνατέλλοντα ὄριμον, τὰς ἀρετὰς φημί, αἱ τὸν καρπὸν ἐν καιρῷ αὐτῶν, τῷ αἰῶνι λέγω μέλλοντι, ζωὴν αἰώνιον δώσουσι, τοῖς γε ἀξίως φιλοπονήσασι, καὶ προσενέγκασι τὸν ἑαυτῶν πόνων ὅση δύναμις. Πόνος μὲν γὰρ προπορεύεται, ἔπεται δὲ μακαριότης αἰώνιος. Ἐντὸς Ἰωακείμ συνήθως τοὺς οἰκειοὺς ἐποίμανε λογισμούς, «ἐν τόπῳ μὲν χλόης», τῶν ἱερῶν λογίων τῇ θεωρίᾳ ἐναυλιζόμενος, «ἐπὶ ὕδατος δὲ ἀναπαύσεως» τῆς θείας εὐφραϊνόμενος χάριτος, ἐξ ἀτόπων ἐπιστρέφων, ἐπὶ δὲ τρίτους δικαιοσύνης ὁδηγῶν. Ἄννα δέ, ἣ «χάρις» ἐρμηνεύεται, οὐχ ἤττον ὁμότροπος ἦν, καὶ ὁμόζυγος, πᾶσι μὲν ἀγαθοῖς κομῶσα, μυστικῶ δὲ τινι λόγῳ κατεχομένη τῷ τῆς στειρώσεως ἀρρώστηματι. Ἐστείρευε γὰρ ὄντως ἡ χάρις, ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς καρποφορεῖν οὐκ ἰσχύουσα· διότι πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ συνιών, οὐκ ἦν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Εἶτα ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐπιδῶν, καὶ κατοικτειρήσας τῆς οἰκείας χειρὸς τὸ πλαστούργημα, καὶ τοῦτο βουληθεὶς ἀνασῶσασθαι, λύει τὴν τῆς χάριτος στείρωσιν, τῆς Ἄννης φημί τῆς θεόφρονος, καὶ τίκτει παῖδα, οἷα οὐ πρότερον γέγονεν, οὐδ' αὖ πάλιν γενήσεται. Ἡ δὲ τῆς στειρώσεως λύσις ἐδήλου σαφέστατα τὴν κοσμικὴν τῶν ἀγαθῶν

bus tum Deus oblectetur, tum maturus ipsorum possessoribus fructus producat: virtutes, inquam, quae fructum in tempore suo, id est in futuro aevo vitam aeternam iis daturae sunt, qui digne eas excoluerint, et pro suis viribus labores in eas contulerint. Labor quippe praecedit, atque aeterna felicitas insequitur. Ioachim suas intus cogitationes pasebat, *in loco pascuae*,¹ hoc est, in sacrorum eloquiorum contemplatione commorans, *et super aquam refectionis*² divinae gratiae semet oblectans: sic nimirum ut a malis rebus eas avocaret, et per iustitiae semitas deduceret. Anna vero, cuius nomen gratiam sonat, non minus morum, quam matrimonii iugo copulata cum illo erat: quae tamen cum omni virtutum genere floreret, mystica quadam ratione sterilitatis morbo tenebatur. Nimirum sterilis vere gratia erat, quae in hominum animis fructum edere non posset. Siquidem omnes declinaverant, simul inutiles facti erant: non erat intelligens, aut requirens Deum.³ Tum bonus Deus manus suae figmentum respiciens et miseratus, cum illud tandem facere salvum vellet, gratiae, hoc est Annae, sterilitatem solvit; quae filiam parit, qualis nec ante fuit, nec posthac futura est. Atqui sterilitatis depulsio, hoc apertissime indicabat fore ut bonorum sterilitas, qua

¹ Ps. XXII, 2.

² Ibid.

³ Ps. XIII, 2, 3.

λυθήσεσθαι στείρωσιν, καὶ τῆς ἀπορρήτου μακαριότητος καρπογονεῖσθαι τὸ στέλεχος.

6. Ἐντεῦθεν ἡ Θεοτόκος ἐξ ἐπαγγελίας προέρχεται. Ἄγγελος γὰρ καταμηνύει τῆς γενησομένης τὴν σύλληψιν. Ἐπρεπε γὰρ κἂν τούτῳ μὴ ἐλαττωθῆναι τινος, ἢ φέρειν τὰ δεύτερα, τὴν τοῦ μόνου καὶ ὄντως τελείου Θεοῦ ἐσομένην κατὰ σάρκα λοχεύτριαν. Εἶτα τῷ ἱερῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ἀνατίθεται, κἀνταῦθα διατρίβει, κρείττονα καὶ καθαρωτέραν τῶν ἄλλων ἐπιδεικνυμένη σπουδὴν καὶ ἀναστροφὴν, ἀπάσης ἐπιμιξίας ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν ἀτόπων ἀπηλλαγμένη. Ἄλλ' * ἐπεὶ τῆς ἡλικίας ἢ ἀκμῆ κατελάμβανε, καὶ μένει τῶν *709 ἀνακτόρων ἔνδον νομίμως ἀπείργετο, μνηστήρι, ταῦτόν δὲ εἰπεῖν φύλακι τῆς παρθενίας, πρὸς τοῦ χοροῦ τῶν ἱερέων τῷ Ἰωσήφ ἐγχειρίζεται, ὃς τὸν νόμον ἀπαραχάρακτον μέχρι γήρως ἐν συγκρίσει τῶν ἄλλων ἐφύλαττε. Πρὸς τοῦτον ἡ ἱερὰ αὐτῆ καὶ πανάμωμος νεᾶνις διέτριβε, τοῖς κατ' οἶκον στοιχοῦσα, καὶ τῶν πρὸ τῆς οἰκίας εἰδυῖα μηδέν.

1949 7. Ὅτε δὲ ἤλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ὡς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀπεστάλη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς ταύτην τὴν ὄντως θεόπαιδα, καὶ φησι πρὸς αὐτήν· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Καλὸν τὸ τοῦ ἀγγέλου, πρὸς τὴν ὑπὲρ ἄγγελον πρόσφθεγμα. Χαρὰν γὰρ φέρει παγ-

PG
96, 709

mundus laborabat, submoveretur, et truncus aridus copioso arcanae beatitudinis fructu donaretur.

6. Eam ob rem Dei Genitrix ex promissione prodit. Angelus enim nasciturae conceptionem parentibus eius nuntiat. Quippe conveniebat ut hac etiam re nulli cederet, nec posteriores partes ferret, quae solum vereque perfectum Deum secundum carnem erat paritura. Tum in sacrosancto Dei templo offertur et consecratur: in quo ita degit, ut praestantioris ac purioris prae caeteris vitae specimen ederet, a virorum et mulierum male feriatarum commercio * remota. *710 Sed cum ad aetatis florem pervenisset, prohibente lege ne intra templi septa deinceps ageret, sponso, seu virginitatis custodi, a sacerdotum choro traditur, qui legem inviolatam ad senectutem usque perinde ac quivis alii servaverat. Apud hunc itaque sacra haec, et prorsus intaminata puella commorabatur, domi se continens, nihilque eorum quae ante fores suas gererentur, cognitum habens.

1949 7. Cum autem, ut divinus Apostolus ait,¹ venit plenitudo temporis, ad hanc vere Dei filiam angelus Gabriel a Deo missus est, quam hisce verbis est allocutus: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*² Praeclara sane angeli ad eam quae angelis praestabat allocutio.

PG
96, 710

¹ Galat. IV, 4.

² Le. I, 28.

κόσμιον. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐταράχθη, τῆς πρὸς ἄνδρας ὀμιλίας ἀήθης ὑπάρχουσα. Ἀσφαλῶς γὰρ τηρεῖν τὴν παρθενίαν προήρητο. « Διελογίζετο δὲ ἐν ἑαυτῇ ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος ». Καὶ πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ». Ὅντως εὖρε χάριν, ἢ ἀξία τῆς χάριτος. Εὖρε χάριν ἢ τοὺς πόνους τῆς χάριτος γεωργήσασα, καὶ πολὺ δρεψαμένη τὸν ἄσταχυν. Εὖρε χάριν, ἢ τοὺς σπόρους τῆς χάριτος γεννήσασα, καὶ πολύχουν δρεψαμένη τὸν ἄσταχυν τῆς χάριτος. Εὖρε χάριτος ἄβυσσον, ἢ σῶαν τὴν ὀλκάδα τῆς διπλῆς παρθενίας τηρήσασα, καὶ τὴν ψυχὴν γὰρ παρθένον ἐτήρησεν, οὐ τοῦ σώματος ἔλαττον. Ὅθεν καὶ ἡ τοῦ σώματος παρθενία τετήρητο. « Καὶ τέξῃ, φησὶν, υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν »· Ἰησοῦς δὲ σωτὴρ ἐρμηνεύεται· « αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ». Τί πρὸς ταῦτα τῆς ἀληθοῦς σοφίας ὁ θησαυρός, τὴν μὲν Εὐὰν οὐ μιμεῖται τὴν προμήτορα, ἐπανορθοῦται δὲ μᾶλλον τὸ ταύτης ἀφύλακτον, καὶ συνήγορον τὴν φύσιν προβάλλεται, ὧδέ πως τῷ τοῦ ἀγγέλου ἀντιβόρητο-ρεύουσα ῥήματι· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » ἀδύνατα φθέγγῃ, φησὶν. Ὁ γε σὸς λόγος τοὺς ὅρους λύει τῆς φύσεως, οὗς ὁ πλαστουργήσας ἐπήξατο. Οὐκ ἀνέχομαι Εὐὰ χρηματίσαι δευτέρα, καὶ τὸ τοῦ Ποιή-

Gaudium enim orbis totius affert. Ista vero ab sermone eius turbata est, ut quae cum viris colloqui minime consueverat, cum virginitatem sedulo servare instituisset. *Cogitabat autem qualis esset ista salutatio.*¹ Tum angelus ad eam: *Ne timeas*, ait, *Maria: invenisti enim gratiam apud Deum.*² Plane gratiam invenit, quae gratia digna erat. Gratiam invenit, quae gratiae labores excoluerat, copiosamque segetem collegerat. Gratiam invenit, quae gratiae semina progenuit, et plenissimam gratiae messem retulit. Gratiae abyssum invenit, quae duplicis virginitatis navem servaverat incolumem. Maria enim non minus animum quam corpus virginem custodierat; unde etiam constabat corpori virginitas. *Et paries*, inquit, *filium, et vocabis nomen eius Iesum* (Iesus autem Salvatore[m] sonat). *Ipsa enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*³ Quid ad haec verae sapientiae thesaurus? Evam quidem primam parentem non imitatur; sed incautam potius eius simplicitatem emendat, seque naturae patrocinio munit, sic angeli verbis reponens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*⁴ Impossibilia narras, inquit. Nam sermo tuus naturae leges frangit, quas summus opifex sancit. Secunda Eva dici non patior, nec Conditoris mei voluntatem pessumdare. Quod si

¹ Lc. I, 29.

² Lc. I, 30.

³ Lc. I, 31; Matth. I, 21.

⁴ Lc. I, 34.

σαντος παρακρούσασθαι βούλημα. Εἰ δὲ μὴ λέγεις ἀντίθεα, τὸν τρόπον εἰπὼν τῆς συλλήψεως, λύσον τὴν ἀπορίαν. Πρὸς ἣν ὁ τῆς ἀληθείας ἄγγελος· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Οὐ δουλεύει φύσεως νόμοις τὸ τελούμενον. Ὁ γὰρ Δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς φύσεως, κατ' ἐξουσίαν τοὺς ὄρους ἀμείβει τῆς φύσεως. Ἡ δέ, τὸ ἀεὶ ποθούμενον καὶ τιμώμενον ὄνομα, μεθ' ἱεραῶν εὐλαθείας ἀκούσασα τῆς ὑπακοῆς ἐπηφίει φόβου καὶ χαρᾶς γέμοντα ῥήματα· « Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ».

8. « Ὡ βᾶθος πλοῦτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ »· καὶ γὰρ εἰς καιρὸν τῷ Ἀποστόλῳ συμφθέγγομαι, « *ὡς ἀνεξερευνήτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! » Ὡ ἀπλήστου ἀγαθότητος Θεοῦ! ὦ ἀγάπης οὐκ ἐχούσης ἔρρουαν! Ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, ὁ πληρῶν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὗ ὁ οὐρανὸς θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον, εὐρύχωρον ἐνδιαίτημα, τὴν γαστέρα τῆς οἰκείας δούλης ἐποίησατο, καὶ ἐν αὐτῇ τὸ πάντων καινότερον ἀποτελεῖ μυστήριον. Θεὸς γὰρ ὢν, ἄνθρωπος γίνεται, ὑπερφυῶς τε τῷ χρόνῳ τῆς κυήσεως τίκτεται, καὶ διανοίγει μήτραν, τὰ κλειῖθρα τῆς παρ-

Deo adversa non loqueris, conceptionis modum expone, dubitationem meam solve. Ad quam veritatis angelus: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.*¹ Quod nunc agitur, naturae legibus non subest. Naturae siquidem artifex et Dominus arbitrato suo immutat naturae leges. Haec itaque nomen illud, quod omni desiderio et honore semper colebat, sacra quadam reverentia audiens, obedientiae vocem timore atque gaudio plenam emisit: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.*²

8. *O altitudo divitiarum, sapientiae et scientiae Dei* (nam ego quoque Apostoli vocem nunc temporis *usurpabo!) *quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et impervestigabiles viae eius!*³ *O immensam bonitatem! O charitatem, quae nulla ratione queat indagari!* Is qui vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt⁴ qui coelum et terram implet;⁵ cuius coelum sedes est, et terra scabellum pedum eius,⁶ ex ancillae suae utero amplissimum sibi domicilium fecit, mysteriumque novorum omnium novissimum et insolitum in ea gessit. Nam qui Deus erat, homo fit, ac eximio modo partus tempore na-

¹ Ibid. 35.

² Ibid. 38.

³ Rom. XI, 33.

⁴ Rom. IV, 17.

⁵ Ierem. XXIII, 24.

⁶ Isa. LXVI, 1.

θενίας μὴ λυμηνάμενος, καὶ ἀγκάλαις γηῖναις ὡς βρέφος βασιτάζεται, τὸ τῆς δόξης ἀπαύγασμα, ὁ χαρακτήρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, ᾧ φέρονται τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. ὦ θείων ἀληθῶς θαυμάτων! ὦ μυστηρίων τῶν ὑπὲρ φύσιν καὶ ἔννοιαν! ὦ παρθενικῶν ἀύχημάτων τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον! τί τοῦτο τὸ μέγα περὶ σέ, ὦ ἱερά μητηρ καὶ παρθένε, μυστήριον; «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου». Μακαρία εἶ ἐν γενεαῖς γενεῶν, ἡ μόνη ἀξιομακάριστος. Ἴδου γὰρ μακαρίζουσί σε πᾶσαι γενεαί, ὡσπερ ἔφησας. Σὲ εἶδον θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, τῆς Ἐκκλησίας λέγω, καὶ ἐμακάρισάν σε αἱ βασιλίσσαι, ἦτοι δικαίων ψυχαί, καὶ εἰς αἰῶνας αἰνέσουσί σε. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλικὸς θρόνος, ᾧ παρεστήκεισαν ἄγγελοι τὸν ἑαυτῶν ὀρῶντες δεσπότην, καὶ δημιουργὸν ἐποχοῦμενον. Σὺ Ἐδὲμ νοητὴ κεχηρημάτικας τῆς πάλαι ἱερωτέρα καὶ θειοτέρα. Ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ Ἀδὰμ χοϊκὸς ἠλλίκετο, ἐν σοὶ δὲ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Σὲ κιβωτὸς προεικόνισε δευτέρου κόσμου σπέρμα φυλάττουσα· σὺ γὰρ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν τὸν Χριστὸν ἀπεκύησας, τὸν τὴν ἁμαρτίαν μὲν κατακλύσαντα, τὰ δὲ ταύτης κατευνάσαντα κύματα. Σὲ βάτος προέγραψε, πλάκες θεόγραφοι προεχάραξαν, νόμου ἡ κιβωτὸς προίστόρησε, στάμνος χρυσῆ καὶ λυχνία, καὶ τράπεζα, καὶ ῥάβδος Ἀαρῶν ἡ βλαστήσασα, ἐμφανῶς προετύπωσαν. Ἐκ σοῦ

scitur, vulvam ita aperiens, ut virginis claustra minime labefactet: ulnisque terrenis gloriae splendor, paternae substantiae character, qui omnia virtutis suae verbo portat, infantis more gestatur. O divina plane miracula! O mysteria natura et cogitatione superiora! O Virginis praerogativas humana conditione maiores! Quodnam ingens hoc est, o sacra mater et virgo, circa te mysterium: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*¹ Beata es in generationibus generationum, solaque digna, quae beata praediceris. Ecce enim te beatam dicunt omnes generationes.² Viderunt te filiae Ierusalem,³ Ecclesiae, inquam, beatamque praedicaverunt reginae, hoc est iustorum animae, teque in aeternum laudabunt. Tu enim es solium illud regium, cui angeli astiterunt, suum herum et creatorem cernentes insidentem. Tu spiritualis es Edem, antiqua illa sanctior ac divinior. In illa siquidem terrenus Adam commorabatur, in te autem Dominus qui de coelo descendit. Te olim arca figuravit, in qua secundi mundi semen servatum fuit. Tu enim Christum mundi salutem peperisti, qui peccatum quidem submersit, eiusque fluctus sedavit. Te rubus delineavit, tabulae a Deo exaratae expresserunt, legis arca praenuntiavit, urna aurea, candelabrum, mensa,

¹ Lc. I, 42.

² Lc. I, 48.

³ Cant. VI, 8.

γάρ ἡ φλόξ τῆς θεότητος, ὁ τοῦ Πατρὸς ὄρος καὶ Λόγος, τὸ γλυκύτατον καὶ οὐράνιον μάννα, τὸ ὄνομα τὸ ἀνώνυμον τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ φῶς τὸ αἰδίων καὶ ἀπρόσιτον, ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς ὁ οὐράνιος, ὁ ἀγεώργητος καρπός, σωματικῶς ἐκ σοῦ ἀνεβλάστησεν. Οὐ σὲ προεμήνυσε κάμιнос, πῦρ δροσίζον ἅμα καὶ φλογίζον δεικνύουσα, καὶ τοῦ θείου πυρὸς ἀντίτυπον τοῦ ἐν σοὶ κατοικήσαντος; Ἡ δὲ σκηνὴ Ἀβραάμ σὲ προδηλοῖ προφανέστατα. Τῷ γὰρ Θεῷ Λόγῳ ἐν τῇ γαστρὶ σου σκηνώσαντι ἀνθρωπεῖα φύσις τὸν ἐγκρυφίαν ἄρτον, τὴν ἑαυτῆς ἀπαρχὴν ἐκ τῶν σῶν ἀγνῶν αἱμάτων προσήγαγεν, ἀπτωμένην πῶς καὶ ἀρτοποιουμένην ὑπὸ τοῦ θείου πυρὸς, ἐν τῇ θείᾳ αὐτοῦ ὑποστάσει ὑφισταμένην, καὶ εἰς ἀληθῆ ὑπαρξιν ἐρχομένην σώματος ἐψυχωμένου ψυχῆ λογικῆ τε καὶ νοερᾶ. Μικροῦ με καὶ τοῦ Ἰακώβ ἡ κλίμαξ διέφυγε. Τί γάρ; οὐ παντὶ δῆλον, ὅτι σοῦ προεγράφη * καὶ τύπος γνωρίζεται; ὃν τρόπον ἐκεῖνος τεθέαται διὰ τῶν ἄκρων τῆς κλίμακος οὐρανὸν τῇ γῆ συναπτόμενον, καὶ διὰ ταύτης ἀγγέλους κατιόντας καὶ ἀνιόντας, καὶ τὸν ὄντως ἰσχυρόν, καὶ ἀήττητον, τυπικῶς αὐτῷ προσπαλαίοντα, οὕτως καὶ σὺ μεσιτεύσασα, καὶ κλίμαξ γεγονυῖα τῆς πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ καταβάσεως, τοῦ τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν ἀναλαβόντος φύραμα, καὶ ἑαυτῷ συμπλέξαντος καὶ ἐνώσαντος, καὶ νοῦν

*713

virga Aaronis quae floruit, aperte praesignarunt. Nam ex te flamma divinitatis, Patris terminus et Verbum, suavissimum illud et coeleste manna, nomen illud nominis expers, quod est super omne nomen,¹ lumen illud sempiternum et inaccessum, vitae panis coelestis,² nulla cultura editus fructus, ex te corporaliter pullulavit. Quid? Annon te fornax illa praemonstravit, cuius ignis roridus simul ac flammeus erat, quae divini ignis in te habitantis figuram praeferebat? Quin Abraham tabernaculum te manifestissime significabat. Deo quippe Verbo, in utero tuo velut in tabernaculo degenti, humana natura subeinericium panem, sui primitias, ex purissimo sanguine tuo obtulit, divino igne coctas, panemque factas, in divina eius persona subsistentes, et ad veram corporis anima rationali et intelligente instructi existentiam venientes. Parum abfuit, quin me Iacob scala praeteriret.³ Quid enim? Annon cuivis perspicuum est * te ea

*714

¹ Philipp. II, 9.

² Io. VI, 48.

³ Gen. XXVIII, 12 s.

ὄρωντα Θεὸν δεδρακότος τὸν ἄνθρωπον, τὰ διεστῶτα συνήγαγες. "Ὅθεν ἄγγελοι μὲν πρὸς αὐτὸν κατήεσαν, ὡς Θεῶ καὶ Δεσπότη λειτουργήσαντες, ἄνθρωποι δὲ ἀγγελικῆ πολιτεία χρησάμενοι, πρὸς οὐρανὸν ἀναρπάζονται.

9. Ποῦ δὲ θήσομαι τῶν προφητῶν τὰ κηρύγματα; οὐκ ἐπὶ σέ, εἴπερ ἀληθῆ δεικνύναι ταῦτα ἐθέλησαιμεν; τίς γὰρ ὁ Δαυϊτικὸς πόκος, ἐφ' ὃν ὁ τοῦ βασιλέως τῶν ἀπάντων Θεοῦ υἱός, ὁ συνάναρχος καὶ συμβασιλεύων τῷ οἰκίῳ Γεννήτορι, ὡς ὑετός καταβέβηκεν; οὐχὶ σὺ τηλαυγέστατα; τίς δὲ ἡ παρθένος, ἣν Ἡσαΐας προβλεπτικῶς προηγόρευσε, ἐν γαστρὶ ἕξειν καὶ τέξεσθαι υἱὸν τὸν μεθ' ἡμῶν ὄντα Θεόν, τουτέστι μετὰ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν διαμείναντα; Τί δὲ τὸ ὄρος τοῦ Δανιήλ, ἐξ οὗ ὁ ἀκρογωνιαίος ἐτμήθη λίθος Χριστός, οὐχ ὑποστάς ἀνδρὸς ἐγχειρίδιον; οὐχὶ σὺ ἡ ἀσπόρος κησασα, καὶ πάλιν παρθένος μείνασα; ἐλθέτω Ἰεζεκιήλ ὁ θεϊότατος, καὶ δεικνύτω κεκλεισμένην πύλην διωδευμένην ὑπὸ Κυρίου καὶ οὐκ ἀναγομένην, καθὰ προφητικῶς προεκήρυξε δειξάτω τῶν λεγομένων τὴν ἔκδοσιν· σὲ δεῖξει πάντως, ἣν διελθὼν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός, καὶ σάρκα λαβὼν, τὴν τῆς παρθενίας οὐκ ἀνέφωξε πύλην. Μένει γὰρ ἡ σφραγίς ὄντως διαιωνίζουσα. Σὲ τοί-

mentem videntem Deum redderet, ea quae dirempta erant, collegisti. Quocirca angeli ad eam descenderunt, uti Domino ac Deo inservirent: homines autem angelicum vitae genus amplectentes, in coelum evehuntur.

9. Quo loco praeconia prophetarum ponam? Annon ad te referenda, siquidem ea vera esse ostendere velimus? Quodnam est Dominicum illud vellus,¹ in quod regis omnium Dei Filius, qui Patri coaeternus est, eiusque regni consors, pluviae instar descendit? Annon tu perspicue? Quaenam item ea Virgo, quam Isaias² provido Spiritu in utero habituram, Deumque qui nobiscum foret, seu qui, cum factus esset homo, simul maneret Deus, parituram praedixit? Quid mons ille Danielis,³ ex quo lapis angularis Christus sic abscissus fuit, ut viri scalprum non subierit? Nonne ipsa es, quae nullo semine suscepto peperisti, ac rursus virgo permansisti? Veniat divinissimus Ezechiel,⁴ clausamque portam ostendat, Domino perviam, nec tamen apertam, quemadmodum prophético instinctu praenuntiavit. Dicta sua eventu comprobata monstret. Te dubio procul ostendet, per quam transiens, qui super omnia Deus est, assumpta carne, virginitatis portam nequaquam aperuit. Signaculum quippe in aeternum perseverat. Quocirca te prophetae praedi-

¹ Ps. LXXI, 6.

² Isa. VII, 14.

³ Dan. II, 34.

⁴ Ezech. XLIV, 1.

νων προφηῆται κηρύττουσι. Σοὶ διακονοῦσιν ἄγγελοι, λειτουργοῦσιν ἀπόστο-
λοι, ὁ παρθένος καὶ θεολόγος τῆ Ἄειπαρθένω καὶ Θεοτόκῳ. Σὲ γὰρ σήμερον
πρὸς τὸν σὸν ἐκδημοῦσαν Υἱὸν περιεῖπον ἄγγελοι, ψυχὰι δικαίων, πατριαρ-
χῶν τε καὶ προφητῶν· ἔδορυφόρου ἀπόστολοι, θεοφόρων τε Πατέρων πλῆ-
θος ἄπειρον ἐκ τῶν τερμάτων τῆς γῆς τῷ θεῷ προστάγματι ὡς ἐν νεφέλῃ
πρὸς ταύτην τὴν θεῖαν καὶ ἱεράν Ἱερουσαλήμ ἄθροιζόμενοι, καὶ σοὶ τῆ πηγῆ
τοῦ ζωαρχικοῦ τοῦ Κυρίου σώματος ὕμνους ἱερούς ἐνθεαστικώτατα λέγοντες.

1950

10. Ὡ πῶς ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς πρὸς τὴν ζώην διὰ μέσου θανάτου μετά-
γεται! Ὡ πῶς ἡ ἐν τῷ τόκῳ τοὺς ὄρους ὑπερβάσα τῆς φύσεως, νῦν ὑποκύπτει
τοῖς ταύτης θεσμοῖς, καὶ θανάτῳ τὸ ἀκήρατον καθυποβάλλεται σῶμα. Δεῖ
γὰρ αὐτὸ τὸ θνητὸν ἀποθέμενον τὴν ἀφθαρσίαν ἀμφιάσασθαι, ἐπεὶ καὶ ὁ Δε-
σπότης τῆς φύσεως τὴν τοῦ θανάτου πεῖραν οὐκ ἀπηνήγατο. Θνήσκει γὰρ
σαρκί, καὶ θανάτῳ λύει τὸν θάνατον, καὶ φθορᾷ τὴν ἀφθαρσίαν χαρίζεται,
καὶ τὴν νέκρωσιν ποιεῖ πηγὴν τῆς ἀναστάσεως. Ὡ πῶς ψυχὴν * ἱεράν τοῦ
θεοδόχου διαιρουμένην σκηνώματος, οἰκείαις χερσὶν ὁ παντουργὸς ὑποδέχεται,
τιμῶν νομίμως, ἣν τῆ φύσει δούλην ὑπάρχουσαν, φιλανθρωπίας ἀνεξιχνιά-
στοις πελάγεσιν οἰκονομικῶς μητέρα ἑαυτοῦ ἐποίησατο, ὁ ἀληθεῖα σαρκω-
θεῖς, οὐ φενακίσας τὴν ἐνανθρώπησιν. Ἐώρων γάρ, ὡς δοκεῖ, τῶν ἀγγέλων
τὰ τάγματα τὴν σὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀποβίωσιν προσδεχόμενα. Ὡ τῆς καλλι-
στῆς ἐκδημίας, ἣ τὴν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν χαρίζεται. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι τοῖς

PG
96, 713

*716

cant: tibi ministrant angeli, inserviunt apostoli, virgo ille ac theolo-
gus, perpetuae virgini Deique genitrici. Hodie enim te ad Filium
tuum emigrantem satellitio suo fovebant angeli, iustorum animae,
patriarcharumque et prophetarum: stipabant apostoli atque affla-
torum a Deo Patrum infinita multitudo, ab ipsis orbis finibus divino
Filii tui iussu velut in nube, in divinam hanc et sacram Ierusalem
congregati, tibi que Dominici corporis, quod vitae initium attulit
fonti, sacros sanctos hymnos divinissime canebant.

1950

10. O quomodo vitae fons ad vitam media morte trahitur! O
quomodo, quae pariendo naturae leges excesserat, nunc eius legi-
bus cedit, et corpus immaculatum morti subiicitur. Oportet enim
hoc mortali posito, induere incorruptionem, quandoquidem natu-
rae Dominus mortis periculum facere non recusavit. Carne etenim
moritur, et morte mortem tollit: corruptione incorruptionem do-
nat: necem denique suam resurrectionis fontem facit. O quomodo
sacrosanctam illam animam * e tabernaculo, quod Deum susceperat
emigrantem, rerum omnium Conditor suis manibus excipit; legi-
time eam honorans, quam, etsi natura erat ancilla, pro impervesti-
gabili suae benignitatis abyssu aequa dispensatione matrem suam
effecit, cum revera incarnatus esset, ac non nudam humanitatis

PG
96, 714

*715

θεοφόροις θεράπουσι πρὸς Θεοῦ τοῦτο κεχάρισται· κεχάρισται γάρ, καὶ πιστεύομεν· ἀλλὰ γε τὸ διάφορον ἄπειρον δούλων Θεοῦ καὶ μητρὸς. Τί τοίνυν τὸ περὶ σὲ τοῦτο μυστήριον ὀνομάσομεν· θάνατον; ἀλλὰ καὶ φυσικῶς ἡ πανίερος καὶ μακαρία σου ψυχὴ τοῦ πανολβίου καὶ ἀκηράτου σου χωρίζεται σώματος, καὶ τὸ σῶμα τῇ νομίμῳ ταφῇ παραδίδοται, ὅμως οὐκ ἐναπομένει ἐν τῷ θανάτῳ, οὐδ' ὑπὸ τῆς φθορᾶς διαλύεται. Ἦς γὰρ τικτούσης ἀλώδητος ἡ παρθενία μεμένηκε, ταύτης μεθισταμένης ἀδιάλυτον τὸ σῶμα πεφύλακται, καὶ πρὸς κρείττονα καὶ θειοτέραν σκηνὴν μετατίθεται, οὐ διακοπτομένην θανάτῳ, ἀλλ' εἰς ἀπεράντους αἰῶνας αἰῶνων διαιωνίζουσιν. Ὡσπερ γὰρ οὗτος ὁ ὀλοαμπῆς καὶ ἀείφωτος ἥλιος ὑπὸ τοῦ σεληνιακοῦ πρὸς μικρὸν κρυπτόμενος σώματος, δοκεῖ μὲν πως ἐκκλιμπάνειν, καὶ τῷ ζόφῳ καλύπτεσθαι, καὶ τῆς αἴγλης ἀντιλαμβάνειν τὸ σκότος, ὅμως αὐτὸς τοῦ οἰκείου φωτὸς οὐκ ἐξίσταται. Ἔχει δὲ ἐν ἑαυτῷ πηγὴν φωτὸς ἀένναον βρούσαν, μᾶλλον δὲ αὐτὸς πηγὴ φωτὸς ὑπάρχει ἀνέκλειπτος, ὡς ὁ Κτίσας αὐτὸν Θεὸς διετάξατο. Οὕτω καὶ σὺ ἡ πηγὴ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἡ ἀέναος, ὁ ἀδάπανος τῆς αὐτοζωῆς θησαυρὸς, ἡ δαψιλῆς τῆς εὐλογίας ἀνάβλυσις, ἡ πάντων τῶν ἀγαθῶν

speciem obiecisset! Videbant enim ut, par est credere, angelorum classes, quae tuum e vita discessum exspectabant. O praeclarissimum excessum, qui tibi hoc praestat ut ad Deum migres! Nam si cum omnibus quoque Deo afflatis hominibus hoc Dei munere concessum sit (nec enim quin concessum sit, dubitamus); at infinitum Dei servorum ac matris discrimen est. Ecquo igitur nomine, quod in te peractum est mysterium, appellabimus? An mortem? At quamvis sacratissima et felix anima tua, ut fert naturae sors, a beatissimo et immaculato corpore tuo disiungatur, ac corpus legitimae sepulturae mandetur, non tamen in morte perseverat, nec corruptione dissolvitur. Nam cuius in partu virginitas incolumis mansit, eadem e vita migrante, corpus ita conservatum est, ut non dissolutum, sed in melius diviniusque tabernaculum mutatum sit, quod non iam morte interrumpatur, sed in infinita saeculorum saecula perduret. Quemadmodum enim sol iste splendidissima perennique luce praeditus, tametsi, cum a lunari tantisper corpore obtegatur, modo quodam deficere, et caligine obrui, et fulgorem cum tenebris mutare videatur, non tamen luce sua destituitur, verum sui luminis fontem perpetuo scaturientem habet, quinimo ipse luminis fons est indeficiens, velut ab eius conditore Deo constitutum fuit: sic tu quoque fons veri luminis, et inexhaustus ipsiusmet vitae thesaurus, uberrimaque benedictionis scaturigo, quae cuncta nobis bona conciliasti et attulisti, etsi ad tempus aliquod corporeo modo morte obtegeris; attamen immensi luminis, immortalisque vitae,

ἡμῖν αἰτία καὶ πρόξενος, εἰ καὶ πρὸς τι χρονικὸν διάστημα καλύπτῃ σωματικῶς τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ βρῦεις ἀφθόνως ἡμῖν φωτὸς ἀπειρεσίου, καὶ ἀμβροσίας ζωῆς, καὶ τῆς ὄντως μακαριότητος ἀνελλιπῆ, καὶ καθαρὰ, καὶ ἀδαπάνητα νάματα, ποταμοὺς χάριτος, ἰαμάτων πηγὰς, εὐλογίαν ἀένναον. Σὺ γὰρ ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ ἐξήνθησας, καὶ ὁ καρπὸς σου γλυκασμὸς ἐν λάρυγγι τῶν πιστῶν. Ἐντεῦθεν οὐ θάνατον τὴν ἱεράν σου μετάστασιν λέξομαι, ἀλλὰ κοίμησιν, ἢ ἐκδημίαν, ἢ ἐνδημίαν εἰπεῖν οἰκειότερον. Ἐκδημοῦσα γὰρ τῶν τοῦ σώματος, ἐνδημεῖς πρὸς τὰ κρείττονα.

11. Σὲ συνεπόρθμευσαν σὺν ἀρχαγγέλοις ἄγγελιοι. Σοῦ τὴν ἔξοδον ἐφριξαν τὰ ἀκάθαρτα καὶ ἐναέρια πνεύματα. Σοῦ τῇ διαβάσει εὐλογεῖται μὲν ἀήρ, αἰθήρ δὲ καθαγιάζεται. Σοῦ τὴν ψυχὴν χαίρων οὐρανὸς ὑποδέχεται. Σοὶ μεθ' ἱερῶν ὕμνων καὶ φαιδρᾶς τελετῆς προσυπαντῶσι δυνάμεις, μονονουχὶ λέγουσαι· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκαντισμένη, ἐγκύπτουσα ὡσεὶ ἕρθρος; καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος. Ὡς ὠραιώθης, ὡς ἠδύνθης! σὺ ἄνθος τοῦ * πεδίου, ὡς κρῖνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησαν σε. Εἰς ὄσμὴν μύρων σου δραμούμεθα. Εἰσήνεγκέ σε ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ, ἔνθα ἐξουσίαι δορυφοροῦσιν, ἀρχαὶ εὐλογοῦσι, θρόνοι ἀνυ-

*717

ae verae felicitatis puros et inexhaustos latices, gratiae flumina, sanationum fontes, perennemque benedictionem fundis. Tu enim es sicut malus in lignis silvae; et fructus tuus dulcis gutturi fidelium.¹ Quamobrem sacrum transitum tuum minime mortem appellabimus, sed somnum et migrationem, vel, ut aptiori voce utar, praesentiam ad Deum: excedens enim e corpore, praesens existis ad potiora.²

11. Te cum angelis archangeli transvexerunt: ascensum tuum impuri spiritus exhorruerunt. Tuo transitu aër benedicitur, aetheri sanctitas conciliatur. Animam tuam coelum gaudens excipit, tibi cum sacris canticis, et laetae solemnitatis ritu, coelestes Virtutes obviam prodeunt, his similibusve vocibus utentes: Quae est ista quae ascendit dealbata, exoriens ut aurora, pulchra ut luna, electa ut sol?³ Quam pulchra, quam suavis facta es! Tu flos campi, * uti lili-
lilium in medio spinarum:⁴ propterea adolescentulae dilexerunt te: in odorem unguentorum tuorum cucurrerunt.⁵ Introduxit te rex in cubiculum suum, ubi te stipant Potestates, Principatus benedicunt, Throni concelebrant, Cherubim gaudentes obstupescunt, lau-

*718

¹ Cant. II, 3.

² II Cor. V, 8.

³ Cant. VI, 9.

⁴ Cant. II, 1, 2.

⁵ Cant. I, 2-3.

μνοῦσι, τὰ Χερουβὶμ ἐκπλήττεται χαίροντα, δοξάζει τὰ Σεραφὶμ τὴν τοῦ οὐρανοῦ δεσπότητος φύσει καὶ ἀληθείᾳ οἰκονομίᾳ χρηματίσασαν μητέρα. Οὐ γὰρ ὡς ὁ Ἡλίας ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐλήλυθας· οὐχ ὡς ὁ Παῦλος ἕως τρίτου διεβιβάσθης οὐρανοῦ, ἀλλ' ἕως αὐτοῦ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου τοῦ Υἱοῦ σου ἐφθασας, αὐτόπτως ὄρωσα, καὶ χαίρουσα, καὶ σὺν πολλῇ καὶ ἀφάτῳ τῇ παρῆρσίᾳ παρεστῶσα, ἀγγέλοις θυμηδία ἀπόρρητος, καὶ πάσαις ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι, πατριάρχεις εὐφροσύνη ἄληκτος, δίκαιοις χαρὰ ἀνεκλάλητος, προφήταις διηνεκῆς ἀγαλλίασις, κόσμον εὐλογοῦσα, τὰ σύμπαντα ἀγιάζουσα, τοῖς κάμνουσιν ἄνεσις, τοῖς πενθοῦσι παράκλησις, τοῖς νοσοῦσιν ἴασις, τοῖς χειμαζομένοις λιμὴν, ἁμαρτάνουσιν ἄφεσις, τοῖς λυπουμένοις εὐμενὲς παραμύθιον, πᾶσι τοῖς αἰτοῦσιν ἐτοίμη βοήθεια.

12. Ὡ θαύματος ὄντως ὑπερφουῶς! ὦ πραγμάτων ἐκπλήξεως. Ὁ πάλαι βδελυκτὸς καὶ μισούμενος θάνατος, καὶ εὐφημεῖται καὶ μακαρίζεται. Ὁ πάλαι πένθους καὶ κατηφείας, δακρύων τε καὶ σκυθρωπότητος πρόξενος, νῦν χαρᾶς ἀναδέδεικται καὶ πανηγύρεως αἴτιος. Ὅμως εἰ καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ Θεοῦ θεράπουσιν, ὧν ὁ θάνατος μακαρίζεται, ἐκ τοῦ τέλους τὸ ἀσφαλὲς περιγίνεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, καὶ τούτου χάριν ὁ θάνατος αὐτῶν μακαρίζεται. Τελειοῖ γὰρ αὐτούς, καὶ μακαρίους δείκνυσι, τὸ ἄτρεπτον τῆς ἀρετῆς χαριζόμενος, κατὰ τὸ φάσκον λόγιον· μὴ μακάριζε ἄνδρα πρὸ τελευ-

dant Seraphim, ut quae Domini natura veraque dispensatione mater exstiteris. Non enim ad modum Eliae velut in coelum ascendisti. Non uti Paulus ad tertium usque coelum subvecta es; ¹ verum usque ad regium Filii tui thronum pervenisti, perspicue eum ac laete contuens, et cum magna et inexplicabili libertate astans, angelis, et mundo sublimioribus Virtutibus universis, omni sermone maior laetitia es, patriarchis sempiterna oblectatio, iustis gaudium ineffabile, perennis prophetis exsultatio, mundo benedictio, rebus omnibus sanctimonia, laborantibus requies, lugentibus consolatio, aegrotantibus medicina, tempestate iactatis portus, peccantibus venia, blandum, iis qui in moerore sunt, levamen, omnibus exorantibus promptum subsidium.

12. O miraculum vere natura praestantius! O res stuporis plenas! Mors quae odio et execrationi olim erat, nunc commendatur, et beata praedicatur. Quae quondam luctum et moerorem, lacrymasque et tristitiam afferebat, nunc causa evadit gaudii et laetae celebritatis. Quid, quod omnibus Dei servis, quorum mors beata dicitur, ab ipso fine id comparetur, ut in tuto habeant quod Deo grati sint, eoque mors illorum fausta et felix habeatur? Mors enim eos consummatos ac beatos facit, hoc ipsis afferens ut virtus ipsorum

¹ II Cor. XII, 2.

τῆς αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ σοὶ τοῦτο ληψόμεθα. Σοῦ γὰρ μακαρισμός, οὐχ ὁ θάνατος· οὐδὲ ἡ μετάστασις τελείωσις γέγονεν, οὐδ' αὖ πάλιν ἡ ἐκδημία χαρίζεται τὴν ἀσφάλειαν. Πάντων γὰρ σὺ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν ἀρχή, καὶ μεσότης, καὶ τέλος, ἀσφάλειά τε καὶ ἀληθῆς βεβαίωσις, ἡ ἄσπορος σύλληψις, ἡ θεία ἐνοίκησις, ὁ τόκος ὁ ἄφθορος γέγονεν. Ὅθεν ἀληθῶς ἔφησας, οὐκ ἀπὸ τοῦ θανάτου, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ὑπὸ πασῶν τῶν γενεῶν μακαρίζεσθαι. Ἐντεῦθεν οὐ σὲ ὁ θάνατος ἐμακάρισεν, ἀλλ' αὐτὴ τὸν θάνατον κατηγλάϊσας, τὴν τούτου κατήφειαν λύσασα, καὶ χαρὰν τὸν θάνατον δείξασα. Ὅθεν σου τὸ ἱερὸν καὶ πανάμωμον σῶμα ὅσις ταφῆ παρεδίδοτο, προτρεχόντων ἀγγέλων, περικυκλούντων, ἐπομένων, μήτι πραττόντων ὧν εἰκὸς τῇ μητρὶ τοῦ ἑαυτῶν λειτουργῆσαι Δεσπότη, ἀποστόλων, καὶ παντὸς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος θεηγορικούς ὕμνους ἐκβοώντων, καὶ κροτουμένων τῷ πνεύματι. « Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου· ἅγιος ὁ ναὸς σου, θαυμαστός ἐν δικαιοσύνῃ ». Καὶ πάλιν· « Ἠγίασε τὸ σκῆνωμα αὐτοῦ ὁ Ὑψιστος. Ὅρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον· τὸ ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ ». Σὲ τῶν ἀποστόλων ὁ δῆμος τὴν ἀληθῆ κιβωτὸν Κυρίου τοῦ

nulli iam mutationi obnoxia sit, secundum illud oraculum: *Ante mortem ne beatifices quemquam*:¹ quod tamen in te non usurpabimus. Tua quippe erat beatitudo, non a morte obtigit, nec tibi tuus hinc transitus perfectionem conciliavit, nec demum migratio tua securitatem. Omnium enim bonorum initium, mediumque et finis, securitas etiam et vera confirmatio, in illa seminis experte conceptione, in illa divina inhabitatione, in illo sine labe partu constitit: ac proinde vere prorsus dixisti fore ut te non a morte, sed ab ipsa conceptione generationes omnes beatam praedicarent. Quocirca non te mors beatam fecit, sed ipsa mortem hilarem reddidisti; ut quae moestitiam eius sustuleris, ipsamque gaudium esse praestiteris. Quamobrem sacrum et intaminatum corpus tuum piae sepulturae tradebatur, angelis partim praecurrentibus, partim circumdantibus, partimque sequentibus, nullum denique obsequii genus praetermittentibus, quod Domini ipsorum parenti adhiberi par esset; apostolis item et universo Ecclesiae coetu divinos hymnos, et ad Spiritus lyram pulsatos alta voce canentibus: *Replebimur in bonis domus tuae; sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate*.² Ac rursus: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*.³ *Mons Dei, mons pinguis: mons in quo *beneplacitum est Deo habitare in eo*.⁴ Te apo- *719

¹ Eccli. XI, 30.

² Ps. LXIV, 5, 6.

³ Ps. XLV, 5.

⁴ Ps. LXVII, 16, 17.

*720 Θεοῦ ἐπὶ τῶν ὤμων * ἀράμενοι, ὡς πάλαι ποτὲ οἱ ἱερεῖς τὴν τυπικὴν κίβωτόν, καὶ ἐν τάφῳ θέμενοι, δι' αὐτοῦ, ὡς δι' Ἰορδάνου τινός, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τῆς ἐπαγγελίας παρέπεμπον γῆν, τὴν ἄνω φημί Ἰερουσαλήμ, τὴν πάντων τῶν πιστῶν μητέρα, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Οὐ κατελήλυθε γὰρ ἡ ψυχὴ σου εἰς τὸν ἕδην, ἀλλ' οὐδὲ ἡ σὰρξ σου εἶδε διαφθοράν. Οὐκ ἀπελείφθη ἐν γῆ τὸ σὸν ἄχραντον καὶ πανακήρατον σῶμα, ἀλλ' ἐν οὐρανῶν βασιλείοις μοναῖς ἡ βασιλίς, ἡ κυρία, ἡ δέσποινα, ἡ Θεομήτωρ, ἡ ἀληθῆς Θεοτόκος μετατεθεῖσα.

13. Ὡ πῶς οὐρανὸς ὑπεδέξατο τὴν πλατυτέραν οὐρανῶν χρηματίσασαν; πῶς δὲ τάφος τὸ τοῦ Θεοῦ δοχεῖον ἐδέξατο; καὶ ἐδέξατο, καὶ κεχώρηκεν. Οὐ γὰρ σωματικοῖς ὄγκοις οὐρανοῦ πλατύτερον ἐγένετο. Πῶς γὰρ τὸ τρίπηχυ, τὸ αἰεὶ λεπτυνόμενον, εὖρεσί τε καὶ μήκεσιν οὐρανοῦ παραβληθῆναι δυνήσεται; τῇ δὲ χάριτι μᾶλλον παντὸς ὕψους καὶ βάθους τὸ μέτρον ὑπερηκόντισε. Τὸ γὰρ θεῖον ἀσύγκριτον. Ὡ ἱεροῦ, καὶ θαυμαστοῦ, καὶ σεβασμίου, καὶ προσκυνητοῦ μνήματος· ὃ καὶ νῦν περιέπουσιν ἄγγελοι, αἰδοῦ καὶ φόβῳ πολλῶ παριστάμενοι· φρίττουσι δαίμονες· πίστει προστρέχουσιν ἄνθρωποι, τιμῶντες, προσκυνοῦντες, ὀφθαλμοῖς, καὶ χεῖλεσι, καὶ πόθῳ ψυχῆς ἀσπαζόμενοι, καὶ

stolorum agmen, veram Domini Dei arcam, uti quondam sacerdotes typicam illam, humeris tollentes, et in sepulcro condentes, per ipsum velut per Iordanem alterum, ad veram promissionis terram, hoc est ad supernam Ierusalem, omnium fidelium matrem, cuius artifex et conditor Deus, transmiserunt. Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit.¹ Non est relictum in terra immaculatum omnisque labis expers corpus tuum: sed in regias coelorum sedes, regina tu, hera, domina, veraque Dei Genitrix, translata es.

13. O quomodo eam suscepit coelum, quae coelos amplitudine sua superavit! Quo rursus modo tumulus eam cepit, quae Dei conceptaculum fuit? Ita certe cepit, ac tenuit. Non enim corporeae molis ratione locus amplior coelo exstitit (quonam pacto enim corpus, quod tribus cubitis constat, et quotidie extenuatur cum coeli latitudine et longitudine comparari queat?) verum per gratiam potius, celsitudinis et profunditatis modum excessit. Nihil quippe est quod cum Deo comparetur. O sacrum, augustumque et venerandum monumentum, quod etiamnum angeli, timore et reverentia assistentes venerantur, horrent daemones, homines cum fide adeunt, honorantes, colentes, oculis et labris, fervidoque animo exosculantes, ubertim denique bonorum copiam haurientes! Quemadmodum

¹ Ps. XV, 10.

ἀφθονίαν ἀγαθῶν ἀρουόμενοι. Ὡσπερ γὰρ εἴ τις μύρον πολυτελές τοῖς ἱματίοις ἢ τόπῳ τινὶ ἐναπόθειτο, εἶτα ἀφέλοιτο, ἐναπομένει τῆς εὐωδίας τὰ λείψανα καὶ μετὰ τὴν τοῦ μύρου ἀφαίρεσιν, οὕτω καὶ νῦν τὸ θεῖον σῶμα, καὶ ἱερόν, καὶ πανάμωμον, καὶ τῆς θείας εὐωδίας ἀνάπλεον, ἢ ἀφθονος κρήνη τῆς χάριτος, ἐν τῷ τάφῳ τεθέν, εἶτα πάλιν ἀρπασθὲν πρὸς κρείττονα χῶρον καὶ ὑψηλότερον, οὐκ ἀφῆκε τὸν τάφον ἀγέραστον, ἀλλὰ μεταδίδωσι μὲν τῆς θείας εὐωδίας καὶ χάριτος, πηγὴν δὲ τῶν ἱαμάτων καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τοῖς πίστει προσιοῦτι τὸ μνῆμα κατέλιπε.

1951

14. Σοὶ καὶ ἡμεῖς προσκαθήμεθα σήμερον, ὦ Δέσποινα, καὶ πάλιν ἐρῶ, Δέσποινα, Θεοτόκε ἀπειρόγαμε, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς σῆς ἐλπίδος ἐφάψαντες, ὥσπερ ἐκ τινος ἰσχυροτάτης καὶ ἀρραγεστάτης ἀγκύρας, νοῦν, ψυχὴν, σῶμα, ὅλους ἑαυτοὺς σοὶ ἀναθέμενοι, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ὠδαῖς πνευματικαῖς γεραίροντες, ὅσον ἐφικτόν· τὸ γὰρ πρὸς ἀξίαν ἀνεφικτόν. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ λόγος ὁ ἱερός ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, ἢ περὶ τοὺς ὁμοδούλους τιμὴ ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην εὐνοίας, ἢ περὶ σὲ τὴν τεκοῦσαν τὸν δεσπότην σου τιμὴ, πῶς παρορατέα; πῶς δὲ οὐ περισπούδαστος; πῶς δὲ οὐκ αὐτῆς τῆς ἀναγκαιᾶς προτιμωμένη πνοῆς, καὶ τῆς ζωῆς πρόξενος;

PG
96, 720

enim si quis ingentis pretii unguentum vestibus aut loco alicui imponat, rursusque auferat, suavitatis reliquiae etiam ablato unguento restant: ita quoque divinum tuum et sanctum, et omnis prorsus maculae expers, divinaque fragrantia refertum corpus, copiosa illa gratiae scatebra, cum in sepulcro esset collocatum, moxque ad praestantiores ac sublimiores regiones abreptum, nequaquam sepulcrum honore vacuum reliquit; sed divinum odorem et gratiam impertivit, effecitque ut sanationum bonorumque fons esset illis, qui cum fide accedunt.

1951

14. Tibi nos quoque hodie assidemus, o Domina, Domina, inquam, atque iterum Domina, Dei genitrix Virgo, animos nostros ad spem tuam, non secus atque ad firmissimam solidissimamque anchoram alligantes; mentem, animam, corpus, nos ipsos denique totos tibi consecramus, psalmisque, et hymnis, et canticis spiritualibus, quantum possumus, honoramus. Fieri quippe non potest, ut pro rei dignitate eo munere defungamur. Nam si, ut nos sermo sacer docuit, honor qui conservis habetur, benevolentiam erga communem Dominum declarat, quinam studium te honorandi, quae Dominum peperisti, negligendum sit? Quomodo non excolendum? Quomodo non vel necessario * spiramini praefendum, quando vitam nobis conciliat? Hac enim ratione nostram erga Dominum benevolentiam luculentius ostendemus. Quid dico, erga Dominum? Sufficit certe iis qui tui memoriam pie recolunt, pretiosissimum

PG
96, 719

*722

*721 οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον τὴν * πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην παραστήσαιμεν εὐνοϊαν. Τί γὰρ πρὸς τὸν δεσπότην φημί; αὐταρκῆς γὰρ ὄντως τοῖς εὐλαδῶς μεμνημένοις σου τῆς μνήμης τὸ τιμαλφέστατον δῶρημα· χαρᾶς γὰρ ἀναφαίρετου ὑπέρθεις γίνεται. Ποίας γὰρ οὐκ ἐμπίμπλαται εὐφροσύνης; ποίων ἀγαθῶν ὁ ταμιεῖον τῆς πανάγνου σου μνήμης τὴν ἑαυτοῦ ποιησάμενος διάνοϊαν. Οὗτός σοι παρ' ἡμῶν χαριστήριος, τῶν ἡμετέρων λόγων ἀπαρχή, τῆς πτωχῆς ἡμῶν διανοίας τὸ ἀκροθίνιον, τῷ περὶ σὲ κινήσεισθαι πόθῳ, καὶ τὴν οἰκεῖαν ἐκλελησμένης ἀσθένειαν. Ἄλλ' εὐμενῶς δέχοιο τὸν πόθον, εἰδυῖα τὴν δύναμιν ὑπερβάλλοντα. Σὺ δὲ ἐποπτεύεις ἡμᾶς, ἀγαθὴ δέσποινα, ἀγαθοῦ δεσπότητος λοχεύτρια, ἄγοις τε καὶ φέροις τὰ καθ' ἡμᾶς ὅπου βούλοιο, καὶ τὰς ὁρμᾶς τῶν αἰσχίστων ἡμῶν παθῶν στήσειας, καὶ πρὸς τὸν τοῦ θείου θελήματος ἀχειμαστον λιμένα καθοδηγοῦσα, καὶ τῆς μελλούσης μακαριότητος καταξιώσειας, τῆς γλυκειᾶς τε καὶ αὐτοπροσώπου ἐλλάμψεως, τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου. Μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
96, 721

Homilia II in Dormitionem B. V. Mariae.¹ 1. Ἔστι μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς, ὃς κατ' ἀξίαν τῆς Θεομήτορος τὴν ἱεράν ἐκδημίαν εὐφημηῆσαι δυνήσεται, οὐδ' εἰ μύρια γλῶσσαι, τοσαῦτα δ' αὐτῷ στόματα εἶη· ἀλλ' οὐδ'

1952

recordationis tuae donum: quippe quae eiusmodi laetitiam pariat, quae a nemine auferatur. Qua enim voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentem suam sanctissimae recordationis tuae promptuarium fecit? Habes grati animi argumentum, hasce sermonum nostrorum primitias, pauperisque nostri animi delibationem, qui amore tuo incitatus imbecillitatis suae oblitus est. Tu vero propensum desiderium benigne suscipe, cum exploratum habeas, eam viribus nostris esse superiorem. Tu itaque, bona Domina, boni Domini parens, nos velim inspicias, resque nostras arbitrio tuo regas ac modereris; foedissimarum nostrarum affectionum impetum comprimas, ut, compositis fluctibus, nos ad tranquillum divinae voluntatis portum dirigas, ac futura beatitudine dones; illa, inquam, dulci Dei Verbi incarnati per eius conspectum illuminatione; cum quo Patri gloria, honor, imperium, maiestas et magnificentia, cum sanctissimo, bonoque et vivifico eius Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
96, 722

Homilia II in Dormitionem B. V. Mariae.¹ 1. Etsi nemo mortalium est, qui sacrosanctum Dei Genitricis ex hac vita discessum pro dignitate laudare queat, nec si sexcentas linguas totidemque

1952

¹ Homilia haec est vere Ioannis Damasceni. Cf. Lau 171.

εἰ πᾶσαι τῶν πολυσπόρων αἱ γλῶσσαι συνέλθοιεν, τῶν καθηρόντων ἐπαίνων ἐφίκοιτο. Πάντα γὰρ αὕτη θεσμὸν ἐγκωμίων ὑπέρκειται. Ἐπειδὴ δὲ φίλον Θεῷ τὸ κατὰ δύναμιν ἐκ πόθου καὶ ζήλου καὶ ἀγαθῆς προσφερόμενον διαίρεσεως, φίλα δὲ τῇ μητρὶ τοῦ Θεοῦ τὰ τῷ Υἱῷ προσφιλεῖ καὶ ἐράσματα, φέρε πάλιν τῶν ἐγκωμίων ἀψώμεθα, τοῖς ὑμετέροις πειθαρχοῦντες κελεύμασιν, ὧ ποιμένων ἄριστοι, καὶ Θεῷ προσφιλέστατοι, ἀρωγὸν τὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον ἐπικαλεσάμενοι Λόγον, τὸν πληροῦντα πᾶν στόμα πρὸς αὐτὸν ἀνοιγόμενον, ὃς αὐτῇ μόνος κόσμος, καὶ πανευκλεὲς ἐγκώμιον πέφυκεν· εἰδότες ὡς ὅτε τῶν ἐπαίνων ἀρξόμεθα, τὴν ὀφειλὴν ἐκτινύομεν, καὶ ταύτην ἐκτίσαντες, πάλιν τοῦ χρέους ἀρχόμεθα, ὡς μένειν τὸ χρέος αἰεὶ ἀρχόμενον καὶ πληρούμενον. Ἰλεως δὲ εἶη πρὸς ἡμῶν ὑμνουμένη, ἡ πάντων κτισμάτων ἐπέκεινα, καὶ πάντων δημιουργημάτων δεσπόζουσα, οἷα Θεοῦ μήτηρ, τοῦ Κτίστου καὶ Δημιουργοῦ, καὶ τῶν ἀπάντων δεσπύζοντος. Συγγινώσκειτε δὲ καὶ ὑμεῖς, ὧ τῶν θείων λόγων φιλήκοον σύστημα, καὶ τὴν μὲν εὐνοίαν ἀποδέχοισθε, καὶ τὸν πόθον κροτοίητε, τῇ ἀσθενείᾳ δὲ τοῦ λόγου συμπάσχοιτε. Ὡσπερ γὰρ εἴ τις τῷ αὐτοκράτορι, καὶ θεϊθῆεν τῶν ὁμοφύλων ἐγχειρισθέντι τοὺς οἰκίας, πλήθουσιν μὲν αἰεὶ κεκτημένῳ * τὴν τράπεζαν, καὶ παντοδαποῖς

*724

ora habeat: imo nec si omnes hominum toto orbe dispersorum linguae in unum coeant, dignas eius laudes exsequi possint (ipsa quippe encomiorum omnium leges superat), attamen, quia Deo acceptum est quod pro virili nostra fit, atque ex amore, et studio, probaque voluntate offertur, grataque Dei matri ea accidunt, quae Filio grata et accepta sunt, vestris, optimi ac Deo charissimi pastores, imperiis obtemperantes, eam iterum laudare aggrediamur, Verbi illius opem implorantes, quod carnem ex ipsa suscepit, et os omne implet quod ad ipsum aperitur, quod tandem solum ei ornamento, illustrissimoque encomio fuit. Qua quidem in re hoc nobis est exploratum, quod cum eam laudare incipimus, debitum munus persolvamus, eoque persoluto, debitores denuo esse incipiamus; ita ut debitum et semper incipiat, et semper exsolvatur. Mihi porro propitia sit, quam laudandam suscepimus, quae creata omnia superat, omnibusque conditis rebus dominatur, velut mater Dei, qui creator opifexque est, et universis imperat. Vos vero etiam, o coetus divinatorum sermonum audiendorum avide, ignoscite velim mihi, promptumque animum meum ita suscipite, ac desiderio applaudite, ut imbecillitatis meae interim vos misereat. * Quemadmodum enim si quis imperatori, qui popularium suorum gubernacula divinitus suscepit, cui cibus semper conferta mensa, aulaque exquisitissimorum unguentorum vaporibus perfusa, insueto tempore aut violam coloris purpureo similem, aut rosam fragrantissimum spinae germen, folli-

*723

ἐδέσμασι ῥέουσιν, μύρων δὲ πολυτελῶν ἐξατμήμασι θελγόμενα τὰ βασίλεια, ἐν οὐ καιρῷ προσάγοι ἴον τὸ τῆς ἀλουργίδος ὁμόχροον, ἢ ῥόδον τὸ τῆς ἀκάνθης εὐωδέστατον βλάστημα, χλοερούς μὲν κεκτημένον τοὺς κάλυκας, κἂν τούτων προῖόν διδυμόχροον, καὶ πρὸς ὠραῖον προβάδην φθάνον ἐρύθημα, καὶ τινὰ καρπὸν ὁπώρας μελιειδέστατον, οὐ τῆ εὐτελείᾳ τοῦ δώρου, τῷ ξένῳ δὲ προσέξει, καὶ θαυμάσει τὸ ἄηθες, ἄριστα κρίνων, καὶ καλῶς ἐπιστάμενος, ἀφθόνοις δ' ὅτι μάλιστα δώροις καὶ χαρίεσι τὸν γηπόνον ἀμείψαιτο, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν χειμῶνι τῶν ἐπῶν τὰ ἄνθη τῆ βασιλίδι προσάγοντες, καὶ γεγηρακότα λόγον πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῶν ἐγκωμίων ὀπλίζοντες, καὶ τὸν πόθον τῷ νῶ λίθον οἷα σιδήρῳ προστρίψαντες, ἢ ὡς βότρυν ἄωρον ἐκθλίψαντες, τὴν μυθοτόκον διάνοιαν, ἄμυδρόν τινα σπινθῆρα καὶ τρύγα λόγου τοῖς φιλόλογοις ὑμῖν καὶ φιλακροάμοσι νέμοντες, μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἀποδειχθεῖμεν. Τί γὰρ τῆ μητρὶ τοῦ Λόγου ἢ λόγον προσοίσομεν; τῷ ὁμοίῳ γὰρ χαίρει τὸ ὅμοιον, καὶ γε τὸ φίλον. Ἦδη τοίνυν τὴν βαλβίδα τοῦ Λόγου ἀνοίξαντες, ἢ μικρὸν τῶν ῥυτῆρων ὑφέντες, ὡς ἵππον τινὰ τοῦτον πρὸς τὸν δρόμον ἰθύναντες ἐκπέμψωμεν. Ἀλλὰ μοι, Λόγε Θεοῦ, αὐτὸς ἔσο συνεργός τε συνέριθος, καὶ τὴν ἐμὴν ἄλογον διάνοιαν λόγωσον, καὶ τῷ λόγῳ τὴν τρίβον λείαν ἀπέργασαι, καὶ τὸν δρόμον ἵθυνον πρὸς τὴν σὴν εὐαρέστησιν, πρὸς ἣν ἅπας ἔσται λόγος σοφοῦ καὶ διάνοια.

2. Σήμερον ἢ ὅσια καὶ μόνη Παρθένος τῷ ὑπερκοσμίῳ καὶ οὐρανίῳ

culos habentem virides, floremque gemini coloris ex eis prodeuntem, ex quo speciosus rubor sensim progrediatur, aut denique dulcissimum autumnus fructum obtulerit, non tam ille muneris exiguitatem, quam novitatem spectabit, et eximiam charitatem admirabitur, recto plane iudicio et sana mente; copiosis vero pulcherrimisque donis agricolam remunerabit: ita quoque si, velut in facundiae hieme reginae flores offeramus, senioque confectam dicendi facultatem ad encomiorum certamina instruamus, ac cupiditatem menti tamquam lapidem ferro affricantes, aut cogitationem sermonis parentem, non secus atque immaturam uvam exprimentes, exiguam quamdam scintillam, orationisve mustum, vobis sermonum amatoribus, nostrique audiendi cupidis, impertiamus, multo libentiori animo benigne nobis favebitis. Ecquid enim Verbi matri, nisi verba offeramus? Simile quippe simili gaudet, et illud quoque quod amicum est. Iam ergo orationis apertis carceribus, seu laxatis tantisper habenis, eam tamquam equum aliquem ad cursum dirigentes emittamus. Sed mihi, Dei Verbum, suppetias et opem feras: mentem meam sermonum rudem facundam redde, facilem sermoni meo semitam para, cursumque ut tibi placeat, dirige; ad quod utique tendit oratio omnis et cogitatio sapientis.

2. Hodie sancta solaque Virgo, mundo sublimiori ac coelesti

τεμένει προσάγεται, ἡ τοσοῦτον τὴν παρθενίαν ποθήσασα, ὡς ὑπ' αὐ-
 τῆς οἰά τινος καθαρωτάτου ποιωθῆναι πυρός. Παρθένος γὰρ ἅπασα τῶ
 τόκῳ τὴν παρθενίαν λυμáινεται· αὕτη δὲ καὶ πρὸ τόκου, καὶ τίκτουσα μένει
 παρθένος, καὶ μετὰ γέννησιν. Σήμερον ἡ ἱερά τε καὶ ἔμψυχος κιβωτός τοῦ
 ζῶντος Θεοῦ, ἡ τὸν ἑαυτῆς τεχνίτην κυοφορήσασα, ἐν ναῶ Κυρίου ἀχειρο-
 τμήτῳ καταπαύεται, καὶ σκιρτᾷ Δαβὶδ ὁ ταύτης προπάτωρ καὶ Θεοπάτωρ,
 καὶ συγχορεύουσιν ἄγγελοι, καὶ κροτοῦσιν ἀρχάγγελοι, καὶ δυνάμεις δοξά-
 ζουσι, καὶ ἀρχαὶ συναγάλλονται, καὶ ἐξουσίαι εὐφραίνονται, καὶ κυριότητες
 χαίρουσιν, καὶ θρόνοι πανηγυρίζουσι, καὶ ἀνυμνεῖ τὰ Χερουβίμ, καὶ δοξολο-
 γεῖ τὰ Σεραφίμ. Δοξάζονται γὰρ οὐχ ἥμιστα, τῇ Μητρὶ τῆς δόξης τὴν δόξαν
 προσένομετες. Σήμερον ἡ ἱερωτάτη περιστέρα, ἡ ἀκεραία καὶ ἀκακος ψυχῆ,
 καὶ τῶ θείῳ καθιερωμένη Πνεύματι, ἐκπτάσα τῆς κιβωτοῦ, τοῦ θεοδόχου
 φημί, καὶ ζωαρχικοῦ σώματος, εὖρεν ἀνάπαυσιν τοῖς ποσὶν αὐτῆς, πρὸς τὸν
 νοητὸν κόσμον ἀπάρασα, καὶ * ἐν τῇ ἀσπίλῳ γῆ τῆς ἄνω κληρουχίας σκηνώ-
 σασα. Σήμερον ἡ Ἐδὲμ τοῦ νέου Ἀδάμ τὸν λογικὸν παράδεισον ὑποδέχεται,
 ἐν ᾧ τὸ κατάκριμα λέλυται, ἐν ᾧ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον πεφύτευται, ἐν ᾧ ἡ
 ἡμετέρα περιέσταλται γύμνωσις. Οὐκέτι γὰρ ἡμεῖς γυμνοὶ καὶ ἀνείμονες,
 καὶ τῆς θείας εἰκόνας μὴ φέροντες τὸν λαμπρότητα· καὶ τὴν ἀφθονον χάριν
 σεσυλημένοι τοῦ Πνεύματος, οὐκέτι τὴν παλαιὰν τραγωδοῦντες γύμνωσιν

*725

templo offertur: quae virginitatem eo studio coluit, ut in eius tamquam
 purissimi cuiusdam ignis formam transierit. Nam cum omnis virgo
 virginitatem pariendo amittat, haec tamen, et ante partum, et in
 partu, ac demum post partum virgo permansit. Hodie sacra et ani-
 mata arca Dei viventis quae suum in utero gestavit artificem, in
 templo Domini, quod nullis est exstructum manibus, requiescit, et
 saltat David eius avus ac Dei parens, unaque cum eo choros agunt
 Angeli, plaudunt Archangeli, Virtutes concelebrant, Principatus
 exsultant, Dominationes oblectantur, Potestates laetantur, Throni
 festum diem agunt, Cherubim laudes canunt, gloriam Seraphim
 praedicant. Non enim id exiguae gloriae ducunt, cum matri gloriae
 gloriam tribuunt. Hodie sacratissima columba, simplex atque in-
 nocens anima, divino Spiritui consecrata, ex arca, eo scilicet cor-
 pore quod Deum suscepit, et vitae initium dedit, evolans, pedibus
 suis requiem invenit, ad mundum quod intellectu * cognoscitur,
 profecta, ubi in terra supernae haereditatis nulli spureitiei ob-
 noxia sedes fixit. Hodie Edem, novi Adam rationalem paradisi-
 sum suscipit, in quo soluta est condemnatio, in quo plantatum
 est lignum vitae, in quo operta fuit nostra nuditas. Non enim
 amplius sumus nudi, et vestibus carentes, tamquam divinae ima-
 ginis splendore destituti, uberrimaque Spiritus gratia spoliati. Non

*726

λέξομεν· ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; ἐν τούτῳ γὰρ ὁ ὄφεις οὐκ ἔσχε παρείσδυσιν, οὗ τῆς ψευδοῦς ὀρεχθέντες θεώσεως, τοῖς ἀνοήτοις συμπαραβλήθημεν κτήνεσιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱός, Θεὸς ὢν, καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, ἐκ ταύτης τῆς Παρθένου καὶ καθαρᾶς ἀρούρας ἑαυτὸν πεπλαστούργηκεν ἄνθρωπον. Καὶ τεθέωμαι μὲν ὁ ἄνθρωπος, ὁ θνητὸς ἠθανάτισμαι, καὶ τοὺς δερματίνους χιτῶνας ἐνδέδουμαι. Τὴν γὰρ φθορὰν ἀπημφίασμαι, περιέκειμαι τῇ περιβολῇ τῆς θεότητος. Σήμερον ἡ Παρθένος ἡ ἄχραντος, καὶ γηῖνοις μὴ προσομιλήσασα πάθεισι, ἀλλ' οὐράνιοις ἐντραφεῖσα νοήμασιν, οὐκ εἰς γῆν ἀπελήλυθεν, ἀλλ' ἔμψυχος ὄντως οὐρανὸς χρηματίσασα, ταῖς οὐρανίαις σκηναῖς ἐνοικίζεται. Τίς γὰρ ταύτην οὐρανὸν καλῶν τάληθοῦς ἀμαρτήσεται, εἰ μὴ πού τις φήσειε καλῶς ἐπιστάμενος, καὶ τῶν οὐρανῶν αὐτὴν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς ὑπεραίρεσθαι. Ὁ γὰρ τῶν οὐρανῶν Δημιουργός τε καὶ Συνοχεύς, καὶ παντὸς ἐγκοσμίου τε καὶ ὑπερκοσμίου, ὄρατοῦ τε καὶ ἀόρατου τεχνίτης δημιουργήματος, οὗ τόπος οὐδεὶς τῶν πάντων εἶναι· εἴπερ τὸ περιέχον τῶν ἐνότων τόπος ὀρίζεται· ἐν ταύτῃ πρὸς ἑαυτοῦ ἀσπόρως βρέφος δεδημιούργηται, καὶ ταύτην ταμεῖον εὐρύχωρον δέ-

iam veterem nuditatem deplorantes dicemus: *Exspoliavi me tunica mea, quomodo ea induar?*¹ In hunc enim paradisum serpenti aditus patuit, cuius falsae divinitatis cupiditate flagrantes, iumentis sumus comparati.² Ipse enim unigenitus Dei Filius, cum Deus esset eiusdemque ac Pater substantiae, ex hac Virgine ac pura terra seipsum in hominem formavit: atque ego quidem, qui homo eram, deitatem accepi, et qui mortalis eram, immortalitate sum donatus, pelliceasque tunicas exui: abiecta siquidem corruptione, incorruptione indutus sum, accepto deificationis integumento. Hodie Virgo immaculata, quae nihil terrenarum affectionum admisit, sed coelestibus enutrita cogitationibus, non in terram reversa est; at cum vere coelum esset animatum, in coelestibus tabernaculis collocatur. Quis enim eam coelum appellans a vero aberret, nisi quis rem recte intelligens, eam coelis quoque incomparabili praecellentiarum suarum modo superiorem esse dicat. Nam qui coelos fabricavit et continet, qui rerum omnium conditarum est artifex tam mundanarum, quam mundo sublimiorum, sive in aspectum cadant, sive aspectum fugiant, cuius modo nusquam locus est (si id quod continet, eorum quae intra sunt locus esse definitur), in ea semetipsum infantem sine semine fabricavit, eamque adeo speciosum unicae deitatis suae omnia complectentis promptuarium effecit, totus citra passionem

¹ Cant. V, 3.

² Ps. XLVIII, 13.

δειχε τῆς τὰ πάντα πληρούσης αὐτοῦ καὶ μόνης ἀπεριγράφου θεότητος, ὅλος ἀπαθῶς ἐν αὐτῇ συστελλόμενος, καὶ μένων ὅλος ἐκτός, καὶ τόπον ἔχων ἑαυτοῦ ἀπερίληπτον. Σήμερον ὁ τῆς ζωῆς θησαυρός, ἡ τῆς χάριτος ἄβυσσος, οὐκ οἶδ' ὅπως τολμηροῦς καὶ ἀτρόμοις φάναι τοῖς χεῖλεσι, θανάτῳ ζωηφόρῳ καλύπτεται, καὶ τούτῳ ἀδειμάντως πρόσεισιν ἢ τούτου καταλύτην κυήσασα, εἰ καὶ θάνατον προσαγορευῆσαι χρεῶν τὴν αὐτῆς πανίερον καὶ ζωτικὴν ἀποβίωσιν. Ἡ γὰρ τοῖς πᾶσι τὴν ὄντως ζωὴν ἀναβλύσασα, πῶς θανάτῳ γένοιτ' ἂν ὑποχείριος; ἀλλ' εἰκει τῷ τοῦ οἰκείου τόκου θεσμοθετήματι, καὶ ὡς θυγάτηρ μὲν τοῦ πάλαι Ἀδάμ τὰς πατρικὰς εὐθύνas ὑπερέρχεται· ἐπεὶ καὶ ὁ ταύτης Υἱός, ἡ αὐτοζωὴ ταύτας οὐκ ἀπηνήνατο· ὡς δὲ Θεοῦ ζῶντος μήτηρ ὑπάρξασα, πρὸς αὐτὸν ἀξίως μετακομίζεται. Εἰ γὰρ φησὶν ὁ Θεός· «Μήποτε ἐκτείνas τὴν χεῖρα αὐτοῦ» ὁ πρωτόπλαστος ἄνθρωπος, «καὶ λαβὼν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ γευσάμενος, εἰς τὸν αἰῶνα ζήσεται», πῶς ἢ τὴν ζωὴν αὐτὴν δεξαμένη, τὴν ἀναρχόν τε καὶ ἄληκτον, τὴν μήτε ἀρχῆς, μήτε * τέλους δουλεύουσιν πέρασιν, οὐκ εἰς αἰῶνα ζήσεται τὸν ἀπέραντον;

*728

1953

3. Πάλαι μὲν Κύριος ὁ Θεὸς τοὺς τοῦ βροτείου γένους κατάρξαντας, καὶ τῆς παρακοῆς ἐμφορηθέντας τὸ ἄκρατον, καὶ τῇ μέθῃ τῆς παραβάσεως τὸν ὀφθαλμὸν τῆς καρδίας ἀπονυστάξαντας, καὶ τῇ κραιπάλῃ τῆς ἀμαρτίας τῆς διανοίας βαρηθέντας τὰ ὄμματα, καὶ κοιμηθέντας ὕπνον εἰς θάνατον, ἐξορί-

PG
96, 728

ullam in ipsa collectus, et totus extra manens, seque ipse locum incomprehensum habens. Hodie vitae thesaurus, gratiae abyssus (nescio quo pacto audacibusque nihilque trepidantibus labiis id efferram) vivifica morte obtegitur: ac sine metu, ad eam illa accedit, quae ipsius profigatorem pepererat, modo tamen mortem, sacrosanctum et vitalem eius obitum appellare liceat. Nam quae veram vitam cunctis protulit, qui tandem morti subdita fuisset? Sed cedit legi ab eo latae quem genuit, et, ut filia veteris Adam, paternam sententiam subit. Nam et eius Filius qui vita ipsa est, eam non recusavit: ut autem Dei viventis mater ad ipsum merito transfertur. Nam cum Deus dicat: *Ne forte ille qui primus est conditus homo, mittat manum suam, et sumat de ligno vitae, et comedat, et vivat in aeternum;*¹ quo pacto fieri potuerit, ut * quae ipsammet vitam sempiternam, nec desinentem, nullisve initi ac finis terminis obnoxiam suscepit, non in infinitum aevum victura sit?

*727

1953

3. Olim equidem Deus mortalis ac generis primos satores, cum se inobedientiae mero ingurgitassent, et per transgressionis temulentiam dormitante mentis oculo, peccati crapula sic affecti essent, ut oppressis animi luminibus mortifero somno tenerentur, e para-

PG
96, 727

¹ Gen. III, 22.

στους τοῦ παραδείσου τῆς Ἑδέμ ἐξεπέρευσε. Νῦν δὲ ταύτην τὴν πάθους παντὸς ἐκτιναξαμένην τὴν προσβολήν, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπακοῆς προαγαγούσαν τὸ βλάστημα, καὶ τῆς ζωῆς παντὶ τῷ γένει κατάρξασαν, οὐ παράδεισος ὑποδείξεται; οὐκ οὐρανὸς χαίρων ἀναπετάσει τὰς πύλας; πάνυ μὲν οὖν. Εὐὰ μὲν γὰρ τὴν ἀκοὴν ὑποθεῖσα τῇ ἀγγελίᾳ τοῦ ὄφρα, ἀκουτισθεῖσα δὲ τοῦ δυσμενοῦς τὴν παραίνεσιν, καὶ τῆς ψευδοῦς τε καὶ ἀπατηλῆς ἡδονῆς τῇ προσβολῇ θελχθεῖσα τὴν αἴσθησιν, λύπης καὶ ἀνίας ἀπόφασιν ἀποφέρεται, καὶ τόκων ὠδίνας ὑφίσταται, καὶ σὺν τῷ Ἀδὰμ θάνατον κατακρίνεται, καὶ ἐν ἄδου μυχοῖς κατοικίξεται. Ταύτην δὲ τὴν ἀληθῶς παμμακάριστον, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ τὴν ἀκοὴν ὑποκλίνας, καὶ τῆς ἐνεργείας πλησθεῖσαν τοῦ Πνεύματος, καὶ δι' ἀρχαγγέλου τὴν πατρικὴν εὐδοκίαν ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἡδονῆς πάρεξ καὶ συναφείας συνεληφύϊαν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν πάντα πληροῦσαν ὑπόστασιν, καὶ προσφυῶν ὠδίνων ἄνευ γεννήσασαν, καὶ ὅλην Θεῷ ἐνωθεῖσαν, πῶς καταπλήθῃ ὁ θάνατος, πῶς ὁ ἄδης εἰσδέξεται; πῶς διαφθορὰ τοῦ ζωοδόχου κατατολήσειε σώματος; ἀλλότρια ταῦτα, καὶ πάντῃ ξένα τῆς θεοφόρου ψυχῆς καὶ σώματος. Ταύτῃ καὶ προσδὲλων ὁ θάνατος δέδοικε. Τῷ γὰρ αὐτῆς Υἱῷ προσβαλὼν, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε, καὶ πείρα μαθὼν, σεσωφρόνισται. Ταύτῃ ἄδου μὲν ἀστιβεῖς αἱ ζοφεραὶ κάθοδοι, εὐθεῖα δὲ καὶ λεία, καὶ εὐτρεπτος ἡ πρὸς οὐρανὸν πορεία ἡτοίμασται. Εἰ γάρ· «Ὅπου ἐγὼ εἰμι, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται», ἔφη ὁ Χριστὸς ἡ

diso Eden exterminavit: nunc vero illam quae vitii omnis impetum excussit, Deique et Patris obedientiae germen produxit, et universo mortalium generi vitam inchoavit, paradisos non exceperit? Annon coelum fores suas reserabit? Omnino sane. Eva siquidem quae serpentis nuntio aures praebuit, hostisque suggestionem auscultavit, sensu suo per falsae ac fallacis voluptatis assaultum delinito, moeroris et tristitiae sententiam retulit, ut dolores partus sustineret, et una cum Adamo morte condemnata, in imis inferni recessibus collocatur: hanc autem vere beatissimam quae Dei verbo aures submitit, et Spiritus sancti operatione impleta est, atque, archangelo sequestro, de complacito Patris praegnans effecta, quaeque sine voluptate ac viri congressu Dei Verbi personam, cuius omnia plena sunt, concepit, ac pro eo, ut decebat, sine doloribus peperit, quaeque totam se cum Deo copulavit, quomodo mors devoraret? Quomodo inferi susciperent? Quomodo corruptio corpus illud invaderet, a quo vita suscepta est? Abhorrent haec, alienaque omnino sunt, a Deifera illa anima et carne. Ipsius enim aspectum mors quoque pertimuit: quippe quae, cum ipsius Filium adorta esset, ex his quae pertulit, erudita, periculo suo prudentior evaserat. Haec quidem horrendos inferni descensus nequaquam trivit, sed recta ei, plana, et facilis ad coelum parata est via. Cum enim Christus,

ζωή και ἡ ἀλήθεια, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ μήτηρ σὺν αὐτῷ ἀύλισθήσεται; Πρὶν ὠδίνησεν, ἔτεκεν, ἐκτὸς ὠδίνων και ἡ αὐτῆς ἀποβίωσις. «Θάνατος ἀμαρτωλῶν πονηρός»· ἐν ἧ δὲ τὸ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἀμαρτία νενέκρωτο, τί φήσομεν, ἢ ζωῆς ἀρχὴν ἀλήκτου και κρείττονος; Τίμιος ὡς ἀληθῶς ὁ θάνατος τῶν ὁσίων Κυρίου τοῦ Θεοῦ τῶν δυνάμεων· ὑπέρτιμος δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ μητρὸς ἢ μετᾶστασις. Νῦν οὐρανοὶ εὐφραινέσθωσαν, και κροτείτωσαν ἄγγελοι· νῦν ἀγαλλιᾶσθω ἡ γῆ, και σκιρτάτωσαν ἄνθρωποι· νῦν ἀῆρ γηθόμενος ὑπεχείτω τοῖς ἄσμασι, και νύξ ἀφεγγῆς περιαιρείσθω ζόφον τὸν ἀμειδῆ και δυσείμονα, και μιμείσθω φαιδρῶς τὴν τῆς ἡμέρας στυλπνότητα τοῖς ἐκ πυρὸς ἀμαρύγμασιν. Ἡ γὰρ ζῶσα πόλις Κυρίου Θεοῦ τῶν δυνάμεων μετάρσιος αἵρεται, και βασιλεῖς ἀπὸ ναοῦ Κυρίου τῆς περιβλέπτου Σιών ἐπὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ τὴν ἐλευθέραν τὴν ἑαυτῶν μητέρα δῶρον * προσάγουσι τιμαλφέ- *729
στατον, οἱ πρὸς Χριστοῦ πάσης τῆς γῆς καταστάντες ἀρχοντες, τοὺς ἀποστόλους φημί, τὴν τοῦ Θεοῦ μητέρα τὴν Ἀειπάρθενον.

4. Οὐκ ἄτοπον δέ μοι δοκεῖ λόγῳ διαγράψαι ὅσον ἔχει πρὸς δύναμιν, και εἰκάσαι, και τύπῳ σχηματίσαι τὰ ἐπὶ τῇ ἱερᾷ ταύτῃ τοῦ Θεοῦ μητρὶ τετελεσμένα θεάματα, ἃ μετρίως, και λίαν συνοπτικῶς, τὸ δὴ λεγόμενον, παῖς

qui via et veritas est,¹ dicat: *Ubi sum ego, illic et minister meus erit.*² cur non multo magis cum eo mater ipsius domicilium habeat? Ut enim antequam parturiret, peperit, ita ipsius etiam e vita discessus doloribus caruit. *Mors quidem peccatorum pessima:*³ et de ea in qua stimulus mortis, peccatum nempe, enectum esset, quid tandem dicamus, nisi eam vitae perennis ac potioris principium fuisse? Sane quidem pretiosa est mors sanctorum Domini Dei virtutum:⁴ at pretiosior matris Dei ex hac vita migratio. Nunc coeli laetentur, ac plaudant angeli: nunc terra gestiat, et exsultent homines: nunc aër laetis cantibus personet: nox obscura tristem et deformem caliginem excutiat, splendoremque diei ignium claritate hilaris imitetur. Etenim viva Domini ac Dei virtutum civitas sublimis fertur, ac reges a templo Domini, hoc est praeclara Sion, ad supernam et liberam suamque matrem Ierusalem, praestantissimum donum offerunt, * apostoli scilicet, qui totius orbis principes a Christo sunt *730
constituti, Dei matrem perpetuamque virginem.

4. Nec vero alienum fore arbitror sermone quantum per me erit, describere, et coniectura exponere, ac delineare ea spectacula quae in sacrosancta hac Dei matre peracta sunt, quaeque mediocriter

¹ Io. XIV, 6.

² Io. XII, 26.

³ Ps. XXXIII, 22.

⁴ Ps. CXV. 15.

ἐκ πατρὸς ἄνωθεν παρειλήφαμεν. Δοκῶ γάρ μοι ταύτην τὴν ἀγίων ἀγιωτέραν, καὶ ἱερῶν ἱερωτέραν, καὶ ὁσίων ὁσιωτέραν, τὴν γλυκεῖαν τοῦ μάννα στάμνον, πηγὴν δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον ἀνακεκλισθαι ἐπὶ τινος σκίμποδος ἐν τῇ θείᾳ καὶ περιωνύμῳ πόλει Δαβίδ, Σιών φημί τῇ περιόπτῳ καὶ περικλεεστάτῃ, ἐν ἣ πεπλήρωται μὲν ὁ νόμος τοῦ γράμματος, ὑπηγόρευται δὲ ὄνομα τοῦ πνεύματος· ἐν ἣ τὸ Πάσχα τὸ τυπικὸν ὁ νομοδότης Χριστὸς ἐκτετέλεκε, καὶ Πάσχα τὸ ἀληθές ὁ παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης Θεὸς παραδέδωκεν· ἐν ἣ τὸ δεῖπνον μυστικὸν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ ἄμνος τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου μεμυσταγώγησε, καὶ τούτοις ἑαυτὸν οἶα μόσχον σιτευτὸν τέθεικε, καὶ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸν βότρυν ἐληνοβάτησεν· ἐν ἣ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις ὑπᾶνεται ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενος, καὶ Θωμᾶν πιστοῦται, καὶ διὰ τούτου τὰ πέρατα, ὡς εἶη Θεὸς τε καὶ Κύριος, δύο φύσεις φέρων ἐν αὐτῷ καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ ταύταις καταλλήλους δύο ἐνεργείας, ἀντεξούσιᾳ τε θέσματα, εἰς αἰῶνα τὸν ἄπειρον αἰωνίζοντα. Αὕτη τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ ἀκρόπολις· αὕτη τῶν μαθητῶν καταγώγιον· ἐν ταύτῃ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡ πολύηχος, καὶ πολύγλωσσος, καὶ πυρίμορφος ἐπιφοίτησις τοῖς ἀποστόλοις ἐκκέχυται· ἐν ταύτῃ ὁ Θεολόγος τὴν Θεοτόκον παρειληφώς, ἐλειτούργει τὰ δέοντα· αὕτη ἡ μήτηρ τῶν

et compendiarie admodum, Filius a Patre, ut dicitur, ab antiquo accepimus. Cernere enim mihi videor hanc sanctis sanctiorem, et sacris sacratiorem, piisque pietate praestantiorem; hanc, inquam, dulcem mannae urnam, vel, ut verius dicam, fontem, in divina celebratissimaque Davidis civitate, humili lecto recubantem; in conspicua, inquam, illa et clarissima Sion, in qua lex litterae completa, et lex spiritus dictata est; legislator Christus typicum Pascha peregit, at veteris ipse novique testamenti Deus, verum Pascha: in qua Agnus Dei qui mundi peccatum tollit¹ coena mystica discipulos suos initiavit, seque eis uti vitulum saginatum mactavit,² veraeque vitis uvam velut in torculari expressit; in qua Christus ex mortuis resurgens apostolis conspectus fuit, et Thomae ac per eum universo orbi fidem fecit se Deum Dominumque esse,³ duas naturas etiam post resurrectionem in seipso ferentem, eisque consentaneas operationes duas, liberasque voluntates in sempiternum aevum perdurantes. Haec Ecclesiarum arx est: haec discipulorum diversorium. In hac sanctissimus Spiritus, sonitu edito, cum multarum linguarum dono, ignea forma adveniens, in discipulos effusus est.⁴ In hac Theologus, Dei Genitricis susceptor, quae necesse erant,

¹ Io. I, 29.

² Lc. XV, 23.

³ Io. XX, 28.

⁴ Act. II, 1 s.

ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν, τῆς τοῦ Θεοῦ Μητρὸς ἐνδιαίτημα πέφηγε, μετὰ γε τὴν τοῦ υἱοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναφοίτησιν· ἐν ταύτῃ τοίνυν ἡ μακαρία Παρθένος ἐπὶ τινος τρισολβίου κλίνης κατέκειτο.

5. Ἄλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, ἵνα τὸ οἰκεῖον πάθος ἐξαγορεύσαιμι, θερμότατα καὶ ζέοντι πυρσῶ τοῦ πόθου καιόμενος, φρίκη τινὶ καὶ χαροποιοῖς συνείλημμαι δάκρυσιν, αὐτὴν τὴν κλίνην οἷα περιπτυσσόμενος, τὴν μακαρίαν τε καὶ ἐπέραστον, τὴν θαυμάτων γέμουσαν, τὴν τὸ ζωαρχικὸν σκῆνος δεδεγμένην, καὶ τῇ παραθέσει τὸν ἁγιασμὸν εὐμοιρήσασαν, αὐτὸ τὸ ἱερόν, καὶ πανίερον, καὶ ἀξιώθεον σκῆνωμα χερσὶν οἰκειαῖς ἐδόκουεν ἐναγκαλιζέσθαι· ὀφθαλμοῦς, καὶ χεῖλη, καὶ μέτωπα, αὐχένα καὶ παρεϊὰς προσερείδων τοῖς μέλεσι, καὶ τῆς ἀφῆς ἡσθόμην, ὡς ἐκ παρόντος συνισταμένης τοῦ σώματος, καὶ κατανοήσας ὀφθαλμοῖς κατιδεῖν τὸ ποθοῦμενον οὐ δεδύνημαι. Πῶς γὰρ ἂν ὁ μετάρσιον πρὸς σηκοῦς οὐρανίους ἀνήρπασται; Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

* 6. Τίνα δὲ τὰ ἐπ' αὐτῇ γέρα τότε τελούμενα πρὸς τοῦ γεραίρειν τοὺς τεκόντας θεσμοθετήσαντος; Τοὺς μὲν ἀπανταχοῦ τῆς γῆς πρὸς ἀνθρώπων ἀλείαν διασπαρέντας ταῖς πολυαρμονίαις καὶ ποικίλαις γλώσσαις τοῦ Πνεύματος, καὶ τῇ τοῦ λόγου σαγήνῃ τοὺς ἀνθρώπους ζωγροῦντας ἐκ τοῦ τῆς πλάνης βυθοῦ πρὸς τὴν πνευματικὴν καὶ ἐπουράνιον τράπεζαν τοῦ δείχνου

ei subministrabat. Haec omnium orbis Ecclesiarum mater, Deiparae, post Christi ex mortuis resurrectionem, domicilium fuit. In hac itaque beata Virgo in beatissimo quodam lectulo decumbebat.

5. Caeterum quando ad hunc locum pervenit oratio (ut animi mei affectum prodam) ardentissimo ferventissimoque amoris igne accendor, et horrore quodam iucundisque lacrymis occupor, lectum hunc felicem et amabilem, ac prodigiis scatentem, velut exosculans, qui tabernaculum illud suscepit, ex quo vita orta est, contactuque illius sanctitatem participavit. Quin ipsum quoque sacrum et sacrosanctum, Deoque dignum habitaculum meis manibus complecti mihi videbar, oculosque, frontem, labia, cervicem ac genas membrum illius admovere, ipsum, tamquam si corpus praesens tangerem, sentiebam. At cum propius animum attendissem, oculis id quod cupidus persequerem, intueri minime potui. Quo enim pacto illud perspicerem, quod sublime in coeleste templum abreptum fuit? Atque haec quidem mihi contigerunt.

* 6. Quibusnam vero tunc honoribus ab illo qui parentibus honorem haberi sanxit, ornata est? Eos, qui passim toto orbe ad homines piscandos dispersi erant, modulatissimisque et multiplicibus Spiritus linguis, verbique sagena, ex erroris voragine ad spiritualem et coelestem mysticae coenae mensam sacrique convivii spiritua-

τοῦ μυστικοῦ τῆς ἱερᾶς πανδαισίας τῶν πνευματικῶν τοῦ οὐρανοῦ νυμφίου γάμων, οὓς ὁ Πατήρ τῷ ἰσοσθενεῖ καὶ ὁμοφυεῖ Υἱῷ λαμπρῶς ἐστιᾷ, καὶ λίαν βασιλικώτατα θεῖον πρόσταγμα πρὸς Ἱερουσαλήμ, ὡσπερ τις σαγήνη ἢ νεφέλη κατήπειγεν, ἐκ τῶν τερμάτων τῆς γῆς οἶά τινας ἀετοὺς συνωθοῦσα καὶ συναθροίζουσα. «Ὅπου γὰρ τὸ πτῶμα», Χριστὸς ἡ ἀλήθεια ἔφησε, «τοὺς ἀετοὺς συναχθήσεσθαι». Εἰ γὰρ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ ταῦτα λέξαντος δευτέρας μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς παρουσίας, καὶ οὐρανόθεν καταφοιτήσεως, ἡ ῥῆσις ἤδε προλέλεκται, ἀλλ' οὐκ ἀτόπως ὡσπερ ἠδύσματι τοῦ λόγου κἀνταῦθα παραληφθήσεται. Παρῆσαν τοίνυν οἱ αὐτόπται καὶ τοῦ λόγου θεράποντες, κατ' ὀφειλὴν καὶ τῇ τούτου μητρὶ λειτουργήσοντες, καὶ κληρὸν ὡσπερ τινὰ πολυτελῆ καὶ ὑπέριμον τὴν εὐλογίαν ἐξ αὐτῆς ἀρυσόμενοι. Τίτι γὰρ ἔστιν ἡ γνώμη ἀμφίβολος, ὡς αὕτη τῆς εὐλογίας πηγὴ καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει ἀνάβλυσις; Συμπαρῆσαν δὲ καὶ οἱ τούτων ὀπαδοὶ καὶ διάδοχοι, τῆς λειτουργίας ἅμα καὶ τῆς εὐλογίας μεθέζοντες. Ὡν γὰρ κοινὸς ὁ πόνος, καὶ αἱ ἐπικαρπίαὶ κατάλληλοι. Παρῆσθηκαὶ δὲ καὶ τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ ὅσον θεόλεκτον σύστημα. Ἐρχοῦν δὲ καὶ τῶν πάλαι δικαίων καὶ προφητῶν τοὺς ἀκρέμονας συμπαρομαρτεῖν, ταύτης τῆς ἱερᾶς δορυφορίας μεθέζοντας, τοὺς προκατηγγελοῦσθαι δηλαδὴ τὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου δι'

lium coelestis Sponsi nuptiarum, quas Pater Filio, qui eiusdem cum ipso potentiae ac naturae est, magnifice et regie admodum celebrat, homines extrahebant, divino imperio nubes cuiusdam retis instar Hierosolymam adurgebat, velut aquilas quasdam compellens atque in unum cogens. *Ubi enim fuerit corpus, inquit Veritas, illic congregabuntur et aquilae.*¹ Nam, quamvis de eius qui his verbis usus est, secundo et illustri e coelis adventu, id praedictum sit, haud tamen absurde cuiusdam condimenti orationis loco hic etiam usurpabitur. Aderant igitur oculati illi testes et ministri verbi, ut pro eo ac debebant, ipsius etiam matri ministrarent, et ex ipsa benedictionem, amplissimam veluti quamdam praestantissimamque haereditatem, haurirent. Equis enim dubitat quin ipsa benedictionis fons sit, et omnium bonorum scaturigo? Una etiam aderant ipsorum asseclae et successores, ut cum ministerii, tum benedictionis participes essent. Quorum enim communis est labor, horum etiam fructus communes esse consentaneum est. Sed et insuper electum a Deo agmen, quod Hierosolymis versabatur. Et vero par erat, ut et primarii quique veterum iustorum et patriarcharum comites illuc accederent, inque sacri huius satellitii partem venirent; quippe qui carnalem benignissimamque Dei Verbi ex ea nostrae salutis causa, nativitatem praenuntiaverant. Quin ne angelorum quidem

¹ Matth. XXIV, 28.

ἡμᾶς ἑνσαρκόν τε καὶ φιλόανθρωπον γέννησιν. Ἄλλ' οὐδὲ ἀγγέλων ὁμήγουρις ἄμοιρος. Ὅσον γὰρ τῷ βασιλεῖ κατὰ γνώμην ὑπήκουον, κἀντεῦθεν τῆς αὐτοῦ τιμαλφοῦς παραστάσεως ἄξιον, ἔδει δορυφορεῖν τὴν τούτου κατὰ σάρκα Μητέρα, τὴν πανολβίαν ὄντως καὶ μάκαρα, τὴν πασῶν γενεῶν καὶ κτίσεως ἀπάσης προφερεστέραν. Ταύτη παρειστήκεισαν ἅπαντες, τῇ φρυκτωρία λαμπομένη τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῖς ἐκλάμπροις μαρμαρυγαῖς καταλαμπούση τοὺς αἰδοῦ τε, καὶ φόβῳ, καὶ ἀκλινεῖ τῷ πόθῳ εἰλικρινές αὐτῇ ὄμμα νοητὸν ἐνερείδοντας. Ἔστι γὰρ τῶν ὄντων οὐδέν, ὃ μὴ τοῦτο πέφυκεν, ἢ τὸ μόνον ἔν ὅτι μὴδὲν τῶν ὄντων τῷ ὑπερεῖναι, καὶ πρὸς οὐδὲν παρατιθέμενον κάτεισι, καὶ κατιόν γε πρὸς ἅπαντα, καὶ ποιοῦν, καὶ μὴ τὸ δρᾶσθαι δεχόμενον.

7. Ἐνταῦθα λόγοι θεόπνευστοι καὶ θεόφθεγκτοι. Ἐνταῦθα τινὲς ὕμνοι θεοπρεπεῖς καὶ ἐξόδιοι. Ὑμῆσαι γὰρ ἐχρῆν, κἀπὶ τούτῳ τὴν ὑπεράπειρον ἀγαθότητα, καὶ τὸ ὑπερμέγεθες μέγεθος, καὶ τὴν * ἀπειροδύναμον δύναμιν, καὶ τὴν παντός ὕψους καὶ μεγέθους ἐπέκεινα πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ μετριότητα, τὸν ὑπέρπλουτον πλοῦτον τῆς ἀκαταλήπτου χρηστότητος, τὴν ἀπληστον τῆς ἀγάπης ἄδυσον ὅπως τῆς οἰκείας οὐκ ἐκφοιτήσας μεγαλειότητος, πρὸς τὴν ὑψοποῖον καταβέβηκε κένωσιν, Πατρός συνευδοκοῦντος καὶ Πνεύματος ὅπως ὁ ὑπερούσιος ἐκ γυναικείας νηδύος ὑπερουσίως οὐσίωται ὅπως Θεός τέ ἐστιν, καὶ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ μένει κατὰ ταῦτὸν ὑπάρχων ἀμρότερα·

*733

caterva ab hoc coetu abfuit. Quidquid enim summo Regi ex animo paret, eoque dignum honore est, ut ei assistat, hoc ipsius quoque secundum carnem parentem, beatissimam illam, omnibusque generationibus et creaturis excellentiorem stipare oportebat. Huic omnes astabant Spiritus fulgore collucenti, splendidissimisque eos radiis illuminanti, qui reverentia, et metu et immobili amore purum in eam mentis oculum defigebant. Nullus enim est coelitus ordo, qui non unanimiter adfuerit, nec quisquam inventus est, qui eo quod in supernis versabatur, nullique inferiorum comparandus esset, descendere, et omnia quae dixi munera obire recusavit.

7. Hic divinitus inspirati divinoque instinctu editi sermones. Hic divini hymni, et ornando discessui idonei. Oportebat enim hoc quoque nomine infinitam Dei bonitatem, praecelsissimamque * magnitudinem, et infinitam potentiam, nec non ipsius erga nos moderationem omni altitudine et sublimitate superiorem, et incomprehensae benignitatis immensas divitias, tandemque inexplebilem caritatis abyssum laudibus efferre: quo pacto ipse a sua maiestate non excedens, ad sublimitatis parentem exinanitionem benigna Patris et Spiritus voluntate descenderit: quo pacto is qui supra essentiam est, ex feminae utero sublimiori supra essentiam ratione, essentia exstitit; quo pacto Deus cum esset, factus est homo, simul utrumque manens: quo pacto, nec a deitatis sub-

*734

ὅπως οὔτε τῆς οὐσίας ἐκβέβηκε τῆς θεότητος, καὶ παραπλησίως ἡμῖν κοινώνηκε σαρκὸς τε καὶ αἵματος· ὅπως ὁ πάντα πληρῶν, καὶ φέρων τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τοῦ οἰκείου στόματος, στενὸν χωρίον κατάκησεν· ὅπως τὸ ὕλικόν καὶ χορτώδες σῶμα τῆς αἰδιμίμου ταύτης, τὸ καταναλίσκον πῦρ ἐδέξατο τῆς θεότητος, καὶ χρυσὸς ὡσπερ ἀκίδηλος, ἀνάλωτον ἐχρημάτισε. Θεοῦ βουλομένου ταῦτα γεγένηται· ἐπεὶ Θεοῦ θέλοντος, δυνατὰ μὲν ἅπαντα, ἀμήχανα δὲ μὴ θέλοντος. Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ λόγων κεκίνητο ἄμιλλα, οὐχ ὅπως ὑπεραίριον ἀλλήλους ἐκάτερος· κενοδόξου γὰρ τοῦτο φρενός, καὶ πόρρω θείας εὐαρεστήσεως· ἀλλ' ὡς ἂν προθυμίας μηδὲν ἐλλίπωσι καὶ δυνάμει, Θεὸν ὑμνοῦντες, καὶ Θεοῦ μητέρα γεραίροντες.

PG
96, 733

8. Τότε δὴ, τότε Ἀδὰμ καὶ Εὐα, οἱ τοῦ γένους προπάτορες, ἀγαλλομένοι τοῖς χεῖλεσι διαπρυσίως ἀνακεκράγασι. Σὺ μακαρία, θύγατερ, τῆς παραβάσεως ἡμῖν τὰ ἐπιτίμια λέλυκας. Σὺ φθαρτὸν ἐξ ἡμῶν σῶμα κληρονομήσασα, ἀφθαρσίας ἡμῖν ἐκουφόρησας ἔνδυμα. Σὺ τὸ εἶναι ἐξ ἡμετέρας ὀσφύος ἀρπάσασα, τὸ εἶναι ἡμῖν ἀνταπέδωκας· τὰς ὠδῖνας ἔλυσας· τὰ τοῦ θανάτου διέρρηξας σπάργαν· τὸ ἀρχαῖον ἡμῖν ἀποκατέστησας ἐνδιαίτημα. Ἡμεῖς ἐκλείσαμεν τὸν παράδεισον, σὺ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου τὴν εἴσοδον ἀνεπέτασας. Ἐκ τῶν χρηστῶν δι' ἡμῶν ἦλθε τὰ λυπηρά· διὰ σοῦ ἐκ τῶν λυπηρῶν ἐπανήλ-

1954

stantia excessit, et similiter ac nos carnem et sanguinem participavit: ¹ quo pacto ille qui omnia implet, omnibusque superior existit, portans omnia verbo virtutis suae, Augusto loco in domicilium habuit: quo denique pacto inclytæ Virginis corpus, quod materiale est, et ad feni naturam accedit, consumentem deitatis ignem exceperit, et instar auri nec consumptum, nec laesum sit. Dei nimirum haec facta sunt voluntate. Deo namque volente, nihil est quod fieri non possit; nolente autem, nihil quod fieri possit. Tunc porro sermonum excitatum est certamen, non ut alter alterum superaret (hoc enim animi inanis gloriae cupidi est, et qui procul absit quin Deo placeat), sed nec quidpiam de animi alacritate et viribus remittentes, Deum laudarent, eiusque matrem honorarent.

PG
96, 734

8. Tunc quidem, tum, inquam, Adam et Eva nostri generis auctores, exsultantibus labiis alte exclamarunt: Beata tu, filia, quae violati mandati poenas nobis sustulisti. Tu mortale corpus a nobis sortita, immortalitatis indumentum nobis peperisti. Tu, cum a lumbis nostris ortum accepisses, nobis ut bene essemus rependisti; dolores solvisti; mortis fascias rupisti; ad veterem sedem nos postliminio revocasti. Nos paradysum clausimus, tu ligni vitae iter patefecisti. Per nos ex laetis tristitia venerunt; ex tristibus contra lae-

1954

¹ Hebr. II, 14.

θεν ἡμῖν τὰ χρηστότερα. Καὶ πῶς θανάτου γεύση, ἢ ἄχραντος; Σοὶ πρὸς ζωῆν γέφυρα, καὶ κλίμαξ πρὸς οὐρανόν· καὶ πρὸς ἀθανασίαν ὁ θάνατος πορθμεῖον γενήσεται. Ὅντως μακαρία σύ, παμμακάριστε. Τίς γάρ, εἰ μήτιγε ὁ Λόγος ἦ, προσενήνεκται τοῦτο πάσχων, ὃ πράττειν ὑπείληπται; Ἐπεκρότει δὲ καὶ πᾶς ὁ τῶν ἁγίων χορός. Σὺ ἡμῶν τὰς προῤῥήσεις πεπλήρωκας. Σὺ ἡμῖν τὴν καταδοκουμένην εὐφροσύνην προσήνεγκας. Διὰ σοῦ γὰρ δεσμῶν θανάτου λελύμεθα. Δεῦρο πρὸς ἡμᾶς, ὃ θεῖον καὶ ζωηφόρον κειμήλιον. Ἐλθε ποθοῦσιν ἡμῖν, ἢ τὸν πόθον ἡμῶν ἐκπεράνασα. Ἄλλ' ἀνθεῖλκε λόγοις οὐχ ἤττοσιν τῶν ἐν σώματι περιστάτων ἁγίων πληθύς· Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ἢ ἡμετέρα παράκλησις, λέγουσα· τὸ μόνον ἐπὶ γῆς ἡμῶν παραμύθιον. Μὴ ἐάσης ἡμᾶς ὄρφανούς, ἢ Μήτηρ, τοῦ συμπαθοῦς τοῦ Υἱοῦ σου προκινδυνεύοντας. Ἐχοιμέν σε τῶν πόνων ἀνάπαυαν, καὶ τῶν ἰδρώτων ἀνάπτυξιν. * Σοὶ καὶ *736 μένειν θελοῦση τὸ δύνασθαι πάρεστι, καὶ ἀπαίρειν προθυμουμένη οὐδὲν ἐμπόδιον. Εἰ ἀπαίρεις, ἢ τοῦ Θεοῦ σκηνή, καὶ ἡμεῖς συναπαίρομεν, ὃ σὸς λαὸς διὰ τὸν σὸν Υἱὸν χρηματίσαντες. Σὲ μόνην ἐπὶ γῆς καταλελειμμένην ἡμῖν παρηγορίαν κεκτήμεθα. Σοὶ καὶ ζώση συζῆν, καὶ θνησκοῦση συνθήσκειν μακάριον. Τί δὲ θνησκοῦση φαμέν; Σοὶ μὲν γὰρ ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ζωὴ κρείττων, καὶ ταύτην τὴν ζωὴν ἀπαραδλήτοις συγκρίσεις ὑπεραίρουσα· ἡμῖν δὲ πῶς ὁ βίος ἀδίωτος, σὲ μὴ κεκτημένοις συνόμιλον;

tiora per te redierunt. Quo autem modo, o immaculata, morti obnoxia efficeris? Tu vitae pons, et scala coeli: mors, ad immortalitatem ponto erit. Vere tu beata es, quae beatissima praedicanda sis. Equis enim, qui Verbum non sit, ad hoc tolerandum se obtulerit, quod patrasse censitus sit? His universus sanctorum chorus applaudebat: tu praedictiones nostras implevisti: tu laetitiam quam praestolabamur, attulisti. Per te enim mortis vinculis soluti sumus. Veni ad nos, o divina vitamque ferens supellex. Veni ad nos tui cupidus, quae nostram explesti cupiditatem. At vero non infirmioribus eam sermonibus circumstantium sanctorum, qui adhuc in corpore versabantur, multitudo retrahebant, his fere verbis: Mane nobiscum, nostra consolatio, unicuique in terra solamen. Ne nos orphanos deseras, benigni illius et misericordis Mater, qui Filii tui causa periclitamur. Te laborum requiem sudorumque refrigerium habeamus. Tibi * remanere volenti potestas in promptu est, et abire cupienti *735 nihil impedimento est. Sin abeas, o Dei tabernaculum, una quoque nobis, qui tuus ob tuum Filium populus sumus, abire liceat. Tu sola nobis in terra consolatio relicta es: et te vivente, simul vivere; et moriente, mori beatum est. Quid vero, moriente, dicimus? Tibi namque mors vita est, imo vita praestantior, hancque vitam incomparabiliter antecellens: nobis vero vita omnis expers vitae est, consuetudine tua destitutis.

PG
96, 736

9. Τοιαῦτα ἄττά μοι δοκεῖ τοὺς ἀποστόλους σὺν παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι τῇ μακαρίᾳ Παρθένῳ προσφθέγγεσθαι. Ἄλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἐκβίωσιν σπεύδουσαν, κάκεινης ἐφιεμένην ἐώρων τὴν θεομήτορα, πρὸς ὕμνους ἐκδημίους ἐτρέποντο τῆς θείας ἐμπορούμενοι χάριτος, καὶ τῷ στόματι κιχρῶντες τῷ Πνεύματι, καὶ σαρκὸς ἐξιστάμενοι, καὶ συνεκδημεῖν ἐκδημούση τοῦ Θεοῦ τῇ Μητρὶ ἐφιέμενοι, καὶ προσεκδημοῦντες ὡς οἶόν τε τῷ τόνῳ τῆς προαιρέσεως. Ἐπεὶ δὲ πάντες ἅμα τὸν πόθον, καὶ τὸ χρέος ἀφωσιώσαντο, καὶ πολυαυθῆ τε καὶ ποικίλον ὕμνων ἱερῶν ἐπλέξαντο στέφανον, τὴν εὐλογίαν ὥσπερ τινὰ θεόσδοτον θησαυρὸν ἐκοιμίζοντο, ἐξιτήριά τε καὶ τελευταῖα προσφθεγγόμενοι ῥήματα. Τάδε ἦν, ὡς ἐμὲ εἰδέναι τοῦ παρόντος βίου τὸ βρευστὸν καὶ εὐπάροιστον διαγγέλλοντα, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὰ κεκρυμμένα μυστήρια εἰς τοῦμφανές ἄγοντα.

10. Εἶτα τούτοις συνωδὰ καὶ ἀκόλουθὰ τινὰ δοκεῖ πεπραῆχθαι τὸ τηνικάδε, ὡς μοι δοκεῖ. Ἡ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν οἰκείαν λοχεύτριαν ἔλευσις, χερσὶ θεαίαις καὶ ἀκηράτοις ὑποδεξομένου τὴν ἱερὰν ταύτης ψυχὴν, καὶ εἰλικρινῆ τε καὶ ἁμωμον. Καὶ αὕτη μὲν οἷα εἰκὸς ἔφησεν. « Εἰς χεῖράς σου, τέκνον ἐμόν, τὸ πνεῦμά μου παρατίθημι. Δέξαι μου τὴν σοὶ φίλην ψυχὴν, ἣν ἐτήρησας ἄμμεπτον. Σοὶ τὸ ἐμόν σῶμα, καὶ οὐ τῇ γῆ παραδίδωμι. Φύλαξον

1955

PG
96, 735

9. Similibus verbis Apostoli simul cum universae Ecclesiae agmine beatam Virginem mihi tum allocuti esse videntur. Ubi vero eum ad excessum e vita properantem, eiusque cupiditate flagrantem Dei Genitricem conspexerunt, tum denique ad hymnos ad exitum pertinentes sese convertere, divinaque instincti gratia, os suum spiritui commodare, et extra carnem abrepti, ac cum excedente Deipara simul excedere; ita ut voluntatis conatu quod ad eius fieri poterat, ante mortem ipsi excederent. Postquam autem cupiditati simul officioque suo satisfecerunt, floridamque et multiplicem sacrorum hymnorum corollam texuerunt, benedictionem velut thesaurum quemdam divinitus datum retulerunt, postrema verba proferentes quae discessui e vita convenirent. His porro, quantum conicio, tum praesentis vitae fluxa fragilitas enuntiabatur, tum occulta futurorum bonorum mysteria in apertum efferebantur.

10. Mox consentanea quaedam istis et congruentia contigisse opinor. Nimirum Regis ipsius ad Matrem suam adventus, ut divinis suis ac purissimis manibus, sanctam intaminatamque et labis expertem eius animam susciperet. Atque ipsa quidem, ut a vero non abhorret, dixit: « In manus tuas, Fili, commendo spiritum meum. Accipe ergo charam tibi animam, quam immunem a culpa servasti. Tibi, ac non terrae corpus meum trado: salvum hoc custodi, in quo dignatus es inhabitare, et quod nascendo incorruptum conservasti.

1955

σῶον, ὃ κατοικῆσαι ἠϋδόκησας, καὶ γεννηθεὶς Παρθένον ἐτήρησας. Πρὸς ἐμὲ μετάστησον, ἔν' ὅπου εἶ σύ, τῶν ἐμῶν σπλάγγων τὸ κύημα, ἔσομαι κάγώ σοι συνέστιος. Πρὸς σε γὰρ ἐπείγομαι τὸν πρὸς ἐμὲ ἀδιαστάτως καταφοιτήσαντα. Σὺ τοῖς ἐμοὶ ποθεινοτάτοις τέκνοις, οὓς ἀδελφοὺς καλέσαι ἠϋδόκησας, τῆς ἐμῆς ἐκδημίας γενοῦ παραμύθιον. Πρόσθεσ εὐλογίαν ἐπὶ τὴν εὐλογίαν αὐτῶν διὰ τῆς τῶν ἡμῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ». Εἶτα τὰς χεῖρας ἐπάρασα, οἷα εἰκός, τοὺς συνειλεγμένους εὐλόγησε, τοιαῦτα προσομιλήσασα τὰ ῥήματα, καί: « Δεῦρο, ἡ εὐλογημένη μου Μήτηρ, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν μου, ἀκούσασα. Ἀνάστα, ἔλθε, ἡ πλησίον μου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμῶν παρῆλθεν, ὁ καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε. Καλὴ ἡ πλησίον μου, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Ὁσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα ». Τούτων ἡ ἀγία ἀκούσασα, τὸ πνεῦμα ταῖς χερσὶ τοῦ Υἱοῦ παρατίθεται.

* 11. Καὶ τί γίνεται; Στοικεῖων, ὡς γέ μοι δοκεῖ, κίνησις καὶ ἀλλοίωσις, φωναὶ τε ψόφοι, καὶ πάταγοι, καὶ ἀγγέλων ὕμνοι ἐπάξιοι, προτρεχόντων, συμπροπεμπόντων, παρεπομένων· τῶν μὲν τῆ ἀμωμήτῳ καὶ παναγία ψυχῇ τὴν δορυφορίαν πληρούντων, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνιούσῃ συνανιόντων, ἕως ὅτε τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ τὴν βασιλίδα παρέστησαν, τῶν δέ, τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν κυκλούντων σῶμα, καὶ ῥεῖα ἀγγελοπρεπέσιν ὕμνούντων τὴν Θεο-

Transfer me ad te, ut ubi es tu, viscerum meorum proles, illic quoque tibi sim contubernalis. Ad te enim propero, qui ad me citra ullam spatii distantiam ventitasti. Tu charissimis meis filiis, quos tu fratres appellare non dubitasti, migrationis meae solatium esto. Per manuum mearum extensionem, benedictionem eorum novis benedictionibus cumula ». Tum sublatis, ut credere licet, manibus, omnibus qui collecti aderant, bene precata est. Haec locuta cum esset, vicissimque audiisset, « Veni in requiem meam, benedicta Mater mea: surge, veni, amica mea, pulcherrima mulierum. Ecce enim hiems transiit, tempus putationis advenit: ¹ tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te; ² odor unguentorum tuorum super omnia aromata »: ³ his sancta illa auditis, spiritum suum in Filii manibus deponit.

* 11. Quid vero accidit? Elementorum, ut reor, commotio et immutatio, vocesque et soni, digna angelorum cantica, qui partim praecurrerent, partim comitarentur, partim assectarentur. Et quidem alii ex ipsis immacolatae et sanctissimae animae satellitio erant, et in coelum scandentem stipabant, quousque regio solio reginam sisterent: alii rursus divinum et sacrum corpus cingebant, hymnisque angelorum propriis Dei parentem celebrabant. Quid autem ii,

¹ Cant. II, 11-12.

² Cant. IV, 7.

³ Ibid. 10.

μήτορα. Τί δὲ οἱ παρεστῶτες τῷ παναγίῳ καὶ ἱερωτάτῳ σώματι; φόβῳ τε καὶ πόθῳ, καὶ ἀγαλλιάσεως δάκρυσι τὸ θεῖον καὶ πανόλβιον περιστοιχίσαντες σκῆνωμα, περιεπτύσσοντο, κατησπάζοντο ἅπαν μέλος, προσήγον τῷ σώματι, ἐκ τῆς ἀφῆς ἀγιασμοῦ τε καὶ εὐλογίας πληρούμενοι. Τότε δὴ νόσοι μὲν ἐδραπέτευον, δαιμόνων στίφη ἐφυγαδεύοντο, πάντοθεν συνελαινώμενα πρὸς μόνα τὰ καταχθόνια· ἀήρ, αἰθήρ τε καὶ οὐρανὸς ἠγιάζοντο τῇ ἀναβάσει τοῦ πνεύματος, γῆ δὲ τῇ καταθέσει τοῦ σώματος. Ἄλλ' οὐδὲ ἡ τοῦ ὕδατος φύσις τῆς εὐλογίας ἠμοίρησε· λούεται γὰρ ὕδατι καθαρῷ, οὐκ αὐτὴν καθαιρόντι, ἀγνιζομένῳ δὲ μάλιστα. Ἐνταῦθα κωφοῖς μὲν ἡ ἀκοὴ ἀπηρτίζετο, χωλοῖς αἱ τῶν ποδῶν κατηρτίζοντο βάσεις, τυφλοῖς δὲ ἀνεκαινίζετο ἡ ὄρασις, ἀμαρτωλοῖς πίστει προσιοῦσι χειρόγραφα διεῖρήγγυντο. Εἶτα τί; Σινδόσι καθαραῖς τὸ καθαρὸν ἐνειλίττεται σῶμα, καὶ κλίνη αὖθις ἡ βασιλεὺς ἐπιτίθεται. Εἶτα λαμπάδες καὶ μύρα, ὕμνοι προτόμπιοι, ἀγγέλων μὲν ταῖς οἰκειαῖς γλώτταις μελωδούντων ὕμνον τὸν αὐτοῖς προσφορώτατον, ἀποστόλων δὲ καὶ θεοφόρων Πατέρων ᾠδὰς ἀδόντων θεοπρεπεῖς, καὶ κροτουμένας τῷ Πνεύματι.

12. Τότε δὴ, τότε ἡ κιβωτὸς τοῦ Κυρίου ἀπάρασσα ἐξ ὄρους Σιών τοῖς τῶν ἀποστόλων κλεινοῖς ὤμοις ἐποχομένη πρὸς τὸ οὐράνιον τέμενος διὰ μέσου τοῦ τάφου διαβιβάζεται. Καὶ πρότερον μὲν διὰ μέσου τοῦ ἄστεος ἄγε-

qui sanctissimo sacerrimoque corpori astabant? Cum tremore, ardentique amore, et exultationis lacrymis, divinum illud felicissimumque tabernaculum in orbem cingentes amplexabantur, et exosculabantur, nullumque non membrum corpori admoventes, ex eius contactu sanctitate et benedictione perfundebantur. Tum ergo morbi fugam capessebant, daemonum catervae pellebantur, et ad subterraneas terrae partes undique abigebantur. Aër, aether ac coelum ascendente spiritu sanctitatem contrahebant, quemadmodum et terra corporis depositione. Quin ne aquarum quidem natura benedictione sua caruit. Abluitur enim aqua pura, non quae ipsam mundaret, sed quae potius mundaretur. Atque hinc surdis auditus, claudis plantae firmitas reddebatur, caecis visus instaurabatur, peccatoribus cum fide accedentibus syngraphae lacerabantur. Deinde puris linteis purum corpus involvitur, lectoque rursus regina imponitur; mox lampades adhibitae et unguenta hymnique funeri deducendo idonei: angelis utique linguis suis hymnum sibi congruentissimum concinentibus; apostolis autem, Deoque plenis Patribus divinas quasdam cantiones a Spiritu sancto inspiratas modulantibus.

12. Ac tum sane, tum arca Domini e monte Sion abiens, venerandisque apostolorum humeris gestata, in coeleste templum per interiectum sepulcrum effertur. Ac primum quidem per mediam

ται, οἷά τις νόμφη περικαλλῆς τῇ ἀπροσίτῳ αἴγλῃ ὠραιζομένη τοῦ Πνεύματος, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἱερώτατον τῆς Γεθσημανῆ χωρίον κομίζεται, ἀγγέλων προτρεχόντων, παρεπομένων, συγκαλυπτόντων ταῖς πτέρυξι, καὶ παντὸς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος. Καὶ ὡσπερ ὁ βασιλεὺς Σολομών ἐπὶ τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ ἐν ναῶ Κυρίου, ὃν αὐτὸς ἐδείματο, πάντας τοὺς πρεσβυτέρους Ἰσραὴλ ἐν Σιών ἠκκλησίασε, τοῦ ἀνενεγκεῖν τὴν κιβωτὸν διαθήκης Κυρίου ἐκ πόλεως Δαβὶδ· αὕτη ἐστὶν Σιών· καὶ ἤραν οἱ ἱερεῖς τὴν κιβωτὸν καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἀνεβίβασαν αὐτὰ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται· καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ λαὸς ἅπας ἔμπροσθεν τῆς κιβωτοῦ θύοντες βόας καὶ πρόβατα ἀναρίθμητα· καὶ εἰσφέρουσιν· οἱ ἱερεῖς τὴν κιβωτὸν διαθήκης Κυρίου εἰς τὸν τόπον αὐτῆς εἰς τὸ δαδὶρ τοῦ οἴκου, εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ὑπὸ τὰς πτέρυγας τῶν Χερουβὶμ· οὕτω δὴ καὶ νῦν ἐπὶ τῇ καταπαύσει * τῆς νοεραῆς κιβωτοῦ, οὐ διαθήκης Κυρίου, ἀλλ' αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑποστάσεως, αὐτὸς ὁ νέος Σολομών, ὁ εἰρηνάρχης, καὶ τοῦ παντὸς ἀριστοτέχνης τῶν οὐρανίων νόων τὰ ὑπερκόσμια τάγματα, καὶ τῆς Νέας Διαθήκης τοὺς προὔχοντας, τοὺς ἀποστόλους φημί, σὺν παντὶ τῶ ἐν Ἱερουσαλὴμ τῶν ἁγίων λαῶ σήμερον ἠκκλησίασε, καὶ τὴν μὲν ψυχὴν δι' ἀγγέλων εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, τὰ ἀρχέτυπα τὰ ἀληθινὰ καὶ οὐράνια εἰσοικίζεται, ἐπ' αὐτὰς τῶν τετραμόρφων ζώων τὰς πτέρυγας, καὶ τῶ ἑαυτοῦ παρεστήσατο θρόνῳ, εἰς

*740

urbem ducitur, tamquam speciosissima quaedam sponsa, incorporali Spiritus splendore decorata: atque ita ad sanctissimum Gethsemanes locum defertur, angelis praecurrentibus, et assectantibus, alisque suis eam obvelantibus, ac universo Ecclesiae coetu. Ac sicut rex Salomon, ob deponendam arcam in templo Domini, quod ipse exstruxerat, seniores omnes Israel in Sion coëgit, ut arcam Domini deferrent de civitate David, id est de Sion; tuleruntque sacerdotes arcam et tabernaculum testimonii, ac portabant eam, tum sacerdotes, tum levitae: rexque et omnis populus ante arcam gradiebantur, ac boves et oves innumerabiles immolabant: ac tandem sacerdotes arcam foederis Domini in locum suum intulerunt, in oraculum domus, in Sancta sanctorum, sub alis Cherubim;¹ ita quoque ad deponendam spiritalem arcam, non foederis Domini, sed personae ipsius Dei Verbi, novus ipse Salomon, qui est princeps * pacis, praestantissimusque universi artifex, tum coelestium mentium mundo sublimiores ordines, tum primarios Novi Testamenti viros, hoc est apostolos, una cum universa sanctorum qui Hierosolymis agebant plebe, hodierno die in unum coëgit. Ac animam quidem in Sancta sanctorum, in exemplaria vera et coelestia per angelos introducit, ac sub animalium quadruplicis formae alis eam collocans, suo ipsius throno in

*739

¹ III Reg. VIII, 1 s.; II Paral. V, 2 s.

τὸ ἐνδότερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος αὐτὸς Χριστὸς σωματικῶς εἰσελήλυθε· τὸ δὲ σῶμα ταῖς τῶν ἀποστόλων χερσὶ προκομίζεται, τοῦ Βασιλέως τῶν βασιλευόντων συγκαλύπτουτος τῇ αἴγλῃ τῆς ἀοράτου θεότητος, καὶ παντὸς τοῦ τῶν ἁγίων συστήματος προτρεχόντων, καὶ ἱερὰς ἀφιέντων βοάς, καὶ θύοντων θυσίαν αἰνέσεως, ἕως ὡς παστάδι τῷ τάφῳ, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ τῆς Ἐδέμ τρυφῆ, καὶ οὐρανόις ἐναπετέθη σκηνώμασι.

13. Παρῆσαν δὲ τυχὸν καὶ Ἰουδαῖοι, ὅσοι μὴ λίαν ἀγνώμονες. Οὐχ οἶον δέ, ὡσπερ ὄψω παράρτυμα, τὸ τοῖς πολλῶν περιφερόμενον χεῖλεσι προσμῖξαι τῷ διηγῆματι. Φασὶ γάρ, ὅτε πρὸς τῇ καταβάσει καταντοῦς ὄρους γεγόνασιν οἱ τὸ μακάριον σῶμα τῆς Θεομήτορος αἵροντες, Ἑβραῖόν τινα τῆς ἁμαρτίας δοῦλον, καὶ τῆς πλάνης ὑπόσπονδον, τὸν τοῦ Καϊάφα οἰκέτην μιμούμενον, ὃς τὸ Δεσποτικὸν καὶ θεῖον τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐβράβηκε πρόσωπον, καὶ διαβόλου γενόμενον ὄργανον, θρασεῖα ῥύμη καὶ ἀλογίστω φερόμενον, καὶ φορᾶ κακοδαίμονι αὐτομολῆσαι πρὸς ἐκεῖνο τὸ θειώτατον σκῆνωμα, ᾧ δεδίοτες προσέειπον ἄγγελοι, καὶ ἀμφοῖν τοῦ κραμβάτου ταῖν χεροῖν μηχανικῶς καὶ ἐκφρόνως δραξάμενον καθέλκειν εἰς τοῦδαφος· φθόνου τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦτο ὄρημα, ἀλλ' ὁ καρπὸς τῶν πόνων προέφθασε, καὶ βότρυν πικρὸν καὶ ἐπάξιον τῆς οἰκείας ἐτρύγησε προαιρέσεως. Ἐκλελοιπέναι γὰρ αὐτὸν τὰς χεῖρας διαγορεύουσι. Καὶ ἦν ἰδεῖν τοῦ ἀτόπου τολμήματος τὸν αὐτόχειρα

interiore velaminis parte sistit, quo praecursor ipse Christus corporaliter ingressus est. Corpus autem apostolorum manibus gestatur, Rege regum invisibilis suae deitatis splendore eam contegente, et universo sanctorum coetu praeunte, et per sacrarum vocum emissionem, laudis sacrificium in tumultu, tamquam in thalamo, sacrificante, per ipsum in deliciis Edem, inque coelestibus tabernaculis collocatur.

13. Aderant forte etiam ex iudaeis, si qui non admodum improbi existebant. Ab re vero non est, hoc loci aliquid, quod multorum sermone circumfertur, huic narrationi tamquam condimentum eduliis, admiscere. Aiunt enim, cum ad montis crepidinem venissent, qui beatum Dei Genitricis corpus gestabant, Hebraeum quemdam peccati servum, quique foedus cum errore pepigerat, illum Caiphae ministrum, qui Dominicam divinamque Christi Dei faciem alapa ceciderat, imitantem, diabolicum factus esset organum, temerario praecipitique ac diabolico impetu concitatum, in divinisimum illud tabernaculum, ad quod angeli non sine metu accedebant, irruisse, arreptumque utraque manu lectulum vesane ac furiose in terram detraxisse (invidiae malorum auctoris hic conatus erat), verum fructus labores praecessit, acerbamque uvam proposito suo dignam collegit. Orbatum enim fuisse manibus ferunt. Ac cernere erat facinoris manibus propriis patratores manibus confestim carentem: quoad mentem suam fide ac poenitentia mutasset. Pro-

ἄθρόον δεικνύμενον ἄχειρα, ἕως πρὸς πίστιν τὴν γνώμην μετέβαλε, καὶ με-
τάμελον. Ἀμελητὶ γὰρ οἱ τὸν κράββατον φέροντες ἔστησαν, καὶ ἐπιθεὶς τὸ
χεῖρε ὁ δειλαιοὺς τῷ ζωαρχικῷ καὶ θαυμαστοτόκῳ σκηνώματι, σῶος αἰθερῶν
ἐκ κολοβόχειρος γίνεται. Ἐπίσταται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ περιστάσις σῶα
καὶ σωτήρια κύειν βουλευμάτα. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον παλινοστήσωμεν.

1956

14. Ἐντεῦθεν πρὸς τὴν Γεθσημανὴ τὴν ἱερωτάτην κατάγεται· πάλιν τε
ἀσπασμοὶ καὶ περιπλοκαί, καὶ πάλιν ἐγκώμια, ὕμνοι ἱεροί, καὶ ἀνακλήσεις
καὶ δάκρυα, ἐξ ἀγωνίας καὶ πόθου κρουνοὶ ἰδρώτων περιβρέμενοι· καὶ ἦν
ἰδεῖν ἰδρωτὰς καὶ δάκρυα τοῖς χεύμασιν ἀμιλλώμενα. Καὶ οὕτως τὸ πανάγιον
σῶμα τῷ πανευκλεεῖ καὶ ὑπερφυεῖ ἐπιτίθεται μνήματι· κἀντεῦθεν τριταῖον
πρὸς οὐρανίους δόμους μετεωρίζεται. Ἔδει γὰρ τοῦτο τὸ θεοπρεπὲς ἐνδιαί-
τημα τὴν ἀνόρυκτον πηγὴν τοῦ τῆς ἀφέσεως ὕδατος, τὴν ἀνήροτον ἄρουραν
τοῦ * οὐρανοῦ ἄρτου, τὴν ἀνάρδευτον ἄμπελον τοῦ τῆς ἀμβροσίας βότρυος,
τὴν ἀειθαλλῆ καὶ καλλίκαρπον ἐλαίαν τοῦ πατρικοῦ ἐλαίου, τοῖς κενεῶσι
τῆς γῆς μὴ καθείργεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἐξ αὐτῆς τῷ Θεῷ Λόγῳ ἐνυποστὰν
σῶμα τὸ ἅγιον καὶ ἀκήρατον, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μνήματος ἐξάνιστατο,
οὕτω δὴ καὶ ταύτην ἐξαρπασθῆναι τοῦ τάφου, καὶ πρὸς τὸν Ἰῶν τὴν μητέρα
μεθαρμωσθῆναι, καὶ ὥσπερ αὐτὸς πρὸς αὐτὴν καταβέβηκεν, οὕτως αὐτὴν τὴν
προφιλή πρὸς αὐτὴν ἀναφέρεισθαι, τὴν μείζονα καὶ τελεωτέραν σκηρὴν, εἰς

PG
96, 740

*741

tinus illi qui grabatum portabant, steterunt, et miser ille qui manus
amiserat, iis tabernaculo admotis, quod vitae principium fuit, pro-
digiorumque fons erat, incolumitatem rursus consecutus est. Cala-
mitas enim prudentia salutariaque consilia parere, ut plurimum, con-
suevit. Verum ad institutam orationem revertamur.

1956

14. Hinc ad sacratissimam Gethsemanen defertur, ubi rursus
oscula et complexus, rursus laudes, hymnique sacri, et lacrymae,
ex angore et calenti amore sudorum scatebrae manantes: ac videre
licebat sudores et lacrymas fluentis suis mutuo veluti certamine
conflictantes. Atque ita sanctissimum corpus clarissimo praestan-
tissimoque tumulo imponitur; unde triduo post in coelos attollitur.
Siquidem divinum illud domicilium, illum minime effossum aquae
remissionis fontem, inaratum illud coelestis panis arvum, illam
numquam irrigatam uvae immortalis * vineam, illam paternae mise-
rationis olivam, vernantibus perpetuo foliis pulcherrimisque fructi-
bus onustam, terrae penetralibus claudi minime conveniebat. Quin
potius, sicuti sanctum incorruptumque illud corpus, quod Deus ex
ea personae suae copulaverat, tertia die e monumento surrexit; sic
etiam hanc e tumulo abripi, matremque ad Filium migrare par erat:
et, ut ipse ad eam descenderat, sic eam ad maius praestantiusque
tabernaculum, hoc est, ad ipsum coelum deferri. Oportebat, inquam,
ut quae Deum Verbum ventris sui hospitio exceperat, in divinis

PG
96, 739

*742

αὐτὸν τὸν οὐρανόν. Ἔδει τὴν τὸν Θεὸν Λόγον ἐν τῇ αὐτῆς νηδίῳ ξενοδοχήσασαν, ἐν ταῖς τοῦ ἑαυτῆς Υἱοῦ κατοικισθῆναι σκηναῖς· καὶ ὡσπερ ὁ Κύριος ἔφησεν, ὡς ἐν τοῖς τοῦ οἰκείου Πατρὸς εἶναι ὀφείλεται, καὶ τὴν Μητέρα ἔδει ἐν τοῖς τοῦ Υἱοῦ βασιλείοις ἀλλίξεσθαι, ἐν οἴκῳ Κυρίου, καὶ ἐν ἀλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. Εἰ γὰρ ἐν αὐτῷ πάντων τῶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία, ποῦ τῆς εὐφροσύνης τὸ αἴτιον; Ἔδει τῆς ἐν τῷ τίκτειν φυλαξάσης τὴν παρθενίαν ἀλώθητον, ἀδιάφθορον τηρηθῆναι τὸ σῶμα, καὶ μετὰ θάνατον. Ἔδει τὴν ἐγκόλπιον ὡς βρέφος τὸν Κτίστην βαστάσασαν, τοῖς θείοις ἐνδιατρίδειν σκηνώμασιν. Ἔδει τὴν νύμφην, ἣν ὁ Πατὴρ ἐνυμφεύσατο, τοῖς οὐρανόις ἐνδικαιῶσθαι θαλάμοις. Ἔδει τὴν ἐν σταυρῷ τὸν ἑαυτῆς Υἱὸν κατοπτεύσασαν, καὶ τῆς ὠδῆνος, ἣν τεκοῦσα δίεφυγε, τὴν ῥομφαίαν δεξαμένην ἐγκάρδιον, τῷ Πατρὶ καθορᾶν συγκαθήμενον. Ἔδει τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα τὰ τοῦ Υἱοῦ κατακτήσασθαι, καὶ ὑπὸ πάσης ὡς Μητέρα Θεοῦ καὶ δούλην προσκυνηθῆναι τῆς κτίσεως. Ἄει μὲν γὰρ ἐκ τῶν τεκόντων ὁ κλῆρος εἰς τοὺς παῖδας ἀνταίσι. Νῦν δέ, ὡς τις ἔφη σοφός, ἄνω ποταμῶν τῶν ἱερῶν χωροῦσι πηγαί. Ὁ γὰρ Υἱὸς τῇ Μητρὶ τὴν σύμπασαν κτίσιν κατεδουλώσατο.

PG
96, 741

15. Δεῦτε τοιγαροῦν, καὶ ἡμεῖς σήμερον ἑορτὴν ἐξόδιον τῇ Μητρὶ τοῦ

1957

Filii sui tabernaculis collocaretur; et quemadmodum Dominus se in his quae Patris sui essent,¹ versari debere dixerat; sic quoque Matrem in Filii regia commorari conveniebat, id est in domo Domini, et in atriis domus Dei nostri.² Nam si in ea laetantium omnium habitatio est,³ ubinam fuisset causa laetitiae? « Oportebat eam, quae in partu illaesam servaverat virginitatem, suum corpus sine ulla corruptione etiam post mortem conservare. Oportebat eam, quae Creatorem ut puerum in sinu gestaverat, in divinis tabernaculis commorari. Oportebat sponsam, quam Pater desponsaverat, in thalamis caelestibus habitare. Oportebat eam, quae Filium suum in cruce conspexerat, et, quem pariendo effugerat doloris gladium, pectore exceperat, ipsum Patri considentem contemplari. Oportebat Dei Matrem ea, quae Filii sunt, possidere et ab omni creatura tamquam Dei Matrem et ancillam excoli ».⁴ Quamquam enim haereditas a parentibus ad filios semper devolvitur, nunc tamen, ut eruditi cuiusdam verbis utar, sacrorum fluminum fontes sursum cursum relegunt. Res quippe omnes conditas Filius Matri mancipavit.

PG
96, 742

15. Age igitur, nos quoque Dei Matri diem festum discessui ip-

1957

¹ Lc. II, 49.² Ps. CXXXIII, 1.³ Ps. LXXXVI, 7.⁴ Inter virgulas significamus locum quem Pius PP. XII refert in Constitutione Apostolica *Munificentissimus Deus* (cf. A.A.S. 42 [1950] 761).

Θεοῦ ἐορτάσωμεν, οὐκ ἀλούς τινας καὶ κορύθαντας φέροντες, καὶ τὰ τῆς μητρὸς τῶν ψευδωνύμων θεῶν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, θιασεύοντες ὄργια, ἣν πολύτεκνον μυθοπλαστοῦσιν οἱ ἄφρονες; ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγος παρίστησιν ἄτεκνον. Οἷα δαίμονες ταῦτα καὶ σκιώδη φαντάσματα, ὃ μὴ πεφύκασιν εἰκαίως ὑποκρινόμενοι, τῶν πλανωμένων τὴν ἄνοιαν ἐσχηκότες ἐπίκουρον. Γενεᾷ γὰρ πῶς ἐκ συνδυασμοῦ τὸ ἀσώματον; καὶ τίνα τρόπον μιχθήσεται; καὶ πῶς Θεὸς τὸ μὴ ὄν μὲν πρότερον, πρὸς δὲ γένεσιν παραγόμενον; Ὅτι γὰρ ἀσώματον τὸ δαιμόνιον φύλον, παντί που δῆλον, καὶ αὐτοῖς τοῖς τὰ νοητὰ τυφλώττουσιν ὄμματα. Ἐφη γὰρ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ Ὅμηρος, τῶν ἀξίων αὐτοῦ θεῶν ὑφηγούμενος τὴν κατάστασιν·

« Οὐ πυρὸν ἐσθίουσιν, οὐ πίνουσιν αἶθροπα οἶνον,

Τούνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται ».

Οὐ σῖτον ἐσθίουσι, φησίν, οὐ τὸν θερμαντικὸν οἶνον * πίνουσι. Τούτου χάριν ἀναίμονές εἰσι, τουτέστιν αἷμα οὐκ ἔχουσι, καὶ ἀθάνατοι ὀνομάζονται. *744
Καιριῶς ὡς ἀληθῶς ἔφη τὸ « καλέονται ». Ἀθάνατοι γὰρ καλοῦνται· οὐκ εἰσὶ δὲ τοῦθ' ὅπερ καλοῦνται· τὸν γὰρ τῆς κακίας τεθνήκασιν θάνατον. Ἡμεῖς δὲ οἷς Θεὸς ἐστὶ τὸ λατρευόμενον, Θεὸς οὐκ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγε- νόμενος, ἀλλ' αἰεὶ ὄν ἐκ τοῦ αἰεὶ ὄντος ὑπὲρ αἰτίας· καὶ λόγον, καὶ ἔνοιαν

sius consentaneum obeamus, non tibias ferentes ac corybantes, ac illius falsorum numinum matris, ut ipsi dicunt, divina orgia celebrantes, quam stulti homines multorum liberorum fuisse parentem fabulantur, ipsa autem veritas, nullos edidisse monstrat. Daemones enim ista sunt, atque umbrosa quaedam spectra, id quod natura non sunt, perperam fingentes, in subsidium accedente aberrantium hominum amentia. Quonam enim modo id quod corpore vacat, ex concubitu gignat? Quomodo miscebitur? Quomodo id Deus erit, quod cum ante non esset, in ortum postea prodit? Nam quod daemonum natio corpore careat, inter omnes constat; etiam inter eos qui mentis oculis capti sunt. Ait enim in quodam operum suorum loco Homerus, dignorum se deorum statum exponens:

Non panem comedunt, nec vino ardente potantur:

Unde cruore carent, immortalesque vocantur.

Non panem edunt, inquit, non vinum quod calefaciat, * ob *743
eamque causam sanguinis expertes sunt, et immortales appellantur. Ac proprie quidem dixit, *appellantur*. Immortales enim vocantur; at non sunt id quod vocantur, quippe qui vitii mortem obierunt. Nos vero qui Deum colimus; Deum, inquam, non ex nihilo productum, sed sempiternum ex sempiterno, omnique causa, ratione, et cogitatione tum temporis, tum naturae superiores; Dei Matrem honoramus ac veneramur. Non quod divinitatem eius ortum ex ea

καὶ χρόνου, καὶ φύσεως, Μητέρα Θεοῦ τιμῶμεν καὶ σέβομεν, οὐ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐξ αὐτῆς τὴν ἄχρονον ὑπογράφοντες γέννησιν· ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ Λόγου γέννησις ἄχρονός τε καὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιος· δευτέραν δὲ καθομολογοῦμεν γέννησιν, καθ' ἐκούσιον σάρκωσιν, τὴν ταύτης αἰτίαν, καὶ εἰδότες, καὶ φάσκοντες. Σαρκοῦται γὰρ ὁ ὢν ἀνάρχως ἀσώματος, δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἵνα τῷ ὁμοίῳ τὸν ὅμοιον διασώσῃται· καὶ σαρκούμενος ἐκ ταύτης τῆς ἱερᾶς Παρθένου ἀσυνδυάστως τίκτεται, αὐτὸς μένων ὅλος Θεός, καὶ ὅλος γινόμενος ἄνθρωπος, αὐτὸς ὅλος Θεὸς μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ὅλος ἄνθρωπος μετὰ αὐτοῦ ὑπερθέου θεότητος. Οὕτω Θεοῦ Μητέρα τὴν Παρθένον ταύτην γινώσκοντες, τὴν ταύτης πανηγυρίζομεν κοίμησιν, οὐ Θεὸν ταύτην φημίζοντες· ἄπαγε, τῆς Ἑλληνικῆς τεροβρείας τὰ τοιαῦτα μυθεύματα· ἐπεὶ καὶ θάνατον αὐτῆς καταγγέλλομεν· ἀλλὰ σαρκωθέντος Θεοῦ Μητέρα γινώσκοντες.

PG
96, 744

16. Ταύτην ἄσμασι ἱεροῖς εὐφημίσωμεν σήμερον, οἱ Χριστοῦ λαὸς καὶ εἶναι πεπλουτηκότες, καὶ λέγεσθαι. Ταύτην παννύχους τιμήσωμεν στάσει· ταύτην ψυχῆς τε καὶ σώματος ἀγνότητι τέρψωμεν, τὴν ὄντως ἀγνήν μετὰ Θεὸν ὑπὲρ ἅπαντας· πέφυκε γὰρ πῶς τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια ἐπαγάλλεσθαι. Ταύτην ἐλέω καὶ συμπαθείᾳ τῶν ἐνθεῶν θεραπεύσωμεν. Εἰ γὰρ ἐπ' οὐδενὶ ὡς ἐλέω Θεὸς θεραπεύεται, τίς ἀντρεῖ μὴ τοῖς ἴσοις καὶ τὴν τούτου Μητέρα ἐπιφαιδρύνεσθαι; Αὕτη τὴν ἄφατον τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης ἐδημο-

1958

traxisse statuamus (Dei siquidem generatio tempore caret, eamdemque cum Patre aeternitatem habet), verum secundum nativitatem confitemur, per voluntariam carnis susceptionem, cuius causam et novimus, et laudibus efferimus. Propter nos enim ac nostrae salutis causa incarnatur, qui sine initio incorporeus est; ut simili per simile salutem afferat: atque assumpta sine virili complexu carne, ex hac sacra Virgine paritur, ipse totus Deus manens, et totus homo factus: ipse totus Deus una cum carne sua, totusque homo cum sua divinitate. Ad hunc modum Dei matrem Virginem istam agnoscimus, eiusque dormitionem celebramus; non Deam hanc esse praedicantes (Graecarum praestigiatarum sunt eiusmodi figmenta); quippe cum ipsius mortem nuntiemus: sed Dei incarnati Matrem agnoscentes.

PG
96, 743

16. Hanc nos qui eo locupletati sumus, ut Christi populus, et simus, et dicamur, sacris hodie canticis praedicemus: hanc nocturnis stationibus honoremus. Hanc animi et corporis munditia oblectemus: hanc, inquam, vere puram, atque omnibus, post Deum, puritate praestantem. Solent enim similia similibus exsultare. Hanc misericordia et commiseratione erga egenos colamus et observemus. Si nulla re perinde atque misericordia Deus colitur; quin iisdem quoque rebus eius mater oblectetur, quis eat inficias? Haec ineffabilem divinae nos dilectionis abyssum explicavit. Per hanc diuturnum

1958

σίευσεν ἄδυσσον. Διὰ ταύτης ἡμῶν ὁ πρὸς τὸν Κτίστην πολυχρόνιος καταλέλυται πόλεμος. Διὰ ταύτης ἡμῶν αἱ πρὸς αὐτὸν καταλλαγῆαι ἐκροτήθησαν, καὶ εἰρήνη, καὶ χάρις δεδώρηται, καὶ ἀγγέλοις συγχορεύουσιν ἄνθρωποι, καὶ τέκνα Θεοῦ οἱ πρὶν ἠτιμημένοι κατέστημεν. Ἐκ ταύτης τὸν βότρυν τῆς ζωῆς ἐτρυγήσαμεν· ἐκ ταύτης τῆς ἀφθαρσίας τὸν βλαστὸν ἐδρεψάμεθα. Αὕτη πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡμῶν προμνήστρια γέγονεν. Ἐν ταύτῃ ὁ Θεὸς μὲν ἄνθρωπος, καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος γέγονε. Καὶ τί τούτου παραδοξότερον; τί τούτου μακαριώτερον; Ἰλιγγῶ τῷ φῶδι, δεδιῶς τὸ λαλούμενον. Σὺν Μαριάμ τῇ προφήτιδι, ὧ νεάνιδες ψυχαί, μετὰ τυμπάνων χορεύσωμεν, νεκροῦντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τοῦτο γὰρ τὸ μυστικὸν τύμπανον· ἀλαλάζωμεν ἐπὶ τῆς κιθωτοῦ τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ψυχῶν ἀλαλάγμασι, καὶ τεῖχη πεσοῦνται Ἰερουζαλήμ, τῶν ἐναντίων λέγω δυνάμεων τὰ δυσμενῆ ὀχυρώματα. Μετὰ Δαβὶδ σκιρτήσωμεν Πνεύματι· ἡ κιθωτὸς γὰρ Κυρίου σήμερον καταπέπταται. Μετὰ Γαβριὴλ τοῦ τῶν ἀγγέλων πρωτοστάτου βοήσωμεν· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ * Κύριος μετὰ σοῦ». Χαῖρε, τὸ τῆς χαρᾶς ἀδαπάνητον πέλαγος. Χαῖρε, τὸ μόνον τῆς λύπης ἐξάλειπτρον. Χαίροις, πάσης καρδίας ἀκεσώδυνον φάρμακον. Χαίροις, δι' ἧς παρωθεῖται μὲν θάνατος, ἡ δὲ ζωὴ εἰσκεκόμισται.

*745

17. Σὺ, ὧ τάφων ἱερῶν ἱερώτατε, μετὰ γε τὸν ζωαρχικὸν τοῦ Δεσπότη

illud bellum, quod cum Creatore gerebatur, profligatum fuit. Per hanc nobis cum eo reconciliatio sancita, paxque et gratia donata est: unde angeli una cum hominibus chorus agitant, et qui prius contemptui eramus, Dei filii effecti sumus. Ex ea vitae uvam collegimus: ex ea immortalitatis germen excerpimus. Haec nobis omnia bona conciliavit. In hac Deus homo factus est, et homo Deus: quo quid mirificum magis? Quid beatius? Equidem metu aestuo, id quod loquor extimescens. Cum Maria prophetissa,¹ o animae adolescentulae, assumptis tympanis choreas agitemus; hoc est membra quae sunt super terram, mortificemus: ² hoc enim est, quod tympanum mystice significat. Ob arcam Domini iubilemus, et muri Iericho,³ sive infestae adversariorum potestatum munitiones corrudent. Cum Davide Spiritu saltemus: ⁴ hodie enim arca Domini requiescit. Cum Gabriele angelorum antesignano clamemus: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*⁵ Ave, plena gratia, inexhaustum gaudii * pelagus. Ave, ⁷⁴⁶ unica moeroris obliteratio. Ave, pharmacum dolorem ex omni corde pellens. Ave, per quam mors expulsa est, vita autem importata.

17. Iam vero, o sacrorum omnium sepulcrorum, saltem post

¹ Exod. XV, 20.

² Coloss. III, 5.

³ Iosue VI, 20.

⁴ II Reg. VI, 14.

⁵ Lc. I, 28.

τάφον, ὃς πηγὴ ὑπῆρξε τῆς ἀναστάσεως· ὡς γὰρ ἐμφύχῳ σοι διαλέξομαι· ποῦ χρυσὸς ὁ ἀκίδηλος, ὃν ἀποστόλων χεῖρες ἐν σοὶ ἐθησαύρισαν; ποῦ πλοῦτος ὁ ἀδαπάνητος; ποῦ τὸ θεοδόχον κειμήλιον; ποῦ ἡ ἔμφυχος τράπεζα, ποῦ ὁ καινὸς τόμος, ἐν ᾧ ἀφράστως ὁ Θεὸς Λόγος χειρὸς ἄνευ ἐγγέγραπται; ποῦ ἡ τῆς χάριτος ἄβυσσος; ποῦ τῶν ἰαμάτων τὸ πέλαγος; ποῦ ἡ ζωτόκος πηγὴ; ποῦ τὸ πολυπόθητον σῶμα τῆς Θεοτόκου καὶ πολυέραστον; Τί ζητεῖτε ἐν τάφῳ τὴν πρὸς τὰ οὐράνια μετεωρισθεῖσαν σκηνώματα; Τί με τῆς φθορᾶς εὐθύνας εἰσπράττει; οὐ μοι δύναμις τοῖς θεοῖς ἀντιτείνειν κελεύσμασι. Τὰς σινδῶνας καταλιπὼν τὸ σῶμα τὸ ἱερόν τε καὶ ἅγιον, καὶ μοι τοῦ ἁγιασμοῦ μεταδεδωκός, καὶ μύρου, καὶ εὐωδίας ποιῆσαν ἀνάπλεων, καὶ θεῖον ἀπεργασάμενον τέμενος, ἀνάρπαστον οἴχεται, δορυφορούντων ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων. Νῦν ἐμὲ περιέπουσιν ἄγγελοι. Νῦν ἐν ἐμοὶ θεία χάρις ἀυλίζεται. Ἐγὼ νοσοῦσιν ἰατρεῖον ἀλεξίπνον πέφηνα. Ἐγὼ πηγὴ ἰαμάτων ἀένναος. Ἐγὼ δαιμόνων ἀλεξιτήριον. Ἐγὼ πόλις φυγαδευτηρίου τοῖς προσφεύγουσι πέφυκα. Προσέλθετε πίστει, λαοί, καὶ ποταμηδὸν ἀρύσασθε τὰ χαρίσματα. Ἀδιάκριτον τὴν πίστιν κεκτημένοι προέλθετε. «Οἱ διψῶντες ἐφ' ὕδωρ πορεύεσθε», Ἡσαίας παρακελεύεται, «καὶ ὅσους

Domini sepulcrum, quod vitae initium dedit, resurrectionisque fons fuit, sacratissimum (tecum enim tamquam animatum esses, mihi sermo erit), ubi tandem illud sincerum aurum est, quod apostolorum manus in te condiderunt? ubi inexhaustae opes? ubi pretiosum monile, quod vitam suscepit? ubi animata mensa? ubi novus tomus, in quo ineffabili ratione Deus Verbum citra manus operam inscriptus est? ubi gratiae abyssus? ubi sanationum pelagus? ubi fons ex quo vita parta est? ubi denique sacratissimum illud atque amabilissimum corpus Dei Genitricis? Quid eam in sepulcro quaeritis, quae ad coelestia tabernacula elata est? Quid custodiae rationem a me exposcitis? Non eae meae vires, ut divinis iussis relucter. Relicta sindone, sacrum illud et sanctum corpus quod sanctitatem mecum communicavit, meque unguento et suavissimo odore implevit, ac divinum delubrum effecit: abreptum hinc sursum abiit, stipantibus angelis et archangelis, omnibusque coelorum virtutibus. Nunc me angeli observant. Nunc in me divina gratia habitat. Ego officina medicinae aegrotantibus evasi. Ego fons sanitatum perennis. Ego daemonum profligatio. Ego iis qui ad me confugiunt, civitas refugii. Accedite, populi, cum fide, et gratiarum dona affluentissime haurite. Accedite, qui fide minime ambigua estis. *Sitientes, venite ad aquas*, exhortatur Esaias, *et qui non habetis argentum, venite, et emite sine pretio.*¹ Ego universis evangelice clamo: Quisquis morborum

¹ Isa. LV, 1.

οὐκ ἔστιν ἀργύριον, πορευθέντες ἀγοράσατε ἄνευ τιμῆς ». Ἐγὼ πᾶσιν εὐαγγελικῶς ἀνακέκραγα· Ὁ διψῶν νοσημάτων ἴασι, ψυχικῶν παθῶν ἀπολύτρωσιν, ἁμαρτημάτων ἐξάλειψιν, παντοίων ἐπιφορῶν ἀλλοτριώσιν, οὐρανῶν βασιλείας ἀνάπαυσιν, πίστει προσερχέσθω πρὸς με, καὶ ἀρυσάσθω ρεῖθρον τῆς χάριτος πολυδύναμον καὶ πολύχρηστον. Ὡσπερ γὰρ τοῦ ὕδατος ἡ ἐνέργεια ἀπλῆ καὶ μία τυγχάνουσα, ὡς δὲ γῆς καὶ ἀέρος, καὶ τοῦ παμφαοῦς ἡλίου, ἐκάστῳ τῶν μετόχων διαφόρως πρὸς τὸ κατάλληλλον τῆς φύσεως μεταβάλλεται, καὶ γίνεται ἐν ἀμπέλῳ μὲν οἶνος, ἐν ἐλαίᾳ δὲ ἔλαιον· οὕτω καὶ ἡ χάρις, ἀπλῆ καὶ μία τυγχάνουσα, ποικίλως καὶ ἀναλόγως πρὸς τὴν ἐκάστου χρείαν εὐεργετεῖ τοὺς μετέχοντας. Οὐκ ἐξ οἰκείας τὴν χάριν κέκτημαι φύσεως. Τάφος ἅπας δυσωδίας ἀνάπλεως, κατηφείας πρόξενος, εὐφροσύνης ἀντίπαλος. Μύρον πολύτιμον δέδεγμα, καὶ τῆς εὐωδίας μετείληφα, καὶ τὸ μύρον οὕτως εὐῶδες καὶ δραστικώτατον, ὡς μικρῶ παραθέσει ἀναφαίρετον δωρήσασθαι τὴν μετάληψιν· ἀμεταμέλητα γὰρ ὄντως τὰ θεῖα χαρίσματα· πηγὴν εὐφροσύνης ἐξένισα, καὶ ταύτης ἀένναον ἐπλούτησα τὴν ἀνάδυσιν.

1959

18.² Ὁρᾶτε, φίλοι Πατέρες καὶ ἀδελφοί, οἷα πρὸς ἡμᾶς ὁ πανευκλεῆς ἀποτείνεται τάφος· καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ἐν τῇ Εὐθυμιακῇ Ἱστορίᾳ τρίτῳ λόγῳ, κεφαλαίῳ τεσσαρακοστῷ οὕτως αὐτολεξεῖ γέγραπται· « Εἴρη-

PG
96, 748

sanationem sitit, vitiorum animi depulsionem, peccatorum abster-sionem, quarumcumque calamitatum submotionem, regni coelestis requiem, ad me cum fide veniat, donumque gratiae efficacissimum atque utilissimum exhauriat. Quemadmodum enim aquae virtus et actio, ut et terrae aërisque, ac splendidissimi solis, simplex licet atque una sit, varie tamen et secundum earum rerum quae ipsius participes sunt, naturam immutatur, fitque in vite quidem vinum, in oliva oleum; ita quoque gratia, quamvis simplex et una sit, varie tamen et pro uniuscuiusque utilitate, eos a quibus percipitur, beneficio afficit. Nec vero gratiam hanc a mea natura habeo. Sepulcrum omne fetore plenum est, moeroris causa, et laetitiae hostis. Verum pretiosum unguentum suscepi, ex quo suavis odor mihi impertitus est: hocque unguentum ea suavitate tantaque vi praeditum est, ut vel leviter admotum, fructum eiusmodi afferat, quod auferri non possit. Sine poenitentia enim sunt divina dona.¹ Gaudi fontem hospitio excepi, perennisque huius scaturiginis divitiis affluo.

1959

18.² Videtis, amicissimi Patres et Fratres, quibus ad nos verbis celeberrimum hoc sepulcrum utatur. Quod autem haec ita se habeant, liquet ex Euthymiaca Historia, in qua lib. III, cap. 40, ita diserte scriptum est: « Superius diximus, quemadmodum sancta

PG
96, 747

¹ Rom. XI, 29.

² Secundum Mitchel, n. 18 est interpolatio. Cf. Lau 171, et Al 565.

ται μὲν ἀνωτέρω, ὡς πολλὰς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀνήγειρε τῷ Χριστῷ ἐκκλησίας ἢ ἐν ἁγίοις Πουλχερία. Μία δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἢ ἐν Βλαχέρναις οἰκοδομηθεῖσα ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας τοῦ τῆς θείας λήξεως Μαρκιανοῦ. Οὗτοι τοιγαροῦν ἐκεῖσε σεβάσμιον οἶκον τῇ πανυμνήτῳ καὶ παναγίᾳ Θεοτόκῳ καὶ Ἀειπαρθένῳ Μαρίᾳ οἰκοδομήσαντες, καὶ παντὶ κόσμῳ κοσμήσαντες τὸ ταύτης πανάγιον καὶ θεοδόχον ἀνεζήτησαν σῶμα· καὶ μετακαλεσάμενοι Ἰουθενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων ἀρχιεπίσκοπον, καὶ τοὺς ἀπὸ Παλαιστίνης ἐπισκόπους τότε ἐν τῇ βασιλευούσῃ ἐνδημοῦντας πόλει, διὰ τὴν τὸ τρηικαῦτα ἐν Χαλκηδόνι γενομένην σύνοδον, λέγουσιν αὐτοῖς· Ἀκούομεν εἶναι ἐν Ἱεροσολύμοις τὴν πρώτην καὶ ἐξαιρετον τῆς παναγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας ἐκκλησίαν ἐν χωρίῳ Γεθσημανῇ καλουμένῳ, ἔνθα τὸ ζωφόρον αὐτῆς σῶμα κατετέθη ἐν σορῷ. Βουλόμεθα τοίνυν τοῦτο τὸ λειψανον ἀναγαγεῖν ἐνταῦθα εἰς φυλακτήριον τῆς βασιλευούσης ταύτης πόλεως. Ὑπολαβὼν δὲ Ἰουθενάλιος, ἀπεκρίθη· Τῇ μὲν ἁγίᾳ καὶ θεοπνεύστῳ Γραφῇ οὐκ ἐμφέρεται τὰ κατὰ τὴν τελευταίαν τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας· ἐξ ἀρχαίας δὲ καὶ ἀληθεστάτης παραδόσεως παρειλήφαμεν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐνδόξου κοιμήσεως αὐτῆς, οἱ μὲν ἅγιοι σύμπαντες ἀπόστολοι, ἐπὶ * σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν τὴν οἰκουμένην διαθέοντες, ἐν καιροῦ ῥοπῇ μετάρσιοι συνήχθησαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸς αὐτὴν οὖσιν, ὅπτασία αὐτοῖς ἀγγελικὴ γέγονε, καὶ θεία ὕμνωδία ἤκούετο κρειττόνων Δυνάμεων. Καὶ οὕτω θεία δόξη καὶ ἐπουρανίῳ

*749

Pulcheria in urbe Constantinopolitana plures ecclesias construxit. Harum una est illa, quae in Blachernis aedificata fuit primis annis imperii Marciani, divinae memoriae. Cum itaque laudatissimae sanctissimaeque Dei Genitricis perpetuaeque virgini Mariae venerandam aedem illic exstruxissent, omnique ornamentorum genere decorassent, sacrosanctum quod Deum suscepit corpus conquirebant: accitoque Iuvenali Hierosolymorum archiepiscopo, et Palaestinae pontificibus, qui tum ob concilium Chalcedone coactum in urbe regia versabantur, his eos verbis alloquuntur: «Hierosolymis primariam et egregiam Dei Genitricis ac perpetuae virginis Mariae ecclesiam esse audivimus, in eo loco qui Gethsemane vocatur, ubi eius corpus quod vitam tulit, in loculo conditum est. Volumus ergo has reliquias istuc afferri, ut imperatrici huic civitati praesidio sint». Ad haec Iuvenalis ita respondit: «Etsi, quae in sanctae Dei Genitricis morte contigerunt, sanctae ac divinitus inspiratae Scripturae paginis minime prodita sint; tamen ex antiqua et verissima traditione accepimus, quod gloriosi ipsius dormitionis tempore universi quidem sancti apostoli, qui orbem terrarum * ob gentium salutem peragrabant, momento temporis in sublime elati, Hierosolymam convenerunt, cumque illic essent, eis visio apparuit angelica, et

*750

εἰς χεῖρας Θεοῦ τὴν ἁγίαν παρέθετο ψυχὴν ἀρρήτῳ τινὶ λόγῳ. Τὸ δὲ θεοδόχον αὐτῆς σῶμα μετὰ ἀγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς ὑμνωδίας ἐκκομισθέν, καὶ κηδευθέν, ἐν σορῶ τῇ ἐν Γεθσημανῇ κατετέθη· ἐν ᾧ τόπῳ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἢ τῶν ἀγγέλων χοροστασία καὶ ὑμνωδία διεμεινεν ἄπαυστος. Μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἡμέραν τῆς ἀγγελικῆς ὑμνωδίας παυσαμένης, παρόντες οἱ ἀπόστολοι, ἐνὸς αὐτοῖς ἀπολειφθέντος Θωμᾶ, καὶ μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν ἐλθόντος, καὶ τὸ θεοδόχον σῶμα προσκυνῆσαι βουληθέντος, ἤνοιξαν τὴν σορόν. Καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτῆς τὸ πανύμνητον οὐδαμῶς εὔρεϊν ἠδυνήθησαν, μόνα δὲ αὐτῆς τὰ ἐντάφια κείμενα εὔρόντες, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀπάτου εὐωδίας ἐμφυρηθέντες, ἡσφαλίσαντο τὴν σορόν. Καὶ τὸ τοῦ μυστηρίου τὸ θαῦμα ἐκπλαγέντες, τοῦτο μόνον εἶχον λογίζεσθαι, ὅτιπερ ὁ εὐδοκῆσας κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπήσαι ἐξ αὐτῆς, καὶ γεννηθῆναι σαρκὶ Θεὸς Λόγος καὶ Κύριος τῆς δόξης, καὶ μετὰ τὸν τόκον τὴν αὐτῆς ἄφθορον παρθενίαν διαφυλάξας, αὐτὸς εὐδόκησε καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποβίωσιν, τὸ ταύτης ἄχραντον καὶ ἀμίαντον σῶμα τῇ ἀφθαρσίᾳ τιμῆσαι, καὶ μεταθέσει πρὸ τῆς κοινῆς καὶ καθολικῆς ἀναστάσεως. Παρῆσαν δὲ τότε σὺν τοῖς ἀποστόλοις, ὃ τε τιμιώτατος Τιμόθεος ὁ ἀπόστολος καὶ τῆς Ἐφεσίων πρῶτος ἐπίσκοπος, καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καθὼς αὐτὸς ὁ μέγας Διονύσιος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου καὶ αὐτοῦ τότε παρόντος, πρὸς

divina melodia audita est supernarum Potestatum. Et sic cum sancta et coelesti gloria animam sanctam Deo commendavit: eius autem corpus quod Deum susceperat, cum angelico et apostolico cantu elatum, in loculo Gethsemani depositum est: quo in loco angeli totos tres dies choros agere et canere non destiterunt. Post tres autem dies angelico cantu cessante, qui aderant apostoli, cum unus Thomas qui abfuerat, post diem tertium venisset, et quod Deum tulerat corpus adorare voluisset, tumulum aperuerunt. Ac laudatissimum quidem illius corpus nequaquam invenire potuerunt: cum autem iacentia lintea reperissent, atque inenarrabili qui ex eis proficisceretur odore perfusi essent, loculum clauserunt. Tum mysterii obstupefacti oraculo, hoc solum cogitare potuerunt, quod cui placuit ex Maria virgine in persona propria carnem sumere, et hominem ex ea fieri et nasci, Deus Verbum et Dominus gloriae, quique post partum incorruptam eius servavit virginitatem, eidem placuit, et ipsius postquam migravit, immaculatum corpus incorruptione et translatione ante communem et universalem resurrectionem honorare. Aderant tunc cum apostolis sanctissimus apostolus et primus Ephesiorum episcopus Timotheus, et Dionysius Areopagita, sicut magnus ipse Dionysius testatur in his quae de beato Hierotheo, qui ipse

τὸν ῥηθέντα ἀπόστολον Τιμόθεον πονηθεῖσι λόγοις, οὕτωςι λέγων· «Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴσθα καὶ αὐτός, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος συνεληλύθαμεν· παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόςθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος, ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. Εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστός ἦν ἱκανός, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα * τῆς θεαρχικῆς εὐσθeneίας. Πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς θεολόγους, ὡς οἴσθα, τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν, ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων, καὶ πρὸς πάντων, ὧν ἤκουετο, καὶ ἐωρᾶτο, καὶ ἐγινώσκετο, καὶ οὐκ ἐγίνωσκε, θεολήπτος εἶναι καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος. Καὶ τί ἄν σοι περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι; καὶ γὰρ εἰ μὴ καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν ἐνθεαστικῶν ἐκείνων ὑμνωδιῶν ἐπακούσας». Καὶ ταῦτα οἱ βασιλεῖς ἀκούσαντες, ἤτησαν αὐτὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἰουβενάλιον τὴν ἀγίαν ἐκείνην σορὸν μετὰ τῶν ἐν αὐτῇ τῆς ἐνδόξου καὶ παναγίας θεοτόκου Μαρίας ἱματίων βεβουλωμένην ἀσφαλῶς αὐτοῖς ἀποσταλῆναι· καὶ ταύτην ἀποσταλεῖσαν κατέθεντο ἐν τῷ ἐν Βλαχέρναις δομηθέντι σεβασμίῳ οἴκῳ τῆς ἀγίας Θεοτόκου. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ».

tunc aderat, ad praedictum apostolum Timotheum scripsit in haec verba: *Quandoquidem apud ipsos etiam a Deo afflatus sacrorum antistites, quando nos quoque, ut nosti, et multi ex sacris nostris fratribus ad contuendum corpus quod vitae principium dedit, ac Deum suscepit, convenissemus (aderat autem et Domini frater Iacobus, et Petrus, supremus praestantissimusque apostolorum vertex) tum viso corpore placuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinae potentiae: post theologos, omnes alios sacrorum praecones, ut non te fugit, superabat, totus excedens, totus extra se raptus, atque * ita affectus, ut cum his quae canebat, copulatus videretur et ab omnibus qui ipsum audiebant et videbant, et quibus, sive notus, sive ignotus erat, Numine correptus divinusque plane hymnorum auctor censeretur. Quid autem de his quae divinae illic dicta sunt, ad te sermonem habeam, cum ipse nisi mei ipse oblitus sum, nonnullas etiam divinorum illorum cantuum partes saepe a te me audivisse noverim. His imperatores auditis, ab archiepiscopo Iuvenali petierunt sanctum illum loculum una cum gloriosae et sanctissimae Dei Genitricis vestibis, quae in eo positae erant, ad se mitti, sigillo communitum. Quem cum acceperant, in veneranda aede Sanctae Dei Matris, quae in Blachernis sita est, deposuerunt. Atque ita quidem haec gesta sunt ».*

19. Τί δὲ πρὸς τὸν τάφον ἡμεῖς ἀντιφύσοιμεν; Ἡ μὲν σὴ χάρις ἀνελλιπῆς καὶ ἀένναος, ἀλλ' οὐ τόποις ἢ θεία περιορίζεται δυνάμις, οὐδὲ αἱ τῆς Θεομήτορος ἐνεργεσίαι· εἰ γὰρ μόνῳ τῷ τύμβῳ περιεγράφοντο, ὀλίγοις ἂν ἡ δωρεὰ ἐπεθειάζετο. Νῦν δὲ ἐν πᾶσι τοῦ κόσμου τοῖς πέρασιν ἀφθόνως διανεμέμεθα. Τὴν μνήμην τοίνυν τὴν ἡμετέραν ταμεῖον τῆς Θεοτόκου κατασκευάσωμεν. Τοῦτο δὲ ἔσται πῶς; Παρθένος αὕτη, καὶ φιλοπάρθενος· ἀγνή πέφυκεν αὕτη, καὶ φίλαγνος. Ἄν οὖν σὺν τῷ σώματι καὶ τὴν μνήμην ἀγνίσωμεν, ἐνηυλιμένην τὴν αὐτῆς χάριν κτησόμεθα. Φεύγει γὰρ ἴλυν ἅπασαν, καὶ τὰ βορβορώδη πάθη ἐκτρέπεται. Γαστριμαργίαν βδελύσσειται, τῆς αἰσχίστης πορνείας ἐχθραίνει τοῖς πάθεσι· ταύτης τοὺς μυσταροὺς λογισμοὺς ὡς ἐχιδνῶν φεύγει γεννήματα· λόγους αἰσχροὺς τε καὶ εὐτραπέλους ἀπωθεῖται καὶ ἄσματα· μῦρα πορνικὰ ἀποσειεται· μισεῖ θυμοῦ τὰ οἰδήματα, ἀπανθρωπίαν καὶ ἔριδας οὐ προσίεται· κενοδοξίαν τὴν ματαιόπονον ἀποστρέφεται· ὄγκω ὑπερηφανίας ἐχθρωδῶς ἀντιτάσσεται· μνησικακίαν μισεῖ, τὴν σωτηρίας ἀντίπαλον· πᾶσαν κακίαν ὡς ἴον θανατηφόρον λογίζεται, τούτων δὲ χαίρει τοῖς ἐναντίοις. Τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα. Νηστεία, καὶ ἐγκρατεία, καὶ ψαλμικοῖς ἐπιτέρπεται ἄσμασιν· ἀγνεία, καὶ παρθενία, καὶ σωφροσύνη συγγήθεται. Καὶ πρὸς ταύτας εἰρήνην ἄγει ἀένναον, καὶ φιλοφρόνως ταύτας

19. Quod porro nos vicissim ad sepulcrum dicemus? Tua equidem gratia perennis atque indeficiens est: caeterum divina vis minime locis circumscribitur, nec Matris beneficia in solo monumento commorantur. Nam si sepulcro solo definirentur, pauci admodum huiusmodi dono divinitus imbuerentur. Atqui in omnibus orbis finibus illud se copiose diffundit. Ac proinde curemus, ut mens memoriaque nostra Dei Genitricis promptuarium fiat. Quo autem pacto id assequemur? Virgo ipsa est, et virginum amans: casta est, et castitatis amans. Quocirca, si cum corporis, tum etiam memoriae castitatem colamus, gratiam ipsius adipiscemur. Lutum siquidem omne fugit, ac coenosas affectiones tamquam genimina viperarum. Ingluviem exsecratur, foedissimae scortationis vitiis infensa est: turpes sermones et cantus propellit; meretricia unguenta reiicit: irae tumorem odit: inhumanitatem, invidiam, et simultates non admitit: inanem gloriam variis se laboribus frangentem aversatur: superbiae fastui hostili animo resistit: iniuriarum recordationem exhorret uti salutis adversariam: vitium denique omne tamquam lethale venenum reputat: horum autem contrariis delectatur. Contraria enim contrariorum medicamenta sunt. Ieiunio, continentia, psalmodiarum cantibus gaudet: cum puritate, virginitate, et pudicitia illi pulchre convenit, perennemque cum illis pacem colit, et humane eas et comiter exosculatur. Pacem, et animi lenitatem complectitur: caritatem, mi-

ἀσπάζεται. Εἰρήνην καὶ πρᾶον περιπτύσσεται φρόνημα, ἀγάπην, καὶ ἔλεον, καὶ ταπεινώσιν ὡς οἰκείας τροφούς ἀγκαλιίζεται. Καὶ συνελόντα φάναι, ἐπὶ πάσῃ μὲν κακίᾳ, κατηφεία δυσχεραίνουσα, πάσῃ δὲ ἀρετῇ ὡς οἰκείῳ χαρίσματι ἐπαγάλλεται. Εἰ οὖν τὰς προτέρας ἐκθύμως κακίας ἐκκλίνωμεν, τὰς δὲ ἀρετὰς πάσῃ σπουδῇ ἀγαπήσωμεν, καὶ ταύτας συνομίλους κτησώμεθα, θαμινὰ πρὸς τοὺς οἰκείους οἰκέτας ἐλεύσεται, τὴν ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν σὺν αὐτῇ ἐφελκομένη ὀμήγγυριν, καὶ Χριστὸν τὸν αὐτῆς Υἱόν, καὶ τῶν ἀπάντων Βασιλέα καὶ Κύριον ἐνοικοῦντα ταῖς ἡμετέραις καρδίαις συμπαραλήψεται·

*753 ᾧ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη * τε καὶ μεγαλοπρέπεια, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

PG
96, 753

Homilia III in Dormitionem B. V. Mariae. 1. Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικῶς πρὸς τι διακειμένοις, ἐπὶ γλώσσης αἰεὶ τοῦτο φέρειν, καὶ τῷ νῷ, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν φαντάζεσθαι. Μὴ μέ τις οὖν εὐθυνέτω, εἰ τρίτον ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι δυσὶ τὸ παρὸν ἐποησάμην ἐφύμνιον τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ μου, ὡσπερ τι δῶρον ἐξέδιδον· οὐ γὰρ αὐτῇ χαριζόμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ καὶ τοῖς παροῦσιν ὑμῖν, ὃ θεῖον καὶ ἱερὸν σύστημα, ὄψον ψυχωφελές καὶ σωτήριον προτιθεὶς τῇ ἱερᾷ ταύτῃ νυκτὶ κατάλληλον, καὶ πνευματικὴν θυμηδίαν

1960

sericordiam, et humanitatem, tamquam alumnas suas, ulnis fovet. Atque, ut rem paucis perstringam, quolibet vitio tristitia afficitur et indignatur; qualibet virtute, uti proprio suo munere, laetatur. Quamobrem si vitia alacri animo vitemus, et virtutes omni studio persequamur, easque socias adhibeamus, frequens ipsa ad famulos suos veniet, et secum bonorum omnium agmen trahet, Christumque Filium suum, et omnium Regem ac Dominum, una assumet, qui

*754 * in cordibus nostris habitet; cui cum Patre et sanctissimo Spiritu, gloria, honor, potestas, maiestas, et magnificentia, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
96, 754

Homilia III in Dormitionem B. V. Mariae. 1. Eorum qui rei alicuius amore flagrant, haec consuetudo est, ut illud in ore et mente perpetuo ferant, idque noctu diuque sibi repraesentent. Ne me igitur quispiam redarguat, si post duos quos pronuntiavi laudatorios sermones, tertium hunc quoque habeam, quem Dei mei Matri tamquam munus ob eius excessum deferam: non ut illi gratiae aliquid ex me accidat, sed mihi potius, vobisque qui adestis, o divine et sacer coetus, utile animis et salutare, ac sacrosanctae huicce nocti accommodum obsonium apponam, spiritualisque oblectationis lucrum afferam. Esculentorum quippe nos, ut videtis, inopia cepit. Quamobrem convivium vobis extemporaneum paro, quod licet nec munitissimum sit, nec ea dignum quae nos invitavit, attamen fa-

1960

ἐμπορευόμενος. Σπάνη γὰρ ἡμᾶς, ὡς ὄρατε, κατελήφει τῶν ἐδωδίων. Διὸ δὴ σχεδιάζω τὴν πανδαισίαν, εἰ καὶ μὴ πολυτελῶς, μηδὲ ἀξίως τῆς κεκληκυίας, ἀλλὰ γε τὴν πείναν ἀναγκαίως δυναμένην παραμυθῆσασθαι. Οὐ γὰρ αὕτη τῶν ἐγκωμίων προσδεῆς τῶν παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἡμεῖς τῆς παρ' αὐτῆς δόξης ἐπίδειξις. Τὸ γὰρ δεδοξασμένον πῶς δοξασθήσεται; Ἡ πηγὴ τοῦ φωτός, πῶς φωτισθήσεται; Ἄλλ' ἡμῖν αὐτοῖς, δι' ὧν δρῶμεν, πλέκομεν στέφανον. « Ζῶ γὰρ ἐγώ, λέγει Κύριος, καὶ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω ». Ἡδὺ μὲν γὰρ ὄντως, ἡδὺ ποτὸν οἶνος, καὶ τρόφιμον ἄρτος εἰς βρωσιν. Ὁ μὲν γὰρ εὐφραίνει, ὁ δὲ καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Ἄλλὰ τί τῆς Μητρὸς τοῦ Θεοῦ μου ἡδύτερον; Αὕτη μου τὸν νοῦν εἶλεν αἰχμάλωτον· τὴν γλῶσσαν αὕτη ἐληΐσατο· ταύτην ὑπαρ τε καὶ ὄναρ φαντάζομαι. Αὕτη τοῦ Λόγου Μήτηρ, καὶ λόγου καθέστηκε χορηγός· τὸ τῆς στείρας κύημα, τὸ καρποφόρους τὰς στειρευούσας ψυχὰς ἐργαζόμενον. Ταύτης τὴν ἱεράν τε καὶ θείαν μετάστασιν ἐορτάζομεν σήμερον. Δεῦτε τοίνυν, ἀναβῶμεν πρὸς τὸ μυστικὸν ὕρος, καὶ τῶν βιωτικῶν καὶ ὑλικῶν ἐμφάσεων γεγονότες ὑπέρτεροι, καὶ τὸν γνόφον ὑπεισελθόντες τὸν θεῖον καὶ ἄληπτον, ἐν φωτὶ τῷ θείῳ γενόμενοι, τὴν ἀπειροδύναμον ὑμνήσωμεν δύναμιν. Πῶς ὁ ἐκ τῆς περιουσίας περιοπτῆς τῆς αὐλοῦ καὶ πάντων ἐπέπεινα, τῆς πατρικῆς γαστρὸς ἀνεκφοιτήτως εἰς τὴν παρθενικὴν νηδὺν καταβάς, συλληφθεὶς τε καὶ σαρκωθεὶς, καὶ διὰ παθῶν ἐκουσίως

mem necessario comperescere poterit. Neque enim ipsa laudibus nostris indiget: verum nos gloria quae ex illa fluit, egemus. Nam quod iam est gloria cumulatum, quanam gloria augebitur, ac luminis fons, quonam pacto illuminabitur? Nobis vero per ea quae agimus, corollas nectimus: *Vivo enim ego, ait Dominus, quia glorificantes me glorificabo.*¹ Vere quidem suavis, suavis, inquam, potus est vinum, nutriendoque idoneus est panis qui editur. Illud enim laedificat, hic cor hominis confirmat.² Sed quid Dei Matre dulcius? Haec mentem meam captivam tenet: haec linguam depraedata est: hanc diu noctuque meditor: haec, cum Verbi sit parens, verba quoque suppeditat. Infecundae fetus est, quae infecundos animos fructiferos reddit. Huius sacrum divinumque transitum hodie celebramus. Eia agite, ad montem ergo mysticum ascendamus, et terrenis, ac materiae obnoxiiis imaginibus superiores facti, atque in divinas tenebras quae comprehendi nequeunt, intromissi, divino lumine comparato, infinitam virtutem collaudamus. Qui factum est, ut qui ex celsissima et incorporali specula, quae extra omnem aleam est, paterno ex sinu non egressus, in virginalem uterum descendens, et assumpta carne conceptus, voluntariaque passione adita morte, cum corpore ex terra

¹ I Reg. II, 30.

² Ps. CIII, 15.

όδεύσας πρὸς θάνατον, καὶ μετὰ σώματος ἐκ γῆς τὴν γέννησιν ἔχοντος, καὶ φθορᾷ κτησάμενος τὸ ἄφθαρτον, πρὸς τὸν Πατέρα πάλιν ἀναφοιτήσας, τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα Μητέρα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα ἐπεσπάσατο, οὐρανὸν ἐπίγειον χρηματίσασαν, πρὸς τὴν ἐπουράνιον γῆν μετεωρίσας;

PG
96, 753
*756

2. Σήμερον ἡ νοητὴ κλίμαξ ἡ ἔμψυχος, δι' ἧς καταβάς ὁ Ὑψιστος ἐπὶ γῆς ὄφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις * συνανεστράφη, τῷ θανάτῳ χρησαμένη κλίματι, γῆθεν εἰς οὐρανούς ἀνεφοιτήσεν. Σήμερον ἡ ἐπίγειος τράπεζα, ἡ τὸν οὐράνιον τῆς ζωῆς ἄρτον τὸν τῆς θεότητος ἀνθρακα ἀπειρογάμως βασιτάσασα, ἀπὸ γῆς ἤρθη πρὸς οὐρανούς, καὶ τῇ κατ' ἀνατολὰς τοῦ Θεοῦ πύλῃ, πύλαι οὐρανοῦ ἐπήρθησαν. Σήμερον ἐκ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλήμ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ ἡ ἔμψυχος πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ μετατίθεται, καὶ τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν ἐκ Πατρὸς μονογενῆ, πρωτότοκον ἐξ αὐτῆς μονογενῆ κυήσασα, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων αὐλίζεται, καὶ ἡ κιβωτὸς Κυρίου ἡ ἔμψυχός τε καὶ λογικὴ πρὸς τὴν τοῦ Υἱοῦ ἀνάπαυσιν μετανίσταται. Πύλαι παραδείσου ἀνοίγονται, καὶ τὴν θεοφόρον ὑποδέχονται ἄρουραν, ἐξ ἧς τὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς ξύλον βλαστῆσαν τὴν παρακοὴν τῆς Εὕας καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἀδάμ διαλέλυκε. Χριστὸς οὗτος, ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀπάντων αἷτιος, ἄντρον λελαξευμένον, ὄρος τὸ ἀλατόμητον ὑποδέχεται, ἐξ οὗ λίθος χειρῶν ἄνευ τμηθεὶς τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν ἡ παστὰς τῆς θείας τοῦ Λόγου

1961

procreato, incorruptione per corruptionem acquisita, ad Patrem iterum reversus, Matrem suam secundum carnem ad genitorem suum attraxerit, et ipsam quae coelum terrestre fuerat, ad coelestem terram sustulerit?

PG
96, 754
*755

2. Hodie scala spiritualis animata, per quam Altissimus descendens in terris visus est, et cum * hominibus est conversatus,¹ per mortem quasi per scalam ex terra in coelum perrexit. Hodie terrestris mensa, quae coelestem vitae panem divinitatisve carbonem sine nuptiarum usu gestaverat, e terra in coelum subvecta est, Dei-que portae ad orientem positae, coelorum portae elevatae sunt. Hodie ex terrestri Ierusalem, civitas Dei animata ad supernam Ierusalem reducitur: et quae creaturae omnis primogenitum unigenitumque ex Patre, primogenitum ex seipsa et unigenitum conceperat, in primogenitorum Ecclesia commoratur. Arca Dei animata et rationalis ad Filii sui requiem transfertur. Paradisi fores reserantur, et arvum quod Deum tulit, excipiunt; ex quo sempiternae vitae lignum pullulans, Christus nimirum, cunctorum vitae auctor, Evae inobedientiam, necemque ab Adamo illatam enecavit. Specus excisum, mons non exsectus, ex quo lapis nulla manuum ope avulsus, totum terrarum orbem implevit. Torus divinae Verbi humanitatis, in glo-

1961

¹ Baruch III, 38.

σαρκώσεως, ὡς ἐν θαλάμῳ τῷ πανευκλεεῖ ἀναπέπταται τάφῳ, ὅθεν πρὸς τὸν οὐράνιον ἀνίεσι νυμφῶνα, τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀριδῆλως συμβασιλεύουσα, καὶ τὸν τάφον παστάδα τοῖς ἐπὶ γῆς καταλέλοιπεν. Παστάδα τὸν τάφον; Ναι παστάδος πάσης παναγλαέστερον, οὐ χρυσοῦ περιλάμψεσιν, οὐκ ἀργύρου φανότητι, καὶ λίθων διαυγείαις ἀστράπτουσιν, καὶ σειρῶν νήμασι, καὶ χρυσοσήσῳ ἔσθητι, καὶ ἀλουργίδι κεκλωσμένη, ἀλλὰ θεοφεγγεῖ αἴγλη τοῦ παναγίου Πνεύματος· οὐ σωματῶν συνάφειαν τοῖς γῆς ἐρασταῖς, τοῖς δὲ δεσμίοις τοῦ Πνεύματος ψυχῶν ὁσίων ζωὴν προξενούσαν, πρὸς Θεὸν πάσης ἀμείνω καὶ γλυκυτέραν κατάστασιν. Οὗτος ὁ τάφος τῆς Ἐδέμ ὠραιότερος· καὶ ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐν ἐκείνῃ τοῦ δυσμενοῦς εὐνοίαν, τὴν χρηστήν, ἔν' οὕτως εἶπω, συμβουλήν, τὸν φθόνον, τὴν ἀπάτην, τῆς Εὐας τὴν μαλακότητα, τὴν πιθανότητα, τὸ γλυκὺ καὶ πικρὸν δέλεαρ, δι' ἧς ἐκλάπη τὸν νοῦν, καὶ τὸν ὁμόζυγα κέκλοφε, τὴν παρακοήν, τὴν ἐξορίαν, τὸν θάνατον, ἵνα μὴ ταῦτα λέγων τὴν ἑορτὴν ἐκτελῶ κατηφείας ὑπόθεσιν· οὗτος ἀπὸ γῆς σῶμα θνητὸν εἰς οὐρανὸν μετεώρισεν· ἐκείνη δὲ ὑπόθεν εἰς γῆν τὸν γενάρχην κατήγαγεν. Ἡ γὰρ οὐκ ἐν αὐτῇ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση », ὁ κατ' εἰκόνα θεῖαν γεγωνῶς κατακέκριται; Οὗτος ὁ τάφος τῆς πάλαι σκηνῆς τιμιώτερος, τὴν λογικὴν τε καὶ

riosissimo sepulcro velut in thalamo requiescit: ex quo ad nuptiale in coelis positum cubiculum migrat; ubi cum Filio et Deo aperte regnatura est: ac sepulcrum, ut iis qui in terris agunt, thalami loco esset, reliquit. Itane vero sepulcrum thalamus est? Ita prorsus, ac thalamo quovis illustrius; non auri splendoribus, non argenti claritate, non lapidum fulgoribus micans, non sericis pannis, et contextis ex auro et purpura vestibis exornatum, sed radiante divinitus splendore sanctissimi Spiritus: non corporum connubium terrae amatoribus, sed iis qui Spiritu vinciti sunt, animarum sanctarum vitam praebens, scilicet meliorem omnibus suavioremque apud Deum statum. Sepulcrum hoc ipsa Edem formosius est, et ne blanditias quas in illa hostis adhibuit, commemorem, egregium, ut sic loquar, consilium, invidiam, fraudem, remissum Evae animum, suasionem, dulcem simul atque amaram escam, per quam, amissa mente, coniugem quoque ea spoliavit, inobedientiam, exsilium, mortem edisserens, solemnitatem tristitiae argumentum efficiam: hoc sepulcrum, inquam, ex terra mortale corpus ad coelos sublevavit: illa vero ex alto in terram generis nostri parentem deduxit. Etenim in ipsa ille, qui ad imaginem Dei factus est, condemnationem hanc accepit: *Terra es, et in terram reverteris*.¹ Sepulcrum hoc antiquo est tabernaculo pretiosius, rationale, et animatum, ac divinitus illuminatum candelabrum includens, et mensam vitam ferentem, quae non panem

¹ Gen. III, 19.

ἔμψυχον, θεοφεγγῆ λυχνίαν δεξάμενος, καὶ τὴν ζωηφόρον τράπεζαν, οὐ καρπούς προθέσεως, ἀλλ' οὐράνιον, οὐ πῦρ ὑλικόν, ἀλλ' αἴυλον δεξαμένην πῦρ τῆς θεότητος. Οὗτος ὁ τάφος τῆς Μωσαϊκῆς κιβωτοῦ ὀλβιώτερος, εὐμοιρήσας οὐ σκιάς καὶ τύπους, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Ἐδείξατο γὰρ τὴν ἀκίβδηλον καὶ χρυσοειδῆ στάμνον, τὴν τὸ οὐράνιον μάννα καρποφορήσασαν, πλάκα ἔμψυχον, Λόγον Θεοῦ δακτύλῳ τῷ παναλκιστάτῳ Πνεύματι δεξαμένην σαρκωθησόμενον, Λόγον τὸν * ἐνυπόστατον, τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον, τὴν τὸν θεῖον κυήσασαν ἀνθρακα, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν εὐωδιάσασαν.

*757

PG
96, 757

3. Φευγέτωσαν δαίμονες, ὀλολυζέτωσαν τρισάθλιοι Νεστοῦριοι, ὡς πρόπαλαι οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ ὁ τούτων ἔξαρχος ὁ νέος Φαραῶ, ὁ πικρὸς ἀλάστωρ καὶ τύραννος. Τῷ βυθῷ γὰρ τῆς βλασφημίας κατεχώσθησαν. Ἡμεῖς δὲ οἱ σωθέντες ἀβρόχοις ποσίν, καὶ τὴν ἀλμυρὰν τῆς ἀσεβείας ὑπερβάντες θάλασσαν, ἄσωμεν τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ ᾠδὴν τὴν ἐξόδιον. Αἰρέτω Μαριάμ ἡ Ἐκκλησία ταῖς χερσὶ τὸ τύμπανον, καὶ ἔξαρχέτω ᾠδὴν τὴν ἐόρτιον. Ἐξίτωσαν τοῦ πνευματικοῦ Ἰσραὴλ αἱ νεάνιδες μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν ἀλαλάζουσαι. Βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ κριταὶ σὺν ἄρχουσι, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, προσθῦται μετὰ νεωτέρων, τὴν Θεοτόκον ὑμνεῖτωσαν, σύλλογοι, καὶ λόγοι παντοδαποί, καὶ ἔθνῶν καὶ λαῶν γλώσσαι διάφοροι, ἄσμα καινὸν μελουργεῖτωσαν. Περιηχεῖτω ἀήρ πνευματικοῖς δόναξί τε καὶ σάλπιγγι, καὶ τοῖς ἐκ πυρὸς ἀμαρύγμασιν ἡμέραν καινουργεῖτω σωτήριο. Εὐφράνθητε, οὐρανοί, καὶ

1962

propositionis, sed coelestem; non ignem materia constantem, sed eum qui materia omni superior est, Deitatis nimirum, suscepit. Sepulcrum hoc Moysis arca fortunatius, quod non umbras et figuras, sed veritatem ipsam sortitum est. Recepit enim sinceram aureamque urnam, quae * coeleste manna produxit: tabulam animatam, quae Verbum Dei digito, validissimo utique Spiritu, Verbum subsistens incarnandum excepit; aureum thuribulum, quod divinum carbonem peperit, bonoque odore naturam universam replevit.

*758

PG
96, 758

3. Fugam arripiant daemones, quemadmodum antiquitus Aegyptii: eiulatus edant miserrimi hominum Nestoriani, eorumque princeps iunior Pharaos, saevissimus orbis depopulator et tyrannus. Profundo namque blasphemiae absorptae sunt. Nos vero qui sicci pedibus salvati sumus, salsumque impietatis mare transivimus, Dei matri excedenti canticum decantemus. Maria, sive Ecclesia, tympanum manibus sumat, festivumque diei canticum exordiat: spiritalis Israëlis puellae choreis perstreptentes exeant. Reges terrae et iudices, una cum principibus, iuvenes, et virgines, senes cum iunioribus Deiparae hymnos dicant: coetus item, omniumque generum sermones, et variae gentium et populorum linguae novum concinant canticum. Spiritualibus fistulis ac tubis aër circum personet, et igneis

1962

αἱ νεφέλαι βράναιωσαν ἀγαλλίασιν. Σκιρτήσατε, κριοὶ τῆς ἐκλεκτῆς τοῦ Θεοῦ ποιμνης, οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, ὡς ὄρη ὑψηλὰ καὶ μετέωρα ταῖς ὑψηλοτάταις θεωρίαις ὑψούμενοι, καὶ ἄρνες Θεοῦ, λαὸς ἅγιος, τῆς Ἐκκλησίας τὰ θρέμματα, ὡσπερ βουνοὶ πρὸς τὰ ὑψηλὰ ὄρη τῇ προαιρέσει ἀνατεινόμενοι. Βαβαί! βαβαί! τέθνηκεν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ἡ τοῦ Κυρίου μου Μήτηρ; Ἐδει γὰρ τὸ ἐκ γῆς συντεθὲν παλινοσῆσαι πρὸς γῆν, καὶ οὕτω μεταναστῆσαι πρὸς οὐρανόν, ἐκ τῆς γῆς λαβὼν τὴν δεδωρημένην τῇ γῆ τῇ καταθέσει τοῦ σώματος πανακήρατον ζωὴν. Ἐδει γὰρ καθάπερ χρυσὸν ἀποδολοῦσαν τὸ γεῶδες καὶ ἀλαμπὲς τῆς θνητότητος πάχος, ὡς ἐν χωνεύσει τῷ θανάτῳ τὴν σάρκα ἄφθαρτον καὶ καθαρὰν, τῷ φέγγει τῆς ἀφθαρσίας ἐκλάμπουσαν ἐξαναστῆναι τοῦ μνήματος.

4. Σήμερον ἀρχὴν λαμβάνει δευτέρας ὑπάρξεως ὑπὸ τοῦ δόντος αὐτῇ τὴν ἀρχὴν τῆς προτέρας ὑπάρξεως, ἡ δοῦσα δευτέρας ἀρχὴν, τῆς σωματικῆς λέγω ὑπάρξεως, τῷ μὴ ἐσχηκότι ἀρχὴν χρονικὴν τῆς προτέρας καὶ αἰδίου ὑπάρξεως, εἰ καὶ τὸν Πατέρα ἀρχὴν εἶχεν ὡς αἰτίαν τῆς αὐτοῦ θείας ὑπάρξεως. Χαίροις, Σιών, τὸ θεῖον ὄρος τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ κατῴκει τὸ θεῖον ὄρος τὸ ἐμψυχον· ἡ νέα Βασιθὴλ, ἐν ἣ στήλῃ ἤλειπται, ἀνθρωπίνῃ φύσει χριστομένη θεότητι. Ἐκ σοῦ πρὸς οὐράνιον ὕψος μετεώρισται, ὡς ἐξ ἐλαίων, ὁ ταύτης Υἱός. Ἐτοιμαζέσθω νεφέλη παγκόσμιός τε καὶ περικόσμιος, καὶ ἀνέμων πτέρυγες ἐκ

splendoribus, salutarem diem innovet! Gaudete, coeli, et nubes iustitiam pluant: exsultate, electi Dei gregis arietes, divini apostoli, qui velut alti sublimesque montes celsissimis speculationibus sublati estis vosque, agni Dei, populus sanctus, Ecclesiae pecora, collium instar inductione animi ad excelsos montes attigistis. Papae! papae! Fons vitae Domini Mater moritur? Oportebat enim, ut quod e terra conflatum erat ad terram reverteretur, atque ita in coelum transmitteretur, post corporis in terra depositionem purissimam vitam accipiens. Decebat enim ut, quemadmodum aurum, terra deposita et caliginosa mortalitatis mole, carne in morte velut in fusura incorrupta ac pura, atque incorruptionis fulgore rutilanti e monumento resurgens indueretur.

4. Hodie, quae primae existentiae, corporalis scilicet, principium ab eo accepit, qui temporale initium non habuit prioris et sempiternae suae exstantiae, etsi Patrem principium habebat, tamquam divinae suae exstantiae auctorem, haec secundae existentiae initium ab eo accipit, qui ipsi dedit ut primum existeret. Gaude, Sion, divinus mons et sanctus, in quo mons divinus et animatus habitavit: nova Bethel, in qua columna uncta est, humana nimirum natura divinitate peruncta: ex te eius Filius ad coelestem sublimitatem, quasi ex olivis est evectus. Praeparetur nubes universi orbis, et supra mundum, et ventorum alae quae apostolos ex

τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς Σιών τοὺς ἀποστόλους διαδιβάζουσαι. Τίνες οἶδε ὡσεὶ νεφέλαι καὶ ἀετοὶ πέτανται πρὸς τὸ πτώμα τὸ τῆς πάντων ἀναστάσεως αἴτιον τῆς Μητρὶ τοῦ Θεοῦ λειτουργήσοντες; Τίς αὕτη ἡ ἀναθαίνουσα λελευκανθισμένη, ὅλη καλή, ἐκλάμπουσα ὡς ἥλιος; Ἀδέτωσαν αἱ κιθάραι τοῦ * Πνεύματος, ἀποστολικαὶ γλῶσσαι. Ἀλαλαζέτωσαν κύμβαλα, αἱ τῶν θεολόγων ἀκρότητες, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Ἱερόθεος, ὁ τῷ θείῳ καθιερωμένος Πνεύματι, ὁ τῆς θείας ἐνώσει τὰ θεῖα παθῶν καὶ μαθῶν, ὅλος ἐξιστάσθω τοῦ σώματος· ὅλος συνεκδημιέτω τῆς προαιρέσει, καὶ κροτείτω τοῖς ἐφρυνίοις. Πάντα τὰ ἔθνη χειῖρας κροτείτωσαν, πάντες τὴν Θεοτόκον ὑμνεῖτωσαν. Ἄγγελοι θνητῶν λειτουργεῖτωσαν σώματι. Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ὀπίσω τῆς βασιλίδος ἀκολουθήσατε, καὶ ὡς πλησίον αὐτῆς παρθένοι νεανιευόμεναι Πνεύματι πρὸς τὸν νυμφίον συναπενέχθητε, ἐκ δεξιῶν τοῦ Δεσπότητος παραστησόμεναι. Κάτιθι, κάτιθι, Δέσποτα, τῆς Μητρὶ κατάχρεως ἀποτιννὺς τὰ ὀφειλόμενα θρέπτρα. Θεΐας ἀναπέτασον χειῖρας· δέξαι ψυχὴν μητρικὴν, ὁ πατρικαῖς χερσὶ τὸ πνεῦμα ἐπὶ σταυροῦ παραθέμενος, φώνησον πρὸς αὐτὴν ἡδὺ τι ψιθύρισμα. Ἐλθέ, ἡ καλή, ἡ πλησίον μου, ἡ τῷ κάλλει τῆς παρθενίας ὑπὲρ ἥλιον μαρμαρῦσσουσα. Μετέδωκάς μοι τῶν σῶν· δεῦρο, τῶν ἐμῶν συναπλάυσσον· δεῦρο, Μῆτερ, πρὸς τὸν Υἱόν· δεῦρο, συμβασίλευσον τῷ ἐκ σοῦ σὺν σοὶ πτωχεύσαντι. Ἄπιθι, Δέσποινα, ἄπιθι, οὐ Μωσαϊκῶς, ἀνάβα, καὶ τε-

terrae finibus in Sion advehant. Qui sunt isti, qui tamquam nubes et aquilae ad corpus resurrectionis omnium causam volant, Dei Matri ministraturi? Quae est ista quae ascendit dealbata, tota pulchra, resplendens ut sol? Spiritus citharae concinant, apostolicae linguae, theologorum * vertices cymbalis perstreperant. Vas electionis Hierotheus, divino Spiritu consecratus, divina unione res divinas edoctus passusque, totus e corpore excedat, totus liberam animi electionem sequens abeat, laudatoriisque canticis plaudat. Gentes omnes manibus plaudant: Deiparam omnes laudent. Angeli obnoxio morti corpori serviant. Filiae Ierusalem, praeuntem reginam sequimini,¹ et velut proximae illi virgines, Spiritu iuvenantes ad sponsum simul convehimini, a dextris Domini astiturae. Descende, descende, Domine, Matri, uti par est, debita nutritionis tuae praemia persolvito. Divinas extende manus: maternam animam suscipe, qui paternis manibus spiritum in cruce deposuisti: dulci eam susurro compella. Veni, pulchra, proxima mea, quae virginitatis forma solem ipsum splendoribus superas. Tua mecum communicasti; nunc meorum particeps esto. Accede, Mater, ad Filium: iam cum eo qui ex te natus est, et tecum egestatem subiit, regnum teneto. Abi, Domina, abi, non uti Moses, ascende, ac morere. Morere

¹ Ps. XLIV, 15.

λεύτα. Τελεύτα δὲ μᾶλλον, καὶ οὕτως ἀναβαίνει. Ψυχὴν παράθου ταῖς τοῦ Υἱοῦ σου χερσίν. Ἀπόδος τὸ τοῦ χόρος τῷ χότῃ, ὡς ὅτι τοῦτο συνεπαρθήσεται. Ἄρατε, ὁ τοῦ Θεοῦ λάος, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, ἄρατε. Ἴδου ἐν Σιών ἡ κιβωτὸς Κυρίου Θεοῦ τῶν δυνάμεων, καὶ ταύτη σωματικῶς οἱ ἀπόστολοι παρεστήκεισαν τὸ ζωαρχικὸν καὶ θεοδόχον σῶμα κηδεύοντες. Ἀύτως δὲ καὶ ἀοράτως περιέπουσιν ἄγγελοι φόβῳ, τῇ Μητρὶ τοῦ σφῶν Δεσπότητου δουλοπρεπῶς παριστάμενοι. Αὐτὸς ὁ Κύριος πάρεστιν, ὁ πανταχοῦ παρών, καὶ τὰ πάντα πληρῶν, καὶ περιέπων τὸ πᾶν, οὐ τόπος οὐδεὶς. Ἐν αὐτῷ γὰρ τὰ πάντα ὡς ποιητικῷ καὶ συνεκτικῷ αἰτίῳ. Ἴδου ἡ παρθένος, ἡ θυγάτηρ Ἀδὰμ καὶ Μήτηρ Θεοῦ, δι' Ἀδὰμ τὸ σῶμα παραπέμπει τῇ γῆ, τὴν δὲ ψυχὴν οὐρανίαις σκηναῖς διὰ τὸν Υἱὸν ἀναδίδωσιν. Ἀγιαζέσθω τὸ ἄστν τὸ ἅγιον, καὶ ἐπ' εὐλογίαις καρπούσθω εὐλογίαν αἰώνιον. Τῇ διαβάσει τοῦ θείου σκηνώματος προπορευέσθωσιν ἄγγελοι, καὶ τὸν τάφον εὐτρεπιζέτωσαν. Κοσμεῖτω τοῦτον αἰγλή τοῦ Πνεύματος. Ἐτοιμαζέσθω μύρα, καὶ τῷ παναμώμῳ καὶ πανευάδει μυριζέσθωσιν σῶματι. Παρήτω νᾶμα εἰλικρινές, καὶ ἀρέσθω τὴν εὐλογίαν ἐκ τῆς ἀκηράτου τῆς εὐλογίας πηγῆς. Ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ τῇ καταθέσει τοῦ σώματος. Ἄηρ σκιρτάτω τῇ ἀναβάσει τοῦ Πνεύματος. Πνεύτωσιν αὔραι δροσοειδεῖς, καὶ χάριτος ἔμπλεοι. Πᾶσα ἡ κτίσις πανηγυριζέτω τὴν τῆς Θεομήτορος ἄνοδον. Χοροὶ νέων ἀλαλαζέτωσαν. Ῥυήτωσιν γλῶσσαι ῥητόρων τοῖς ἐφυμνίοις· καρδίαι σοφῶν τὸ θαῦμα φιλοσοφεῖτωσαν· πρε-

potius primum, dein ascende. Animam Filii tui manibus repone: terrae quod terrae est, redde; nam hoc etiam tecum simul subleuabitur. Tollite, o popule Dei, oculos; tollite, et ecce in Sion arcam Domini Dei virtutum, cui reipsa apostoli quidem astant, corpus quod vitae principium et Dei receptaculum fuit funerantes: angeli vero incorporali invisibilique ratione fovent, Domini sui Genitrici non sine timore servorum instar assistentes. Ipse quoque Dominus adest, qui ubique praesens est, omnia complens et universa continens, cuius nullus est locus; in ipso enim omnia sunt, velut in Creatore, qui cuncta condit et complectitur. Ecce virgo, Adami filia Deique Mater, corpus terrae propter Adamum tradit: animam vero ad coelestes sedes propter Filium transmittit. Urbs sancta sanctificetur, ac cum aliis benedictionibus, sempiternam benedictionem referat. Divini tabernaculi pompam angeli praecedant, et sepulcrum apparent. Id fulgore Spiritus honestetur: unguenta componantur, quibus purissimum odoratissimumque corpus perfricetur. Adsit unda limpida, quae benedictionem hauriat ex mundissimo benedictionis fonte. Exsultet terra depositione corporis: exsiliat aër ascensu Spiritus: spirent aerae rorulentae pleneque gratia: Dei Matris conscensum creatura omnis concelebret, iuniorum coetus iubilent, orato-

σβύται τῇ πολιᾷ τὸ αἰδέσιμον ἔχοντες, ἄτρεμα τὰς θεωρίας καρποφορεῖταισαν. Πᾶσα ἡ κτίσις συνεισενεγκάτω τὸν ἔρανον. Οὐδ' οὕτω γὰρ ἂν πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας ἐφίκοιντο.

- *761 * 5. Δεῦτε, πάντες νοερώς ἐκδημούσης συνεκδημήσωμεν. Δεῦτε, πάντες καρδίας πόθῳ πρὸς τὸν τάφον κατιούσῃ συγκαταβῶμεν. Περιστοιχίσωμεν τὸν ἱερώτατον κράθβατον. Ὑμνοὺς ἱεροῦς ἄσωμεν, ὡδέπως μελωδοῦντες· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Χαίροις, ἡ προωρισμένη Μήτηρ Θεοῦ. Χαίροις, ἡ προεκλελεγμένη τῇ πρὸ αἰῶνων βουλῇ τοῦ Θεοῦ, γῆς θειώτατον βλάστημα, πυρὸς θείου κατοικητήριον, Πνεύματος ἁγίου ἱερώτατον ἀγαλμα, ὕδατος ζῶντος πηγῆ, παράδεισος τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, θείου βότρυος κλῆμα ἐμψυχον νέκταρ καὶ ἀμβροσίαν πηγάζοντος, ποταμὸς πλήρης τῶν ἀρωμάτων τοῦ Πνεύματος, ἄρουρα τοῦ θείου ἀστάχυος, ῥόδον τῇ παρθενίᾳ φανώτατον, καὶ πνέων τῇ εὐωδίᾳ τῆς χάριτος, κρῖνον τοῦ βασιλικοῦ ἀμφιάσματος, ἀμνάς ἡ τεκοῦσα τὸν Ἄμνόν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐργαστήριον, ἀγγελικῶν ὑπερτέρα δυνάμεων, δούλη καὶ μήτηρ. Δεῦτε, τὸν τάφον περιστοιχίσωμεν τὸν ἀκήρατον, καὶ θείας ἀρυσώματα χάριτος. Δεῦτε, ψυχικαῖς ἀγκάλαις τὸ ἀειπάρθενον σῶμα βαστάσωμεν, καὶ συνεισέλθωμεν ἔνδον τοῦ μνήματος, καὶ συννεκρω-

rum linguae hymnos fundant, sapientum corda miraculum philosophentur: senes canitie venerandi intenta acie speculationes edant: universae demum conditae res symbolam conferant suam. Nec vero sic minimam tantae dignitatis partem attingent.

- *762 * 5. Eia agite, omnes una cum abeunte abeamus. Agite, omnes desiderio cordis cum ea quae in monumentum descendit, descendamus: sanctissimum grabatum circumsepiamus. Sacros hymnos canamus, hoc modo concinentes: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*¹ Ave, quae praedestinata es Dei Mater. Ave, quae consilio Dei ante saecula praelecta es, ut divinum germen esses divini ignis habitaculum, Spiritus sancti sacrata statua, aquae vivae fons, ligni vitae paradisis, divini racemi palmes, ex quo nectar animatum et ambrosia profluxerunt: fluvius aromatum Spiritus plenus, terra divinae spicae, rosa virginitate clarissima, et gratiae fragrantiam spirans, regii indumenti lilium, agna Agnum Dei pariens tollentem peccatum mundi, salutis nostrae officina, angelicis potestatibus sublimior, ancilla et mater. Agite, mundissimum sepulcrum circumdemus, divinumque inde gratiam hauriamus. Agite, ulnis animi corpus perpetuae virginitati addictum gestemus, in monumentum introeamus, unaque moriamur, abdicatis quidem corporis affecti-

¹ Lc. I, 28.

θῶμεν, τοῖς μὲν τοῦ σώματος ἀπογινόμενοι πάθεσιν, συζῶντες δὲ ζῶν ἄπαθῆ καὶ ἀκήρατον ἀκουτισθῶμεν τοὺς θείους ὕμνους ἐξ αὐτῶν τῶν ἀγγελικῶν χεῖλεων προϊεμένους. Εἰσέλθωμεν προσκυνήσοντες, καὶ γινώμεν τοῦ μυστηρίου τὸ ξένον, ὡς ἤρται, ὡς μεμετεώρισται, ὡς πρὸς οὐρανὸν εἴληπται, ὡς τῷ Υἱῷ πασῶν ὑπερθεν τῶν ἀγγελικῶν παρίσταται τάξεων· οὐδὲν γὰρ μέσον Μητρὸς καὶ Υἱοῦ. Τοῦτόν σοι τὸν ἐξόδιον λόγον τρίτον ἐπὶ τοῖς δυσὶ πεποίημαι, Μῆτερ Θεοῦ, αἰδοῖ καὶ πόθῳ τῆς Τριάδος ἢ ἐλειτούργησας τῇ πατρικῇ εὐδοκίᾳ, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, τὸν ἀναρχον Λόγον, τὴν παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ δεξαμένη σοφίαν καὶ δύναμιν. Δέχου τοίνυν τὴν προθυμίαν, τὴν δύναμιν υπεραίρουσαν, καὶ δίδου τὴν σωτηρίαν, παθῶν ψυχικῶν ἀλλοτριῶσιν, νόσων σωματικῶν λόφωσιν, περιστάσεων λύσιν, βίου γαληναίαν κατάστασιν, φωτισμὸν Πνεύματος· τὸν πρὸς τὸν σὸν Υἱὸν πόθον ἐκπύρσευσον, εὐάρεστον αὐτῷ τὸν βίον ἡμῶν κατάστησον, ὡς ἂν καὶ τῆς ἐκεῖθεν τυχόντες μακαριότητος, τῇ Υἱοῦ δόξῃ ὀρώντές σε ἐξαστράπτουσιν, ὕμνους ἱεροὺς ἀναπέμφωμεν, αἰωνίως εὐφραίνόμενοι, ἐν ἐκκλησίᾳ ἑορταζόντων ἀξίως τοῦ Πνεύματος, τῷ διὰ σοῦ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν οἰκοδομήσαντι, Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

bus, simul vero cum ea nulli labi, nulli vitio obnoxiam ducentes vitam; divinos denique canticos ex angelicis labiis nulli materiae subiectis effusos audiamus. Introeamus adoraturi, mysteriique novitatem cognoscamus, ut elata, ut sublata, ut in coelum delata est, ut Filio super omnes angelorum classes astat: nihil enim inter Filium et Matrem medii est. Hanc ad te de tuo exitu tertiam orationem post duas alias habui, cum summa erga Trinitatem reverentia et desiderio, cui ex complacito Patris, et Spiritus virtute ministrasti, Verbum principii expers, omnipotentemque Dei sapientiam et facultatem excipiendo. Conatum itaque vires meas excedentem suscipe, salutem praebe, vitiorum animi alienationem, aegritudinum corporis quietem, adversariorum casuum solutionem, vitae tranquillam conditionem, Spiritus illuminationem. Amorem in Filium tuum accende, vitam nostram quae illi grata sit, institue, ut beatitatis quae apud ipsum est, participes facti, te Nati tui gloria resplendentem intuentes, sacros hymnos emittamus, aeterna oblectatione, in eorum conventu, qui pro dignitate Spiritus festa celebrant, in illius honorem qui per te salutem nostram est operatus, Christi Dei Filii, cui gloria et imperium cum Patre principii nescio, sanctissimoque et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in omnia, et infinita saecula saeculorum. Amen.

- PG
96, 890 Laudatio S. Barbarae M. 20. [...] Σὲ ἡ τῶν ἁγίων ἁγία Θεοτόκος καὶ 1963
προμήτωρ, παρθένος καὶ Θεομήτωρ, ἡ τὸ θῆλυ μὲν γένος πρώτη καὶ μόνη
δοξάσασα, πάντων δὲ ἀβρένων καὶ θηλύων, οὐρανίων τε καὶ ἐπιγείων ἀνάσ-
σουσα, ὡς τοῦ πάντων δεσπύζοντος μήτηρ χρηματίσασα, ἐν γυναικείῳ καὶ
μειρακίῳ σαρκίῳ, τὸν εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενον, καὶ τὴν θάλασσαν ἐξα-
λείφειν, καὶ τὴν οἰκουμένην ὡς νοσιὰν περιδράττεσθαι φρυαττόμενον, κατα-
βαλοῦσαν ἰδοῦσα, καὶ κατακράτος καταπατήσασαν. Καὶ ταῖς ἀρεταῖς τερ-
φθεῖσα, ὠλέναις προλαβοῦσα, πλησίον ἐκάθισε καὶ καθίδρυσεν, καὶ τῆς ἀνω-
τάτῳ τιμῆς καὶ παρῶρησίας μετέδωκεν, καὶ τῷ βασιλικῷ θρόνῳ ἐνεφάνισεν
καὶ παρέστησεν.

CARMINA

- PG
96, 820 In Theogoniam. [...] Νύμφης πανάγνου τὸν πανόλβιον τόκον, 1964
Ἴδεῖν ὑπὲρ νοῦν ἠξιώμενος χορός,
Ἄγραυλος ἐκλονεῖτο τῷ ξένῳ τρόπῳ,
Τάξιν μελφοδοῦσάν τε τῶν ἀσωμάτων,
Ἄνακτα Χριστόν, ἀσπύρωσ σαρκούμενον.
Ἵψους ἀνάσσων οὐρανῶν, εὐσπλαγχνία
Τελεῖ καθ' ἡμᾶς ἐξ ἀνυμφεύτου κόρης,

- PG
96, 810 Laudatio S. Barbarae M. 20. [...]. Te sancta sanctorum Deipara, 1963
prima Virgo parens, et Dei mater, quae muliebrem sexum prima
solaque clarificavit, cunctorumque masculorum ac feminarum, coe-
lestium ac terrestrium Regina est, tamquam eius mater qui omnibus
dominatur; in muliebri et puellari corpusculo, eum a te eversum
ac potenter proculcatum videns, qui in immensum gloriabatur, su-
perbiaque sua iactabat fore, ut et mare desolaret, et orbem univer-
sum veluti nidum comprehenderet; tumque adeo virtutum tuarum
luce delectata, ulnis te complectens sibi proximam collocavit, su-
premoque honore et favore donatam, regio throno repraesentavit
et exhibuit.

- PG
96, 819 In Theogoniam.¹ [...] Sponsae perpurae valde divitem partum 1964
Videre supra sensum dignus factus chorus,
Agri incola movebatur mirabili modo,
Ordinem, canentemque, incorporeorum
Regem Christum sine semine incarnatum.
Celsitudini imperans coelorum, ob misericordiam
Exstat secundum nos ex innupta Virgine,

¹ «Composition d'une authenticité incontestée». M. Jugie in DThC VIII¹, 704.

Ἄυλος ὢν τοπρόσθεν, ἀλλ' ἐπ' ἐσχάτων
 Λόγος παχυνθεὶς σαρκί, τὸν πεπτωκότα,
 Ἵνα πρὸς αὐτὸν ἐλκύσῃ πρωτόκτιστον.

Γένους βροτείου τὴν ἀνάπλασιν πάλαι,
 Ἄδων προφήτης Ἀβθακούμ, προμηνύει,
 Ἴδεῖν ἀφράστως ἀξιωθεὶς τὸν τύπον.
 Νέον βρέφος γὰρ ἐξ ὄρους τῆς παρθένου
 Ἐξῆλθε λαῶν εἰς ἀνάπλασιν, Λόγος.

Ἰσος προῆλthes τοῖς βροτοῖς ἐκουσίως,

* Ὑψιστε, σάρκα προσλαβὼν ἐκ Παρθένου. *821

Ἴδὸν καθάραι τῆς δρακοντίας κάρας,
 Ἄγων ἅπαντας πρὸς σέλας ζωηφόρον,
 Θεὸς πεφυκῶς, ἐκ πυλῶν ἀηλιῶν.

1965

[...] Ῥίζης φυεῖσα τοῦ Ἰεσσαί, Παρθένε,
 Ὅρους παρῆλthes τῶν βροτῶν τῆς οὐσίας,
 Πατρὸς τεκοῦσα τὸν πρὸ αἰώνων Λόγον,
 Ὡς ἠυδόκησεν αὐτὸς ἐσφραγισμένην,
 Νηδὺν διελθεῖν τῇ κενώσει τῇ ξένη.

PG
96, 821

Μήτηραν ἀφλέκτως εἰκονίζουσι κόρης,
 Οἱ τῆς παλαιᾶς πυρπολούμενοι νέοι. 824

Materiae expers existens ante, sed in extremis
 Verbum impingatum carne, prolapsum,
 Ut ad se traheret quem primo formaverat.

Generis mortalis reformationem olim
 Canens propheta Habbacum, praenuntiat,
 Videre ineffabili modo dignus factus figuram.
 Novus infans enim ex monte seu Virgine
 Exivit, ad populorum reformationem, Verbum.

Par processisti mortalibus sponte.

* Celsissime, carne assumpta de Virgine,
 Virus purgatum draconici capitis,
 Ducens omnes ad lucem vivificam,
 Deus existens, ex portis tenebrosis.

*822

1965

[...] Ex radice nata Iesse Virgo,
 Terminos praeteriisti mortalium substantiae,
 Patris enixa ante saecula Verbum,
 Quemadmodum complacuit ipsi, sigillatum
 Ventrem percurrere vacuitate mirabili.

PG
96, 822

Matricem non combusti figurant Virginis
 Antiquae igne involuti iuvenes, 823

- Ἵπερφυῶς κίουσαν ἐσφραγισμένην.
 Ἄμφω δὲ δρῶσα θαυματουργία μία,
 Λαοὺς πρὸς ὕμνον ἐξανίστησι χάρις.
- PG 96, 824 Ῥᾶον σιωπὴν, τῷ πόθῳ δέ, Παρθένε, 1966
- Ἵμνους ὑφαίνειν συντόνως τεθειμένους,
 Ἐργῶδές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μῆτερ σθένος,
 Ὅση πέφυκεν ἢ προαίρεσις, δίδου.
- Τύπους ἀφεγγεῖς, καὶ σκιάς παρηγγμένας,
 Ὡ Μῆτερ ἀγνή τοῦ Λόγου, δεδορκότες,
 Νέου φανέντος ἐκ πύλης κεκλεισμένης,
- *825 * Δοξούμενοί τε τῆς ἀληθείας φάους,
 Ἐπαξίως σὴν εὐλογοῦμεν γαστέρα.
- Πόθου τετευχῶς, καὶ Θεοῦ παρουσίας,
 Ὁ χριστοτερπῆς λαὸς ἠξιωμένος,
 Νῦν ποτνιαῖται τῆς παλιγγενεσίας,
 Ὡς ζωοποιοῦ, τὴν χάριν δέ, Παρθένε,
 Νέμοις, ἄχραντε, προσκυνῆσαι τὸ κλέος.
- PG 96, 832 In Theophaniam.¹ [...] Ὡ τῶν ὑπὲρ νοῦν τοῦ τόκου σου θαυμάτων, 1967
 Νύμφη πάναγνε, Μῆτερ εὐλογημένη,

- Supernaturaliter parientem sigillatam.
 Utrumque autem faciens miraculo uno
 Populos ad hymnum excitat gratia.
- PG 96, 823 Facile est silentium, desiderio autem, o Virgo, 1966
- Laudes texere intensim positas
 Difficile est: sed etiam, o mater, robur,
 Quanta est affectio, praebe.
- Formas obscuras, et umbras eductas,
 O mater pura Verbi, conspicati,
 Infante viso ex ianua clausa,
- *826 * Digni effecti veritatis luce
 Digne tuum benedicimus ventrem.
- Desiderium sortitus et Dei praesentiam.
 Christi laetus populus factus dignus,
 Nunc precatur, regenerationis
 Ut vivificae gratiam, o Virgo
 Pura tribuas, adorare gloriam.
- PG 96, 831 In Theophaniam.¹ [...] O propter immania partus tui miracula, 1967
 Sponsa perpura, Mater benedicta,

¹ « Composition d'une authenticité incontestée ». M. Jugie in DThC VIII¹, 704.

Δι' ἧς τυχόντες παντελοῦς σωτηρίας,
 Ἐπάξιον κροτοῦμεν ὡς εὐεργέτην,
 Δῶρον φέροντες ὕμνον εὐχαριστίας.
 Ἴδμεν τὰ Μωσεῖ τῇ βάτῳ δεδειγμένα,
 Δεῦρο ξένοις θεσμοῖσιν ἐξειργασμένα,
 Ὡς γὰρ σέσωστο πυρφοροῦσα Παρθένοσ,
 Σελασφόρον τεκοῦσα τὸν εὐεργέτην,
 Ἰορδάνου τε ρεῖθρα προσδεδειγμένα.

- 1968 In Dominicam Paschae.¹ Φυλάξας τὰ σήμαντρα σῶα, Χριστέ, ἐξηγγέ- PG 96, 841
 θης τοῦ τάφου. Ὁ τὰς κλεῖς τῆς Παρθένου μὴ λυμηνάμενος ἐν τῷ τόκῳ σου,
 καὶ ἠνέφξας ἡμῖν παραδείσου τὰς πύλας.
- 1969 In Annuntiationem B. V. Mariae.¹ Ἄκουε, κόρη, Παρθένε ἀγνή· εἰ- PG 96, 852
 πάτω δὴ ὁ Γαβριὴλ βουλὴν Ὑψίστου ἀρχαίαν, ἀληθινήν, γενοῦ πρὸς ὑπο-
 δοχὴν ἐτοίμη Θεοῦ· διὰ σοῦ γὰρ ὁ ἀχώρητος βροτοῖς συνεπιστρέφεται. Διὸ
 καὶ χαίρων βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.
 Ἐννοια πᾶσα ἠττᾶται βροτῶν, ἀντέφησεν ἡ Παρθένοσ ζητοῦσα· Ἄπερ
 μοι φθέγγη παράδοξα, ἤσθην σου τοῖς λόγοις. Ἄλλὰ δέδοικα θαμβηθεῖσα

Ob quam assecuti perfectam salutem,
 Dignum plaudimus ut benefactorem,
 Donum ferentes hymnum gratiarum actionis.
 Scimus quae Moysi in rubo ostensa sunt,
 Hic miris legibus perfecta.
 Sic enim salvata est ignifera Virgo,
 Radiantem enixa benefactorem,
 Iordanisque fluenta significata.

- 1968 In Dominicam Paschae.¹ Servatis signis sospitibus, Christe, sus- PG 96, 842
 citatus es e sepulcro. Qui claves Virginis non offendisti dum te pe-
 perit, et reserasti nobis paradisi portas.
- 1969 In Annuntiationem B. V. Mariae.¹ Audi, puella, Virgo pura, di- PG 96, 851
 cat iam Gabriel consilium Altissimi antiquum: verum fias ad Dei sus-
 ceptionem prompta. Per te enim incomprehensibilis cum mortali-
 bus conversatur. Ideo et gaudens clamo: Benedicite, omnia opera
 Domini, Domino.

Intellectus omnis vincitur mortalium, respondit Virgo quaerens:
 Quae mihi loqueris, ab opinione remota sunt: tuis his laeta sum

¹ «Composition d'une authenticité incontestée». M. Jugie in DThC VIII¹, 704.

μη ἀπάτη με ὡς Εὐαν πόρρω πέμψης Θεοῦ. Ἄλλ' ὅμως ἤδη βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

Ἴδε σοι, κόρη τὸ ἄπορον λέλυται, φησὶ πρὸς ταῦτα ὁ Γαβριήλ· Καλῶς γὰρ ἔφησ τὸ πρᾶγμα δυστέκμαρτον λόγοις σῶν χειλέων πειθαρχοῦσα· λοιπὸν μὴ ἀμφίβαλε ὡς πλάσματι, ὡς πράγματι δὲ πίστευε. Ἐγὼ γὰρ χαίρων βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

Νόμος οὗτος θεόθεν βροτοῖς, ὁ ἄμεμπτος αὔθις φησι, ζυνοῦ ἔρωτος τόκον προέρχεσθαι. Οὐκ οἶδα σύζυγον παντελῶς ἠδονήν. Πῶς οὖν λέγεις ὅτι τέξομαι; φοβοῦμαι μὴ ἀπάτη λαλῆς. Ἄλλ' ὅμως ἤδη βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

Ῥήματα ἅπερ μοι φθέγγη, σεμνή, ὁ ἄγγελος πάλιν βοᾷ, συνήθη πέλει λοχείας ἀνθρώπων θνητῶν. Τὸν ὄντως Θεόν σοι ὑπαγγέλλομαι ὑπὲρ λόγον τε καὶ ἔνοιαν σαρκούμενον, ὡς οἶδεν ἐκ σοῦ. Διὸ καὶ χαίρων βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

Φαίνη μοι ἀληθείας ῥήτωρ, κατέθετο ἡ Παρθένος. Χαρᾶς κοινῆς γὰρ ἐλήλυθας ἄγγελος· ψυχὴν οὖν ἐπεὶ συγκαθήγγισμαι Πνεύματι, ὡς τὸ ῥῆμά σου γενέσθω μοι· σκηνοῦτω ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός, πρὸς ὃν βοῶ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

verbis; sed timeo stupefacta, ne deceptione ut Evam longe me mit-
tas a Deo; sed tamen iam clamo: Benedicite, omnia opera Domini,
Domino.

Ecce tibi, puella, dubium solutum est, dicit ad haec Gabriel:
Bene enim dixisti rem non coniectandam, sermonibus tuorum la-
biorum parens. Reliquum ne dubita ceu fictio sit: ut rei autem
crede. Ego enim gaudens clamo: Benedicite, omnia opera Domini,
Domino.

Lex haec a Deo mortalibus statuta, irreprehensibilis, rursum
iubet, ut ex communi amore partus proveniat, nescio coniugalem
penitus voluptatem. Quomodo igitur dicis quod pariam? Timeo ne
versute loquaris: sed tamen iam clamo: Benedicite, omnia opera
Domini, Domino.

Verba quae mihi dicis, o veneranda, angelus rursus clamat, con-
suetae sunt feturae mortalium hominum. Vere Deum tibi annun-
tium supra rationem et mentem incarnatum, ut novit ex te, ideo gau-
dens clamo: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Videris mihi veritatis orator, reposuit Virgo. Laetitiae enim
communis venisti nuntius: anima igitur quia purgata sum per Spi-
ritum, secundum verbum tuum fiat mihi: habitet in me Deus ad
quem clamo: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Ὡς ἐμψύχω Θεοῦ κιβωτῶ ψαυέτω μηδαμῶς χεῖρ ἀμυήτων· χεῖλη δὲ πιστῶν τῇ Θεοτόκῳ ἀσιγήτως φωνὴν τοῦ ἀγγέλου ἀναμέλποντα, ἐν ἀγαλλιάσει βοάτω· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Ἵπὲρ ἔννοιαν συλλαβοῦσα Θεόν, τῆς φύσεως θεσμούς ἔλαθες κόρη. Σὺ γὰρ ἐν τῷ τίκτειν τὰ μητέρων διέδρας, ῥευστὴ φύσις καίπερ καθεστηκυῖα· ὅθεν ἐπαξίως ἀκούεις· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Πῶς πηγάζεις γάλα, Παρθένη ἀγνή, οὐ φέρει ἐξειπεῖν γλῶσσα βροτεία. Ἐένον γὰρ φύσεως ἐπιδείκνυται πρᾶγμα νομίμης ὅρους γονῆς ὑπερβαῖνον· ὅθεν ἐπαξίως ἀκούεις· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Θαυμαστόν τῷ ἱεροφάντῃ Μωϋσεῖ ἡ βάτος καὶ τὸ πῦρ ἔδειξε τέρας. Ζητῶν δὲ τὸ πέρας εἰς διάβασιν χρόνου, ἐν κόρῃ ἀγνῇ ἔφη καταπτεῦσαι, ἧ ὡς Θεοτόκῳ λεχθείη· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

* Δανιὴλ σε ὄρος καλεῖ νοητόν, γεννήτριαν Θεοῦ ὁ Ἑσαίας· βλέπει δὲ ὡς πόκον Γεδεών, ὁ Δαβὶδ δὲ ἀγίασμα, φάσκει πύλην δέ σε ἄλλος· ὁ δὲ Γαβριὴλ σοι κραυγάζει· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. *853

Tamquam animatam Dei arcam nequaquam tangat manus non initiatorum: labra autem fidelium Deiparae perpetuo vocem angeli recinentia, exultando clament: Ave, gratia plena, Dominus tecum.

Supra intellectum concipiens Deum, naturae leges nescisti, puella: tu enim pariendo, quae matrum sunt transcendisti, fluxa natura quamvis constares: unde digne audis: Ave, gratia plena, Dominus tecum.

Quonam modo lac profundas, Virgo pura, non fert enarrare lingua mortalis: admirabilis enim naturae ostenditur res, legalis terminos partus transgrediens, unde digne audis: Ave, gratia plena, Dominus tecum.

Admirabile sacrorum interpreti Moysi rubus et ignis ostendunt signum. Quaerens autem finem in transitum temporis, in puella pura dixit perspicere, velut Deiparae dicatur: Ave, gratia plena, Dominus tecum.

* Daniel te montem vocat intelligibilem, Genitricem Dei Isaias: videt autem ut vellus Gedeon: David sacrarium dicit: ianuam vero te alius: Gabriel autem tibi clamat: Ave, gratia plena, Dominus tecum. *854

CANON IN DORMITIONEM B. V. MARIAE¹

- PG
96, 1364 I. Ἀνοίξω τὸ στόμα μου καὶ πληρωθῆσομαι πνεύματος καὶ λόγον ἐρεύ- 1970
ξομαι τῇ βασιλίδι μητρί· καὶ ὀφθῆσομαι φαιδρῶς πανηγυρίζων, καὶ ἄσω
γηθόμενος ταύτης τὰ θαύματα.
- PG
96, 1364 II. Παρθένοι νεάνιδες, σὺν Μαριάμ τῇ προφήτιδι ᾠδὴν τὴν « ἐξόδιον » νῦν 1971
ἀλαλάξατε· ἡ Παρθένος γὰρ καὶ μόνη Θεοτόκος πρὸς λῆξιν οὐράνιον διαδι-
βάζεται.
- PG
96, 1364 III. Ἀξίως ὡς ἔμψυχόν σε οὐρανὸν ὑπεδέξατο οὐράνια, πάναγνε, θεῖα 1972
σκηνώματα, καὶ παρέστεικας φαιδρῶς ὠραϊσμένη, ὡς [ὦ] νύμφη πανάμωμε
τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ.
Τοὺς σοὺς ὑμολόγους, Θεοτόκε, ἡ ζῶσα καὶ ἀφθιτος πηγὴ, θίασον συγ-
κροτήσαντας πνευματικὸν στερέωσον· καὶ ἐν τῇ θεῖα μνήμῃ σου στεφάνων
δόξης ἀξίωσον.
Θνητῆς ἐξ ὀσφύος προαχθεῖσα τὴν φύσιν κατάλληλον ἀγνή τὴν ἐξοδὸν
διήνυσας· τεκοῦσα δὲ τὴν ὄντως ζωὴν πρὸς τὴν ζωὴν μεθέστηκας τὴν θείαν
καὶ ἐνυπόστατον.
Δῆμος θεολόγων ἐκ περάτων, ἐξ ὕψους ἀγγέλων δὲ πληθὺς πρὸς τὴν
Σιὼν ἠπέιγοντο παντοδυνάμω νεύματι, ἀξιοχρέως, Δέσποινα, τῇ σῇ ταφῇ
λειτουργήσαντες.
- PG
96, 1364 IV. Τὴν ἀνεξιχνίαστον θείαν βουλὴν τὴν ἐκ τῆς Παρθένου σαρκώσεως 1973
-
- PG
96, 1363 I. Aperiam os meum et spiritu implebo, et verbum Reginae 1970
Matri eructabo, et eam hilariter aspiciam laudans; eiusque miracula
laetabundus concinam.
- PG
96, 1363 II. Iuvenulae Virgines, nunc simul cum Maria prophetissa 1971
Canticum *De exitu* alacriter fundite; Virgo enim et unica Deipara
ad coelestem haereditatem transmittitur.
- PG
96, 1363 III. Te merito quidem, o purissima et Divina, tamquam ani- 1972
matum coelum, coelestia tabernacula exceperunt; Regique ac Deo,
o plane inculpata (Virgo), ornata veluti Sponsa, hilariter astitisti.
Tuarum laudum cantores, o Deipara, vive et incorrupte fons,
spiritalem inter se chorum celebrantes confirma; et in divina memo-
ria tua gloriae coronis dignare.
Ex mortali utero producta secundum naturam, convenientem
pura exitum absolvisti; veramque enixa vitam, ad divinam subsi-
stentemque vitam migrasti.
Theologorum turba e finibus terrae, angelorum multitudo ab
alto, omnipotenti nutu properarunt in Sion, tuae, laudabilis Domina,
sepulturae ministraturi.
- PG
96, 1363 IV. Divinum, investigabile consilium incarnationis ex te Vir- 1973

¹ « Composition d'une authenticité incontestée ». M. Jugie in DThC VIII, 704.

σου τοῦ Ὑψίστου προφήτης Ἀθακούμ ἐξεστηκῶς ἐκραύγαζε· Δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε.

Θάμβος ἦν θεάσασθαι τὸν οὐρανὸν τοῦ παμβασιλέως ἐμψυχον τοὺς κενεῶνας ὑπερχόμενον τῆς γῆς. Ὡς θαυμαστά τὰ ἔργα σου! Δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε.

Εἰ ὁ ἀκατάληπτος ταύτης καρπὸς δι' ἣν οὐρανὸς ἐχρημάτισε ταφὴν ὑπέστη ἐκουσίως ὡς θνητός, πῶς τὴν ταφὴν ἀρνήσεται ἢ ἀπειρογάμως κηύσασα; Ἐν τῇ μεταστάσει σου, μήτηρ Θεοῦ, εὐρυχωρότατον σῶμά σου θεοδόχον τῶν ἀγγέλων στρατιαὶ ἱερωτάταις πτέρυξι τρόμφῳ καὶ χαρᾷ συνεκάλυπτον.

1974

V. Ἐξέστη τὰ σύμπαντα ἐπὶ τῇ θείᾳ μνήμῃ σου. Σὺ γάρ, ἀπειρογάμε Παρθένε, γῆθεν μετέστης ὡσπερ ζωῆς κιβωτὸς πρὸς τὴν ἐπουράνιον μονήν, πᾶσι τοῖς ὑμνοῦσί σε τὴν εἰρήνην βραβεύουσα.

PG
96, 1364

Κροτεῖτωσαν σάλπιγγες τῶν θεολόγων σήμερον· γλῶσσα δὲ πολύφθογγος ἀνθρώπων νῦν εὐφημείτω. Περιηχέτω ἄηρ, ἀπείρω λαμπόμενος φωτί. Ἄγγελοι ὑμνεῖτωσαν τῆς πανάγνου τὴν κοίμησιν.

* Τὸ σκεῦος διέπρεπε τῆς ἐκλογῆς τοῖς ὑμνοῖς σου· ὄλος ἐξιστάμενος, Παρθένε· ἐκδημος ὄλος ἱερώμενος Θεῷ τοῖς πᾶσι θεόληπτος καὶ ὄν ὄντως καὶ δεικνύμενος, Θεοτόκε πανύμνητε.

*1365

gine obstupescens Altissimi propheta Habacue, exclamavit: *Gloria potentiae tuae, Domine.*

Mirum sane fuit aspicere Regis universalis animatum coelum terrae sinus ingrediens. Quam mira opera tua! *Gloria potentiae tuae, Domine.*

Siquidem incomprehensibilis huius fructus, per quam coelum locupletius factum est, sepulturam, ut mortalis, ultro sustinuit; quomodo sepulturam sine virili consortio enixa Virgo detrectabit?

In tuo, Dei Genitrix, transitu amplissimum tuum, Dei capax corpus angelorum agmina sacratissimis alis cum tremore et gaudio contexere.

1974

V. Cuncta in divina tua memoria obstupere; tu enim, inexperta viri Virgo, e terra, tamquam arca vitae, ad coeleste domicilium transiisti, omnibus te concinentibus pacem pro mercede largiens.

PG
96, 1363

Theologorum hodie concrepent tubae, multisona hominum nunc lingua praedicet; aër infinito collucens lumine, circumsonet; angeli purissimae dormitionem hymnis concelebrent.

* Vas electionis inter alios claruit tuis, Virgo, canticis, totus in admirationem raptus; peregrinus omnis sacrificans Deo, et quicumque omnibus est, et vere ostenditur divino numine afflatus, o Virgo omni prorsus cantu dignissima.

*1366

PG 96, 1365 VI. Τὴν θείαν ταύτην καὶ πάνδημον τελοῦντες ἑορτὴν, οἱ θεόφρονες, τῆς Θεομήτορος, δεῦτε τὰς χεῖρας κροτήσωμεν τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα πιστοῖς δοξάζοντες. **1975**

Ἐκ σοῦ ζωὴ ἀνατέταλκε τὰς κλεῖς τῆς παρθενίας μὴ λύσασα. Πῶς οὖν τὸ ἄχραντον ζωαρχικόν τε σου σκῆνωμα τῆς τοῦ θανάτου πείρας γέγονας μέτοχος;

Ζωῆς ὑπάρξασα τέμενος, ζωῆς τῆς αἰδίου τετύχηκας· διὰ θανάτου γὰρ πρὸς τὴν ζωὴν μεταβέβηκας ἢ τὴν ζωὴν τεκοῦσα τὴν ἐνουπόστατον.

PG 96, 1365 VII. Οὐκ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει οἱ θεόφρονες παρὰ τὸν Κτίσαντα· ἀλλὰ πρὸς ἀπειλὴν ἀνδρείως πατήσαντες, ἔχαιρον ψάλλοντες· Ὑπερύμνητε ὁ τῶν Πατέρων Κύριος καὶ Θεός, εὐλογητὸς εἶ. **1976**

Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, τῆς Παρθένου τε καὶ Θεομήτορος τὴν μνήμην σέβοντες, πρεσβύται καὶ ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς σὺν κριταῖς μελωδήσατε· Ὁ τῶν πατέρων Κύριος καὶ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Σαλπισάτωσαν τῇ σάλπιγγι τοῦ πνεύματος ὄρη οὐράνια, ἀγαλλιάσθωσαν βουνοὶ καὶ σκιρτάτωσαν· θεῖοι ἀπόστολοι, ἢ πανήγυρις τῆς Θεοτόκου, σήμερον μυστικῶς πανηγυρίσωμεν.

Ἡ πανίερὸς μετὰστασις τῆς θείας σου καὶ ἀκηράτου μητρὸς τὰ ὑπερκόσμια τῶν ἄνω δυνάμεων ἤθροισε τάγματα· συνευφραίνεσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς σοὶ μέλπουσιν· Ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

PG 96, 1365 VIII. Παῖδας εὐαγεῖς ἐν τῇ καμίνῳ ὁ τόκος τῆς Θεοτόκου διεσώσατο· **1977**

PG 96, 1366 VI. Divinam hanc et publicam Dei matris colentes festivitatem, o divina sapientes, agite, manibus plaudamus, ex illa natum fidelibus celebrantes. **1975**

Ex te orta est vita virginitatis claves minime solvens. Quomodo igitur, cum immaculatum atque in primis vitale tabernaculum tuum fuerit, mortis experientiae facta es particeps?

Vitae ipsa templum, vitam nacta es perpetuam; per mortem enim ad vitam transiisti, quae vitam vere subsistentem pepereris.

PG 96, 1366 VII. Divina sapientes viri creaturam pro Creatore non adoraverunt; sed ignis minas viriliter patientes, laetabantur, canentes: *Summe laudabilis Patrum Domine ac Deus, benedictus es.* **1976**

Iuvenuli et virgines, tum Virginis, tum Dei Matris memoriam venerantes, senes et principes et reges cum iudicibus cantate: *Patrum Domine ac Deus, benedictus es.*

Tuba spiritus montes coelestes clangant, colles gaudeant et exsultent. Hodie, apostoli divini, Deiparae laudatio; mystice laudemus.

Sanctissimus divinae et incorruptae Matris tuae transitus coelestia supernarum Potestatum agmina tremefecit. Cum illis gaudendum, qui tibi in terra canunt: *Benedictus es, Deus.*

PG 96, 1366 VIII. Sanctos pueros servavit in fornace Dei Genitricis partus, **1977**

τότε μὲν τυπούμενος, νῦν δὲ ἐνεργούμενος, τὴν οἰκουμένην ἄπασαν ἤγειρε ψάλλουσαν· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα.

Τὴν μνήμην σου, ἄχραντε Παρθένε, Ἀρχαί τε καὶ Ἐξουσίαι καὶ Δυνάμεις, Ἄγγελοι, Ἀρχάγγελοι, Θρόνοι, Κυριότητες, τὰ Χερουδίμ δοξάζουσι· καὶ τὰ φρικτὰ Σεραφίμ· ἀνθρώπων δὲ τὸ γένος ὑμνοῦμεν, καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὁ ξένως οἰκήσας ἐν τῇ ἀχράντῳ σου νηδύϊ σαρκούμενος οὗτος τὸ πανίερον πνεῦμά σου δεξάμενος, ἐν ἐαυτῷ κατέπαυσεν ὡς ὀφειλέτης Υἱός. Διό σε τὴν Παρθένον ὑμνοῦμεν καὶ ὑπερυψοῦμεν.

Ὡ τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν θαυμάτων τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεομήτορος! Τάφον γὰρ οἰκήσασα ἔδειξε παράδεισον· ὧ παρεστῶτες σήμερον χαίροντες, ψάλλομεν· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε.

1978

IX. Ἄπας γηγενῆς σκιρτάτω τῷ πνεύματι λαμπαδουχούμενος. Πανηγυρίζετω δὲ ἄλλων νόων φύσις γεραίρουσα τὴν ἱερὰν μετάστασιν τῆς Θεομήτορος· καὶ βοάτω· «Χαίροις, παμμακάριστε Θεοτόκε, ἀγνή, ἀειπάρθενε».

PG
96, 1365

Δεῦτε ἐν Σιών τῷ θείῳ καὶ πῖονι ὄρει τοῦ ζῶντος Θεοῦ ἀγαλλιασώμεθα τὴν Θεοτόκον ἐνοπτριζόμενοι· πρὸς γὰρ τὴν λίαν κρείττονα καὶ θειοτέραν σκηνὴν * ὡς μητέρα ταύτην εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων μετατίθησι.

*1368

Δεῦτε, οἱ πιστοί, τῷ τάφῳ προσέλθωμεν τῆς Θεομήτορος· καὶ περιπτύ-

tunc figuratus quidem; nunc vero impletus, universum orbem excitavit canentem: *Laudate, opera, Dominum.*

Tuam, immaculata Virgo, memoriam Principatus, Potestates ac Virtutes; Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Cherubim ac tremenda Seraphim laudibus concelebrant; hominum vero genus canimus et superextollimus in omnia saecula.

Qui in tuo immaculato ventre hospitatus, carnem induit, is sanctissimum spiritum tuum excipiens, in ipso, tamquam debitor Filius, requievit. Ideo te Virginem canimus et superextollimus.

O intellectu altiora semper Virginis ac Dei Genitricis miracula! Postquam enim sepulcrum habitavit, paradysum ostendit, cui astantes hodie laeti canimus: *Cantate et superextollite Dominum.*

1978

IX. Terrigena omnis spiritu exsultet, facem ferens. Mentium vero materiae exsortium natura in laudes eat, sanctum Dei Genitricis transitum venerans; et exclamet: *Salve, beatissima Deipara, pura, semper Virgo.*

PG
96, 1366

Agite, in Sion, divino et pingui Dei viventis monte exsultabimus, Deiparam velut in speculo intuentes; hanc enim ille, tamquam matrem * ad praestantius diviniusque tabernaculum in Sancta sanctorum transtulit.

*1367

Agite, o fideles, ad Dei Genitricis sepulcrum accedemus, illudque

ξώμεθα, καρδίας, χεῖλη, ὄμματα, μέτωπα εἰλικρινῶς προσάπτοντες· καὶ ἀρυσώμεθα ἱαμάτων ἀφθονα χαρίσματα ἐκ πηγῆς ἀεννάου βλαστάνοντα.

PG
96, 1368

Δέχου παρ' ἡμῶν ᾠδὴν τὴν «ἐξόδιον», Μῆτερ τοῦ ζῶντος Θεοῦ, καὶ τῆ φωτοφόρῳ σου καὶ θεῖα ἐπισκίασον χάριτι· τῷ βασιλεῖ τὰ τρόπαια, τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ τὴν εἰρήνην, ἄφεισιν τοῖς μέλπουσι καὶ ψυχῶν σωτηρίαν βραβεύουσα.

1979

INCERTUS AUCTOR

HOMILIAE ¹

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE VIRGINIS

PG
10, 1148

Homilia I.² [...] Σήμερον Γαβριήλ, ὁ τῷ Θεῷ παριστάμενος, πρὸς τὴν Παρθένον ἀγνὴν παραγίνεται, τὸ «Χαῖρε, κεχαριτωμένη», αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος. Ἡ δὲ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ὁ δὲ ἄγγελος εὐθέως ὑπήγαγεν λέγων· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὖρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ διὸ [ἄλ. ἰδοῦ] συλλήψη ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσουσι [ἄλ. καλέσεις] τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δα-

1980

amplectemur, pectora, labra, oculos, frontem sincere affigentes; indeque hauriemus copiosa medicaminum munera, e perenni fonte manantia.

PG
96, 1367

Accipe a nobis, Dei viventis Mater, canticum *De exitu*; nosque luciferae ac divinae tuae gratiae sub umbra protege; regi triumphos, Christicolae populo pacem, canentibus veniam animarumque salutem elargiens.

1979

PG
10, 1147

Homilia I.² [...] Hodie Gabriel, qui Deo assistit, ad castissimam Virginem veniens, illud, *Ave, gratia plena*³ ipsi annuntiat. Ipsa vero secum cogitante qualis esset illa salutatio, angelus confestim subiunxit, dicens: *Dominus tecum, ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ideo concipies* [al. *ecce concipies*] *in utero, et paries filium: et vocabunt* [al. *vocabis*] *nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ipsi Dominus Deus se-*

1980

● PG 94, 749, 765, 1009, 1012, 1172, 1185, 1240, 1252, 1316, 1329, 1332, 1357, 1358, 1392, 1413, 1416, 1417, 1424, 1425, 1432, 1453, 1481, 1489, 1492, 1497, 1587, 1589, 1597.

● PG 95, 9 41, 125, 129, 192, 193, 196, 197, 204, 205, 213. ■ 265, 277, 313, 317, 321, 328, 337, 348, 349, 353, 360, 361, 384, 409.

■ PG 96, 548, 576, 589, 613, 836, 840, 845, 912, 913, 1344, 1345, 1349, 1352, 1353, 1356, 1360, 1372, 1373, 1376, 1377, 1380, 1381, 1384, 1385, 1388, 1389, 1392, 1396, 1397, 1400, 1401, 1404, 1405, 1408, 1449.

¹ Agitur de tribus *Homiliis* Ps.-Gregorii Thaumaturgi.

² Secundum Leroy, homilia haec potest attribui *Chrysippo* († 479). Negat Jugie. Caro attribuit eam *Anonymo* cuidam (post Conc. Chalcedon.) qui eam composuit ex aliis homiliis (cf. RPhTh, 539-540).

³ Lc. I, 28.

- 1433 Θεοτόκε Παρθένε, ἡ τεκοῦσα τὸν Σωτῆρα, ἀνέτρεψας τὴν πρώτην κατάραν τῆς Εὔας, ὅτι μήτηρ γέγονας τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς, βαστάζουσα ἐν κόλποις Θεὸν Λόγον σαρκωθέντα. Οὐ φέρει τὸ μυστήριον ἔρευναν· πιστεῖ μόνῃ τοῦτο πάντες δοξάζομεν, κράζοντες μετὰ σοῦ, καὶ λέγοντες· Ἄνερμήνευτε Κύριε, δόξα σοι.

IOANNES Euboeensis († ca 749)

SERMO IN CONCEPTIONEM B. V. MARIAE¹

- PG 96, 1461 I. [...] Τί ἐρήσομαι; ἐπιτιμήσω ἑμαυτόν; ταλανίσω τὴν ἑμαυτοῦ ταλαπωρίαν; ἐπίσχω τῶν ἀναδαινότων ἐν τῇ καρδίᾳ μου μακαρισμῶν περὶ τῆς πανυμνήτου Θεοδόχου τε καὶ Θεοτόκου καὶ ἀγίας Παρθένου Μαρίας; 1884
- 1464 III. Ἴδου νῦν καλὸν τὸ τοῦ μακαρίου Παύλου ῥητὸν ἀναλαθεῖν, καὶ λέγειν· « Ἴδου νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας ». Ἴδου Ἰούδας οἰκτεῖρας τὸν Ἰωσήφ οἰκτεῖρεται· ἰδοὺ Ῥουδίμ ὁ υἱὸς Ἰακώβ καὶ ὁ τούτου ἀπόγονος λελύπηκε τὸν ἀπόγονον Ἰούδα. Ἴδου τοῦ Κάιν τὸ δῶρον ἀπρόσδεκτον. Ἴδου καὶ Ἄβελ δίκαιος μαρτυρεῖται ὑπὸ Θεοῦ ἐν τοῖς δώροις αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ἡ αἵτησις καὶ ἐπιθυμία τοῦ Δαυὶδ πεπλήρωται· « Περὶελε γάρ, φη-

quo si quis manducatur, non moritur, quemadmodum locutus est,² Dei Genitrix, qui universum alit.

- 1434 ³ Virgo Deipara, quae pepereris Salvatorem, primam Evae evertisti maledictionem; quippe, Patris beneplacito, Deum Verbum indutum carnem sinu portas. Non fert sacramentum ut quis scrutetur: fide sola omnes glorificamus, tecum clamantes atque dicentes: Tibi gloria, imperscrutabilis Domine.

- PG 96, 1462 I. [...] Quid dicam? Memetipsum redarguam, deplorabo miseriam meam, atque omni laude dignissimae, sanctae Virginis Mariae, quae Deum excepit, Deumque peperit, laudes e corde erumpentes cohibebo? 1884

- 1463 III. Ecce nunc decet, illa beati Pauli verba usurpare, ac dicere: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*⁴ Ecce Iudas, qui Iosephi misertus est, misericordiam reportat. Ecce Iacobi filius Ruben, id est e Ruben prognatus, moleste affligit prognatum ex Iuda. Ecce donum Caini nequaquam acceptum. Ecce et iustus Abel in donis suis a Deo testimonium accipit; et ecce Davidis petitio ac desiderium

● PG 97, 913, 916, 917, 1044, 1244, 1304, 1312, 1313, 1316, 1317, 1320, 1321, 1324, 1325, 1328, 1329, 1333, 1336, 1340, 1361, 1368, 1373, 1380, 1385, 1389, 1392, 1393, 1396, 1401, 1404, 1409, 1412, 1413, 1417, 1424, 1428, 1429, 1433, 1436, 1437, 1441, 1488, 1505, 1513, 1520, 1521, 1556, 1557, 1583.

¹ Sermo hic est vere Ioannis Euboeensis. Cf. Lau 171. Halkin mentionem facit *etiam* Io. Damasceni. Cf. BHG III, 68.

² Io. VI, 59.

³ Die XXIV decembris.

⁴ II Cor. VI, 2.

σίν, ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν». Ἰδοῦ ἀναφέρεται δέησις ἐξ Ἰωακείμ καὶ Ἄννης, καὶ κατέρχεται ἰλασμός παρὰ Κυρίου παντοκράτορος.

IV. Ἰδοῦ νέα κιβωτός ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κατασκευάζεται μυριονταπλάσιον χιλιάδων κρείττων * τῆς ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ ἐπὶ Μωσέως· ἐκείνη γὰρ *1465 νομοδόχος, αὕτη δὲ Θεοδόχος. Ἰδοῦ ναῦς ποντοποροῦσα, καὶ ζητοῦσα φέρτου καρπὸν δαπανώμενον. Ἰωακείμ καὶ Ἄννα ζητοῦντες καρπὸν ἀνθρωπώμορφον καὶ ἰδοῦ ἔλαβον τὴν ἄσπορον κόχλον, τὴν τὸν οὐράνιον καὶ πολῦτιμον μαργαρίτην τίκτουσαν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ἰδοῦ Ἰωακείμ καὶ Ἄννα, ὁ μὲν νηστεύων ἐν τῷ ὄρει, ἡ δὲ ἐν παραδείσῳ, τὸν Θεὸν ἐκδυσωποῦσα, δοχεῖον ἔλαβον τοῦ στήσαντος τὰ ὄρη καὶ τὸν παράδεισον φυτεύσαντος· ἰδοῦ ἐν παραδείσῳ εὐφροσύνης εὐαγγέλια, ἵνα ὁ ἀρχαῖος παράδεισος τοῖς ἀνθρώποις παραδοθῇ. Ἰδοῦ τὸ πένθος εἰς χαρὰν μετῆλθεν, καὶ ὁ ὄδυρμος εἰς ἀγαλλίασιν· ἰδοῦ στεναγμὸς καὶ πρόσκαιρα δάκρυα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χαρὰ ἀνεκλάλητος· ἰδοῦ ὄνειδισμὸς περιελόμενος, καὶ δῶρον ἀναφαίρετον Θεῷ προσφερόμενον, καὶ Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἐν γαστρὶ χωρῆσαν. Ἰδοῦ Ἡσαΐας λέλυται τοῦ ξυλίνου πρίνος· καὶ Ἰερεμίας τῷ λάκκῳ βορβόρων, καὶ Δανιὴλ τῶν λεόντων· καὶ τῶν μεγάλων θλίψεων ἐκείνων μνημονουόμενοι, τοῦ ἄψευ-

impletum est. Inquit enim: *Aufer a me opprobrium et contemptum.*¹ Ecce ab Ioachimo et Anna precatio ascendit, et a Deo omnipotente descendit miseratio.

IV. Ecce nova ab ipso Conditore praeparatur arca, quae infinito intervallo Noëticam, atque * etiam Mosaicam antecellit illa siquidem *1466 continendis legis tabulis (exstructa fuit), haec vero Deo excipiendo (aedificatur). Ecce navis, quae maria percurrit, ac pereuntem mercis fructum requirit. Ioachim vero et Anna fructum quaerunt humanae formae, et ecce suscipiunt concham quae sine semine coelestem illam ac pretiosissimam margaritam, Christum nempe Deum nostrum, est editura. Ecce Ioachim et Anna, ille quidem in monte ieiunans, haec vero in horto multa prece Deum exorans, obtinent receptaculum illius qui montes constituit, et plantis hortum exornavit.² Ecce in horto de horto illo antiquo hominibus reddendo laetum nuntium (exauditur). Ecce luctus in gaudium conversus est, et lamentatio in exultationem. Ecce gemitus et lacrimae temporariae, gaudium vero, quod verbis enarrari non possit, in saecula permansurum. Ecce opprobrium (sterilitatis) sublatum; ecce donum quod auferri non potest, Deo oblatum, et in utero continens Deum, qui circumscribi non potest. Ecce et Isaias ligneam serram, et Ieremias cisternam coenosam, et Daniel leones, magnasque illas tribulationes oblivioni

¹ Ps. CXVIII, 22.

² Vide Apocryphum *Librum Iacobi*, cap. II, 3.

δοῦς αὐτῶν κηρύγματος πληρουμένου· περὶ γὰρ τῆς μακαρίας Ἄννης καὶ αὐτὸς ὁ Ἡσαΐας βοᾷ· « Εὐφράνθητι στείρα ἢ οὐ τίκτουσα ».

Ἴδου καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρῶν ἢ βλαστήσασα ἐν τῇ κιβωτῷ τῇ πάντοθεν περικεκαλυμμένη χρυσίῳ κρύπτεται. Καὶ ἰδοὺ ἄλλη ῥάβδος βλαστάνει ἄτμητος καὶ ἀνερμήνευτος. Καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων εἰς ὁδὸν βαστάσαι δύναται· αὐτὴ δὲ ἐβάστασεν τὸν τὰ πάντα βαστάσαντα, « τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, » οὗ « αἱ χεῖρες τὴν ξηρὰν ἐπλασαν ».

V. Ὡ τοῦ θαύματος! ὁ πάλαι τὸν Ἰωσήφ θανάτου ῥυσάμενος καὶ πικροῦ λιμοῦ τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐλευθερώσας, ὁ Ἰούδας ὀνειδίζεται! Ἡ ζηλοτυπία τῶν ἀδελφῶν βασιλέα τὸν Ἰωσήφ ἤθησεν· τὸ δὲ σπέρμα τοῦ Ἰούδα φθονούμενον καὶ ὀνειδιζόμενον ὑπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ρουβίμ βασιλίσσαν παρθένον, καὶ βασιλέα αἰώνιον ἐδλάστησεν.

PG
96, 1473

IX. Καὶ ἐπειδὴ ἐξ Ἰούδα ἐμελλεν ἀνατέλλειν ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος, πῶρῥωθεν ὁ προφήτης πρὸς αὐτὸν βοᾷ· « Ἐόρταζε Ἰούδα τὰς ἐορτάς σου· ἀνέδη γὰρ ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου ». Τίς οὗτος, ὃ προφῆτα; φράσον ἡμῖν. « Ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβάς », αὐτός ἐστιν ὁ κατασκευῶσας ἐν οὐ-

1885

tradiderunt ac pro nihilo habent, animo recolentes sua ipsorum praeconia veracissima eventu fuisse comprobata. De beata etenim Anna ipse quoque Isaias clamat: *Laetare, sterilis, quae non paris*.¹

Ecce et Aaronis virga, quae floruit, in arca undequaque auro circumtectata reponitur. Et ecce alia virga floret, non incisa neque humano sermone effabilis. Et nemo hominum eam gestare in viam potest, ipsa vero eum gestavit, qui portat omnia, qui *extendit coelum sicut pellem*,² cuius *manus aridam formaverunt*.³

V. O rem plane admirandam! Iudas ille, qui olim Iosephum e morte eripuit, et patrem fratresque e diris famis angustiis liberavit, hic contumeliis afficitur! At fratrum invidia Iosephum in regem promovit; atque semen Iudae a Rubenis semine invidiose pressum ac probris afflictum, Virginem reginam ac regem aeternum protulit.

PG
96, 1474

IX. Quoniam igitur Sol iustitiae oriturus erat ex Iuda, propheta a longe ad ipsum clamat: *Celebra, o Iuda, festivitates tuas*; ⁴ *ascendit enim, qui in faciem tuam afflat*.⁵ Quis est hic, o propheta? Dic nobis. *Qui inclinavit coelos et descendit*,⁶ ipse est, inquit, qui inhabitat in coelis; qui cum Patre in coelo est, et in terra clauditur in utero; qui

1885

¹ Isa. LIV, 1.

² Ps. CIII, 2.

³ Ps. XCIV, 5.

⁴ Nahum I, 15.

⁵ Nahum II, 1.

⁶ Ps. XVII, 10.

ρανοῖς· ὁ ἄνω σὺν πατρὶ καὶ κάτω ἐν γαστρὶ, ὁ τοῖς Χερουβὶμ φοβερός, καὶ τοῖς ἀνθρώποις πρῶτος, ὁ καταβάς εἰς ἄδου πύλας, καὶ τὸν ποτε ἰσχυρὸν δῆσας, ὁ τοῦ θανάτου τὸ βασίλειον λύσας, ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ τὰ ἴδια πρόβατα ἐξάγων ἐξ ἄδου, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν πορευόμενος, « φωνήσας ἓνα ἕκαστον αὐτῶν κατ' ὄνομά ». « Ὁ καταβάς, φησὶν Ἀπόστολος, αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀναβάς ».

X. Ποίας ἑορτὰς ἑορτάζειν τὸν Ἰούδα, ὧ προφήτα, βοῶς; Εἶτα ὁ Βλέπων φησὶν· Οὐ τὰς νομικὰς ἑορτὰς Ἰούδας ἑορτάσει μοι, οὐ τὰς ἐν σαββατισμοῖς, καὶ νεομηνίαις, καὶ σάλπιγγιν. « Καιρὸς γὰρ τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ », διασκεδάσαι τὸν νόμον σου· ἑορτὰς δέ φημι ἑορτάζειν, τῆς χάριτος ἐλθούσης, ἐν εὐσήμεσις ἑορτὰς δέκα.

Πρώτη πασῶν τῶν εὐσήμεων ἑορτῶν, ἐν ἧ ἐδέξαντο τὰ εὐαγγέλια Ἰωακείμ καὶ Ἄννα τῆς * γεννήσεως τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας. *1476
Καὶ μετὰ ταῦτα τὸ πάνσεπτον αὐτῆς γενέθλιον· ἐκεῖ σύλληψις, ὧδε γενέθλιον. Μετὰ ταύτην ἑτέρα πανσεβάσμιος, καὶ προσκυνητή, ἐν ἧ ὁ Γαβριὴλ αὐλοῖς ποσὶ τὴν γῆν πατήσας, τὸ « χαῖρε » τῇ Παρθένῳ προσεφώνησεν. Εἶτα ἡ σωσικόσμιος ἐκ Παρθένου γένεσις τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Εἶθ' οὕτως πρὸς τὸν ναὸν ἄνοδος, καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις τοῦ Σιμεῶν

Cherubim tremendus, et hominibus est mitis; qui descendit ad inferorum portas, et eum, qui fuerat aliquando fortis, vinculis astrinxit;¹ qui mortis imperium dissolvit; pastor bonus, qui oves suas ab inferis eduxit, et ante eas vadens, *unamquamque nominatim vocat.*² *Qui descendit, inquit Apostolus, ipse est et qui ascendit.*³

X. Quenam vero, o propheta, sunt festivitates quas clamas Iudae agendas? Hoc deinde Videns declarat: Non legales, inquit, festivitates Iudas celebrabit mihi, non eas quae in sabbatorum, et novi mensis religionibus peraguntur, et in solemnitate tubarum. Etenim *Tempus faciendi Domino*, ut dissipet legem tuam. Cum itaque gratia advenit, decem solemnitates insignes agendas esse dico.

Prima omnium insignium solemnitatum ea est in qua Ioachimus et Anna faustum * generationis plane immaculatae et genitricis Dei Mariae nuntium acceperunt. Tum augustissima eiusdem Mariae nativitas; illic conceptio, hic nativitas. Alia deinde solemnitas veneratione cultuque dignissima, in qua Gabriel pedibus materiae experitibus terram calcans, illud *Ave* Virgini pronuntiavit. Postea salutaris illa mundo universo Regis omnium Christi Dei nostri ex Virgine nativitas. Deinde et ascensio in templum, et in ulnas Simeonis *1475

¹ Lc. XI, 21-22.

² Io. X, 3.

³ Ephes. IV, 10.

δοχή. Καὶ πάλιν ἡ φωτοφόρος ἐπιφάνεια· καὶ πάλιν ἡ ἐν τῷ Θαβορίῳ ὕρει μεταμόρφωσις, καὶ τὸ ζωηφόρον πάθος, τὸ Πάσχα τῆς ἀειζώου ἀναστάσεως. Καὶ πάλιν τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ἐν σαρκὶ καθέδρας. Καὶ ἡ ἐσχάτη ἡμέρα καὶ ἡ μεγάλη τῆς ἑορτῆς, ἐν ᾗ τὸ πανάγιον Πνεῦμα κατήλθεν ἐπὶ τοὺς ἀγίους μαθητὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· « Ἐόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου ». Αὗται οὖν εἰσιν αἱ ἑορταί, ἃς ὁ προφήτης ἑορτάζειν τὸν Ἰούδαν βοᾷ.

PG
96, 1476

XI. Τῶν δὲ καιρῶν ἦδη ἐγγιζόντων, πληρωθῆναι δεῖ πᾶσαν δικαιοσύνην. Ὅθεν τοῦ μὲν Ἰωακείμ ἐν τῷ ὕρει εὐχομένου, τῆς δὲ Ἄννης ἐν τῷ οἴκῳ θρηνούσης, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἑαυτῆς παράδεισον, ἐφ' ᾧ ἀνάπαυλαν τῆς ἄγαν θλίψεως ἀρύσεται. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτῇ λέγων· « Ἄννα, Ἄννα, εἰσήκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς σου, καὶ συλλήψῃ, καὶ γεννήσῃ, καὶ λαληθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ ». Μὴ λυποῦ, Ἄννα· ὁ καρπὸς σου παύσει τὴν λύπην ταῖς ἐν λύπαις τικτούσαις· αὐτὴ γάρ ἐστιν, περὶ ἧς προκατήγγειλαν πάντες οἱ προφῆται τὴν σωτηρίαν δι' αὐτῆς ἀπεκδεχόμενοι. Μακάριοι ὑμεῖς, Ἰωακείμ καὶ Ἄννα. Ὅντως δὲ ἐξ ὑμῶν τικτομένη μακαριωτέρα ἐστί, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτούς.

1886

« Ἐόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου » οὐκ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, ἀλλ' ἐν τῇ καινῇ. Αὕτη οὖν ἡ ἀρχὴ τῆς καινῆς διαθήκης, τῆς νέας καὶ θεοδόχου κίω-

exceptio. Ac rursus lucifera apparitio, et rursus in monte Thabor transfiguratio; et vivifica passio, Pascha immortalis resurrectionis. Et rursus in coelos ascensio, et ad dexteram Patris in carne sessio. Tandem extremus, magnusque dies festus, in quo sanctissimus Spiritus in sanctos discipulos et apostolos Domini nostri Iesu Christi descendit. *Age, o Iuda, solemnitates tuas.* Istae igitur solemnitates sunt, quas celebrandas a Iuda propheta indicit.

PG
96, 1475

XI. Praestitutis autem temporibus adventantibus, iustitiam omnem iam oportebat impleri. Unde cum Ioachimus in monte preces funderet, Anna vero intra domesticos parietes lugeret, haec domo egressa in hortum suum se contulit, quo tam gravis moeroris levamen aliquod hauriret. Et ecce angelus Domini astitit, ipsi dicens: *Anna, Anna, exaudivit Dominus deprecationem tuam, et concipies, et paries, et celebrabitur semen tuum in universa terra.* Ne tristeris, o Anna; fructus tuus finem imponet earum dolori, quae in angustiis pariunt. Ipsa enim est, quam prophetae omnes salutem per ipsam exspectantes praenuntiarunt. O vos beatos, Ioachim et Anna! Verum beatior sane est quae a vobis progignitur! Sic ad eos angelus:

1886

Age, o Iuda, solemnitates tuas, non in veteri Testamento, sed in novo. Hoc igitur principium est novi Testamenti; principium est

τοῦ, * ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἄννης κτιζομένης, τῆς ἐκ τῆς ρίζης Ἰούδα, Ἰεσσαί, *1477
 καὶ Δαυῖδ. Φησὶ γὰρ ὁ προφήτης· «Καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαυῖδ τὴν πε-
 πτωκυῖαν, καὶ οἰκοδομήσω τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς». Ἰδοὺ ἀνίσταται ἡ σκηνὴ
 Δαυῖδ ἐν τῇ συλλήψει, καὶ γενήσεται τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς. Αὐτὴ γὰρ ἐστὶ περὶ
 ἧς πρῶτος πάντων Ἰακώβ τὸν Ἰούδαν προφητεύων ἠύλόγησε λέγων οὕτως·
 «Ἰούδα, σὲ ἠνέσεσαν οἱ ἀδελφοί σου».

Ἄληθῶς μακάριοι ὑμεῖς, Ἰωακείμ καὶ Ἄννα. Ὑμεῖς γὰρ ἐξ Ἰούδα, καὶ
 Ἰεσσαί, καὶ Δαυῖδ, καὶ αὐτὴ ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁ τοῦ νόμου δωτὴρ, καὶ
 προφητῶν Κύριος, καὶ ἐπ' ἐσχάτων νόμου πληρωτὴς Χριστὸς Κύριος.

XII. Ταῦτα πρὸς τὴν εὐλογημένην συζυγίαν Ἰωακείμ καὶ Ἄνναν ἄγ-
 γελος, καὶ ἐπιπλεῖον ἐπήγαγεν· Θαρσεῖτε, χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε. Ἡγγι-
 κεν γὰρ ὁ καιρὸς ὁ ὑπὸ τοῦ προφήτου κηρυττόμενος, ἐκ Βηθλεέμ καὶ γῆς
 Ἰούδα τὸν μέγαν ποιμένα ἐξελεύσεσθαι, καὶ οὐ μόνον τὸν Ἰσραὴλ ποιμανεῖν,
 ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη.

Ὅντως μακάριοι καὶ τρισμακάριοι, Ἰωακείμ καὶ Ἄννα· μυριονταπλά-
 σιον δὲ μακαριωτέρα ἢ ἀπόγονος καὶ θυγάτηρ Δαυῖδ, ἡ ἐξ ὄσφρος καὶ γα-
 στρὸς ὑμῶν προερχομένη. Ὑμεῖς γὰρ γῆ ἐστε, αὐτὴ δὲ οὐρανός. Ὑμεῖς χοῖ-
 κοί, δι' αὐτῆς δὲ οἱ χοῖκοὶ ἐπουράνιοι· μακάριοι ἀληθῶς ὑμεῖς, ὅτι ὄν Μωϋ-

novae arcae * ad Deum excipiendum in Annae utero exstructae quae *1478
 est ex radice Iudae, Iesse, et Davidis. Inquit, enim propheta: *Et
 suscitabo tabernaculum Davidis, quod cecidit, et reaedificabo ruinas eius.*¹
 Ecce erigitur tabernaculum David in conceptione et procreatione
 filiae eius. Ipsa est enim de qua primus omnium Iacob vaticinans
 Iudae benedixit, ita inquit: *Iuda, laudabunt te fratres tui!*²

Vere vos beati, Ioachime et Anna. Vos enim ex Iuda, Iesse, et
 Davide, haec autem ex vobis, et ex ipsa legis dator, et Dominus pro-
 phetarum, atque extremis temporibus perfectior legis Christus Do-
 minus.

XII. Haec angelus ad benedictos illos coniuges Ioachim et
 Annam; atque ulterius adiecit: Bono animo estote, gaudete, et exsul-
 tate. Instat enim tempus a propheta annuntiatum, quo ex Bethleem
 et terra Iuda rex magnus est oriturus, et non modo populum Israëlis,
 sed et gentes reget universas.

Vere beati ac ter beati, Ioachime et Anna; at millies beatior Da-
 vidis progenies ac filia, quae e femore atque utero vestro progreditur.
 Vos enim terra estis, ipsa vero coelum; vos terreni, per ipsam vero

¹ Amos IX, 11.

² Gen. XLIX, 8.

σῆς ἰδεῖν οὐκ ἔδυνήθη, ἐπεθύμησεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τοῦ κάλλους τῆς ὑμῶν θυγατρός.

*1480 * Μακάριοι ὑμεῖς, Ἰωακεῖμ καὶ Ἄννα, ὅτι παράδεισον λογικὸν ἐκυσήσατε. Αὐτὴ γὰρ οὐ μόνον ὑπὸ ἀνθρώπων μακαρίζεται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀγγέλων, καὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ τῶν Σεραφίμ· αὐτὴ γὰρ τὸν φυτουργὸν τῆς κτίσεως καὶ τοῦ παραδείσου ἐξ ἀχράντων αὐτῆς λαγόνων ἐκυοφόρησεν.

PG
96, 1480

XIII. Καὶ ἰδοὺ Ἄννα ἀκούσασα παρὰ τοῦ Ἀγγέλου τὴν σύλληψιν καὶ γέννησιν τῆς παναμώμου κόρης, ἤρξατο μὲν χαίρειν· οὐπω δὲ παρῶν ἦν ὁ προσδοκώμενος, ἦτοι ὁ ἀγαπητὸς σύνευος.

1887

Δεξάμενος τοιγαροῦν καὶ ὁ δίκαιος Ἰωακεῖμ τὰ τῆς συλλήψεως τῆς ἐξ ὀσφύος αὐτοῦ εὐαγγέλια, ἤρξατο ἐτοιμάζειν τὰ τῆς χαρᾶς διπλᾶ καὶ τριπλᾶ, καὶ δεκαπλασιάζων ἔχαιρε καὶ ἡγαλλιᾶτο· καὶ δὴ πληρώσας πάντα καθὼς ἦν αὐτῷ εἰθισμένον, τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας προσφέρειν, συνέλαβεν ἡ στείρα· καὶ ἀνέμενον ἀμφοτέροι τὸν καρπὸν τῆς γεννήσεως, τὸ τί ἂν εἴη τὸ ἀποθιγόμενον.

Καὶ ἐγγίσαντος τοῦ καιροῦ τῆς πανσέπτου γεννήσεως τῆς παναμώμου κόρης καὶ θεοτόκου, ἐπληρώθη ὁ προφητικὸς λόγος, ὃν ἔφησεν Ἡσαΐας· « Εὐφράνθητι, στείρα ἢ οὐ τίκτουσα ». Καὶ ἠυφράνθη, καὶ ἡγαλλιάσατο ἡ μακαρία Ἄννα σφόδρα. [...]

(evadunt) coelestes. Vere vos beati, quoniam rex ille gloriae, quem Moyses videre non potuit, filiae vestrae pulchritudinem concupivit.

*1479 * Vos beati, Ioachime et Anna, quia rationalem paradysum genuistis. Ipsa enim non ab hominibus modo, verum etiam ab Angelis, ab Archangelis, a Cherubim atque a Seraphim beatissima praedicatur, quippe quae impollutis suis visceribus creaturarum omnium et paradysi auctorem gestavit.

PG
96, 1479

XIII. Et ecce ut Anna ab Angelo audivit prorsus immaculatam puellam se concepturam ac parituram esse, gaudio gestire coepit. Nondum autem is aderat, quem exspectabat, dilectus nempe coniux.

1887

Cum itaque iustus quoque Ioachimus laetum accepisset nuntium futuri de lumbis suis conceptus, laetitiae apparatus in duplum ac triplum instituit adornare, ac decuplo gaudio et exsultatione efferebatur. Cumque, uti consueverat, iam plene dona et sacrificia obtulisset, sterilis concepit; et exspectabant ambo fructum generationis, qualis nempe foret proles nascitura.

Porro instante iam tempore augustissimae nativitatibus plane immaculatae puellae ac Genitricis Dei, propheticum impletum est oraculum, quod locutus est Isaias: *Laetare, sterilis quae non paris*.¹ Laetata est enim et exsultavit maxime beata Anna. [...]

¹ Isa. LIV, 1, sec. LXX.

XIV. Ἴδε οὖν σαφῶς λειτουργοῦντας τῇ Τριάδι Μαρίαν, καὶ Ἄνναν, 1481 καὶ Ἰωακείμ· τεχθείσης γὰρ τῆς παιδός, καὶ προκοπούσης ἡλικία, οὐ προσήγαγον αὐτὴν διετῆ, οὐδὲ πάλιν τετραετῆ, ἀλλὰ τριετῆ ὡς Τριάδος ἀχωρίστου νύμφην, καὶ παστάδα ἀμίαντον· καὶ κοινῶς προσήγαγον αὐτήν, ὡς μελλούσης αὐτῆς ἀμφοτέρα εἶναι· καὶ πρῶτον μὲν δῶρον τῷ Θεῷ προσήνεχθη, ἔπειτα δὲ καὶ ναὸς καὶ θρόνος. Προφητικῶς οὖν προσήγαγον τὴν Παρθένον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου.

Ἦ τοῦ θαύματος! Ὁ ἔμψυχος ναὸς καὶ θρόνος χερουδικὸς εἰς ναὸν ἐκ λίθων κατεσκευασμένον προσφέρεται. Πρὸ γὰρ πολλῶν γενεῶν ὁ Δαυὶδ περὶ αὐτῆς ἐδόξα λέγων· «Ἄκουσον, φησί, Θεοῦ θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου». Καὶ πάλιν· «Ἄπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς». Πῶς ἀπενεχθήσονται; δηλονότι «ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιᾶσει». Ποία αὐτή, ὧ προφῆτα; Ἐπειδὴ οὐκ ἔδει τὴν βασιλίδα μόνην εἰς τὸν ναὸν τοῦ βασιλέως ἀπενεχθῆναι, τοῦτο πρόβρωθεν διὰ Πνεύματος ἁγίου ἀδόξω εἶρηται. Καὶ πάλιν· «Αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται σοι». Ἄπηνεχθησαν τοίνυν σὺν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ καὶ ἄλλαι παρθένοι· πρόδηλον ὅτι

XIV. En palam igitur sacrificium Triadi offerentes Mariam, 1482 Annam, et Ioachim. Cum enim edita in lucem fuisset puella, atque aetate progredereetur, obtulerunt eam non quidem bimulam, nec item quatrimum, sed trimulam tamquam indivisae Trinitatis sponsam, et thalamum immaculatum. Communi praeterea voto ipsum adduxerunt, tamquam quae utrumque futura erat, ac primo quidem donum oblata Deo est, deinde vero et (tanquam) templum et thronus. Prophetico igitur spiritu Virginem in templo Domini obtulerunt.

O rem plane miram! In templum lapidibus exaedificatum affertur animatum templum et thronus Cherubicus. Et sane iam a multis ante generationibus David de ipsa palam vaticinatus est: *Audi, inquit, Dei filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui; et concupiscet rex pulchritudinem tuam.*¹ Et rursus: *Adducentur regi virgines post eam.*² Quomodo adducentur? *In laetitia scilicet et exultatione.*³ Qualis et quanta haec est, o Propheta! Quoniam nequaquam decebat ut in templum regis sola sine comitatu regina adduceretur; iam et hic comitatus diu ante per Spiritum sanctum praenuntiatus est! Et rursus: *Proximae eius afferentur tibi.*⁴ Cum sancta igitur Virgine aliae quoque virgines adductae; atque, ut

¹ Ps. XLIV, 11.

² Ibid. 15.

³ Ibid. 16.

⁴ Ps. XLIV, 15.

καὶ αὐταὶ μετέσχον ἀγιασμοῦ. Τίς γὰρ ἐψιωμένων βασιλέα, ἢ βασιλίδα, δῶρα καὶ ὀψώνια παρ' αὐτῶν οὐκ ἀμείψεται;

Εἰσὶν δὲ καὶ ἄλλαι παρθένοι· ἀλλ' ἵνα τὸν λόγον μὴ μακρύνωμεν, ὀλίγα καὶ περὶ ἐκείνων λαλήσω. Αὐταὶ εἰσιν αἱ τὴν παρθενίαν ὡσπερ θησαυρὸν βασιλικὸν φυλάττειν, προσέχουσαι ἑαυταῖς διαπαντός, ἵνα μὴ ταῖς πέντε μωραῖς ὁμοιωθῆσονται, ἀλλ' ἀεὶ τὸν βασιλικὸν σηρὸν φυλάττουσαι καὶ μόνῳ τῷ νυμφίῳ αὐτῶν ἀρέσκουσαι. Αὐτὸς γὰρ ἐνετείλατο λέγων· « Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν ». Καὶ πολλαὶ μὲν διὰ τοῦ μαρτυρίου τὸ μακάριον τέλος ἔσχον· ἄλλαι δὲ καὶ δι' ἀσκήσεως καὶ διὰ τῶν σαρκικῶν πειρατηρίων ἐστεφανώθησαν, καὶ ἔτι στεφανοῦνται.

PG
96, 1484

XV. Διὸ καὶ ἐν ἐτέρῳ λέγει ἀγαλλιᾶσθαι τὰς θυγατέρας τῆς Ἰουδαίας· 1888
περὶ οὖν τῆς παναγίας Μητρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο εἴρηται, ὡς μελλούσης αὐτῆς σὺν ταῖς θυγατράσιν τῆς Ἰουδαίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων βαδίζειν· οὐδέπω γὰρ εἶδον αἱ γυναῖκες κόρην ἐν ἀγιάσματι ἀνατραφεῖσαν· καὶ προφητικῶς ὡς παραδόξων πραγμάτων ἐπιτελουμένων, ἡγαλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ὁρῶσαι τὴν παναγίαν παῖδα Μαρίαν, ὡς ἄσπιλον περιστεράν, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων βαδίζουσαν, καὶ τοὺς αὐτῆς γονεῖς Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ γεραίροντας, καὶ τὸν ἀρχιερέα

manifestum est, et ipsae sanctificationis participes fuerunt. Ecquis enim eorum qui sunt in comitatu regis vel reginae, munera ab ipsis praemiaque non referat?

Caeterum et aliae sunt virgines, de quibus ne sermonem longius protraham, pauca tantum attingam. Hae sunt quae virginitatem tamquam regium thesaurum cum servaverint, sollicitam sui curam numquam non adhibent, ut quinque fatuis nequaquam similes efficiantur, sed iugiter vigiles domum regiam custodiant, et unico suo ipsarum sponso placeant. Ita enim ipse praecepit, inquit: *Nemo potest duobus dominis servire.*¹ Et multae quidem facto martyrio ad beatum exitum pervenerunt. Aliae autem per sanctas exercitationes et carnis tentationes coronatae fuerunt, ac porro coronantur.

PG
96, 1483

XV. Quare et in alio loco filias Iudae exsultare dicit, de sanctissima igitur Matre Domini nostri Iesu Christi hoc etiam dictum est, quia ipsa nempe ad Sancta sanctorum itura erat filiabus Iudaeae stipata. Nondum enim mulieres viderant puellulam in templo fuisse enutritam, atque adeo cum nova ac praeter opinionem res perageretur, filiae Iudaeae secundum prophetae vocem exsultaverunt, cum Mariam puellulam sanctissimam veluti immaculatam columbam, ad Sancta sanctorum euntem intuerentur, et parentes eius Ioachim et Annam ineffabili gaudio ipsam pro munere offerentes, et praeter 1888

¹ Matth. VI, 24.

παραδόξως στόμα ἀνοίγοντα, καὶ εὐλογοῦντα αὐτήν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἱερεῖς μεγαλοφώνως σὺν τῇ γερουσίᾳ καὶ παντὶ τῷ λαῷ βοῶντας, καὶ λέγοντας· « Γένοιτο, γένοιτο, ἀμήν, γένοιτο ». Τούτων οὕτως ἐπιτελουμένων ὡς ἔφην, προφητικῶς « ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας » πάντως μελωδοῦσαι ἐπινικίους ᾠδὰς· Σκιρτήσατε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, οὐ μόνον αἱ τῆς Ἰουδαίας θυγατέρες, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἔθνῶν· Μαρία γὰρ ἐγεννήθη, καὶ Εὐὰ οὐκέτι αἰσχύνεται. Μαρία τῷ ναῷ προσφέρεται, καὶ νέος ναὸς ἢ νέα κόρη ἀνίσταται θεοδόχος ναός· καὶ οὐ μόνον ναός, ἀλλὰ καὶ θρόνος χερουβικὸς ἢ ἐκ Δαυτῆ βλαστήσασα ἀναδειχθήσεται καὶ ὁ ναὸς τῶν Ἰουδαίων καταλυθήσεται, καθὼς καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἔφη ὁ Κύριος· « Ἄμην λέγω ὑμῖν· οὐ μὴ μενῆ λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται ». Πάντη γὰρ πάντοτε τὸ τῶν γυναικῶν φύλον, εἴτε προφητεύσειεν εἴτε βασιλέα εὐφημίσειεν, εἴτε πάλιν στηλιτεύσειεν καὶ ὀνειδίσειεν, οὐδὲν ἐκζητητέον ἐν αὐταῖς ὡς ἀσθενοῦς μέρους ὑπαρχούσαις αὐταῖς. Ἴδε μοι γὰρ ἐπὶ Σαοὺλ τὰς παρθένας τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως μὴ δεδιώσας, ἀλλὰ κραζούσας ἐπὶ Σαοὺλ ἐν χιλιᾷσι, ἐπὶ δὲ Δαυτῆ ἐν μυριάσι.

XVI. Ὦντως « εὐφράνθη τὸ ὄρος Σιών, καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες

omnium exspectationem summum sacerdotem os aperientem, atque ei bene precantem, reliquos autem sacerdotes altisona voce cum senioribus et universo populo clamantes et dicentes: *Fiat, fiat, amen, fiat, fiat*. Dum itaque haec ita, ut dixi, peragerentur, *Iudaeae filiae* secundum prophetae oraculum *exsultaverunt*, utique triumphales hymnos concinentes: Exsultate et gaudio iubilate, Iudaeae filiae, neque vos solum, sed universae patriae gentium. Nata est enim Maria, nec amplius pudore Eva suffunditur. Maria ad templum adducitur, et nova puella novum templum, templum scilicet Dei capax consurgit; neque vero proles ista Davidica constituetur tantummodo Dei templum, sed et thronus cherubicus: iudaeorum autem templum destruetur; quemadmodum revera et in Evangelio Dominus pronuntiat: *Amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem qui non destruetur*.¹ Semper enim et ubique idem mulierum genus: sive futura portendat, sive regem laudibus efferat, sive contra vituperet, et contumeliose excipiat; nihil cum iis, utpote infirmioris pavidique sexus, expostules. Ecce enim mihi virgines, quae Saulis tempore, regis iram nihil veritae, clamant² de ipso Saule in millibus, de Davide autem in decem millibus.

XVI. Vere laetatus est mons Sion, et exsultaverunt filiae Iudaeae.³

¹ Matth. XXIV, 2.

² I Reg. XVIII, 7.

³ Ps. XLVII, 12.

τῆς Ἰουδαίας ». Πότε; φησί. Τότε, νῦν ὅτε ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ ἐν ναῷ προσηνέχθη, ὅτε παραδόξως κόρη ἀμιάντος εἰς τὰ Ἁγία τῶν ἁγίων ὠκυτάτοις ποσὶ βαδίζουσα ἀναστρέφεσθαι ἔνθα πορεύεται. Τότε αἱ παρθένοι ἀγαλιώμεναι σὺν ἀγγέλοις τὴν πνευματικὴν εὐωχίαν * ἐπετέλουν. Πῶς; πάντως « ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιᾷσει » ἀχθησόμεναι εἰς ναὸν βασιλέως. Ποῦ καὶ διὰ τί καὶ πρὸς τίνα; Δηλονότι πρὸς τὴν ἀμόλυντον, πρὸς τὴν Παρθένον Μαρίαν. Αὐτὴ γὰρ ἐστὶν ὁ ναὸς τοῦ μεγάλου βασιλέως· ἐπειδὴ ἤμελλεν ἡ βασίλισσα τὰς παρθένας ὡς ἀμιάντους εἰς ναὸν βασιλέως πρὸς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτῆς ἀγαγεῖν, διὰ τοῦτο ὁ προφῆτης ἐδὴ λέγων· « Ἄπενεχθήσονται αἱ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς ». Τότε ἀπηνέχθησαν· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἄλλαι παρθένοι ἀπενεχθήσονται, ὅτε ἐξ αὐτῆς « ὁ Νυμφίος ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ ».

Ἴδετε, ἴδετε, οἱ ἀπόγονοι Ῥουβὶμ καὶ υἱοὶ αὐτοῦ, ὅτι ὁ μὲν Ἰωσήφ ὃν ὑμεῖς ζηλώσαντες ἐν Αἰγύπτῳ ἀπέδοσθε, πρόσκαιρον βασιλείαν λαθῶν οὐκ ἐμνησιακῆσεν τὴν τῶν πατέρων ὑμῶν πονηρίαν, ἀλλὰ μᾶλλον τηκομένους λιμῷ διέθρεψε· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας βασιλεὺς αἰώνιος, « Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερός ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλω αὐτοῦ· αὐτὸς Κύριος, κραταῖος καὶ δυνατός. Κύριος

Quando, inquit? Hoc ipso tempore, quando Dei Templum oblatum Deo est in templo; quando immaculata puellula inaudito exemplo in Sancta sanctorum propero pergens gradu contendit, ut inibi sedem defigat. Tunc virgines laetitia gestientes simul cum Angelis * spiritalē agebant tripudium. Quomodo? Prorsus *in laetitia et exultatione* in templum regis adducendae. Quo, et quorsum, et ad quem? Videlicet ad immaculatam, ad Virginem Mariam. Ipsa enim magni regis est templum. Et quoniam virgines, utpote impollutas, ad sui decus et gloriam ipsa regina in templum Regis erat adductura; propterea clamabat propheta iniquens: *Adducentur virgines post eam.*¹ Tunc adductae sunt; sed et aliae rursus virgines adducendae erant, cum ex ipsa *Sponsus processisset* in gloria sua.

Videte, videte, o Rubenis posteri et filii eius: Iosephus quidem, quem vos per invidiam in Aegypto vendidistis, regnum opportune nactus, non modo acceptae patrum vestrorum improbitate iniuriae memoriam delevit, sed praeterea fame consumptos aluit; at Sol iustitiae ortus ex Iuda, Rex aeternus, *Deus glorificatus in consilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt,*² *ipse Dominus, fortis et potens, Dominus potens in praelio,*³ ipse rerum

¹ Ps. XLIV, 15.

² Ps. LXXXVIII, 8.

³ Ps. XXIII, 8.

δυνατὸς ἐν πολέμῳ » αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς ἐκ τῆς παλαιωθείσης γῆς ἐποίησεν οὐρανὸν καινὸν καὶ θρόνον ἀκατάφλεκτον, καὶ τὸν παλαιωθέντα χοικὸν εἰς ἐπουράνιον παστάδα μετέβαλεν. « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ἄσμα καινόν· ἄσατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ », ὅτι κόρη παρθένος ναῶ προσφέρεται, ἵνα ὁ τὸν ναὸν ἀγιάζων ἐν αὐτῇ κατοικήσῃ, καὶ κατοικήσας τὴν ταύτης γαστέρα μὴ καταφλέξῃ· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ Μωσέως τῷ πυρὶ τὴν βάτον ἤρδευσεν, οὕτως καὶ ὁ ἐν ταύτῃ κατασκηνώσας Θεὸς σώσει τὸν κόσμον.

1889

XVII. Οὗτος ὁ αἶνος καὶ τὰ ἄσματα τῶν ἀγαλλομένων θυγατέρων τῆς Ἰουδαίας· « Ἄσατε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ ψάλατε ». Ἰδοὺ γὰρ νενίκηται ὁ τὴν ἡμετέραν φύσιν τυραννήσας διάβολος. Ἰδοὺ θρόνος θαυμαστότερος τοῦ Χερουδικοῦ ἐπὶ γῆς ἐτοιμάζεται, περὶ ἧς γέγραπται· « Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται ». Αὕτη γὰρ θρόνος, καὶ χωρίον, καὶ * οἰκητήριον τοῦ Ἐμμανουὴλ καὶ παμβασιλέως Χριστοῦ.

PG
96, 1485

*1488

Ἰδοὺ παλάτιον τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως ἄνευ χειρῶν ἀνθρώπων κατασκευάζεται, καὶ τοῦτο τὸ παλάτιον ἐν Ἐδέμ κατὰ ἀνατολὰς τὴν πύλην ἔχον· καὶ δι' αὐτῆς τῆς πύλης οὐδεὶς εἰσελεύσεται, εἰ μὴ Κύριος ὁ Θεὸς μόνος· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. Ὅντως θαυμαστὸν παλάτιον, ὥστε καὶ τὰς

opifex e terra vetustate corrupta novum coelum ac thronum incom-
bustibilem creavit, ac limum inveteratum in thalamum coelestem
commutavit. *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis
terra, cantate Domino, benedicite nomini eius,*¹ quia virgo puella ad
templum adducitur, ut in ipsa is inhabitet qui templum sanctificat,
neque tamen in ea inhabitans uterum eiusdem comburat. Sed quem-
admodum tempore Moysis rubum igne irroravit, sic etiam taber-
naculum in hac Deus defigans, salutem mundo afferet.

1889

XVII. Hae sunt laudes, haec exsultantium filiarum Iudaeae sunt
cantica. *Cantate, et exsultate, et psallite.*² Ecce enim devictus est dia-
bolus, qui naturam nostram tyrannide sua premebat. Ecce solium
Cherubico mirabilius in terra paratur (virgo) de qua scriptum est:
*Deus in medio eius, et non commovebitur.*³ Ipsa enim solium, et * sedes,
et domicilium Emmanuelis et summi regis Christi.

PG
96, 1486

*1487

Ecce sine manibus hominum construitur palatium coelestis regis,
et hoc palatium in Eden ad orientem portam habet, et nemo per
eam portam ingredietur, nisi solus Dominus Deus; et erit porta clausa.
Palatium prorsus admirandum, adeo ut ipsae quoque coelorum Vir-

¹ Ps. XCV, 1, 2.² Ps. XCVII, 4, 5.³ Ps. XLV, 6.

Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν εἰς αὐτὸ ξενίζεσθαι. Ὑπερβαίνει γὰρ πᾶσαν ἔννοιαν τὸ πρᾶγμα. Τοῦτο γὰρ τὸ ἄνευ τεχνιτῶν γηγενῶν ἔτοιμασθὲν παλάτιον, ὑψηλότερον τῶν οὐρανῶν καὶ πλατύτερον πάσης τῆς κτίσεως ἀνεδείχθη, καὶ ἐν τούτῳ οὐδεὶς κατόκησεν εἰ μὴ ὁ τεχνίτης καὶ Δημιουργὸς καὶ Κτίστης τῶν οὐρανίων καὶ ἐπιγείων. Καὶ τίς οὗτος ὅτι μόνος ἔκτισεν, καὶ μόνος κατόκησεν; Οὐδέποτε τοῦτο ἠκούσθη, ὅτι ἡ πύλη τοῦ θαυμαστοῦ οἴκου ἐκείνου οὐδενὶ ἑτέρῳ ἀνοιγῆσεται πώποτε. Τίς οὗτος ὁ βασιλεύς; οὐκ ἔχει στρατόπεδον, καὶ στρατοπεδάρχας; οὐκ ἔχει δορυφόρους * τρόμω καὶ φόβῳ τὴν λειτουργίαν ἐπιτελοῦντας; οὐκ εἰσὶν αὐτῷ βασιλικοὶ; ναί, φησί, πᾶσα ἡ κτίσις αὐτοῦ ἐστίν· « Χίλια χιλιάδες ἐν οὐρανοῖς αὐτῷ παρίστανται, καὶ μύρια μυριάδες λειτουργοῦσιν αὐτῷ ».

*1489

XVIII. Ταῦτα οὕτως ἔχει τὸν τρόπον τῆς θεοτόκου Μαρίας ἀναστρεφόμενης εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· αὐτὴν δὲ πάσης δικαιοσύνης ἀνωτέραν δειχθῆναι.

Ἦ τῆς Ἰουδαίων πωρώσεως! ὦ τῆς ἐκείνων ἀνοίας! Ἦ τῆς αἰρετικῶν βλασφημίας, ὦ τῆς ἐσκοτισμένης αὐτῶν καρδίας! Οὐδὲν γὰρ οἱ ἔριδι καὶ ζήλῳ προσκρούοντες, ὡς χύτρα λέβητι, ἤττω τοῦ φρονήματος τῶν Ἰουδαίων εἰσίν. Αὐτοὶ γὰρ προσκρούονται, καὶ αὐτοὶ συντρίβονται. Ἦ οὐκ ἦσαν οἱ

tutes illud demirentur. Atque omnem sane cogitationem opus superexcedit. Palatium enim istud sine ullius humani architecti opera exaedificatum, coelis sublimius, et creatura omni latius ostensum est, et nemo in ipso praeterquam architectus ille, et opifex et coelestium rerum omnium ac terrestrium Creator habitabit. Ecquis tandem iste est, quod solus condiderit, et solus inhabitaverit? Numquam auditum hoc est, quod porta mirabilis illius domus nemini alii umquam

*1490 aperiatur. Quis iste est rex? Non habet exercitum, et * exercitus duces; non habet satellites, qui cum timore et tremore astantes officium explent; non habet regios praefectos? Habet sane, omnis quippe creatura ipsius est: *Millia millium astant ei in coelis, et decies centena millia ipsi ministrant.*¹

XVIII. Haec ita se habent quoad modum quo Dei genitrix Maria in Sanctis sanctorum conversabatur, et quo omni iustitia (caeterarum creaturarum) sublimior ostensa est.

O iudaeorum duritiem! O eorundem amentiam! Sed o haereticorum quoque blasphemiam! O ipsorum quoque corda obcaecata! Quippe qui contentione et aemulatione impingentes, tamquam testa in lebetem, nihil distant a iudaeorum pervicavia. Ipsi enim colliduntur, et ipsi conteruntur. An non erant ex illis prophetae? Etiam

¹ Dan. VII, 10.

προφήται ἐξ αὐτῶν; Νῦν δὲ τοὺς ὁμοφύλους προφήτας ὁμολογοῦσιν, τοῖς δὲ λόγοις αὐτῶν οὐ πείθονται. Ποῦ οὖν εἶδον εἰς πάσας γενεὰς κόρην εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἀνατραφεῖσαν, ἣ πάλιν παρθένον μετὰ τόκον; Οὐχὶ αὐτοί, ὅτε ἀρχιερεὺς ὁ Κύριος ἐγένετο, ἰδίαις χερσὶν ἐξ αὐτῶν τινες γράφοντες ὁμολόγησαν Παρθένον τὴν ἁγίαν Μαρίαν; Ψηφισάντων γάρ τινων τὸν Κύριον ἐξ αὐτῶν εἰς ἀρχιερέα, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος: « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ »· ὅτι « ὁ σοφία παρὰ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἦν προκόψας »· καὶ ἐκ φυλῆς βασιλικῆς, καὶ ἀρχιερατικῆς ἦν Μαρία ἡ ἁγία Θεοτόκος· κατὰ τὸ εἰθισμένον οὖν αὐτοῖς ἐποίησαν. Τῶν γὰρ προβαίνοντων ἱερέων ἐξεζήτουν τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἔγραφον τὰ ὀνόματα αὐτῶν εἰς τὴν ψῆφον τῆς ἱερωσύνης· καὶ ἐπηρώτησαν τὴν ἁγίαν Παρθένον λέγοντες· Υἱός σου ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς; Ἡ δὲ ἔφησεν· Ναί. Οἱ δὲ εἶπον· Καὶ τίς ἐστὶν ὁ πατὴρ αὐτοῦ; Ἡ δὲ πανάμωμος ἀπεκρίθη· Πατέρα μὲν ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει· ἐγὼ δὲ ἐγέννησα αὐτὸν ὡς οἶδεν αὐτός. Πατὴρ γὰρ αὐτοῦ ὁ Θεός ἐστιν. Οἱ δὲ εἶπον· καὶ γράφωμεν αὐτὸν εἰς τὴν γραφὴν τοῦ τόμου υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ἡ δὲ εἶπεν· Γράψατε. Καὶ ἔγραψαν εἰς τὸν τόμον οὕτως· Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ υἱὸς Μαρίας τῇ ἄνωθεν ψήφῳ εἰς τὸν αἰῶνα ἱερεύσεται· καὶ ἐπληρώθη τὸ γεγραμμένον ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται. [...]

nunc confitentur (iudaei), prophetas ex ipsorum ortos propagine fuisse; at oraculis eorum cedere abnuunt increduli. Quandonam igitur per omnium generationum decursum viderunt puellulam in Sanctis sanctorum innutritam? Vel rursus, ubinam viderunt virginem post partum? Nonne, cum Dominus declaratus est summus sacerdos, propriis manibus ex ipsis quidam scribentes confessi sunt sanctam Mariam fuisse virginem? Cum enim quidam ex ipsis Dominum decernerent summum sacerdotem (ut impleretur sermo qui scriptus est: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*), propterea quod ipse *proficiebat sapientia coram Deo et hominibus*,¹ et Maria sancta Dei Mater erat ex stirpe regia et sacerdotali, proinde secundum morem ipsis faciebant. Proinde astantibus sacerdotibus interrogaverunt patrem et matrem, et scripserunt eorum nomina in censu sacerdotii; et interrogarunt sanctam Dei Matrem dicentes: Estne filius tuus Iesus? Maria vero respondit: Utique. Ipsi autem addiderunt: Equisnam est pater eius? Respondit purissima: In terra quidem non habet patrem; ego ipsum genui ut novit ipse. Deus enim est pater eius. Illi vero dixerunt: Scribemusne in elencho codicis, quod ipse sit filius Dei? Atque ipsa reposuit: (Sic) scribite. Et sic retulerunt in codicem: Iesus filius Dei et filius Mariae, suffragio e coelis lato, sacerdotio fungetur in aeternum. [...]

¹ Ps. CIX, 4; Lc. II, 52.

1493 XX. Τῇ βουλήσει οὖν αὐτοῦ τῇ «εἰς τὸν αἰῶνα μενούση», καὶ «τοῖς λογι-
 σμοῖς τῆς καρδίας αὐτοῦ τοῖς εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, οὐκ ἐπελάθετο τῶν
 πενήτων αὐτοῦ», ἀλλ' ἐμνήσθη «τῶν οἰκτιρῶν αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ
 τοῦ ἀπὸ τῶν αἰώνων· καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα», ἵνα ἀναστήσῃ τὸν
 θρόνον Δαυὶδ τοῦ δούλου αὐτοῦ. Πρὸ γὰρ διαθήκης νόμου καὶ κηρύγματος
 προφητῶν, τὸν Ἰωσήφ ὁ Ἰούδας ἐκ πικροῦ θανάτου ἐλυτρώσατο καὶ ἀντά-
 μειψιν τοῦ ἀγαθοῦ μυριονταπλασίονα ἐκομίσατο· ἵνα ἐκ σπέρματος αὐτοῦ,
 «οἱ πεφυτευμένοι ἐν οἴκῳ Κυρίου ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ», τὴν πανύμνητον
 Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν Ἰωακείμ καὶ Ἄννα ἐξανθήσουσι· εὐφράνθητε
 οὖν Ἰωακείμ καὶ Ἄννα ἐν τῷ Κυρίῳ, «καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς
 ἀγιωσύνης αὐτοῦ».

PG
96, 1496

XXI. [...] Διὰ οὖν τὴν θεομήτορα Μαρίαν εὐφράνθητι Ἀδάμ, ὅτι διὰ 1890
 γυναικὸς ἠπατήθης ὑπὸ τοῦ ὄφραως, καὶ διὰ γυναικὸς πατήσεις αὐτόν. Ἦκει
 γὰρ ὁ καιρός, ἵνα ὅθεν τὸ ὄπλον ἐχρήσατο ὁ ἐχθρός, ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως
 «τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ τὰ ἠκονημένα» ἔλθῃ. Ξύλον γὰρ καὶ γυνὴ ἐγένοντο
 ἀφορμὴ τῆς ἐξορίας σου ἐν παραδείσῳ, νῦν δὲ γυνὴ καὶ ξύλον γίνεται σοι ἀνά-
 κλησις. Γυνὴ μὲν χειρὶ Θεοῦ οἰκοδομηθεῖσα ἠπάτησέν σε· γυνὴ δὲ ἐξ ὁσώους

1494.

XX. Suo igitur consilio, quod in saeculum permanet, et cogitatio-
 nibus cordis sui quae in generationem et generationem perseverant,¹
 nequaquam (Deus) oblitus est pauperum suorum, sed recordatus est
 miserationum suarum, et misericordiae suae, quae a saeculo est,² et elegit
 tribum Iudae,³ ut erigeret solium Davidis servi sui. Etenim vel ante-
 quam lex daretur atque prophetae praedicarent, Iudas ex crudeli
 morte Iosephum liberavit, et benefacti sui immensam hanc retribu-
 tionem reportavit, ut ex semine eius Ioachimus et Anna, *plantati*
*in domo Domini, in atris Dei,*⁴ omni laude dignissimam et sanctam
 Dei Matrem ceu florem emitterent. Exsultate igitur, Ioachime et
 Anna, et *confitemini memoriae sanctitatis eius.*⁵

PG
96, 1495

XXI. [...] Exsulta itaque, o Adam, propter Mariam Dei matrem. 1890
 Quoniam per mulierem a serpente deceptus fuisti, et per mulierem
 serpentem conculcabis. Venit enim tempus ut *sagittae potentis acu-
 tae*⁶ ex eadem illa natura proveniant, unde inimicus nocendi sumpsit
 instrumenta. Lignum etenim et mulier origo fuerunt in paradiso tui
 exsillii; nunc autem lignum et mulier tibi sunt restitutio. Mulier qui-
 dem manu Dei aedificata te decept; at mulier e lumbis Ioachim et

¹ Ps. XXXII, 11.

² Ps. XXIV, 6.

³ Ps. LXXVII, 68.

⁴ Ps. XCI, 14.

⁵ Ps. XXIX, 5.

⁶ Ps. CXIX, 4.

Ἰωακείμ, καὶ γαστρὸς Ἄννης κυοφορηθεῖσα, ἄνευ σπορᾶς γεννήσει τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου, καὶ καθαιρέτην τοῦ ὑμᾶς αἰχμαλωτίσαντος. Καὶ ξύλον μὲν καλὸν εἰς βρωσίν, καὶ ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ὠραῖον τοῦ κατανοῆσαι, θάνατον ὑμῶν ἐπήγαγεν· ξύλον δὲ ξηρὸν καὶ ἀκαρπον τὸν μὲν δρᾶκοντα ἀνελεῖ, πᾶσι δὲ τοῖς γηγενέσι πρόξενον ζωῆς αἰωνίου γενήσεται.

1891

Ἀγάλλου καὶ σὺ μητρὸς μητέρων Εὐᾶ, ὅτι τὰ τέκνα σου οὐκέτι εἰς φθορὰν, ἀλλ' ἐν ἀφθαρσίᾳ ἔσονται! Ἄβελ καὶ Σήθ καὶ ὑμεῖς ὑμνήσατε, ὅτι ἐτοιμάζει ὁ Ὑψιστος σκῆνωμα αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται εὐλογῆσαι τὴν γῆν, ἣν κατηράσατο. Καὶ σὺ Νῶε εὐχαρίστησον ὅτι ἔρχεται Κύριος· ἐπισυνάγαγε τὰ τέκνα σου τὰ διεσκορπισμένα ἵνα προσκυνήσωσιν τὸν διασώσαντα ὑμᾶς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ. « Θεὸς γὰρ ἐκδικήσεων, Κύριος » ἐπὶ γῆς παραγίνεται τὸν Ἀδὰμ καινουργῆσαι, τοῦτον ἐνδυσάμενος, καὶ πάντας τοὺς δεσμίους ἐκ τοῦ ἄδου ἀναγαγεῖν. Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ σὺν τῷ νομοθέτῃ Μωϋσῆ καὶ πᾶσι τοῖς προφήταις, ἀμφοτέροι γεραίροντες, τὰς βίβλους ὑμῶν ἀναπτύξαντες, ὅτι ἡ προσδοκία ὑμῶν πάρεστι.

PG
96, 1496

Ταῦτά εἰσι τὰ σκιρτήματα τῶν θυγατέρων τῆς Ἰουδαίας, ὅτι προσήνεγκαν οἱ δίκαιοι Ἰωακείμ καὶ Ἄννα τὴν πανάμωμον Θεοτόκον εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· « Εὐφράνθη γὰρ ὄρος Σιών, καὶ ἠγαλλιάσαντο * θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ἕνεκα τῶν κριμάτων σου », Κύριε. Οὐδὲν γὰρ εἶχον εἰπεῖν ἑτέρων ἢ

*1497

Annae utero progenita, sine semine gignet mortis victorem, debellatoremque illius qui nos captivos abduxit. Et lignum quidem bonum ad vescendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile nobis mortem attulit; lignum autem aridum et infructuosum tum draconem perimet, tum terrigenis universis aeternam vitam conciliabit.

1891

Tu quoque mater matrum, Eva, gaude; quoniam filii tui non amplius ad corruptionem nascentur, sed incorruptione potentur. Vos etiam, Abel et Seth, in cantica erumpite, quoniam Altissimus tabernaculum suum praeparat, et venit ad benedicendum terrae, cui maledixerat. Et tu, Noë, hilaritatem explica, quoniam adest Dominus: congrega dispersos filios tuos, ut eum adorent, qui vos in diluvio servavit. *Deus enim, ultionum Dominus*,¹ Adamum indutus, in terras advenit, ut Adamum ipsum renovet, victosque omnes ex inferis educat. Abraham, et Isaac et Iacob cum legislatore Moyse atque prophetis omnibus, utriusque exsultate, libros vestros evolvite, quoniam adest iam exspectatio vestra.

PG
96, 1495

Hae sunt exsultationes filiarum Iudaeae, quoniam iusti Ioachim et Anna plane immaculatam Dei matrem in Sancta sanctorum detulerunt. *Laetatus est enim mons Sion, et exsultaverunt filiae * Iudaeae propter iudicia tua, Domine*.² Virgines enim, quae simul post sanctam

*1498

¹ Ps. XCIII, 1.² Ps. XLVII, 12.

αἰσχρολογιῶν αἱ παρθένοι αἱ συναπελθοῦσαι μετὰ τῆς ἀγίας Παρθένου Μαρίας τῆς Θεοτόκου, ἀλλ' ἢ μόνον πνευματικά, καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα, ἅπερ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐδωρήσατο τὸ Πνεῦμα ἅγιον. Τί γὰρ ἦν αὐταῖς ἐτέρων ῥημάτων χρεία, ἀλλ' ἢ πάντως τὴν βασιλίδα πρεπόντως ἀν εὐφημῆσαι καὶ τῷ ἐξ αὐτῆς μέλλοντι ἀσπόρως τίκτεσθαι βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἐπινικίους ὕμνους καὶ ἀναφωνεῖν, καὶ ἄδειν, «καθὼς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι αὐταῖς »;

PG
96, 1497

XXII. Ἐορτάσωμεν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ἀγαπητοί, τὰς τῆς Θεοτόκου Μαρίας πανηγύρεις, πνευματικῶς εὐφραίνόμενοι, καὶ κατανοοῦντες τὸ τοῦ προφήτου λόγιον· «Ἐόρταζε γάρ, φησίν, Ἰούδα, τὰς ἐορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεων». Αὐτὴ γὰρ ἐξ Ἰούδα, καὶ ὁ Κύριος ἐξ αὐτῆς τὸ κατὰ σάρκα.

1892

PG
96, 1497

Δεῖ οὖν ἐν ταῖς θείαις καὶ μεγάλαις ἐορταῖς καὶ τὰς τῆς Θεοτόκου τῆς ἐλπίδος ἡμῶν πανηγυρίζειν. Ἐκτὸς οὖν τοῦ πληρώματος τῶν δέκα ἐορτῶν πανηγυρίζομεν καὶ τὴν ζωηφόρον αὐτῆς κοίμησιν. Αὐτὴ μετὰ τὴν εἰς οὐρανούς ἄνοδον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιῦ Πνεύματος ἐπὶ τοὺς μακαρίους ἀποστόλους κάθοδον, τὴν καὶ ἐσχάτην καὶ μεγάλην ὀνομαζομένην ἐορτήν, πλήρωμα τῆς χρηστότητος τοῦ Κυ-

1893

Virginem Mariam Dei matrem incedebant, nihil, quod inclamarent, habebant aut alienum aut indecorum, sed spiritualia dumtaxat ac Deo placentia, quae Spiritus sanctus in ea hora (ipsis) donabat. Ecquid enim aliis vocibus opus iis erat quam ut ratione prorsus convenienti Reginam collaudarent, et Regi saeculorum ex ipsa sine semine nascituro triumphales hymnos alta clamantes voce canerent, *prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis?*¹

PG
96, 1498

XXII. Et nos igitur, dilectissimi, mente volventes illud prophetae oraculum, quo inquit: *Age, o Iuda, solemnitates tuas, ascendit enim qui afflat in faciem tuam, te e tribulatione eripiens,*² omnes spiritali laetitia gestientes Dei Genitricis Mariae sacra solemnia celebremus. Ipsa enim ex Iuda est, et Dominus ex ea secundum carnem.

1892

PG
96, 1498

Quocirca inter divinos solemnesque dies, Deiparae quoque, quae spes est omnium nostrum, merito festa celebranda sunt. Ideoque extra decem solemnitatum numerum, vivificam quoque illius dormitionem celebramus. Quod quidem venerandae illius dormitionis festum agimus et nos post ascensum Domini nostri Iesu Christi in coelum et descensum sanctissimi et vivificantis Spiritus in beatos apostolos, quod postremum magnumque festum appellatur, tamquam

1893

¹ Act. II, 4.² Nahum I, 15; II, 1.

ρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίας, καὶ πάσης ὕστερον τὴν πάνσεπτον αὐτῆς κοίμησιν πανηγυρίζομεν.

1894

XXIII. Τὴν μὲν πρώτην, εἰ καὶ μὴ παρὰ τοῖς πᾶσιν γνωρίζεται, ἐν ἧ ἑδέξαντο οἱ μακάριοι Ἰωακείμ καὶ Ἄννα τὰ εὐαγγέλια τῆς γεννήσεως τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τῇ ἑνάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνός.

PG
96, 1500

Σημειοῦ νουνεχῶς, ἀγαπητέ, ὅτι οὐκ ἄσπονδον, οὐδὲ ἀνωφελές τὸ παρ' ἡμῶν γραφῇ παραδιδόμενον. Εἰ γὰρ καὶ ἐγκαινισμοὶ ἐκκλησιῶν ἐπαξίως ἐπιτελοῦνται, πόσω μᾶλλον ἡμεῖς ὀφείλομεν μυριονταπλασίονα μετὰ σπουδῆς, εὐλαθείας τε καὶ φόβου Θεοῦ ἐπιτελεῖν τὴν πανήγυριν ταύτην; ἐν ἧ οὐκ ἐκ λίθων ὁ θεμέλιος ἐτέθη, οὐδὲ ἐκ χειρῶν ἀνθρώπων ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ᾠκοδομήθη, τουτέστιν, ἐν κοιλίᾳ συνελήφθη ἡ ἅγια Μαρία ἡ Θεοτόκος, ἀλλ' εὐδοκίᾳ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος, Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ λίθος ὁ ἀκρογωνιαίος, αὐτὸς ᾠκοδόμησεν, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσεν, ἵνα νόμον καὶ προφήτας πληρώσῃ, ἐλθὼν εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

quod fuerit bonitatis Domini et divinae dispensationis omnisque iustitiae complementum.

1894

XXIII. Ac primam quidem, licet ea non ab omnibus agnoscatur, in qua beati Ioachimus et Anna generationis Mariae semper virginis ac Dei matris nuntium acceperunt, die nono mensis Decembris celebramus.

PG
96, 1499

Atque attente adverte, dilectissime, non praeter fidem esse, ac inane, quod apud nos scripto traditur. Si enim ecclesiarum dedicationes merito celebrantur, quanto magis cura ullam comparationis rationem debemus cum studio, et pietate, ac Dei timore hanc peragere solemnitatem? In qua non ex lapidibus iacta sunt fundamenta, neque manibus hominum Dei templum exaedificatum est: videlicet in utero concepta est Deipara ac sancta Maria, sed Dei Patris beneplacito, et cooperatione sanctissimi ac vivificantis Spiritus, Christus Dei Filius, qui lapis est angularis, ipse eam aedificavit, et ipse in ea inhabitavit ut legem ac prophetas, cum ad salvandos nos veniret, imple-ret. Ipsi gloria et honor et adoratio una cum aeterno Patre, et cum sanctissimo ac vivificante Spiritu nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

FRAGMENTUM

PG
86^{bis},
2944

Χρόνων δέ που πάλιν να' διαδραμόντων, προέκυψε και Νεστόριος ὁ μιάρδος και ἀκάθαρτος πρόεδρος Κωνσταντινουπόλεως, ἀνθρωποτόκον λέγων τὴν ἁγίαν Παρθένον, και οὐ Θεοτόκον· δι' ὃν γέγονεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον σ' ἁγίων Πατέρων σύνοδος, Θεοτόκον κυρίως και ἀληθῶς κηρύττουσα τὴν ἁγίαν Παρθένον, και Νεστόριον αἰωνίῳ ἀναθέματι ὑποβαλοῦσα.

1698

IOANNES MOSCHUS († 619)

PRATUM SPIRITUALE

PG
87^{ter},
2872

Cap. XXVI. Γέρων τις ἐκάθητο ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Καλαμῶνος τῇ οὔσῃ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ, ὀνόματι Κυριακός· ἦν δὲ μέγας ὁ γέρων κατὰ Θεόν. Τούτῳ παρέβηλεν ἀδελφὸς ξενικός, ἐκ τῆς χώρας τοῦ Δαρᾶς, ὀνόματι Θεοφάνης, ἐρωτῆσαι τὸν γέροντα περὶ λογισμοῦ πορνείας. Καὶ δὴ ὁ γέρων ἤρξατο ἐπαλείφειν αὐτὸν τοῖς περὶ σωφροσύνης και ἀγνείας λόγοις. Ὁ οὖν ἀδελφὸς ὠφελήθεις μεγάλως, λέγει τῷ γέροντι· Κύρι ἀββᾶ, ἐγὼ εἰς τὴν χώραν μου τοῖς Νεστοριανοῖς κοινωῶ, και διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐ δύναμαι· ἐπεὶ μετὰ σοῦ εἶχον μεῖναι. Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ γέρων τὸ Νεστορίου ὄνομα, θλιβείς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐνουθέτει αὐτὸν και παρεκάλει ἀποστῆναι τῆς βλαθερᾶς αἰρέσεως ταύτης, και προσελθεῖν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ και

1699

PG
86^{bis},
2943

Praeterlapsis iterum annis quinquaginta uno, emersit Nestorius, nefandus impurusque praesul Constantinopolitanus, qui hominiparam, non Deiparam esse sanctam Virginem asseruit. Propter hunc habita est prior Ephesina ducentorum sanctorum Patrum synodus, quae proprie et revera Deiparam esse sanctam Virginem promulgavit, et Nestorium aeterno anathemate percussit.

1698

PG
87^{ter},
2871

Cap. XXVI. Senex quidam sedebat in Laura Calamonis iuxta Iordanem fluvium, Cyriacus nomine, magni apud Deum meriti. Ad hunc profectus est frater peregrinus ex regione Dora, Theophanes nomine, ut interrogaret senem de cogitationibus fornicationis. Quem senior hortari coepit atque urgere verbis de pudicitia et castitate. Frater itaque magnifice aedificatus, ait seni: Vere, mi Pater, ego nisi in regione mea nestorianis communicarem, tecum permansissem. Cum vero audisset senex Nestorii nomen, afflictus de perditione fratris, corripiebat eum, et orabat ut recederet ab hac pessima et per-

1699

- PG 86^{bis}, 2928.
- PG 87^{ter}, 2901, 2965, 3052.

ἀποσταλικῆ Ἐκκλησίᾳ. Ἔλεγεν δὲ αὐτῷ, ὅτι· Οὐκ ἔστιν ἄλλη σωτηρία, εἰ μὴ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν καὶ πιστεύειν, κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαρίαν ὑπάρχειν.

1700

Cap. XLVI. Παρεβάλομέν ποτε τῷ ἀββᾷ Κυριακῷ πρεσβυτέρῳ τῆς λαύρας τοῦ Καλαμῶνος τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ. Καὶ διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι· Ἐν μιᾷ θεωρῆσαί με κατὰ τοὺς ὕπνους γυναῖκά τινα σεμνοπρεπῆ, καὶ πορφυροφόρον, καὶ μετὰ ταύτης ἄνδρας δύο ἱεροπρεπεῖς καὶ τιμίους ἐστῶτας ἔξω τῆς κέλλης * μου. Ἐγὼ δὲ ὑπέλαβον τὴν μὲν γυναῖκα τὴν Δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον εἶναι, τοὺς δὲ σὺν αὐτῇ δύο ἄνδρας τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον, καὶ τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν. Ἐξελλθὼν οὖν τῆς κέλλης μου παρεκάλουν αὐτοὺς εἰσελθεῖν, καὶ ποιῆσαι εὐχὴν εἰς τὸ κελλίον μου· αὕτη δὲ οὐκ ἐπένευσεν. Ἔμεινα οὖν ἐπὶ πολὺ δεόμενος αὐτῆς, καὶ λέγων· Μὴ ἀποστραφεῖν τεταπεινωμένος καὶ κατησχυμένος, καὶ ἄλλα πολλά. Ὡς δὲ εἶδέν με τὴν αἴτησιν ἐπιτείνοντα, αὐστηρῶς ἀπεκρίθη μοι λέγουσα· Ἐχεις εἰς τὴν κέλλαν σου τὸν ἐχθρόν μου, καὶ πῶς θέλεις ἵνα εἰσέλθω; Καὶ τοῦτο εἰποῦσα, ἀπῆλθεν. Ἐγὼ δὲ διυπνισθεὶς, ἠρξάμην θλίβεσθαι, καὶ ἐνὸνός μου μήτι ἄρα κατὰ διάνοιαν ἡμαρτον εἰς αὐτήν· οὐδὲ γὰρ ὁ ἕτερός τις ἦν ἐν τῷ κελλίῳ, εἰ μὴ ἐγὼ μόνος. Ἐπὶ πολὺ οὖν ἐμαυτὸν ἐκσεύσας, οὐχ εὔρον ἐμαυτὸν πλημμελήσαντα εἰς αὐτήν. Ὡς δὲ εἶδον ἐμαυτὸν τῇ λύπῃ καταποντούμενον, ἀνέστην, καὶ ἔλαβον βιβλίον ἐπὶ τῷ ἀναγνῶναι, ὅπως διὰ τοῦ

PG
87^{ter},
2900

*2901

niciosa haeresi, accederetque ad sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam, dicens non esse aliam salutis spem, nisi recte sentiamus et credamus (ut revera est) sanctam Mariam Dei genitricem esse.

1700

Cap. XLVI. Accessimus ad abbatem Cyriacum presbyterum Laurae Calamonis iuxta sanctum Iordanem, narravitque nobis dicens: Die quadam vidi per somnum mulierem honesta facie, purpura indutam, et cum ea viros duos, et ipsos venerando habitu, et aspectu praeclaro. Arbitratus autem sum mulierem illam esse * Dominam nostram sanctam Dei genitricem, eosque qui cum illa erant duos viros, sanctum Ioannem Theologum et sanctum Ioannem Baptistam. Egressusque de cellula orabam illos ut ingrederentur et in cella mea orarent, quae non consentit. Permansi ergo diutius orans et obsecrans, ac dicens: Ne, quaeso, avertatur humilis factus confusus, et alia plurima huiusmodi. Illa igitur ut me vidit instare precibus, eademque postulationem iterare, severius mihi respondit, dicens: Habes intra cellam tuam inimicum meum, et vis ut ingrediar? Et his dictis abscessit. Evigilans autem ego affligi coepi, et cogitabam, num aliquid in mente peccatum contra illam admissem, neque enim erat alius aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur meipsum discutiens, nihil inveni, quod in illam peccassem. Cum vero vidissem me nimio moerore absorberi, surgens accepi librum ut legerem, quo per huius-

PG
87^{ter},
2899

*2902

ἀναγνώσματος, τὴν λύπην ἀπορρίψωμαι. Βιβλίον δὲ ἤμην χρησάμενος τοῦ μακαρίου Ἠσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων· καὶ ἀναπτύξας τὴν βιβλίον, εὗρισκω δύο λόγους Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς γεγραμμένους· καὶ εὐθέως ἔγνων τοῦτον εἶναι τὸν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὸν ἐχθρόν. Τότε ἀναστὰς ἀπῆλθον, καὶ τὴν βιβλίον ἀπέδωκα τῷ δεδωκότι μοι αὐτήν. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Λάβε σου τὴν βιβλίον, ἀδελφέ· οὐ γὰρ τοσαύτην ἔσχον ὠφέλειαν ἐξ αὐτῆς, ὅσην μοι τὴν ζημίαν προεξένησεν. Κακείου δὲ τὴν ζημίαν ἀνακρίνοντας, τὰ συμβάντα διηγησάμην· καὶ τοῦ ζήλου πλησθεὶς εὐθέως τῆς βιβλίου τοὺς δύο λόγους Νεστορίου ἀπέκοψεν, καὶ πυρὶ παρέδωκεν, εἰπὼν ὅτι· Οὐ μὴ μείνη εἰς τὸ κελλίον μου ὁ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας ἐχθρός.

S. MODESTUS. Hierosolymitanus († 634)

ENCOMIUM

IN DORMITIONEM SS. DOMINAE NOSTRAE DEIPARAE
SEMPERQUE VIRGINIS MARIAE ¹PG
86^{bis},
3277

I. Ἄφατος ἢ πανίερος γυνῶσις τῶν σεπτῶν ἑορτῶν τῆς Θεομήτορος Χριστοῦ· ἐπεὶ καὶ τὸ μυστήριον ὑπερένδοξον, καὶ πάσαις οὐρανίαις δυνάμεσι καὶ βροτοῖς ἀκατάληπτον· καὶ πολυποικίλος ὁ τῆς σοφίας λόγος κἄν ἀπορῆ πρὸς

1701

modi lectionem dolorem una cogitationesque repellerem. Librum autem ipsum acceperam mutuo a beato Isychio presbytero Ierosolymitanae Ecclesiae. Evolvensque librum inveni duos impii Nestorii libros in fine voluminis scriptos, moxque agnovi hunc esse sanctae Dominae nostrae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicum. Tunc surgens abii, librumque illi qui mihi eum accommodaverat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater, neque enim ex eo tantum utilitatis cepi, quantum detrimenti. Cum vero ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorii libros ex volumine praescidit, eosque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominae nostrae sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicus.

PG
86^{bis},
3278

I. Ineffabilis est sacratissima venerandarum Genitricis Christi Dei festivitatum notitia. Nam et gloriosissimum est mysterium, et omnibus coelestibus potestatibus hominibusque incomprehensibile; et

1701

¹ Viri docti disputant de paternitate huius *Encomii*. Utcumque agitur de *Encomio*, composito VII exeunte saeculo vel VIII ineunte. Cf. Bar III, 49; Cay II, 233, 271, 275; Lau 168; EnC VIII, 1199.

S. MELITO Sardinianus († ante 190)

HOMILIA PASCHALIS

SC
123, 98

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐν παρθένῳ σαρκωθεὶς [...] 23
 Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς ὁ ἄφρωνος.
 Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς φονευόμενος.
 Οὗτός ἐστιν ὁ τεχθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς καλῆς ἀμνάδος.

Ille est qui in Virgine incarnatus est [...] 23
 Ille est agnus vocis expers,
 ille est agnus iugulatus,
 ille est qui natus est ex Maria, agna pulchra.

FRAGMENTA

Ex tractatu *De anima et corpore*SC
123, 236
*238

XIII. Propterea pater misit filium suum e coelo sine corpore, 24
 * ut, postquam incarnatus esset in utero virginis et natus esset homo,
 vivificaret hominem et colligeret membra eius, quae mors disper-
 serat, quum hominem divideret.

Ex tractatu *De cruce*SC
123, 238
*240

XIV. Propter haec venit ad nos, propter haec, quum sit incor- 25
 poreus, corpus ex formatione nostra texuit sibi. Qui * agnus visus
 est, pastor mansit; qui servus reputatus est, dignitatem filii non
 denegabit: a Maria portatus et Patre suo indutus.

S. IRENAEUS Lugdunensis M. (ca 140 † 202)

ADVERSUS HAERESSES

PG
7, 549


Lib. I, cap. X, 1. 'Η μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκου- 26
 μένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ τὲ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν
 ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, « τὸν

PG
7, 550

Lib. I, cap. X, 1. Ecclesia enim per universum orbem usque ad 26
 fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit
 eam fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui

● SC 123, 124, 242.

ΑΒΕΡCII (S.) Episcopi (saec. II) inscriptio habet verbum παρθένος. Ex con-
 textu vero videtur illud tribuendum esse Ecclesiae potius quam Mariae.
 Cf. A. FERRUA, in ENC I, 69-72.



πεποιηκότα τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς », πίστιν· καὶ εἰς ἓνα Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν Προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἡγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ « ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ».

*fecit caelum et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt:*¹ et in unum Iesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute: et in Spiritum sanctum, qui per prophetas praedicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam, quae est ex Virgine, generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in caelos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri, et de caelis in gloria Patris adventum eius, ad *recapitulanda universa*.²

- 27 Cap. XXVI, 1. Et Cerinthus autem quidam in Asia, non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a Virtute quadam valde separata, et distante ab ea principalitate, quae est super universa, et ignorante eum, qui est super omnia, Deum. Iesum autem subiecit, non ex Virgine natum (impossibile enim hoc ei visum est); fuisse autem Ioseph et Mariae filium similiter ut reliqui omnes homines, et plus potuisse iustitia et prudentia, et sapientia ab hominibus. Et post baptismum descendisse in eum, ab ea principalitate quae est super omnia, Christum figura columbae; et tunc annuntiasset incognitum Patrem, et virtutes perfecisse: in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse, et resurrexisse; Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.
- 28 Lib. III, cap. V, 1. [...] David eam, quae est ex Virgine, generationem eius, et eam, quae est ex mortuis, resurrectionem prophetans, ait: *Veritas de terra orta est*.³
- 29 Cap. IX, 2. [...] *Ecce Virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*.⁴ De hoc, qui est ex Virgine Emmanuel, dixit David: *Non avertas faciem Christi tui. Iuravit Dominus David veritatem, et non spernet eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*.⁵ Et ite-

PG
7, 686PG
7, 858PG
7, 870


¹ Ps. CXLV, 6; Act. IV, 24 et XIV, 14.

² Ephes. I, 10.

³ Ps. LXXXIV, 12.

⁴ Matth. I, 23.

⁵ Ps. CXXXI, 10-11.



rum: *Notus in Iudaea Deus, et factus est in pace locus eius, et habitaculum eius in Sion.*¹ Unus igitur et idem Deus, qui a prophetis praedicatus est, et ab Evangelio annuntiatur, et huius Filius qui ex fructu ventris David, id est ex David Virgine, et Emmanuel.

PG
7, 873

Cap. X, 2. Et iterum de angelo referens ait: *In ipso autem tempore missus est angelus Gabriel a Deo, qui et dixit Virgini: Noli timere, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.*² Et de Domino dicit: *Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus thronum David, patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.*³ Quis est autem alius, qui regnat in domo Iacob sine intermissione in aeternum, nisi Christus Iesus Dominus noster, Filius Dei altissimi, qui per legem et prophetas promisit salutarem suum facturum se omni carni visibilem, ut fieret filius hominis, ad hoc ut et homo fieret Filius Dei? Propter quod et exsultans Maria, clamabat pro Ecclesia prophetans: *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Assumpsit enim Israel puerum suum, reminisci misericordiae: quemadmodum locutus est ad patres nostros, Abrahae et semini eius in aeternum.*⁴

30

PG
7, 881

Cap. XI, 3. Secundum autem illos, neque Verbum caro factum est, neque Christus, neque qui ex omnibus factus est, Salvator. Etenim Verbum et Christum nec advenisse in hunc mundum volunt: Salvatorem vero non incarnatum, neque passum; descendisse autem quasi columbam in eum Iesum, qui factus esset ex dispositione, et cum annuntiasset incognitum Patrem, iterum ascendisse in Pleroma. Incarnatum autem et passum quidam quidem eum, qui ex dispositione sit, dicunt Iesum, quem per Mariam dicunt pertransisse, quasi aquam per tubum; alii vero Demiurgi filium, in quem descendisse eum Iesum, qui ex dispositione sit: alii rursus Iesum quidem ex Ioseph et Maria natum dicunt, et in hunc descendisse Christum, qui de superioribus * sit, sine carne et impassibilem existentem. Secundum autem nullam sententiam haeticorum, Verbum Dei caro factum est. Si enim quis regulas ipsorum omnium perscrutetur, inveniet quoniam sine carne, et impassibilis ab omnibus illis inducitur Dei Verbum, et qui est in superioribus Christus. Alii enim putant manifestatum eum, quemadmodum hominem transfiguratum; neque autem natum, neque incarnatum dicunt illum; alii vero neque figu-

31

*882

¹ Ps. LXXV, 2, 3.² Lc. I, 26, 30.³ Lc. I, 32.⁴ Lc. I, 46, 54, 55.

ram eum assumpsisse hominis; sed quemadmodum columbam descendisse in eum Iesum, qui natus est ex Maria. Omnes igitur illos falsos testes ostendens discipulus Domini, ait: *Et Verbum caro factum est, et inhabitavit in nobis.*¹

- 32** Cap. XII, 7. [...] Ex verbis autem Petri manifestum est, quoniam praecognitum quidem eis Deum custodivit; Filium autem Dei Iesum Christum esse testificatus est ipsis, iudicem vivorum et mortuorum, in quem et baptizari eos iussit in remissionem peccatorum: et non tantum hoc, sed et Iesum ipsum esse Filium Dei testificatus est, qui et unctus Spiritu sancto, Iesus Christus dicitur. Et est hic idem ex Maria natus, quemadmodum Petri continet testificatio. PG
7, 901

- 33** Cap. XVI, 2. [...] Matthaeus unum et eundem Iesum Christum cognoscens, eam quae est secundum hominem generationem eius ex Virgine exponens, sicut promisit Deus David,² ex fructu ventris eius excitaturum se aeternum Regem, multo prius Abrahae eandem faciens promissionem, ait: *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.*³ Dehinc ut liberaret mentem nostram a suspitione, quae est circa Ioseph, ait: *Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Ioseph, priusquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.*⁴ Dehinc cum Ioseph cogitaret dimittere Mariam, quoniam praegnans erat, assistentem ei angelum Dei, dicentem: ⁵ *Ne timueris assumere Mariam coniugem tuam: quod enim habet in utero, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: hic enim salvabit populum suum a peccatis suis. Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam: ⁶ Ecce, virgo accipiet in utero, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est, Nobiscum Deus;* manifeste significans, et eam promissionem, quae fuerat ad patres, impletam, ex virgine natum Filium Dei, et hunc ipsum esse Salvatorem Christum, quem prophetae praedicaverunt: non, sicut ipsi dicunt, Iesum quidem ipsum esse, qui ex Maria sit natus, Christum vero qui desuper descendit. Caeterum potuerat dicere Matthaeus: « Iesu vero generatio sic erat », sed praevidens Spiritus sanctus depravatores, et praemuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthaeum ait: *Christi autem generatio sic erat; et quoniam hic est*

¹ Io. I, 10.

² Ps. CXXXI, 2.

³ Matth. I, 1.

⁴ Matth. I, 18 ss.

⁵ Matth. I, 20 ss.

⁶ Isa. VII, 14.

*922 *Emmanuel, ne forte tantum eum hominem putaremus (non enim ex voluntate carnis, neque ex voluntate * viri, sed ex voluntate Dei, Verbum caro factum est)*¹ neque alium quidem Iesum, alterum autem Christum suspicaremur fuisse, sed unum et eundem sciremus esse.

3. Hoc ipsum interpretatus est Paulus, scribens ad Romanos:² *Paulus apostolus Iesu Christi, praedestinatus in Evangelium Dei, quod promisit per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, per Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, Iesu Christi Domini nostri.* Et iterum ad Romanos scribens de Israel, dicit:³ *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnes benedictus in saecula.* Et iterum in Epistola quae est ad Galatas, ait:⁴ *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem percipiamus;* manifeste significans unum quidem Deum, qui per prophetas promissionem de Filio fecerit; unum autem Iesum Christum Dominum nostrum, qui de semine David secundum eam generationem, quae est ex Maria; hunc destinatum Filium Dei Iesum Christum in virtute secundum Spiritum sanctitatis, ex resurrectione mortuorum, ut sit primogenitus mortuorum, quemadmodum et primogenitus in omni conditione; Filius Dei, hominis filius factus, ut per eum adoptionem percipiamus, portante homine, et capiente, et complectente Filium Dei. Propter hoc et Marcus ait:⁵ *Initium Evangelii Iesu Christi Filii Dei, quemadmodum scriptum est in prophetis;* unum et eundem sciens Filium Dei Iesum Christum, qui a prophetis annuntiatus est⁶ qui ex fructu ventris David Emmanuel, *magni consilii Patris nuntius, per quem oriri fecit Deus domui David Orientem et iustum,*⁷ et erexit ei cornu salutis, et *suscitavit testimonium in Iacob, quemadmodum David causas * generationis eius* disserens ait, *et legem posuit in Israel, ut cognoscat generatio altera: filii qui nascentur ex his, et ipsi exsurgentes enarrabunt filiis suis, ut ponant in Deum spem suam, et praecepta eius exquirant.*⁸ Et rursus angelus evangelizans Mariae, ait:⁹ *Hic erit magnus, et Filius Altis-*

¹ Io. I, 13-14.

² Rom. I, 1 ss.

³ Rom. IX, 5.

⁴ Galat. IV, 4-5.

⁵ Marc. I, 1.

⁶ Isa. IX, 6; Ier. XXXIII, 15

⁷ Lc. I, 69.

⁸ Ps. LXXVII, 5, 6, 7.

⁹ Lc. I, 32.

*simi vocabitur, et dabit ei Dominus thronum David patris sui; eum qui sit Filius Altissimi, hunc eundem et David filium confitens. Cuius et David dispositionem adventus per Spiritum cognoscens, per quam dominans est omnium vivorum et mortuorum, Dominum eum confessus est, sedentem ad dextram Patris altissimi.*¹

4. Et Simeon autem ille, qui responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum eum mortem, nisi prius videret Christum Iesum, hunc manibus accipiens Virginis primogenitum, benedixit Deum, et dixit:² *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel; infantem, quem in manibus portabat Iesum, natum ex Maria, ipsum confitens esse Christum Filium Dei, lumen hominum, et gloriam ipsius Israel, et pacem et refrigerium eorum qui in dormitionem ierunt. Iam enim spoliabat homines, auferens ignorantiam ipsorum, suam autem agnitionem eis donans, et dispartitionem faciens eorum qui cognoscebant eum, quemadmodum Isaias: *Voca, inquit, nomen eius, velociter spolia, celeriter dispartire.*³ Haec sunt autem opera Christi. Ipse igitur erat Christus, quem portans Simeon benedicebat Altissimum; quem pastores cum vidissent, glorificabant Deum; quem Ioannes, cum adhuc in ventre matris suae esset, et ille in vulva Mariae, Dominum cognoscens, exsultans salutabat; quem magi videntes, et adorantes, et afferentes munera, quae praediximus * et substernentes semetipsos aeterno Regi, per alteram abierant viam, non iam per Assyriorum revertentes viam. *Priusquam enim cognoscet puer vocare patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariae, contra regem Assyriorum;*⁴ occulte quidem, sed potenter manifestans, quoniam absconsa manu expugnabat Dominus Amalech. Propter hoc et pueros eripiebat, qui erant in domo David, bene sortiti illo tempore nasci, ut eos praemitteret in suum regnum; ipse infans cum esset, infantes hominum martyres parans, propter Christum, qui in Bethleem natus est Iudae, in civitate David, interfectos secundum Scripturas.*

5. Propter quod et Dominus discipulis post resurrectionem dicebat: *O insensati, et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportebat pati Christum, et introire in*

¹ Ps. CIX, 1.

² Lc. II, 29 ss.

³ Isa. VIII, 3.

⁴ Isa. VIII, 4.

*claritatem suam?*¹ Et iterum ait eis: *Hi sunt sermones, quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportet impleri omnia scripta in lege Moysi et prophetis, et psalmis de me. Tunc adaperuit eorum sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit ad eos: Quoniam sic scriptum est, Christum pati, et resurgere a mortuis, et praedicari in nomine eius remissionem peccatorum in omnes gentes.*² Hic autem est, qui ex Maria natus est. *Oportet enim, inquit,*³ *Filium hominis multa pati, et reprobari, et crucifigi, et die tertio resurgere.* Non ergo alterum filium hominis novit Evangelium, nisi hunc qui ex Maria, qui et passus est; sed neque Christum avolantem ante passionem a Iesu; sed hunc qui natus est, Iesum Christum novit Dei Filium, et eundem hunc passum resurrexisse, quemadmodum Ioannes Domini discipulis confirmat, dicens: « Haec autem scripta sunt, ut credatis quoniam Iesus est Filius Dei, et ut credentes vitam aeternam habeatis in nomine eius.»⁴

PG
7, 926

7. Nihil enim incomptum atque intempestivum apud eum, quomodo nec incongruens est apud Patrem. Praecognita sunt enim omnia a Patre, perficiuntur autem a Filio, sicut congruum et consequens est, apto tempore. Propter hoc properante Maria ad admirabile vini signum, et ante tempus volente participare compendii poculo, Dominus repellens eius intempestivam festinationem, dixit: *Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea*⁵ exspectans eam horam quae est a Patre praecognita.

34

PG
7, 938

Cap. XIX, 1. Rursus autem qui nude tantum hominem eum dicunt ex Ioseph generatum, perseverantes in servitute pristinae inobedientiae moriuntur; nondum commixti Verbo Dei Patris, neque per Filium percipientes libertatem, quemadmodum ipse ait: *Si Filius vos manumiserit, vere liberi eritis.*⁶ Ignorantes autem eum, qui ex Virgine est Emmanuel, privantur munere eius, quod est vita aeterna: non recipientes autem Verbum incorruptionis, perseverant in carne mortali, et sunt debitores mortis, antidotum vitae non accipientes.

35

PG
7, 940

2. [...] Sed quoniam praeclaram praeter omnes habuit in se eam, quae est ab altissimo Patre, genituram, praeclara autem func-

36

¹ Lc. XXIV, 25-26.² Lc. XXIV, 44 ss.³ Marc. VIII, 31.⁴ Io. XX, 31.⁵ Io. II, 4.⁶ Io. VIII, 36.

● PG 7, 938.

tus est et ea, quae est ex Virgine, generatione; utraque Scripturae divinae de eo testificantur.

- 37 3. [...] Hic igitur Filius Dei Dominus noster, existens Verbum ^{PG} Patris, et filius hominis: quoniam ex Maria, quae ex hominibus _{7, 941} habebat genus, quae et ipsa erat homo, habuit secundum hominem generationem, factus est filius hominis. Propter hoc et ipse Dominus dedit nobis signum in profundum, in altitudinem sursum,¹ quod non postulavit homo, quia nec speravit virginem praegnantem fieri posse, quae erat virgo, et parere filium, et hunc partum Deum esse nobiscum.
- 38 Cap. XX, 3. Propter hoc ergo signum salutis nostrae cum, qui ^{PG} ex Virgine Emmanuel, est ipse Dominus: quoniam ipse Dominus _{7, 944} erat qui salvabat eos, quia per semetipsos non habebant salvari. Et propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait: *Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum;*² significans, quoniam non a nobis, sed a Deo est bonum salutis nostrae.
- 39 Cap. XXI, 1. Ὁ Θεός οὖν ^{PG} ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ αὐτὸς Κύριος _{7, 946} ἔσωσεν ἡμᾶς, δοὺς τὸ τῆς παρθένου σημεῖον.... Ἄλλ' οὐχ ὡς ἐνιοῖ φασι τῶν νῦν μεθερμηνεύειν τολμῶντων τὴν Γραφήν· «Ἴδού ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν», ὡς Θεοδοτίων ἠρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικός, ἀμρότεροι Ἰουδαῖοι προσήλυτοι· οἷς κατακολουθήσαντες οἱ Ἐβιωναῖοι, ἐξ Ἰωσήφ αὐτὸν γεγενῆσθαι φάσκουσι·
- Cap. XXI, 1. Deus igitur homo factus est, et ipse Dominus salvabit nos, ipse dans Virginis signum. Non ergo vera est quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari Scripturam: «Ecce adolescentula in ventre habebit, et pariet filium»; quemadmodum Theodotion Ephesius est interpretatus, et Aquila Ponticus, utriusque Iudaei proselyti; quos sectati Ebionaei, ex Ioseph generatum eum dicunt: tantam dispositionem Dei dissolventes, quantum ad ipsos est; frustrantes prophetarum testimonium, quod operatus est Deus. Prophetatum est quidem, priusquam in Babylonem fieret populi transmigratio, id est, antequam Medi et Persae acciperent principatum: interpretatum vero in graeco ab ipsis Iudaeis multum ante tempora adventus Domini nostri, ut nulla relinquatur suspicio, ne forte morem nobis gerentes Iudaei, haec ita sint interpretati. Qui quidem si cognovissent nos futuros, et usuros his testimoniis quae sunt ex Scripturis, numquam dubitassent ipsi suas comburere Scripturas, quae et reliquas omnes gentes manifestant participare vitae, et eos qui gloriantur domum se

¹ Isa. VII, 11.

² Rom. VII, 18.

*947 esse Iacob, * et populum Israel, et exhaereditatos ostendunt a gratia Dei.

PG
7, 950

4. Unus enim et idem Spiritus Dei, qui in prophetis quidem 40
praeconavit, quis et qualis esset adventus Domini, in senioribus
autem interpretatus est bene quae bene prophetata fuerant; ipse et
in apostolis annuntiavit plenitudinem temporum adoptionis venisse,
et proximasse regnum coelorum, et inhabitare intra homines cre-
dentes in eum, qui ex Virgine natus est, Emmanuel, quemadmodum
ipsi testificantur, quoniam priusquam convenisset Ioseph cum Maria
(manente igitur ea in virginitate), *inventa est in utero habens de Spi-
ritu sancto*;¹ et quoniam dixit ei Gabriel angelus: *Spiritus sanctus
adveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te: quapropter quod na-
scetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*;² et quoniam angelus in
*951 somnis dixit ad Ioseph: *Hoc autem * factum est, ut adimpleretur quod
dictum est ab Isaia propheta: Ecce virgo in utero concipiet*.³ Seniores
autem sic interpretati sunt dixisse Isaiam: *Et adiecit Dominus loqui
ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum deorsum,
aut in altitudinem sursum. Et dixit Achaz: Non postulabo, nec ten-
tabo Dominum. Et dixit: Non pusillum vobis agonem praebere homi-
nibus, et quemadmodum Dominus praestat agonem? Propter hoc Do-
minus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo in ventre accipiet, et pariet
filium, et vocabitis nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel manducabit:
priusquam cognoscat aut eligat mala, commutabit bonum: quoniam
priusquam cognoscat infans bonum vel malum, non consentiet nequi-
tiae, uti eligat bonum*.⁴ Diligenter igitur significavit Spiritus sanctus
per ea quae dicta sunt, generationem eius, quae est ex Virgine, et
substantiam, quoniam Deus (Emmanuel enim nomen hoc signifi-
cat): et manifestat quoniam homo, in eo quod dicit: « Butyrum et
mel manducabit »; et in eo quod infantem nominat eum, et, « prius-
quam cognoscat bonum et malum »: haec enim omnia signa sunt
hominis infantis. Quod autem « non consentiet nequitiae, ut eligat
bonum », proprium hoc est Dei, uti non per hoc quod manducabit
butyrum et mel, nude solummodo eum hominem intelligeremus, neque
rursus per nomen Emmanuel, sine carne eum Deum suspicaremur.

PG
7, 951
*952

5. Καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν· « ἀκούετε
δὴ οἶκος * Δαβὶδ », σημαίνοντος ἧν,
ὅτι ὄν ἐπηγγείλατο τῷ Δαβὶδ ὁ Θεός,
ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ αἰώ-

5. Et in eo quod dicit: « Au- 41
dite domus David »; significan-
tis erat, quoniam quem promisit
Deus * David, de fructu ventris

¹ Matth. I, 18.

² Lc. I, 35.

³ Matth. I, 22.

⁴ Isa. VII, 10 ss.

νιον ἀναστήσειν βασιλέα, οὗτός ἐστιν
ἐκ τῆς Δαβὶδ παρθένου γενόμενος.

eius aeternum suscitaturum se
regem, hic est qui ex Virgine
quae fuit de genere David, ge-
neratus est.

Propter hoc enim et de fructu ventris eius regem promisit, quod erat proprium Virginis praegnantis; et non de fructu lomborum eius, nec de fructu renum eius, quod est proprium viri generantis, et mulieris ex viro conceptionem facientis. Circumscripsit igitur genitalia viri in promissione Scriptura: imo vero nec commemoratur, quoniam non ex voluntate viri erat, qui nascebatur. Statuit autem et confirmavit fructum ventris, ut generationem eius, qui erat futurus ex virgine, pronuntiaret, quemadmodum Elisabeth impleta Spiritu sancto testificata est, dicens ad Mariam: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui*;¹ significante Spiritu sancto audire volentibus, repromissionem quam repromisit Deus, de fructu ventris eius suscitare regem, impletam esse in Virginis, hoc est in Mariae partu. Qui igitur transmutant id quod apud Isaiam: « Ecce adolescentula in ventre concipiet »; et Ioseph filium eum volunt esse, illud transmutent quod est repromissionis, quod apud David positum est ubi promisit illi Deus, de fructu ventris eius suscitare cornu, Christi regnum. Sed non intellexerunt: caeterum autem hoc quoque ausi fuissent demutare.

6. Quod autem dixerit Isaias: « In profundum deorsum, vel in altitudinem sursum »; significantis * fuit, quoniam « qui descendebat, ipse erat et qui ascendebat ». In eo autem quod dixerit: « Ipse Dominus dabit signum »; id quod erat inopinatum generationis eius significavit, quod nec factum esset aliter, nisi Deus Dominus omnium Deus ipse dedisset signum in domo David. Quid enim magnum, aut quod signum fieret in eo, quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod evenit omnibus quae pariunt mulieribus? Sed quoniam inopinata salus hominibus inciperet fieri, Deo adiuvante, inopinatus et partus Virginis fiebat, Deo dante signum hoc, sed non homine operante illud.

42 7. Propter hoc autem et Daniel praevidens eius adventum, lapidem sine manibus abscissum advenisse in hunc mundum (hoc est enim quod *sine manibus*)² significabat; quod non operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum qui solent lapides caedere, in hunc mundum eius adventus erat, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperante dispositioni. Hic enim lapis a terra,

PG
7, 953

¹ Lc. I, 42.

² Dan. II, 34.

ex virtute et arte constat Dei. Propter hoc autem et Isaias ait: *Sic dicit Dominus: Ecce, ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honorificum;*¹ uti non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, adventum eius qui secundum hominem est, intelligamus.

8. Propter hoc autem et Moyses ostendens typum, proiecit virgam in terram,² ut ea incarnata omnem Aegyptiorum praevaricationem, quae insurgebat adversus Dei dispositionem, argueret et absorberet: et ut ipsi Aegyptii testificarentur, quoniam digitus est Dei,³ qui salutem operatur populo, et non Iosephi filius. Si enim Ioseph filius esset, quemadmodum plus poterat quam Salomon,⁴ aut plus quam Ionas habere, aut plus esse David,⁵ cum esset ex eadem seminatione generatus, et proles existens ipsorum? Ut quid autem et beatum dicebat Petrum, quod eum cognosceret esse Filium Dei vivi?⁶

*954 * 9. Super haec autem nec rex esse posset, si quidem Ioseph filius fuisset; nec haeres, secundum Ieremiam. Ioseph enim Ioachim et Iechoniae filius ostenditur, quemadmodum et Matthaeus generationem eius exponit. Iechonias autem, et qui ab eo, omnes abdicati sunt a regno, Ieremia dicente sic: *Vivo ego, dicit Dominus, si factus fuerit Iechonias filius Ioachim, rex Iuda, signaculum in manu dextera mea, inde abstraham eum, et tradam eum in manu quaerentium animam tuam.*⁷ Et iterum: *Inhonoratus est Iechonias, quemadmodum vas quod non est opus, quoniam proiectus est in terram, quam non sciebat. Terra, audi sermonem Domini: scribe virum hunc abdicatum hominem, quoniam non augebit de semine eius sedens super thronum David, princeps in Iuda.*⁸ Et iterum Deus ait super Ioachim patrem eius: *Propter hoc sic dicit Dominus super Ioachim patrem eius, regem Iudaeae: Non enim erit ex eo sedens super thronum David, et mortificatum eius erit proiectum in aestu diei, et in glacie noctis, et respiciam super eum, et super filios eius, et inferam super eos, et super inhabitantes Ierusalem, super terram Iuda, omnia mala, quae locutus sum super eos.*⁹ Qui ergo eum dicunt ex Ioseph generatum, et in eo ha-

¹ Isa. XXVIII, 16.

² Exod. VII, 9 ss.

³ Exod. VIII, 19.

⁴ Matth. XII, 42.

⁵ Matth. XXII, 43.

⁶ Matth. XVI, 17.

⁷ Ierem. XXII, 24-25.

⁸ Ierem. XXII, 28 ss.

⁹ Ierem. XXXVI, 30, 31.

bere spem, abdicatos se faciunt a regno, sub maledictione et increpatione decedentes, quae erga Iechoniam et in semen eius. Propter hoc enim dicta sunt haec de Iechonia, spiritu praesciente ea quae a malis doctoribus dicuntur: uti discant, quoniam ex semine eius, id est ex Ioseph, non erit natus, sed secundum repromissionem Dei de ventre David suscitatur rex aeternus, qui recapitulatur omnia in se, et antiquam plasmationem in se recapitulatus est.

- 43 10. Quia quemadmodum per inobedientiam unius hominis introitum peccatum habuit, et per peccatum mors obtinuit; sic et per obedientiam unius hominis iustitia introducta vitam fructificet his, qui olim mortui erant, hominibus. Et quemadmodum protoplastus ille Adam de rudi terra, et de adhuc virgine (« nondum enim pluerat Deus, et homo * non erat operatus terram »)¹ habuit substantiam; et plasmatus est manu Dei, id est Verbo Dei (*omnia enim per ipsum facta sunt*),² et sumpsit Dominus limum a terra, et plasmavit hominem: ³ ita recapitulans in se Adam, ipse Verbum existens ex Maria, quae adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adae recapitulationis.

PG
7, 954

*955

Εἰ τοίνυν ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἔσχε πατέρα ἄνθρωπον, καὶ ἐξ ἀνδρὸς σπέρματος ἐγεννήθη, εἰκὸς ἦν καὶ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ λέγειν ἐξ Ἰωσήφ γεγενῆσθαι· εἰ δὲ ἐκεῖνος ἐκ γῆς ἐλήφθη, πλάστης δὲ αὐτοῦ ὁ Θεός, ἔδει καὶ τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτόν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλασμένον ἄνθρωπον, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τῆς γεννήσεως ἔχειν ὁμοιότητα. Εἰς τί οὖν πάλιν οὐκ ἔλαβε χοῦν ὁ Θεός, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἐνήργησε τὴν πλάσιν γενέσθαι; Ἴνα μὴ ἄλλη πλάσις γένηται, μηδὲ ἄλλο τὸ σωζόμενον, ἀλλ' αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνακεφαλαιωθῆ, τηρουμένης τῆς ὁμοιότητος.

Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, et ex semine viri natus est; merito dicerent, et secundum Adam ex Ioseph esse generatum. Si autem ille de terra quidem sumptus est, et Verbo Dei plasmatus est, oportebat id ipsum Verbum recapitulationem Adae in semetipsum faciens, eiusdem generationis habere similitudinem. Quare igitur non iterum sumpsit limum Deus, sed ex Maria operatus est plasmationem fieri? Ut non alia plasmatio fieret, neque alia esset plasmatio quae salvaretur, sed eadem ipsa recapitularetur, servata similitudine.

- 44 Cap. XXII, 1. Ἄγαν οὖν

- Cap. XXII, 1. Errant igitur PG
7, 955

¹ Gen. II, 5.

² Io. I, 3.

³ Gen. II, 7.

*959 πίπτουσι καὶ οἱ λέγοντες, αὐτὸν μηδὲν εἰληφέναι ἐκ τῆς Παρθένου, ἵν' ἐκβάλωσι τὴν * τῆς σαρκὸς κληρονομίαν, καὶ ἀποβάλωνται τὴν ὁμοιότητα.

tur qui dicunt, cum nihil ex Virgine accepisse, ut abiciant carnis haereditatem, * abiciant autem et similitudinem.

Si enim ille quidem de terra, et manu et artificio Dei plasmationem et substantiam habuit, hic autem non manu et artificio Dei; iam non servavit similitudinem hominis, qui factus est secundum imaginem ipsius et similitudinem, et inconstans artificium videbitur, non habens circa quod ostendat sapientiam suam. Hoc autem dicere est, et putative apparuisse eum tanquam hominem, cum non esset homo: et factum eum hominem, nihil assumentem de homine. Si enim non accepit ab homine substantiam carnis, neque homo factus est, neque filius hominis: et si hoc non factus est, quod nos eramus, non magnum faciebat, quod passus est et sustinuit. Nos autem quoniam corpus sumus de terra acceptum, et anima accipiens a Deo spiritum, omnis quicumque confitebitur. Hoc itaque factum est Verbum Dei, suum plasma in semetipsum recapitulans: et propter hoc filium hominis se confitetur, et beatificat mites, quoniam ipsi haereditabunt terram.¹ Et apostolus autem Paulus in ea Epistola, quae est ad Galatas, manifeste ait: *Misit Deus Filium suum, factum de muliere.*² Et rursus in ea quae est ad Romanos: *De Filio autem, inquit, eius, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Iesu Christi Domini nostri.*³

*957 2. Ἐπεὶ περισσὴ καὶ ἡ εἰς τὴν Μαρίαν αὐτοῦ κάθοδος. Τί γὰρ καὶ εἰς αὐτὴν κατήρει, εἰ μηδὲν ἔμελλε λήψεσθαι παρ' αὐτῆς; Ἐτι τε εἰ μηδὲν εἰλήφει παρὰ τῆς Μαρίας, οὐκ αὐτὰς ἀπὸ γῆς εἰλημμένας προσίετο * τροφάς, δι' ὧν τὸ ἀπὸ γῆς ληφθὲν τρέφεται σῶμα· οὐδ' ἂν εἰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ὁμοίως ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἡλίας, νηστεύσας ἐπέεινε, τοῦ σώματος ἐπιζητοῦντος τὴν ἰδίαν τροφήν· οὐδ' ἂν Ἰωάννης ὁ μαθητὴς αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ γράφων εἰρήκει· «Ὁ

2. Caeterum supervacua est in Mariam descensio eius. Quid enim in eam descendebat, si nihil incipiebat sumere ab ea? Aut si nihil sumpsisset ex Maria, numquam eas, quae a terra erant, percipisset * escas, per quas id, quod a terra sumptum est, nutritur corpus: nec quadraginta diebus, quemadmodum Moyses et Elias, ieiunans esurisset corpus eius, suam quaerens escam: sed nec Ioan-

¹ Matth. V, 4.

² Galat. IV, 4.

³ Rom. I, 3-4.

δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο » οὐδ' ἂν ὁ Δαβὶδ προαναπεφωνήκει περὶ αὐτοῦ· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθησαν » οὐδ' ἂν ἐδάκρυσεν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου· οὐδ' ἂν ἴδρωσε θρόμβους αἵματος· οὐδ' ἂν εἰρήκει, ὅτι « Περίλυτός ἐστιν ἡ ψυχὴ μου » οὐδ' ἂν νυγείσης αὐτοῦ τῆς πλευρᾶς, ἐξῆλθεν αἷμα * καὶ ὕδωρ. Ταῦτα γὰρ πάντα σύμβολα σαρκός, τῆς ἀπὸ γῆς εἰλημμένης, ἣν εἰς αὐτὸν ἀνεκεφαλαιώσατο, τὸ ἴδιον πλάσμα σώζων.

nes discipulus eius de eo scribens dixisset: *Iesus autem fatigatus in itinere sedebat;*¹ nec David praeclamasset in eum: *Et super dolorem vulnerum meorum apposuerunt;*² nec lacrymasset super Lazarum; nec sudasset globos sanguinis; nec dixisset: *Tristis est anima mea;*³ nec percusso latere exisset sanguis et aqua. Haec enim omnia * si-

*958

- 45 4. Consequenter autem et Maria virgo obediens invenitur, dicens: *Ecce ancilla tua, Domine, fiat mihi secundum verbum tuum.*⁴ Eva vero inobediens: non obedivit enim, adhuc cum esset virgo. Quemadmodum illa virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc existens (*erant enim utrique nudi* in paradiso, *et non confundebantur*),⁵ quoniam paulo ante facti, non intellectum * habebant filiorum generationis; oportebat enim illos primo adolescere dehinc sic multiplicari) inobediens facta, et sibi, et universo generi humano causa facta est mortis: sic et Maria habens praedestinatum virum, et tamen virgo, obediens, et sibi, et universo generi humano causa facta est salutis. Et propter hoc lex eam, quae desponsata erat viro, licet virgo sit adhuc, uxorem eius, qui desponsaverat, vocat; ⁶ eam quae est a Maria in Evam recirculationem significans: quia non aliter quod colligatum est solveretur, nisi ipsae compagine alligationis reflectantur retrorsus; ut primae coniunctiones solvantur per secundas, secundae rursus liberent primas. Et evenit primam quidem compaginem a secunda colligatione solvere, secundam vero colligationem primae solutionis habere locum.⁷ Et propter hoc Dominus dicebat, primos quidem novissimos futuros, et novissimos primos. Et Propheta autem hoc idem significat, dicens: *Pro patribus nati*

PG
7, 958

*959

¹ Io. IV 6.² Ps. LXVIII, 27.³ Matth. XXVI, 38.⁴ Lc. I, 38.⁵ Gen. II, 25.⁶ Gen. III, 8, 17, 20, 21.⁷ Matth. XIX, 30; XX, 16.

*sunt tibi filii.*¹ *Primogenitus enim mortuorum natus Dominus,*² et in sinum suum recipiens pristinos patres, regeneravit eos in vitam Dei, ipse initium viventium factus, quoniam Adam initium morientium factus est. Propter hoc et Lucas initium generationis a Domino inchoans, in Adam retulit, significans, quoniam non illi hunc, sed hic illos in Evangelium vitae regeneravit. Sic autem et Evae inobedientiae nodus solutionem accepit per obedientiam Mariae.

*960

Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc * virgo Maria solvit per fidem.

PG
7, 964

Cap. XXIII, 7. Quapropter inimicitiam posuit inter serpentem et mulierem, et semen eius, observante invicem: illo quidem cui morderetur planta, et potente, calcare caput inimici; altero vero mordente, et occidente et interpediente, ingressus hominis, quoadusque venit semen praedestinatum calcare caput eius, quod fuit partus Mariae. 46

PG
7, 1048

Lib. IV, cap. XXIII, 1. Et propter hoc Ioseph, cum cognovisset quod praegnans esset Maria, et cogitaret absconse dimittere eam, angelus in somnis dixit ad eum: *Ne timueris assumere Mariam coniugem tuam; quod enim habet in ventre, ex Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvabit populum suum a peccatis eorum.*³ Et adiecit suadens ei: «Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel*»;⁴ per sermones prophetae suadens ei, et excusans Mariam: hanc eandem esse ostendens, quae ab Isaia esset praenuntiata virgo, quae generaret Emmanuel. Quapropter sine dubitatione suasus Ioseph, et Mariam accepit, et in reliqua universa educatione Christi gaudens obsequium praestitit, usque in Aegyptum suscipiens profectionem, et inde regressum, et in Nazareth transmigrationem. Denique qui ignorabant Scripturas, et repromissionem Dei, et dispositionem Christi, patrem eum vocabant pueri. 47

PG
7, 1080

Cap. XXXIII, 11. Qui eum ex Virgine Emmanuel praedicabant, adunitionem Verbi ad plasma eius manifestabant; quoniam Verbum caro erit, et Filius Dei filius hominis (purus pure puram aperiens vulvam, eam quae regenerat homines in Deum, quam ipse puram fecit), et hoc factus quod et nos, Deus fortis est, et inenarrabile habet genus. 48


¹ Ps. XLIV, 17.² Col. I, 18.³ Matth. I, 20-21.⁴ Matth. I, 22-23.

Lib. V, cap. I, 2. Vani enim sunt qui putative dicunt eum apparuisse.

49 Οὐ γὰρ δοκῆσει ταῦτα, ἀλλ' ἐν ὑποστάσει ἀληθείας ἐγίνετο. Εἰ δὲ μὴ ὢν ἄνθρωπος, ἐφαίνετο ἄνθρωπος, οὔτε ὃ ἦν ἐπ' ἀληθείας, ἔμεινε, Πνεῦμα Θεοῦ, ἐπεὶ ἀόρατον τὸ Πνεῦμα· οὔτε ἀλήθειά τις ἦν ἐν αὐτῷ, οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖνα ἅπερ ἐφαίνετο. Προείπομεν δέ, ὅτι Ἀβραάμ, καὶ οἱ λοιποὶ προφηταὶ προφητικῶς αὐτὸν ἔβλεπον, τὸ μέλλον ἔσεσθαι δι' ὄψεως προφητεύοντες. Εἰ οὖν καὶ νῦν τοιοῦτος ἐφάνη, μὴ ὢν ἅπερ ἐφαίνετο, προφητικὴ τις ὄπτασία γέγονε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ δεῖ καὶ ἄλλην ἐκδέχεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ, ἐν ἣ τοιοῦτος ἔσται, οἷος νῦν ὄραται προφητικῶς. Ἀπεδείξαμεν δέ, ὅτι τὸ αὐτὸ ἐστὶ, δοκῆσει λέγειν πεφηνέναι, καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς Μαρίας εἰληφέναι. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἀληθῶς σὰρκα καὶ αἷμα ἐσχηκώς, δι' ὧν ἡμᾶς ἐξηγοράσατο, εἰ μὴ τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Ἀδάμ εἰς ἑαυτὸν ἀνεκεφαλαιώσατο. Μάταιοι οὖν οἱ ἀπὸ Βαλεντίνου, τοῦτο δογματίζοντες, ἵνα ἐκβάλωσι τὴν ζωὴν τῆς σαρκός.

Non enim putative haec, sed in substantia veritatis fiebant. Si autem, cum homo non esset, apparebat homo; neque, quod erat vere, perseveravit, Spiritus Dei, quoniam invisibilis est Spiritus: neque veritas quaedam erat in eo; non enim illud erat quod videbatur. Praediximus autem, quoniam Abraham et reliqui prophetae propheticè videbant eum; id, quod futurum erat, per visionem prophetantes. Si igitur et nunc talis apparuit, non existens quod videbatur, quaedam prophetica visio facta est hominibus, et oportet alium expectare adventum eius, in quo talis erit, qualis nunc visus est propheticè. Ostendimus autem, quoniam idem est, putative dicere eum visum, et nihil ex Maria accepisse. Neque enim esset vere sanguinem et carnem habens, per quam nos redemit, nisi antiquam plasmationem Adae in semetipsum recapitulasset. Vani igitur qui a Valentino sunt, hoc dogmatizantes, uti excludant salutem carnis, et reproberent plasmationem Dei.

50 3. Vani autem et Ebionaei, unionem Dei et hominis per fidem non recipientes in suam animam, sed in veteri generationis perseverantes fermento, neque intelligere volentes, quoniam Spiritus sanctus advenit in Mariam, et virtus Altissimi obumbravit eam; quapropter et quod generatum est, sanctum est, et Filius Altissimi Dei Patris omnium, qui operatus est incarnationem eius, et novam ostendit generationem; uti quemadmodum per priorem generationem mortem * haereditavimus, sic per generationem hanc haereditaremus vitam. *1123



*rum positam, donec veniret semen, cui promissum est.*¹ Manifestius autem adhuc in eadem ostendit Epistola, sic dicens: *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum de muliere.*² Neque enim iuste victus fuisset inimicus, nisi ex muliere homo esset, qui vicit eum. Per mulierem enim homini dominatus est ab initio, semetipsum contrarium statuens homini. Propter hoc et Dominus semetipsum Filium hominis confitetur, principalem hominem illum, ex quo ea quae secundum mulierem est plasmatio, facta est, in semetipsum recapitulans: uti quemadmodum per hominem victum descendit in mortem genus nostrum, sic iterum per hominem victorem ascendamus in vitam. Et quemadmodum accepit palmam mors per hominem adversus nos, sic iterum nos adversus mortem per hominem accipiamus palmam.

DEMONSTRATIO APOSTOLICAE PRAEDICATIONIS

53 32. Unde est ergo primi creati substantia? E voluntate et sapientia Dei et e virginea terra. *Nam non pluerat Deus, dicit Scriptura, priusquam homo fieret, neque homo erat, qui operaretur terram.*³ Ex ea igitur, dum virginea esset (adhuc), sumpsit Deus pulverem terrae et plasmavit hominem,⁴ principium generis humani. Ergo hunc hominem rursus perficiendo Dominus * eandem illi incarnationis ^{*59} assumpsit dispensationem e virgine natus per voluntatem et sapientiam Dei, ut et ipse Adami similitudinem incarnationis ostenderet et [ut] fieret scriptus in principio homo secundum imaginem et similitudinem Dei.⁵

33. Et quomodo per virginem, quae non oboediebat, percussus est homo et lapsus mortuus est,⁶ eo modo et per virginem, quae oboedivit verbo Dei, in rursus excitato homine vita accepit vitam. Nam venit Dominus, ut perditam ovem iterum ⁷ quaereret, et perditus erat homo. Et propter hoc alia creatura aliqua non factus est, sed ab eadem, quae ab Adam genus habebat, similitudinem creaturae servavit; nam necesse et * dignum erat, rursus perficere Adam ^{*60} in Christo, ut submersum absorberetur mortale ab immortalitate, et Evam [perficere] in Maria, ut virgo virginis advocata facta sol-

¹ Gal. III, 19.

² Gal. IV, 4.


³ Gen. II, 5.

⁴ Gen. II, 7.

⁵ Gen. I, 26 ss.

⁶ Gen. III, 6, 16; IV, 1.

⁷ Matth. XV, 24; XVIII, 12. Lc. XV, 6.



veret et destrueret virgineam inoboedientiam per virgineum obsequium.

^{DAP}₆₂ 35. Itaque implevit et Abrahae factam repromissionem, quam **54**
repromisit ei Deus, se facturum esse semen eius sicut stellas caeli,¹
nam hoc fecit Christus ex illa, quae ab Abraham genus habebat, vir-
gine natus et luminaria in mundo constituens² credentes in eum,
per eandem fidem atque Abrahae iustificans gentes.³ [...]

^{DAP}₆₂
^{*63} 36. Etiam implevit Davidi repromissionem, nam repromisit ei **55**
Deus e fructus ventre eius se suscitaturum * esse Regem sempiter-
num, cuius regni finis non erit.⁴ Et Rex hic Christus Filius Dei,
filius hominis factus,⁵ id ipsum est, ex ea, quae a David genus ha-
bebat, virgine fecunditas factus. Et propter hoc *a fructus ventre*
repromissio facta est, quae est seorsum mulieris conceptionis nati-
vitas, neque a fructu lumborum neque a fructu renum, quae est
seorsum [ipsius] viri nativitas (seu generatio), ut [tamquam] seor-
sum sola et propria [facta] haec, quae a Davide [exorti] virginei
ventris fecunditas esset, manifestaretur, [ille] qui Rex erat super
domum David sempiternus, cuius regni finis non erit.⁶

^{DAP}₆₆ 39. [...] Primogenitus (primogenitus) cogitationis Patris, Verbum, **56**
perficiens [erat] unumquodque gubernando et leges ferendo, ipsum
super terram, quod unigenitus erat virginis. [...]

^{DAP}₆₆
^{*67} 40. [...] Qui praedicatus est a lege per Moysen et prophetas Dei **57**
excelsi⁷ et omnipotentis, Filius Patris cunctorum, a quo unum-
quodque [factum est], qui locutus est cum Moyse, hic venit in
Iudaeam satus a Deo per Spiritum Sanctum, * et natus a virgine
Maria illa, quae e semine David⁸ et Abrahae, Iesus unctus Dei,⁹
ostendendo ipsum esse [illum] prius praedicatum per prophetas.¹⁰

^{DAP}₇₉ 53. Et quod Christus hic, qui erat apud Patrem, Verbum essendo **58**
Patris, rursus erat incarnandus et homo qui fieri, et processum (!)
nativitatis qui subire debebat, et nascendus e virgine et, qui am-
bulare debebat cum hominibus, cum Pater cunctorum etiam ope-
raretur incarnationem eius, Isaias hoc modo dicit: *Propter hoc dabit*

¹ Gen. XV, 5.

² Phil. II, 15.

³ Rom. III, 28 ss.; Gal. III, 8.

⁴ II Reg. VII, 12.

⁵ Hebr. I, 5.

⁶ Lc. I, 33.

⁷ Ps. LXXII, 1.

⁸ Rom. I, 3.

⁹ II Tim. II, 8.

¹⁰ Lc. IX, 20.

*Deus ipse tibi signum. Ecce virgo (tua) concipiet et pariet filium et vocabitis eum Emanuel; butyrum et mel comedet; priusquam cognoscat (is) vel etiam distinguat malum, eligit bonum. Quia, antequam cognoscat puer bonum vel malum, improbat malitias, ut eligat bonum.*¹ Et quod nascetur a virgine, annuntiat et quod vere homo [sit] per manducare eius praeparans animadvertit; et [propterea] quod puerum eum vocat, verum etiam [propterea] quod nomen ei imponit.

81 54. [...] *Nam ecce, inquit, virgo concipiet et pariet filium et hic, Deus existendo,*² *nobiscum futurum est, ut sit; et tamquam admirando simul de rebus etiam annuntiat futura, quod nobiscum erit Deus. Et de nativitate etiam eius dicit alio loco idem propheta: Priusquam illa, quae parturit, pareret, et priusquam advenirent dolores partus, liberatus (est [et]) evasit masculus;*³ *inexpectatum et inopinatum per virginem partum eius annuntiavit. Et iterum idem propheta dicit: Filius natus est nobis et parvulus datus est nobis. Et vocatum est nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis.*⁴

59 57. [...] *Ipsae Dominus dedit virginis signum, id ipsum est eum, qui e virgine, Emanuele, qui etiam laetos reddit bibentes se, id ipsum est, qui accipiunt Spiritum eius, gaudium sempiternum.* DAP 84

lorum ac Patrum traditionem, unum eundemque praedicat unigenitum Deum Verbum Dominum Iesum Christum, in duabus substantiis, Dei et Patris, matrisque Virginis agnitum. Illi, e contra, hoc non confitentes, vel ex Deo et Patre nativitatem unigeniti Filii Dei ac Domini nostri Iesu Christi negant, vel ex sancta, gloriosa, Dei Matre semperque Virgine Maria; Christus enim non habet substantiam; iuxtaque illos abest etiam quin sit Filius. Si autem, urgentibus nobis, ex divina Scriptura doctrinaque Patrum, nobiscum confitentur Christum esse vere Filium Dei et Patris, eundemque vere esse Filium Virginis Matris, quemadmodum necessario confitebuntur duas natiuitates unius ac eiusdem, ita et ipsum duas substantias habere; si enim, iuxta quod docent Patres, nec natura divinitatis Christi in naturam carnis ipsius transmutata sit, nec natura carnis in naturam divinitatis, nec naturarum differentia unione sit ablata, sed si unumquodque quod est in natura permanserit, duplexque exstet de hoc praedicatio, ac in unaquaque substantia agnoscatur, scilicet in divinitate atque humanitate, quomodo non intelligunt errorem suum, unam Christi naturam sibi fingendo, vera impie auferentes, nuda vero nomina divinitatis atque humanitatis Christo relinquentes?

- PG 86, 1144 IV. Εἴ τις μὴ ὁμολογεῖ τοῦ ἐνὸς προσώπου τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰς δύο γεννήσεις ὑπάρχειν, τὴν τε τοῦ αἰῶνος ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ αὐτὸν εἶναι ἓνα τῆς ἁγίας Τριάδος, τουτέστι μίαν ὑπόστασιν ἐκ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀνάθεμα ἔστω. 1586
- PG 86, 1144 V. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν ἐνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν, ἀνάθεμα ἔστω. 1587
- PG 86, 1144 VI. Εἴ τις εἰσάγει δύο Υἱούς, ἓνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς Μητρὸς, ἧ καὶ ὡς ἄνθρωπον ἐνεργεῖσθαι λέγει τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν τοῦ Μονογενοῦς εὐδοξίαν περιῆφθαι ὡς ἐτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντι, καθάπερ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς καὶ Νεστόριος βλασφημοῦσιν, ἀλλ' οὐχ ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Υἱὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ὁ τοιοῦτος παρὰ πάντων Χριστιανῶν ἀναθεματιζέσθω. 1588
- PG 86, 1144 VII. Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου διαδραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγει, θεϊκῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως, θεϊκῶς μὲν ὅτι χωρὶς ἀνδρὸς, ἀνθρωπίνως δὲ ὅτι νόμῳ κηύσεως, ὁμοίως ἄθεος. 1589
-
- PG 86, 1143 IV. Si quis non confitetur unius personae unigeniti Filii Dei et Domini nostri Iesu Christi duas esse nativitates, unam aeternitatis ex Patre secundum divinitatem, alteramque, quae facta est in novissimo dierum ex sancta Virgine Deique Matre Maria secundum humanitatem, ipsumque esse unum sanctae Trinitatis, id est unam hypostasim ex tribus hypostasibus, anathema sit. 1586
- PG 86, 1143 V. Si quis non confitetur Dei esse Matrem sanctam gloriosam semperque Virginem Mariam, anathema sit. 1587
- PG 86, 1143 VI. Si quis adducit duos filios, unum quidem ex Deo et Patre, et alterum ex Matre, sive dixerit Iesum ut hominem inspiratum fuisse, gloriamque Unigeniti cum circumdedisse, ut alterum cui affuisset, eo modo quo Paulus Samosatenus, Nestoriusque blasphemant, sed non unum eundemque esse confitetur Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Iesum Christum, huiusmodi ab omnibus Christianis anathematizetur. 1588
- PG 86, 1143 VII. Si quis dixerit quasi per canalem Virginis transisse, sed non in ea formatum fuisse, divino simul ac humano modo, divino quidem quia sine viro, humano vero quia lege praegnationis, similiter maledictus. 1589

θρώποις, ὅπως ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης αὐτοῦς ἀνακαλέσῃται. Καὶ τελέσας τὴν θαυμαστὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν, διὰ σταυροῦ θανάτου ἐγεύσατο ἐκουσίᾳ βουλῇ κατ' οἰκονομίαν μεγάλην.

S. IUSTINUS M. (103/110 †165/166)

APOLOGIA I (ca 152)

- 8 32. [...] Τὸ δὲ εἰρημένον « αἷμα τῆς σταφυλῆς » σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπέου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως [...]. Ὁν τρόπον γὰρ τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ' ὁ Θεός, οὕτως καὶ τοῦτο ἐμηνύετο οὐκ ἐξ ἀνθρωπέου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ὡς προέφημεν. Καὶ Ἡσαΐας δὲ ἄλλος προφήτης τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων, οὕτως εἶπεν· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἄνθος ἀναθήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἔλπιουσιν ». Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, οὗτος ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακώβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων πατρὸς, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ἰεσσαί προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται· τοῦ δὲ Ἰακώβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

PG
6, 380

corruptione carnem suscepit, hominibusque apparuit, ut eos a falso multorum deorum cultu revocaret. Atque admiranda incarnationis suae dispensatione perfunctus mortem sponte, atque ingenti quodam consilio, per crucem degustavit.

- 8 32. [...] Quod autem dicitur *sanguis uvae*,¹ id significabat eum, qui appariturus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina virtute [...]. Quemadmodum enim uvae sanguinem non homo fecit, sed Deus; ita et hic sanguis significabatur, non ex humano sanguine, sed ex virtute Dei, ut iam diximus, futurus. Atque Isaias alius propheta eadem verbis diversis praedicens sic fatur: *Orietur stella ex Iacob et flos e radice Iesse ascendet, et in brachium eius gentes sperabunt*.² Stella sane lucida exorta est, et flos ascendit e radice Iesse, hic Christus. Nam ex Virgine seminis Iacobi, qui Iudae pater exstitit (Iudam autem Iudaeorum patrem esse ostendimus) per virtutem Dei genitus est. Ac Iesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit; Iacobi autem et Iudae filius secundum generis successionem.

PG
6, 379

¹ Gen. XLIX, 11.

² Isa. XI, 1.


PG
6, 380
*381

33. Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθησόμενος διὰ τοῦ Ἁσαίου προεφητεύθη, * ἀκούσατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· « Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἴον· καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ἄ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵν', ὅταν γένηται, μὴ ἀπιστηθῆ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρηθῆσαι πιστευθῆ. Ὅπως δὲ τινες μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν, ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν ἅπερ ἐνεκαλέσαμεν τοῖς ποιηταῖς εἰποῦσιν ἀφροδισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναικῆς τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους πειρασώμεθα. Τὸ οὖν « Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει », σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. Εἰ γὰρ ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὄτουοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναιμι Θεοῦ, ἐπελθοῦσα τῇ Παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτήν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Καὶ ὁ ἀποσταλεὶς δὲ πρὸς αὐτήν τὴν παρθένον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος Θεοῦ, εὐηγγελίσαστο αὐτήν εἰπὼν· « Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τέξῃ υἴον, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν »· ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν· οἷς ἐπιστεῦσαμεν· ἐπειδὴ καὶ διὰ

PG
6, 379
*382

33. Iam vero quemadmodum ex virgine oriturum conceptis verbis Isaias praedixerit, audite. Sic * autem locutus est: *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et dicent super nomine eius: Nobiscum Deus.*¹ Quae enim incredibilia erant et fieri non posse hominibus videbantur, ea Deus per Spiritum propheticum futura praenuntiavit, ut cum evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent praedicta, crederentur. Ne qui autem prolatam prophetiam minus intelligentes, eadem nobis obiiciant, quae poëtis, Iovem dicentibus ad mulieres rei venereae causa ventitasse, obiecimus; verba explanare tentemus. Illud igitur: *Ecce Virgo in utero habebit*, significat absque concubitu concepturam. Nam si cum aliquo consuevisset, non iam esset virgo. Sed virtus Dei superveniens Virgini obumbravit eam, fecitque ut tum, cum esset Virgo, praegnaret. Et qui tunc ad ipsam Virginem missus est Angelus Dei, sic laetum ei nuntium attulit: *Ecce concipies in utero ex Spiritu sancto, et paries filium, et Filius Altissimi vocabitur: et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*² quemadmodum docuerunt, qui omnia ad Salvatorem nostrum Iesum Christum pertinentia litteris mandarunt; quibus quidem credimus, quia

¹ Isa. VII, 14.² Le. I, 31, 32; Matth. I, 21.



Ἡσαίου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα τοῦτον γενησόμενον, ὡς προεμνηύομεν, ἔφη. Τὸ Πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν Λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστὶ, Μωσῆς ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε. Καὶ τοῦτο, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν Παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν, οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησε. Τὸ δὲ Ἰησοῦς ὄνομα τῆ Ἑβραϊδὶ φωνῇ σωτήρ τῆ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. Ὁθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον εἶπε· « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν ». Ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦνται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ λόγῳ θείῳ, καὶ ὑμεῖς, ὡς ὑπολαμβάνω, φήσετε.

DIALOGUS CUM TRYPHONE IUDAEO

- 10** 23. [...] Καὶ μηδὲν μηδενὸς ἀποκριναμένου, Διὰ ταῦτά τοι, ὦ Τρύφων, καὶ τοῖς βουλομένοις προσηλύτοις γενέσθαι, κηρύξω ἐγὼ θεῖον λόγον, ὃν παρ' ἐκείνου ἤκουσα τοῦ ἀνδρός. Ὁρᾶτε ὅτι τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ, οὐδὲ σαββατίζεις μείνατε ὡς * γεγένησθε. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ Ἀβραάμ οὐκ ἦν χρεῖα περιτομῆς, οὐδὲ πρὸ Μωϋσέως σαββατισμοῦ καὶ ἑορτῶν καὶ προσφορῶν, οὐδὲ νῦν, μετὰ τὸν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ δίχα ἁμαρτίας τῆς ἀπὸ γένους τοῦ Ἀβραάμ παρθένου γεννηθέντα Υἱὸν Θεοῦ Ἰησοῦν Χριστόν, ὁμοίως ἐστὶ χρεῖα.
- 11** 43. Ὡς οὖν ἀπὸ Ἀβραάμ ἤρξατο περιτομῆ, καὶ ἀπὸ Μωϋσέως σάββατον

PG
6, 525

*528


PG
6, 565

per eum etiam, quem iam diximus, Isaiam Spiritus propheticus illum ita, uti exposuimus, nasciturum dixit. Spiritum igitur et virtutem quae a Deo est, nihil aliud fas est intelligere, quam Verbum, quod et Deo primogenitum est, ut is, quem iam diximus, Moyses propheta indicavit. Atque hic Spiritus cum in Virginem illapsus esset, eique obumbrasset, illam non ex concubitu, sed ex virtute praegnantem effecit. Iesus autem, hebraicae linguae nomen, idem sonat graeco sermone ac Salvator. Unde angelus ad virginem dixit: *Et vocabis nomen Iesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Vaticinantes autem dum divinitus efferuntur, nulla alia re efferri, quam verbo divino, vos quoque, arbitrator, dicetis.

- 10** 23. [...] Nemine respondente, tibi ergo, Trypho, et iis qui proselyti esse voluerint, divinam doctrinam, quam ex illo viro audivi, praedicabo. Videtis ut elementa nec * sabbata agant? Manete ut nati estis. Si enim nec ante Abraham circumcisione, nec ante Moysen sabbato, feriis et muneribus opus erat; neque etiam similiter opus est, postquam secundum voluntatem Patris absque peccato ex Virgine ab Abraham oriunda genitus est Filius Dei Iesus Christus.
- 11** 43. Quemadmodum igitur ab Abrahamo * circumcisio, a Moyse

PG
6, 526

*527

PG
6, 566
*567

*568 * καὶ θυσίαι καὶ προσφοραὶ καὶ ἑορταί, καὶ ἀπεδείχθη διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν ταῦτα διατετάχθαι, οὕτως παύσασθαι ἔδει κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν εἰς τὸν διὰ τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ, καὶ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Δαβὶδ Παρθένου γεννηθέντα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Χριστόν· ὅστις καὶ αἰώνιος νόμος, καὶ καινὴ διαθήκη τῷ παντὶ κόσμῳ ἐκηρύσσεται προελευσόμενος, ὡς αἱ προλελεγμένοι προφητεῖαι σημαίνουσι.

PG
6, 568

43. [...] Ἔτι καὶ ἵνα ὃν τρόπον γέγονεν ἐν κόσμῳ γεννηθεῖς, ἐπιγνώνας ἔχουσιν οἱ πιστεύοντες αὐτῷ ἄνθρωποι, διὰ τοῦ αὐτοῦ Ἡσαΐου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα ὡς μέλλει γίνεσθαι προεφήτευσεν οὕτως· « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ, λέγων· Αἴτησον σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν Ἡσαΐας· Ἀκούετε δὴ, ὁ οἶκος Δαβὶδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρά, καὶ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρά, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Διαμασκοῦ

12


autem sabbatum et victimae et munera et feriae incoeperant, atque, ut demonstratum est, ob duritiam cordis populi vestri instituta fuerant, ita ea desinere oportebat in eum, qui secundum voluntatem Patris, ex Virgine generis Abrahae, tribus Iuda et stirpis David, genitus est, Filium Dei Christum; qui et lex aeterna et novum testamentum universo mundo praedicabatur adventurus, ut iam allata oracula demonstrant.

PG
6, 567

43. [...] Praeterea ut possent qui in eum credunt, quonam modo genitus in mundum venerit, agnoscere; per eundem Isaiam Spiritus propheticus rem, ut erat eventura, praedixit his verbis: « Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Audite tunc, domus David: Numquid parum vobis est certamen praebere hominibus? Et quomodo Domino praebetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet, antequam sciat, aut praeeligat mala et eligat bonum; quoniam antequam cognoscat puer bonum, vel malum, reprobatur mala, eligendo bonum.¹ Antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, tollet

12

¹ Isa. VII, 10-15.




καὶ σκυῖλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ ἣν σὺ σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. Ἀλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ σέ καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς σου ἡμέρας, αἱ οὐδέποτε ἦκασιν * ἐπὶ σέ, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφεῖλεν Ἐφραΐμ ἀπὸ Ἰούδα, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων ». «Ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τῷ κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραάμ, οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ παρθένου γεγένηται, οὐδὲ λέλεκται γεγενημένος, ἀλλ' ἡ οὗτος ὁ ἡμέτερος Χριστός, πᾶσι φανερόν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν, μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἡσαΐου· « Ἴδού ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει », ἀλλ' « Ἴδού ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν »· καὶ ἐξηγεῖσθε τὴν προφητείαν ὡς εἰς Ἐζεκιάν τὸν γενόμενον ὑμῶν βασιλέα, πειράσομαι καὶ ἐν τούτῳ καθ' ὑμῶν βραχέα ἐξηγήσασθαι, καὶ ἀποδειῖξαι εἰς τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν ὁμολογούμενον ὑφ' ἡμῶν Χριστόν.

- 13** 66. Κἀγὼ πάλιν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, ὁπόθεν τὴν ἀρχὴν ἐπεπαύμην ἀποδεικνύων, ὅτι ἐκ Παρθένου γεννητός, καὶ διὰ Παρθένου γεννηθῆναι αὐτὸν διὰ Ἡσαΐου ἐπεπροφήτευτο, καὶ αὐτὴν τὴν προφητείαν πάλιν ἔλεγον. Ἔστι δὲ αὕτη· « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν Ἡσαΐας· Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαβὶδ·

*569
PG
6, 628

virtutem Damasci et spolia Samariae coram rege Assyriorum,¹ et capietur terra, quam tu duriter feres a facie duorum regum. Sed adducet Deus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies, qui necdum venerunt super te, a die, quo abstulit Ephraim a Iuda, regem Assyriorum».² Neminem * sane in Abrahae secundum carnem genere unquam exstitisse, praeter hunc Christum nostrum, qui ex Virgine natus esset, aut natus diceretur, omnibus manifestum est. Sed quia vos ac magistri vestri asserere audetis non dictum esse in prophetia Isaiiae: « Ecce virgo in utero habebit », sed: « Ecce adolescentula in utero concipiet et pariet filium »; et quia prophetiam ita exponitis, quasi in Ezechiam, qui rex vester fuit, dicta esset; conabor de hoc quoque contra vos pauca disserere, et in hunc, quem Christum esse confitemur, dictam demonstrare.

- 13** 66. Tum ego revocato sermone, quem initio intermiseram, cum eum ex Virgine genitum esse, atque hanc ex Virgine generationem per Isaiam praedictam fuisse demonstrarem, ipsum vaticinium de novo recitavi in haec verba: *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ipsi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Audite nunc, domus David: Nunquid parum vobis*

PG
6, 627¹ Isa. VIII, 4.² Isa. VII, 16-17.

μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἴον· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· βούτυρον καὶ μέλι φάγεται· πρὶν ἢ γινῶναι αὐτὸν ἢ προσελέσθαι πονηρά, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν. Διότι πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον κακὸν ἢ ἀγαθόν, ἀπειθεῖ πονηρὰ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Διότι πρὶν ἢ γινῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκύλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ, σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. Ἄλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ σέ, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς σου ἡμέρας αἰ οὐδέπω ἤκασιν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφεῖλεν Ἐφραὶμ ἀπὸ Ἰουδα, τὸν βασιλέα Ἀσσυρίων». Καὶ ἐπέφερον· Ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τοῦ κατὰ σάρκα Ἀβραάμ οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ Παρθένου γεγέννηται, οὐδὲ

*629

PG
6, 652

75. Εἰ οὖν ἐν τοσαύταις μορφαῖς οἶδαμεν πεφανερῶσθαι τὸν Θεὸν ἐκείνον τῷ Ἀβραάμ καὶ τῷ Ἰακώβ καὶ τῷ Μωσεῖ, πῶς ἀποροῦμεν καὶ ἀπιστοῦμεν κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων βουλὴν καὶ ἀνθρώπων αὐτὸν διὰ παρθένου γεννηθῆναι μὴ δεδυνῆσθαι, καὶ ταῦτα ἔχοντες Γραφὰς τοσαύτας, ἐξ ὧν συνοῆσαι ἔστι διαρρήδην ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν καὶ τοῦτο γέγονεν;

14

*est certamen praeberere hominibus? Et quomodo Domino praebetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel: butyrum et mel comedet; antequam sciat, aut praeeligat mala, eligat bonum. Quoniam antequam cognoscat puer malum aut bonum, reprobabat malitiam, eligendo bonum.*¹ Quia, antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, tollet virtutem Damasci, et spolia Samariae coram rege Assyriorum, et capietur terra, quam tu duriter feres, a facie duorum regum.² Sed adducet Deus super te, et super populum tuum, et super domum patris tui, dies, qui necdum venerunt ab eo die, quo abstulit Ephraim a Iuda, regem Assyriorum».³ Deinde haec adieci: Neminem quidem in Abrahae secundum carnem genere exstitisse, praeter hunc Christum nostrum, qui ex * Virgine natus esset aut natus diceretur, omnibus perspicuum est.


*630

PG
6, 651

75. Igitur si tot in formis Deum Abrahae et Iacob et Moysi visum esse scimus, cur haeremus incerti nec credere volumus eum secundum voluntatem Patris universorum etiam hominem ex virgine nasci potuisse, cum praesertim tot habeamus Scripturas ex quibus aperte intelligere liceat id quoque de Patris voluntate factum esse?

14


¹ Isa. VII, 10-16.² Isa. VIII, 4.³ Isa. VII, 17.



- 15 78. [...] Ἰωσήφ δὲ ὁ τὴν Μαρίαν μεμνηστευμένος, βουληθεὶς πρότερον ἐκβαλεῖν τὴν μνηστὴν αὐτῷ Μαριάμ, νομίζων ἐγκυμονεῖν αὐτὴν ἀπὸ συνουσίας ἀνδρός, τουτέστιν ἀπὸ πορνείας, δι' ὀράματος κεκέλευστο μὴ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φανέντος ἀγγέλου, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου ὁ ἔχει κατὰ γαστρός ἐστι. Φοβηθεὶς οὖν, οὐκ ἐκβέβληκεν αὐτήν. PG
6, 657
- 16 84. Καὶ τό· « Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν », εἰς τοῦτον προεῖρητο. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ Παρθένου οὗτος, περὶ οὗ Ἡσαίας ἔλεγεν, ἔμελλεν γεννᾶσθαι, εἰς ὃν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἔδῳα· « Ἴδου Κύριος αὐτὸς ἡμῖν δώσει σημεῖον· Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν »; Εἰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασιν πρωτοτόκοις καὶ οὗτος γεννᾶσθαι ἐκ συνουσίας ἔμελλε, τί καὶ ὁ Θεὸς σημεῖον ὃ μὴ πᾶσι τοῖς πρωτοτόκοις κοινόν ἐστιν, ἔλεγε ποιεῖν; Ἄλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς σημεῖον, καὶ πιστὸν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἔμελλε γίνεσθαι, τουτέστι διὰ παρθενικῆς μήτρας τὸν πρωτότοκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι, προλαβὼν αὐτὸ διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, κατὰ ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον, ἀνιστόρησα ὑμῖν, προεκήρυξεν, ἵνα ὅταν γένηται, δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ γενόμενον γνωσθῇ· ὡς καὶ ἀπὸ πλευρᾶς μιᾶς τοῦ Ἀδάμ ἡ Εὐὰ γέγονε, καὶ ὡσπερ τᾶλλα πάντα ζῶα λόγῳ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἐγεννήθη. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις παραγρά-

- 15 78. [...] Ac Ioseph quidem Mariae sponsus, cum prius vellet sponsam suam eiicere, arbitratus ex viri consuetudine, id est ex stupro gravidam esse; viso ipsi oblato iussus est uxorem suam non eiicere, asserente angelo, qui ei apparebat, ex Spiritu sancto esse, quod illa in utero habebat. Metu igitur percussus eam non eiecit. PG
6, 658
- 16 84. Atque illud etiam: *Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium*,¹ in eum praedictum fuerat. Nam si ille, de quo loquebatur Isaias, non erat ex Virgine nasciturus, quis tandem ille est de quo Spiritus sanctus clamabat: *Ecce Dominus ipse nobis dabit signum: Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium?* Nam si hic quoque, perinde ac alii omnes primogeniti, ex concubitu oriturus erat, cur Deus ipse signum, quod minime omnibus primogenitis commune esset, daturum se dicebat? Sed quod vere signum est, quodque certum humano generi futurum erat, nempe ex virginali utero Primogenitum omnium rerum conditarum, carnem factum, vere puerum nasci, id praeoccupans per Spiritum sanctum aliis atque aliis modis, ut vobis exposui, praenuntiavit, ut cum factum esset, potestate et voluntate Creatoris universorum factum esse agnosceretur; quemadmodum ex una Adae costa Eva genita est, ac caetera omnia animantia verbo Dei initio generata sunt. Vos autem in his

¹ Isa. VII, 14.



φειν τὰς ἐξηγήσεις ἅς ἐξηγήσαντο οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῶ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενομένῳ, τολμᾶτε, λέγοντες μὴ ἔχειν τὴν Γραφὴν ὡς ἐκεῖνοι ἐξηγήσαντο, ἀλλ', « Ἰδοῦ », φησὶν, « ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἔξει » *676 ὡς μεγάλων *πραγμάτων σημαινομένων, εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν· ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλήν τῶν στειρῶν· ἅς καὶ αὐτὰς βουληθεὶς ὁ Θεὸς γενᾶν ποιῆσαι δυνατός. Ἡ μήτηρ γὰρ τοῦ Σαμουὴλ μὴ τίκτουσα, διὰ βουλὴν Θεοῦ τέτοκε· καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Ἀβραάμ, καὶ Ἐλισάβετ ἡ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην τεκοῦσα, καὶ ἄλλαι τινὲς ὁμοίως. Ὡστε οὐκ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν δεῖ ὑμᾶς πάντα δύνασθαι τὸν Θεὸν ὅσα βούλεται. Καὶ μάλιστα ἐπειδὴ ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι, μὴ παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας· ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνους ἀδικήσετε, τὸν δὲ Θεὸν οὐ βλάψετε.

PG
6, 709

100. [...] « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ 17 μὴ ὁ Πατὴρ καὶ οἷς ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ ». Ἀπεκάλυψεν οὖν ἡμῖν πάντα ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ νοηθήκαμεν, γνόντες αὐτὸν πρωτότοκον μὲν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων· καὶ τῶν πατριαρχῶν υἱόν, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἀπὸ γένους αὐτῶν Παρθένου σαρκοποιηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἀειδής, ἄτιμος καὶ παθητὸς ὑπέμεινε γενέσθαι. Ὅθεν καὶ ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ

quoque interpretationes, quas seniores vestri edidere, cum apud Ptolomaeum Aegyptiorum regem essent, pervertere audetis, Scripturam asserentes * non habere, ut illi exposuerunt, sed: « Ecce adolescentula in utero habebit ». Quasi vero res magnae significarentur, si mulier ex concubitu paritura esset; quod iuniores omnes mulieres faciunt, exceptis sterilibus; quanquam ut istae etiam pariant potest Deus efficere, si velit. Samuelis enim mater cum non pareret, Dei voluntate peperit: sic etiam uxor Abrahae, sancti illius patriarchae, et Elisabeth, quae Ioannem Baptistam genuit, et quaedam aliae similiter. Quapropter nihil omnino suspicari debetis, quod non possit Deus facere, si velit. Imprimis vero cum praedictum sit ita eventurum, ne prophetias adulterare aut prava interpretatione detorquere audeatis; si quidem vobis iniuriam solis facietis, Deum autem nihil laedatis.

PG
6, 710

100. [...] *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, et cui Filius revelaverit.*¹ Nobis igitur revelavit omnia quaecumque etiam ex Scripturis per eius gratiam intelleximus, cum agnoscentes primogenitum Dei esse, et ante res omnes creatas, et patriarcharum filium, ut qui ex Virgine ab eis orta caro factus, informis homo et inglorius et perpeccionibus obnoxius fieri voluerit. Hinc in sermo-

¹ Matth. XI, 27.

ἔφη, ὅτε περὶ τοῦ πάσχειν αὐτὸν μέλλειν διελέγετο, ὅτι· « Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ». Υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἥτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ Παρθένου, ἣτις ἦν (ὡς ἔφην) ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἀβραάμ γένους· ἢ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τὸν Ἀβραάμ πατέρα καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος. Καὶ γὰρ πατέρας τῶν γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων τοὺς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιστάμεθα. Καὶ γὰρ Υἱὸν Θεοῦ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἀποκάλυψιν ἐπιγνόντα αὐτὸν ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Σίμωνα πρότερον καλούμενον ἐπωνόμασε Πέτρον· καὶ Υἱὸν Θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἔχοντες, καὶ Υἱὸν αὐτὸν λέγοντες, νενοήκαμεν, καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων, ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα (ὅς καὶ Σοφία, καὶ Ἡμέρα, καὶ Ἀνατολή, καὶ Μάχαιρα, καὶ Λίθος, καὶ Ράβδος, καὶ Ἰακώβ, καὶ Ἰσραήλ, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις προσηγόρευται)· καὶ διὰ τῆς Παρθένου ἀνθρωπος γεγονέναι, ἕνα καὶ δι' ἧς ὁδοῦ ἢ ἀπὸ τοῦ ὄφραως παρακοῆ τὴν ἀρχὴν ἔλαθε, καὶ διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ * κατάλυσιν λάβη. Παρ-
 θένος γὰρ οὕσα Εὐα καὶ ἄφθορος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφραως συλλαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε. Πίστιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ Παρθένος,

*712

nibus suis dicebat, cum de futura sua passione dissereret: *Oportet Filium hominis multa pati, et reprobari a Pharisaeis et Scribis et crucifigi et tertia die resurgere.*¹ Filium igitur hominis seipsum dicebat, vel quia natus erat ex Virgine, quae, ut iam dixi, ex Davidis et Iacobi et Isaaci et Abrahami genere orta erat; vel quia ipsius pater exstitit Abraham et eorum quos recensui, ex quibus genus ducit Maria. Nam qui feminas genuere, eos liberorum, quos filiae suscipiunt, patres esse scimus. Nam et unum ex discipulis suis, qui eum revelante ipsius Patre Filium Dei Christum esse agnoverat, Petrum appellavit cum prius Simon vocaretur. Et cum eum Filium Dei esse in commentariis apostolorum scriptum legamus, et Filium dicimus illum et esse intelligimus, ac ante omnes res creatas ex Patre, ipsius virtute et voluntate, prodiisse (qui quidem et Sapientia et Dies et Oriens et Gladius et Lapis et Virga et Iacob et Israel alio atque alio modo in prophetarum libris appellatus est) et ex Virgine hominem esse factum, ut qua via initium orta a serpente inobedientia accepit, eadem et dissolutionem acciperet. Eva enim cum virgo esset et incorrupta, sermone serpentis concepto, inobedientiam et mortem peperit. Maria autem Virgo, cum fidem et gau-

¹ Matth. XVI, 21.

εὐαγγελιζομένου αὐτῆ Γαβριὴλ ἀγγέλου, ὅτι Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' αὐτὴν ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει αὐτήν· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἅγιόν ἐστιν Υἱὸς Θεοῦ, ἀπεκρίνατο· « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Καὶ διὰ ταύτης γεγέννηται οὗτος, περὶ οὗ τὰς τοσαύτας Γραφὰς ἀπεδείξαμεν εἰρησθαι, δι' οὗ ὁ Θεὸς τὸν τε ὄφιν καὶ τοὺς ὁμοιωθέντας ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους καταλύει· ἀπαλλαγὴν δὲ τοῦ θανάτου τοῖς μεταγινώσκουσιν ἀπὸ τῶν φάυλων καὶ πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἐργάζεται.

PG
6, 712

101. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα ἐν οἷς λέγει· « Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐρρόσω αὐτούς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ οὐ κατησχύνθησαν. Ἐγὼ δὲ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ », δηλωτικὰ ἐστὶ τοῦ καὶ πατέρας αὐτὸν ὁμολογεῖν τοὺς ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ σωθέντας ὑπ' αὐτοῦ, οἵτινες καὶ πατέρες ἦσαν τῆς Παρθένου, δι' ἧς ἐγεννήθη ἄνθρωπος γενόμενος· καὶ αὐτὸς σωθῆσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μνηύων, ἀλλ' οὐ τῆ αὐτοῦ βουλῆ ἢ ἰσχύι πράττειν τι καυχώμενος.

PG
6, 720
*721

105. [...] Μονογενὴς γὰρ ὅτι ἦν τῷ Πατρὶ * τῶν ὄλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ Λόγος καὶ δύναμις γεγεννημένος, καὶ ὕστερον ἄνθρωπος διὰ τῆς Παρθένου γενόμενος, ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, προεδήλωσα.

*711 dium percepisset, nuntianti * angelo Gabrieli laetum nuntium, nempe Spiritum Domini in eam superventurum et virtutem Altissimi ei obumbraturam, ideoque id quod nasceretur ex ea sanctum, esse Filium Dei, respondit: *Fiat mihi secundum verbum tuum.*¹ Ex hac ille genitus est, de quo tot Scripturas dictas esse demonstravimus, per quem Deus serpentem, eique assimilatos angelos et homines profligat; eos autem qui prave factorum poenitentiam agunt et in eum credunt, a morte liberat.

PG
6, 711

101. Quae autem in psalmo sequuntur: *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos, ad te clamaverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio populi;*² ea declarant patres ab illo agnosci eos, qui speraverunt in Deum, et ab eo salvi facti sunt, qui quidem et patres erant Virginis illius, ex qua genitus est homo factus: simulque ipse demonstrat sese ab eodem Deo servatum iri, nec se voluntate sua aut viribus quidquam facere gloriatur.

PG
6, 719
*722


105. [...] Unigenitum enim illum Patri * universorum esse, proprie Verbum et virtutem ex eo genitum, atque postea hominem natum ex Virgine, ut ex commentariis didicimus, iam antea demonstravi.

¹ Lc. I, 38.

● PG 6, 361, 377, 397, 409, 425, 572, 580, 585, 605, 620, 641, 676, 684, 713, 717, 753, 773.

■ PG 6, 1224, 1308, 1309, 1388, 1389.

² Ps. XXI, 6-7.




- 20 113. [...] "Ότι γάρ *Ίησοῦς ἦν ὁ Μωϋσεῖ καὶ τῷ Ἀβραάμ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπλῶς πατριάρχαις φανείς καὶ ὁμιλήσας, τῷ τοῦ Πατρὸς θελήματι ὑπηρετῶν, ἀπέδειξα· ὃς καὶ ἄνθρωπος γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου Μαρίας ἦλθε, καὶ ἔστιν ἀεὶ, ἐρῶ. PG
6, 736
*737
- 21 120. Ὅρατε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαάκ τὰ αὐτὰ καὶ τῷ Ἰακώβ ὑπισχνεῖται. Οὕτω γάρ λέγει τῷ Ἰσαάκ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς ». Τῷ δὲ Ἰακώβ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ». Οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἡσαῦ, οὐδὲ τῷ Ῥουβὶμ λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινί, ἀλλ' ἐκείνοις ἐξ ὧν ἐμελλεν ἔσεσθαι κατὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς Παρθένου Μαρίας ὁ Χριστός. Εἶπε δὲ καὶ τὴν εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἃν ὁ λέγω. PG
6, 753
- 22 127. [...] Οὔτε οὖν Ἀβραάμ, οὔτε Ἰσαάκ, οὔτε Ἰακώβ, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν Πατέρα καὶ ἄρρητον Κύριον τῶν πάντων ἀπλῶς, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν κατὰ βουλήν τὴν ἐκείνου καὶ Θεὸν ὄντα Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ· ὃν καὶ ἄνθρωπον γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου βεβούληται· ὃς καὶ πῦρ ποτε γέγονε τῇ πρὸς Μωϋσέα ὁμιλίᾳ τῇ ἀπὸ τῆς βιάτου. PG
6, 773

- 20 113. [...] Iesum enim ipsum * illum fuisse, qui Moysi et Abrahæ et aliis omnibus patriarchis visus est, et cum eis collocutus, cum Patris voluntati ministraret, iam a me demonstratum est; qui et advenit ut homo fieret ex Virgine Maria, ac semper est. PG
6, 735
*738
- 21 120. Videte quomodo eadem et Isaac et Iacob promittat. Ita enim dicit ad Isaac: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.*¹ Et ad Iacob: *Et benedicentur in te omnes tribus terræ et in semine tuo.*² Non id iam Esau aut Ruben dicit, aut alii cuiquam, sed iis ex quibus Christus, secundum illam ex Virgine Maria dispensationem, oriturus erat. Quod si et Iudæ benedictionem consideres, quæ dico perspicies.
- 22 127. [...] Nec Abraham igitur, nec Isaac, nec Iacob, nec quisquam ex hominibus illum omnium omnino, ac ipsius Christi Patrem et Dominum non enarrabilem vidit; sed eum, qui secundum ipsius voluntatem et Deus est ipsius Filius, et angelus ex eo quod ministret ipsius voluntati; quem et hominem nasci ex Virgine voluit; qui et ignis aliquando fuit in colloquio cum Moyse ex rubo. PG
6, 774

¹ Gen. XXII, 18.

² Gen. XXVIII, 14.



LEONTIUS Byzantinus (ca 485 † 542/544)

CONTRA NESTORIANOS ET EUTYCHIANOS (ca 542)

- PG
86, 1312 Lib. I. [...] Τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ, ἐπισκόπου τῆς Πάφου καὶ ὁμολογητοῦ, 1542
ἐκ τοῦ εἰς τὰ Θεοφάνεια λόγου· εἰς δὲ καὶ αὐτός ἐστι τῶν ἐν Νικαίᾳ.
« Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἠγάθησεν εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ». Εἰ ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ ἴση ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τέλειος ἐτύγγανε Θεός, καὶ ἡ μορφὴ τοῦ δούλου τέλειος ἄνθρωπος (τοῦτο γὰρ διδάσκει ἡ θεία Γραφή)· τέλειος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς οὐσίαις ὁ Χριστός· ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, καὶ ὁμοούσιος τῇ Παρθένῳ καὶ Μητρὶ· ἀμήτωρ ἄνω παρὰ Πατρός, ἀπάτωρ κάτω παρὰ Μητρὸς.
- PG
86, 1312 Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, ἐπισκόπου Μεδιολάνου καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τοῦ 1543
κατὰ Ἀπολλιναρίου θ' λόγου.
Εἷς γὰρ ἐστὶν ἐν ἑκατέρῳ, τουτέστι, τῇ θεότητι καὶ τῷ σώματι· οὐ γὰρ ἕτερος ἐκ Πατρὸς, καὶ ἕτερος ἐκ Παρθένου· ἀλλ' ὁ αὐτός, ἕτερον μὲν ἐκ Πατρὸς, ἕτερον δὲ ἐκ Παρθένου· καὶ γεννήσει γέννησις οὐ προκρίνει, οὐδὲ ἡ σὰρξ τῇ θεότητι.
- PG
86, 1313 Τοῦ μεγάλου Ἐφραίμ, ἐκ τοῦ εἰς τὸν μαργαρίτην λόγου. 1544
Τῶν δύο φύσεων μετέχει ὁ μαργαρίτης ὁ πολύτιμος, ἵνα δείξῃ Χριστόν· ὅτι λόγος ὢν Θεοῦ, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γεγέννηται· οὐ μερικὴν ἔσχε τὴν
-
- PG
86, 1311 Lib. I. [...] *Sancti Cyriaci, episcopi Paphi et confessoris, qui 1542*
fuit unus ex Patribus synodi Nicaenae, ex homilia in Theophania.
*Qui cum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.*¹ Si forma Dei aequalis est Deo, et perfectus Deus erat, et forma servi perfectus homo; hoc enim docet Scriptura divina: perfectus ergo in ambabus substantiis Christus consubstantialis Deo et Patri; et consubstantialis Virgini et Matri: sine matre supra, ex Patre; sine patre infra, ex Matre.
- PG
86, 1311 *Sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis et confessoris, ex libro 1543*
Contra Apollinarium.
Unus enim est in utroque, id est, in divinitate et corpore: non enim alius ex Patre, et alius ex Virgine, sed idem ipse: aliud quidem ex Patre, aliud vero ex Virgine: et generatio generationi non praeiudicat; neque caro divinitati.
- PG
86, 1314 *Sancti Ephraem, ex homilia in margaritam.* 1544
Duarum naturarum est particeps margarita magnae aestimationis, ut ostendat Christum, quod cum esset Verbum Dei, ex Maria

¹ Philip. II, 6, 7.

φύσιν, ἐπεὶ οὐδ' ἕτερον ἂν ζῶον ἐτύγγανε. Τελείαν ἔχει τὴν διπλὴν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο. Οὐτε ἡμίθεος ὤφθη ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ἡμιάνθρωπος ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς· ἐκ τελείου τέλειος, ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, ἐκ Θεοῦ Θεός, ἐκ Παρθένου Χριστός.

1545

Lib. II. [...] A. Καὶ τίς, ἔφη, πρὸς τοσοῦτον μανίας ἐλήλακεν, ὅστις οὐχὶ ταῦτα ἀληθῆ τε εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας, τοῖς κατακρίτοις συναριθμεῖ;

PG
86, 1325

O. Ἐκεῖνοι πάντως, εἶπον, οἱ ἀπαθὲς ὑπάρχειν αὐτὸ καὶ ἀφθαρτον ὀρίζομενοι.

A. Οὐ κατὰ φύσιν ἀπαθὲς, ἔφη, τὸ σῶμα καὶ ἀφθαρτον λέγομεν, ἀλλ' ἐνώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον γενόμενον.

O. Οὐδὲν διαφέρει, ἦν δ' ἐγώ, τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον, ἀλλὰ τὴν ἴσῃν πρὸς τὸ κακὸν δύναμιν ἔχει, εἴπερ γε ὅλως τὴν πρὸς τὸ ὁμοιοπαθὲς τοῦ ἡμετέρου σώματος συγγένειαν, παρήτῃται ἢ τοῦ Κυρίου σάρξ.

A. Πῶς τοῦτο, ἔφη, λέγεις;

O. Ὅτι μὴ τοῦτο, εἶπον, ἔστι τὸ σκοπούμενον, πότερον ἐνώσει ἢ κατασκευῇ φύσεως ἀφθαρτον γέγονεν· ἀλλ' εἰ μὴ τῆς ἡμετέρας Φύσεως ἀπαρράλλακτως τὰ γνωρίσματα, πλὴν τῆς ἀμαρτίας διέσωζεν, ἔφη.

A. Ὅσον γε ἐπὶ τῇ πρώτῃ αὐτῆς συστάσει, καὶ τὸ τὰς ἀρχὰς ἔχειν ἐκ

ortum est. Non habuit naturam ex parte; quia nec aliud animal erat. Perfectam habet duplicem naturam, ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra; neque semihomo ascendit ad coelos. Ex perfecto perfectus; ex homine homo: ex Deo Deus; ex Virgine Christus.

1545

Lib. II. [...] H.¹ Et quis, inquit, eo insaniae processerit, ut vera esse haec non confiteatur; et eos qui non sic sentiunt in damnatis non numeret?

PG
86, 1326

O.² Illi, inquam, certe, qui definiunt corpus fuisse impassibile et incorruptibile.

H. Non, inquit, impassibile natura corpus factum esse dicimus, sed unione cum Verbo.

O. Ego vero nihil posterius a priore differre dixi, sed eandem vim ad nocendum habere, si caro Domini penitus affinitatem cum passibilitate nostri corporis recusat.

H. Quomodo, inquit, hoc ais?

O. Quoniam non est, inquam, hoc quod quaeritur, utrum unione, an naturae fabricatione factum est incorruptibile; sed an naturae nostrae notas et signa sine ulla immutatione, excepto peccato, servabat.

H. Quoad primam, inquit, ipsius naturae constitutionem et

¹ Haphtartodoceta.

² Orthodoxus.

τῆς Θεοτόκου, ἀδελφῆς τε ἡμῶν οὐσης κατὰ τὴν φύσιν, καὶ πάσης κοινω-
νούσης τῆς ιδιότητος τοῦ ἀνθρωπίου συγκρίματος.

Ο. Σαφεστέρας δεῖσθαι τὴν ἀπόκρισιν ἐξηγήσεως, ἔφη, παριστώσης
ἡμῖν τηλαυγέστερον τὸ ζητούμενον. Οὐ γὰρ ἀπλῶς οὕτως ἐξ ὧν εἴρηκας,
γινώσκειν ἔχω.

Α. Τί μὴν, ἔφη, ἀσαφέστερον εἴρηκα;

Ο. Πότερον, ἔφην, ἄρα τοῦ σώματος τῆς Παρθένου μεταστοιχειωθέντος,
καὶ τῆς ἰδίας ἐκστάτος φύσεως, ὑπὸ τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὕτως ἐξ αὐ-
τῆς τῆς μήτρας, ἄλλως ἔχουσαν τὴν ἡμετέραν αὐτῶ φύσιν ἠνῶσθαι λέγεις;
ἢ τῆς Παρθένου μὲν ἐν τοῖς ἰδιώμασι τῆς φύσεως μεινάσης, τῶνδε πρώτων
ἀρχῶν, τῶν παρθενικῶν αἱμάτων λέγω, μεταποιηθέντων, ἄφθαρτον γεγενῆ-
σθαι τὴν σάρκα;

*1328 Α. Τινές μὲν, ἔφη, καὶ τῇ προτέρᾳ δόξῃ τῶν ἀπλουστέρων οἶμαι προστί-
θενται, πλέον ἢ προσῆκε * τὴν Παρθένον ἀποσεμνύοντες, καὶ τὴν ἐντεῦθεν
ἀναφουομένην ἀτοπίαν οὐ προορώμενοι, καὶ ὡς εἶπερ τι τοιοῦτο τῇ Παρθένῳ
συμβεδῆκει, καὶ αὐτῆς ἂν τῆς πρὸς τὸ τίκτειν ἐπιτηδειότητος ἀπεστέρητο.

Ο. Ἀληθέστατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Τὸ γὰρ ἄφθαρτον καταστάν, οὐκ
ἂν ποτε τοῦ κυοφορεῖν τε καὶ σαρκικῶς ἀποτίκτειν γένοιτο δεκτικόν. Ἡ
δὲ τοῦ Πνεύματος ἐνδημία οὐχὶ τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ γεννᾶν τὴν Παρθένον
ἀφείλετο ἢ κεκάλυκεν. Τουναντίον μὲν οὖν ἐπὶ τὴν ἀσπόρως οἰκονομηθεῖσαν
σύλληψιν, ὑπερφυῶς αὐτὴν προσηγάγετο. Κάκεινο δέ μοι σκοπεῖν ἔπεισιν,

principia ex Matre Dei et sorore nostra secundum naturam, quae
omnem proprietatem humani corporis participavit.

O. Clariorem expositionem responsio postulabat, quae nobis
dilucidius quaestionem explicaret; non enim sic simpliciter ex iis
quae dixisti, intelligere possum.

H. Quid, inquit, obscurius dixi?

O. Utrum, inquam, corpore Virginis mutato, et a propria na-
tura virtute Verbi alienato, naturam nostram sic ex ipso utero ali-
ter habentem unitam esse ei dicis; an vero manente Virgine in proprie-
tatibus naturae, principiis vero primis, sanguinis scilicet virginalis,
transmutatis carnem incorruptibilem generatam esse?

*1327 H. Nonnulli, inquit, priori opinioni simpliciorum, opinor, ad-
haerescunt, plusquam convenit, honorantes * Virginem, et absurdum
inde proficiscens non providentes, et quod si quid huiusmodi acci-
disset Virgini, habilitate pariendi privata fuisset.

O. Verissima, inquam ego, dicis. Quod enim incorruptibile est,
nunquam ad ferendum partum et pariendum idoneum erit. Ad-
ventus autem Spiritus sancti non fecit, neque prohibuit, quin Virgo
ad generandum apta esset. Contra potius ad conceptum sine semine
provisum supra naturam provexit. Illud vero mihi in mentem venit,

ὡς εἰ κατ' ἐκείνους ἢ Παρθένος, ἀφθαρτος τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ Πνεύματος γέγονεν, ἐκείνη πάντως ἂν καὶ ῥίζα τῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀφθαρσίας ἐτύγχανεν, ἀλλ' οὐχ ὁ ἐξ αὐτῆς προελθὼν θεῖος βλαστός.

A. Κάλλιστα, ἔφη, λέγεις· οὐδὲ γὰρ ἡ λοιπὴ τῆς Παρθένου ζωὴ παραδεδέχθαι καθάπαξ ἰστόρηται τῆς φυσικῆς ἐξέως μεταποίησιν· καθαρότητος μὲν γὰρ ὑπῆρχεν αὐτῇ τῆς κατὰ ψυχὴν, καὶ ἁγιασμοῦ τοῦ κατὰ τὴν σάρκα πρόξενος ἢ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις, οὐ μὴν οὐσίας ἢ φύσεως ἄμειψιν ἐν αὐτῇ κατεσκευάσατο.

O. Κάκεινο, ἔφην, τοῖς εἰρημένοις προστίθει· ὅτι γε δὴ τὸ Πνεῦμα, εἰ τὸ ὑπὲρ τὴν φύσιν ὑπάρξει τῇ φύσει καρποφορῆσαι στάχυν ἀνήροτον, καὶ κλάδον παρθενικῆς ῥίζης ὑπερφυῶς ἐκφυόμενον.

A. Εὖ γε, ἔφη, ὦ βέλτιστε.

1546

O. Nūn δὲ δὴ καιρός, ὦ φιλότης, ἔφην, ἀγαπητικῶς τε καὶ πραέως τὸ ἐξῆς συνδιασκέψασθαι. Τῆς γὰρ Παρθένου συνομολογούσης ἡμῖν ὡσαύτως ἔχειν κατὰ τὴν φύσιν αἰεὶ, καὶ μὴ πρὸς ἐτέραν παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχουσαν αὐτῇ, μεταχωρῆσαι κατάστασιν, ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀρραδῶν, ἄρ' οὐχὶ ὁδῶν καὶ τάξει φύσεως, τοὺς χρόνους ἐγίνωσκε τῆς κυήσεως;

PG
86, 1328

A. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

O. Κατὰ βραχὺ γὰρ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ, προέκοπτε νόμῳ κυήσεως, ὡς πρὸς τὴν ἀπηρτισμένην τοῦ βρέφους τελείωσιν, ὡς καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἔστιν

quod si, ut illi opinantur, Virgo per adventum Spiritus sancti facta est incorruptibilis, illa necessario facta est immortalitatis generis nostri radix, et non sureculus divinus ex ea productus.

H. Optime, inquit, dicis; nec enim semel proditum est, vitam Virginis naturalis habitus mutationem cepisse; puritatem enim animae et sanctificationem carni attulit adventus Spiritus sancti; non autem substantiae aut naturae immutationem in ea effecit.

O. Illud, inquam, adde ad superiora, quod Spiritus quidem Virginem virtute gravidante implevit, ut natura supra naturam, spicam sine aratione produceret, et ramus ex radice virginali supra quam naturaliter oriretur.

H. Recte, inquit, bone vir.

1546

O. Nunc vero tempus est, amice, ut amanter et placide quod deinceps sequitur, consideremus. Cum enim conveniat inter nos, eadem natura fuisse semper Virginem, nec in alium naturae statum, quam quo a principio erat, transisse; pignus ex ipsa natura nostra, annon via et ordine naturae, tempora partus servabat?

PG
86, 1327

H. Imo maxime, inquit.

O. Paulatim enim, inquam, in utero virginali fictus et formatus, proficiebat lege partus, tanquam ad maturitatem perfectam infantis, ut ex verbis Evangelii perspicui potest, cum ait: *Et impleti*

ἀκοῦσαι φωνῆς, « Ἐπλήσθησαν », λεγούσης, « αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν ». Ἔνθα περὶ τὸν τόκον, ὡσπερ δὴ καὶ περὶ τὴν πρώτην σύλληψιν, καινοτομεῖται θαῦμα παράδοξον, οὔτε τοῦ τόκου τὴν παρθενίαν λύσαντος, οὔτε τῆς παρθενίας ἐμποδῶν τῇ κυοφορίᾳ γενομένης.

A. Θείως, ἔφη, λέγεις.

O. Ἄλλ' ὡσπερ, ἦν δ' ἐγώ, ἡ σύλληψις ὑπὲρ ἡμᾶς γεγεννημένη, τὸ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἠγνόησεν, οὕτω δὴ καὶ ἡ γέννησις τὸ παράδοξον ἔχουσα, τοῦ δι' ἡμᾶς τεχθέντος τὴν φύσιν οὐκ ἤμειψεν, ἀλλ' ἐξέφω κλάδος τε καὶ καρπός, τῇ φουσάσῃ γαστρὶ παραπλήσιος.

A. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἔφη, τοιάδε περὶ τῆς σαρκὸς Χριστοῦ δοξάζομεν, ὅτι κατ' αὐτὴν γε τῆς συλλήψεως τὴν ἀρχὴν, ἀμα τῶν παρθενικῶν ἐφῆπται σπλάγχων, * καὶ τὸ προσληφθὲν εἰς ἀφθαρσίαν μετεσκευάζεται· πῶς γὰρ οἶόν τε ἦν αὐτῷ, μὴ τὴν φθαρτὴν ἀποτιθεσθαι φύσιν, τῷ ἀφάρτῳ λόγῳ προσενωθέν;

O. Μᾶλλον ἔοικιάς μοι, ὃ βέλτιστε, τῶν οἰκείων, ἔφη, λόγων ἀμνημονεῖν. Τὴν γὰρ Θεοτόκον Παρθένον ἐν τοῖς πρότερον ἄτρεπτον διαμεῖναι συνωμολόγησας, καὶ ὅτι τὸν ὄρισμένον τῆς ἀνθρωπίνης συλλήψεως χρόνον, ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ μορφούμενος ὁ τῶν χρόνων Δημιουργός, οἰκῆσαι οὐκ ἀπηνήγατο. Πῶς τοίνυν ὁ σπλάγχχοις μητρὸς ἐνοικῆσαι καταδεξάμενος, καὶ τοὺς τῆς κυήσεως χρόνους ἐκτετελεκώς, κατ' οὐδὲν τῆς Παρθένου προῦ-

*sunt dies ut pareret*¹ ipsa. Ubi circa partum, sicut circa conceptum, miraculum admirabile et novum factum est, quod neque partus virginitatem solvit, neque virginitas partum impedivit.

H. Divine, inquit, ais.

O. Sed, inquam ego, sicut conceptus supra naturam nostram factus, non fuit a natura alienus; sic quidem generatio quae admirabilitatem habebat, non mutavit naturam eius qui propter nos natus est: quin imo ortus est ramus et fructus similis utero qui generavit.

H. Nos igitur, inquit ille, sic de carne Christi confitemur, quod secundum principium conceptus simul et virginalia viscera attigit, et quod assumptum * est, in incorruptibilitatem mutatum est: quomodo enim fieri poterat, ut naturam corruptibilem non deponeret, quod Verbo immortalis unitum erat?

O. Quin imo, inquam, videris mihi tuorum verborum immemor. Superius enim Virginem Dei Matrem immutabilem mansisse confessus es; et quod Auctor temporum non recusavit, cum formatus est, habitare in utero tempus humani conceptus. Quomodo igitur qui voluit habitare in visceribus matris, et tempora partus ex-

¹ Le. II, 6.

χούσης ἡμῶν, πλήν γε μόνης τῆς ἀγιότητος, ὡσπερ ἐκ μεταμελείας τινός, τὴν τοῦ οἰκείου σώματος φύσιν ἀπαξιοῖ, καὶ ταῦτα τῇ γεννησαμένη διὰ πάντων ἀπαρράλλακτως συμβαίνοντας;

- 1547 Ἄλλ' οἶμαι τοῦτο πάσχειν ὑμᾶς ἀγνοοῦντας, ὅτι ἄλλος μὲν ὁ λόγος τῆς οὐσιώσεως τοῦ σώματος, ἄλλος δὲ ὁ τῆς ἐνώσεως τρόπος. Καὶ ὅτι τὸ μὲν ὑπῆρξεν αὐτῷ ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας καὶ ἐνδημίας, δημιουργικῶς αὐτὸ διαπλαττούσης· τὸ δὲ οὐκ ἐκ τῆς τοῦ Λόγου ἐνεργείας, ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ὀλικῆς καὶ οὐσιώδους ἐνώσεως. Τὸ μὲν γὰρ γόνιμον τῇ Παρθένῳ ἢ τοῦ Πνεύματος δύναμις ἐχορήγησεν, ὡς τις τῶν παρ' ἡμῶν εἴρηκεν, καὶ λίαν καλῶς· καὶ ἡ οὐσίωσις τοῦ σώματος ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἀγίου, κατὰ τὴν δημιουργικὴν αὐτοῦ συστάσα ἐνεργείαν, ἐκ δὲ τῆς Θεοτόκου ἢ ὕλη τῆς οὐσίας προσεἰληπται. Ὁ δὲ Λόγος τὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος κτιζόμενον αὐτῷ ναόν, κατ' αὐτὴν τὴν πρώτην ἐνοικεῖ διάπλασιν· οὐδὲ ἀναμείνας, ὡς εἶπέ πού τις ὀρθῶς λέγων, τὴν τελείωσιν τοῦ νεώ, ἀλλὰ τῇ πρώτῃ τῆς ἀρρήτου οἰκονομίας ἀρχῇ, ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ συναφθεῖς, τὴν οἰκοδομὴν πᾶσαν * ἑαυτῷ περιτέθεικεν. Οὐ γὰρ δὴ γενομένου τοῦ σώματος, οὕτω θύραθεν αὐτὸς ἐπεισῆλθεν, ἀλλ' ἑαυτὸν περιπλάσας, ἀγαλματοφορεῖ τὸ ἡμέτερον.
- 1548 Lib. III. [...] Διαμαρτυρία προτεθεῖσα ἐν δημοσίῳ τόπῳ, καὶ κατὰ Ἐκκλησίαν ἐμφανισθεῖσα.
- «Ὁρκίζω τὸν λαμβάνοντα τὸ χαρτίον, κατὰ τῆς ἀγίας Τριάδος, ὥστε

PG
86, 1352

*1353

PG
86, 1389

plevit, et cum non esset praestantior quam nos Virgo, excepta sanctitate, tanquam poenitentia quadam ductus naturam corporis sui respuit, idque a matre quae eum genuit, per omnia non differret?

- 1547 Sed existimo, evenire vobis, ut sic putetis, quod ignoratis aliam quidem esse rationem formationis corporis, alium vero modum unionis. Atque illud quidem ex praesentia et adventu Spiritus sancti exstitisse, qui illud ut effector formavit; unionem vero non ex energia, sive operatione Verbi, sed ex tota et substantiali unione. Virtus enim Spiritus sancti fecunditatem Virgini suppeditavit, ut quidam apud nos valde eleganter dixit; et formatio substantiae corporis ex Spiritu sancto est secundum operationem eius effectricem constituta, materia autem ex Virgine sumpta est. Verbum autem templum ab Spiritu sancto sibi fabricatum in ipsa prima formatione inhabitat, non exspectata, ut quidam recte dixit, consummatione templi, sed primo initio ineffabilis oeconomiae, id est incarnationis, in ipsa naturae officina unitum, totum aedificium sibi circumdedit. Non enim facto corpore, sic foris * advenit, sed se ipsum circuminduit, et naturam nostram ornat.
- 1548 Lib. III. [...] *Testimonium in loco publico propositum et in Ecclesia publicatum.*
- «Adiuro eum qui hanc chartam acceperit, per sanctam Trinita-

PG
86, 1351

*1354

PG
86, 1390

φανερὸν αὐτὸ ποιῆσαι ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνους, ἀναγνώσταις, λαϊκοῖς, οἰκοῦσι Κωνσταντινούπολιν· ἔτι τε καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι, πρὸς ἔλεγχον τοῦ αἰρετικοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ τοῦ ἀναθεματισθέντος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἐξήκοντα ὑπὸ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων. Ἔστι δὲ τὰ παρ' ὀποτέρων εἰρημένα οὕτως·

« Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον οὐκ ἔτεκεν. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· Οὐκ ἔτεκεν, ὦ βέλτιστε, Μαρία τὴν θεότητα. — Παῦλος εἶπεν· Οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων. Νεστόριος εἶπεν· Καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῶ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι Θεότητι. — Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον ὑπεδέξατο, καὶ οὐκ ἔστι πρεσβυτέρα τοῦ Λόγου. Νεστόριος εἶπεν· Πῶς οὖν Μαρία τὸν ἑαυτῆς ἀρχαιότερον ἔτεκεν; — Παῦλος εἶπεν· Μαρία ἔτεκεν ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον. Νεστόριος εἶπεν· Ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου. — Παῦλος εἶπεν· Κρεῖττονα δὲ κατὰ πάντα, ἐπειδὴ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἢ ἐπ' αὐτῷ χάρις. Νεστόριος εἶπεν· *1392 « Τεθέαμαι γάρ, φησίν, τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡς περιστεράν, * καὶ μένον ἐπ' αὐτόν », τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον. « Ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, φησίν, οὗς ἐξελέξατο διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀνελήφθη »· τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην τῷ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν. — Παῦλος εἶπεν· Ἴνα δὲ μήτε ὁ ἐκ Δαβὶδ χρισθεὶς, ἀλλότριος ἢ τῆς σοφίας, μηδὲ ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὕτω

tem, ut ostendat episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, laicis habitantibus Constantinopoli, adhuc etiam, ut exemplum eius det illis ad confutationem Nestorii haeretici, quod sentit idem cum Paulo Samosatensi anathematizato ante annos centum sexaginta ab episcopis orthodoxis. Sunt autem, quae ab utroque dicta sunt, haec:

« Paulus dixit: Maria non peperit Verbum. Nestorius consentiens dixit: Non peperit, o bone, Maria divinitatem. Paulus dixit: Nec enim erat ante saecula. Nestorius dixit: Et matrem ex tempore attribuant Deo auctori temporum. Paulus dixit: Maria Verbum suscepit, et non est senior Verbo. Nestorius dixit: Quomodo igitur Maria antiquiorem se peperit? Paulus dixit: Maria peperit hominem nobis aequalem. Nestorius dixit: Homo qui natus est ex virgine. Paulus dixit: Praestantiorem in omnibus, quia ex Spiritu sancto et ex promissionibus, et ex scriptis gratia in ipso. Nestorius dixit: *Vidi enim*, inquit, *Spiritum descendentem tanquam columbam et manentem super eum* ¹ * quod ei donavit assumptionem. *Praecipiens apostolis*, ait, *quos elegit per Spiritum sanctum, assumptus est*; ² hunc dico Spiritum, qui tantam Christo largitus est gratiam. Paulus dixit: Ne autem ex David unctus, alienus sit a sapientia, neque sapientia

¹ Io. I, 32.

² Act. I, 2.

οἰκῆ· καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μωσῇ καὶ ἐν πολλοῖς κυ-
ρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ ὡς ἐν ναῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει ἄλλον εἶναι τὸν
Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον. Νεστόριος εἶπεν μὴ ἐγγωρεῖν
τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἄλλο ἅπαξ γεννηθῆναι, καὶ ταῦτα θεότητι ».

Ἴδου δέδεικται σαφῶς λέγων ὁ παραβάτης· Οὐκ ἐτέχθη ἐκ Μαρίας ὁ
γεννηθεὶς ἐκ Πατρὸς. Ἴδου συναινεῖ τῷ αἰρετικῷ Παύλῳ λέγοντι, ἄλλον
εἶναι τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐχὶ ἓνα, ὡς ἡ ὀρθο-
δοξία κηρύσσει. Ἔως ὧδε ἡ διαμαρτυρία.

in alio sic habitet: etenim in prophetis erat, magis autem in Mose
et in multis dominis, magis autem in Christo tanquam in templo.
Et alibi dicit, alium esse Iesum Christum, et alium Deum Verbum.
Nestorius dixit, non esse possibile eum qui est ante saecula, aliud
genitum esse, idque divinitate ».

Ecce aperte dicit Nestorius: Non est natus ex Maria, qui est ge-
nitus ex Patre. Ecce convenit cum Paulo haeretico, qui ait alium
esse Verbum, et alium Iesum Christum, et non unum, ut fides recta
praedicat. Haec tenus testimonium.

FERRANDUS¹ diaconus Carthaginensis († 546)

EPISTOLAE

1549 Ep. III, 2. Bene enim peritiam tuam nosse confido, quoniam
si, secundum quod haeticus sapuit, imo potius desipuit, caro Verbi
Dei secundum carnem nascentis a carne Virginis pronuntiatur ex-
tranea, sine causa Filius Dei, etiam filius hominis factus asseritur.
Cap. XII. Εἰ τὰ τίκοντα πρὸς τὰ τίκοντα κατ' οὐσίαν παραλλάττει, καὶ τὰ τικτόμενα πρὸς τὰ τικτόμενα ἀνάγκη πᾶσα κατ' οὐσίαν παραλλάττει· καὶ εἰ τοῦτο, πῶς τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς Παρθένου κατ' οὐσίαν παραλλάττοντων, οὐ παραλλάττειν ἀνάγκη τὸν Θεὸν Λόγον αὐτὸν ἑαυτοῦ κατ' οὐσίαν, ἀμφοτέρων ὑπάρχοντα κατὰ ἀλήθειαν Υἱόν; Τὸ δὲ αὐτὸν ἑαυτοῦ κατ' οὐσίαν παραλλάττειν λέγειν τὸν πάσης ἀπλότητος ἐπέκεινα, πάσης ἐκστάσεώς ἐστι ἐπέκεινα. Ἀλλὰ πῶς, ὦ οὔτοι, τῷ φέροντι ἤδη τὸ δοκοῦν ἀποφθέγγεσθε; καὶ γὰρ ἰχθύας τε καὶ ἕτερα ζῶα καὶ πετεινὰ καὶ ἔρπετά τινα ἐκ τῆς ἀλλήλων συνουσίας, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐξ ὑδάτων αὐτοφυῶς καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐξ ἀέρος τίκτεται· καὶ ὅμως ὁμοιά εἰσι τὴν οὐσίαν διαφερόντων φύσει τῶν τεκόντων· οὐ γὰρ ταῦτὸν οὐσία ζώου τε καὶ ὕδατος καὶ γῆς· ἰχθύς δὲ ὁ τε ἐξ ὕδατος, καὶ ὁ ἐξ ἰχθύος γεννώμενος· ὡσαύτως καὶ ἀδιαφόρως καὶ ὄφεις καὶ ἕτερα πλεῖστα τοιαῦτα. Δευτέρως δὲ ἀντιστροφῇ τὸ ὑμέτερον βασανίσωμεν θέμα· εἰ γὰρ τὰ διάφορα τῇ φύσει, διάφορα τίκτειν ἀνάγκη, καὶ τὰ ἀδιάφορα τῇ φύσει, ἀδιάφορα τίκτειν ἀνάγκη· ἐπεὶ οὖν εἷς καὶ οὐ πλείους, ἢ διάφοροι ἀπλῶς ἦλιοι, οὗτος δὲ ἐν ἀέρι φῶς, ἐν ὕδατι δὲ ζῶα, ἐν δὲ γῆ πόας

Dei tanquam inchoantis incarnationem; partus autem carnis inchoantis existentiam.

Cap. XII. Si gignentia relative ad gignentia secundum substantiam differunt, omnino necesse est quoque genita relative ad genita secundum substantiam differre. Atqui si ita est, quomodo Patre et Virgine secundum substantiam differentibus, non necessario differret a seipso secundum substantiam Deus Verbum, cum sit utriusque verus Filius? Dicere autem illum a seipso differre, qui est ultra omnem simplicitatem, illud est ultra omnem dementiam. Sed, o vos, quomodo ad utilitatem vestrum placitum profertis? Nam piscesque et alia animalia, volatilia, et reptilia, quaedam gignuntur ex mutuo coitu; sed sunt pariter quae sponte ex aquis, et ex terra, et ex aere gignuntur; et tamen similia sunt quoad substantiam, licet natura differant gignentes. Non enim quid idem est substantia animalis, et substantia aquae et terrae. Piscis autem alius ex aqua, alius ex pisce generatus. Pariter et sine differentia serpentes et alia multa similia. Secundo autem retorquendo experiamur vestram propositionem. Si enim quae differunt natura necessario gignunt dissimilia, a pari quae non differunt natura necesse est nec dissimilia gignere. Igitur cum unus sit sol et non plures sive differentes soles, is autem in aere lumen, in aqua animalia, in terra plantas easque differentes

καὶ ταύτας διαφόρους τίκει, ἄρα πάντων ἀδιάφορον ἡμῖν νομιστέον τὴν οὐσίαν; Ἄλλ' οὐδεὶς ὑμῖν τάδε συμφθέγγεται.

Πλὴν ἔστω καὶ τάδε ὑμῖν συγκεχωρημένα· τοῦτο δὲ ὅμως δείξατε, ὡς πολλάκις εἴρηται, τί τὸ κωλύον μὴ εἶναι τὸν αὐτὸν ἑκατέρων υἱόν· καὶ εἰ τὰ τίκοντα κατ' οὐσίαν παραλλάττει, τὸν καθ' ἑκατέραν γέννησιν ἐξ ἑτέρας οὐσίας τικτόμενον, τί ἐμποδίζει ὡς ἐξ ἑτέρας οὐσίας προτεχθέντα, ἐν τῇ δευτέρᾳ γεννήσει διάφορον εἶναι πρὸς τοὺς τεκόντας κατὰ τὴν πρώτην γέννησιν, καὶ ἐκ τοῦ ὅλου ἑαυτοῦ διαφόρους ἔχειν λόγους πρὸς ἑκάτερον τῶν τεκόντων; ἢ ὡς μὴ σωζομένης τῆς πρώτης οὐσίας ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ γεννήσει, ἢ ὡς μὴ ἐπιγινόμενου τινὸς προγεγεννημένη ὑποστάσει· οὕτω γὰρ ἂν οὐδεὶς τῶν κατὰ πνεῦμα γεγεννημένων, ἔμεινε σὰρξ ὀπωσοῦν, ἐπεὶ « τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκός, σὰρξ ἐστὶ, τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν ». Εἰ δὲ τὴν ἐπίκτησιν τῶν ἐκ τῆς δευτέρας γεννήσεως προσληφθέντων τῷ Λόγῳ τὴν πρώην ἀπλότητα αὐτοῦ οὐ συγχωρεῖν καθοραῖσθαι νομίζετε, σκεπτέον ὡς * τὴν παραλλαγὴν τήνδε τῆς οὐσίας οὐκ ἐντὸς τῆς φυσικῆς αὐτῆς ἀπλότητος τοῦ Λόγου, ἀλλ' ἐκτὸς θεωρεῖτε, ἤγουν ἐν τῷ συνθέτῳ τῆς ὑποστάσεως· ὥστε τὸν βουλόμενον, τὸ τῆς πρώτης γεννήσεως ἀδιάφορον τῇ οὐσίᾳ πρὸς τὸν τεκόντα φυλαχθὲν θεωρεῖν, ὡς ἐν μέρει δὲ τοῦ τῆς δευτέρας γεννήσεως ὅλου δεῖ ὄρᾶν· καὶ πάλιν τὸ τῆς δευτέρας γεννήσεως πρόσ-

*1676

gignat, igitur omnium nobis censendum est non differentem esse substantiam. At nemo vobis de his consentiet.

Sed esto etiam vobis haec concedi. Hoc autem tamen ostendite, sicut saepissime dictum est, nempe quid impediat quin idem sit duorum filius: et, si gignentia differunt quoad substantiam, genitus secundum utramque generationem ex una substantia, quid impedit quin, tanquam ex altera ante genitus, in secunda generatione differat relative ad eos qui genuerant secundum primam generationem, et in toto suo esse differentes habeat rationes relative ad utrumque gignentium, sive tanquam non servata prima substantia in secunda generatione, sive tanquam non superaddita aliqua hypostasi ante genitae. Ita enim nullum eorum quae secundum spiritum genita sunt remansit ullo modo caro; quia *Quod natum est ex carne, caro est; quod autem natum est ex spiritu, spiritus est.*¹ Si autem accessionem eorum quae a Verbo assumpta sunt priorem eius simplicitatem non sinere videre * censetis, attendendum est ut hanc differentiam substantiae non intra physicam ipsam simplicitatem Verbi consideretis, sed extra, nempe in composito personae: ita ut qui velit considerare servatam primae generationis similitudinem substantiae relative ad gignentem, quasi in parte totius ex secunda

*1675

¹ Io. III, 6.

λημμα τοῦ Λόγου, σαφῶς δεῖ νοεῖν ἐν τῇ ὁμοιώσει τῆς Παρθένου μητρὸς αὐτοῦ τῆς διαφορᾶς τῶν δύο οὐσιῶν τοῦ συνθέτου ἄμφω ἐχούσης τὰς κατ' οὐσίαν ὁμοιότητας· καὶ οὕτως οὐδεὶς οὔτε τὸν Λόγον τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας παραλλάττειν φήσειεν ἄν, οὐδὲ τὸν σύνθετον καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τῆς διαφορᾶς τῶν γονικῶν αὐτοῦ φύσεων τι παραλελοιπέναι νομίσειεν· οὐ γὰρ ὡς κατασκευάζετε ἀπλῶς καὶ γυμνὸν τὸν Λόγον ἄμφω τεκεῖν φαμεν τοὺς γεννήτορας αὐτοῦ· ἀλλὰ τὸν μὲν Πατέρα, ἀπλῶς καὶ ἀπλοῦν· τὴν δὲ Μητέρα, μετὰ σαρκὸς σύνθετον τὸν αὐτὸν τεκεῖν ἐν Χριστῷ νοοῦμεν.

Cap. XIII. Εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ ἔστιν ὁμοούσιος αὐτῷ, πάντη οὐσίαν καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου· καὶ ἔστιν ἀνόμιος αὕτη πάντη κατ' οὐσίαν· οὐ τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν γεννηθῆναι τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶ, τὸ ποιῶν πάντη ὅμοια κατ' οὐσίαν τὰ τικτόμενα τοῖς τίκτουσιν, ἀλλὰ τι ἕτερον, ὅπερ οὐδὲ ἐπινοῆσαι δυνατόν. Κυρίως μὲν καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ τε τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγέννηται· ἀλλ' οὐ τῇ ὁμοίᾳ γεννήσει, οὔτε τὸ αὐτὸ ἐξ ἑκατέρου λαβοῦσα ἢ κεκτημένη. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Πατρὸς πρώτης αὐτοῦ γεννήσεως μόνος καὶ μόνῃς καὶ ὅλης καὶ ὅλος τὸ εἶναι

generatione videat oportet. Et vice versa adiunctio Verbi ex secunda generatione consideranda est in similitudine Virginis matris eius, differentia duarum substantiarum compositi habente ambas similitudines quoad substantiam. Et sic neque quisquam Verbum suam substantiam mutavisse dixerit, neque compositum Dominum nostrum Iesum Christum aliquid differentiae genitivarum naturarum reliquisse crediderit. Non enim, sicut vos disponitis, simpliciter et merum Verbum genitum fuisse ab ambobus suis generatoribus dicimus; sed Patrem genuisse simpliciter Verbum, et Matrem idem cum carne in Christo composito genuisse sentimus.

Cap. XIII. Si proprie et secundum veritatem genita est substantia Dei Verbi ex substantia Patris, et est ipsi consubstantialis, omnino secundum substantiam et proprie et secundum veritatem genita est ex muliere substantia Verbi Dei, et est sibi ipsi dissimilis omnino secundum substantiam. Ex eo quod proprie et secundum veritatem nata sit substantia ex substantia, non ideo fit ut omnino similia sint genita gignentibus quoad substantiam, sed aliud quid quod nec concipi potest. Proprie quidem et secundum veritatem substantia Dei Verbi, tum ex substantia Patris, tum ex substantia sanctae Virginis genita est, sed non simili generatione, nec idem ex utroque accipiendo et possidendo. Ex prima enim eius ex Patre generatione habet suum esse, solum ex sola, totum ex tota, illudque sine principio, sine tempore, ab aeterno, et caetera quae Dei sunt.

ἔχει· ἀνάρχως τε τοῦτο καὶ ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ θεοπρεπῆ· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, τὸ σαρκικῶς εἶναι ἄρξασθαί τε συνθέσεως ἀπὸ χρόνου, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ὁμοιώσεως· πῶς οὖν οὐκ εἰς τὸ αὐτὸ οὐδὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς γεννήσεως γεννηθεῖς, τὰ αὐτὰ ὑμῖν εἰσπράττεται γνωριστήρια θατέρου τόκου πρὸς ἐνδειξιν ἀληθῆ τῆς πρώτης αὐτοῦ καὶ δευτέρας γεννήσεως, ἐν ἀμφοτέραις τε πάντως ὁμοίωσιν ἢ ἀνομοιότητα; Οὐ γὰρ εἰ μὴ τὰ αὐτὰ ἔψεται ταῖς οὐ ταυταῖς γεννήσεσι, διὰ τὸδε οὐδὲ γεννήσεις εἶεν κυρίως καὶ ἀληθεῖς· οὐ γὰρ ἐπεὶ μὴ ποτάμιος, διὰ τὸδε οὐδὲ ἵππος ἀληθῶς ὁ χερσαῖος· ἄμφω γὰρ ἀληθῶς ἵπποι· οὐδὲ ἐπεὶ μὴ θαλάττιον, διὰ τοῦτο οὐδὲ ζῶον τὸ χερσαῖον· οὐκ ἀρκέσει οὖν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν γεννηθῆναι, δεῖξαι τὴν ὁμοιότητα τῆς οὐσίας, ὅπερ ὑμεῖς εἰς αἰτίαν ὁμοίου παρηγάγετε, εἰ μὴ καὶ κατὰ τὴν τοιάνδε γέννησιν τῶν ἀληθῶν γεννήσεων, ἤγουν τὴν ὅμοια δεικνύσαν τὰ τικτόμενα, τί γεγέννηται πάντως· καὶ ὑμεῖς γὰρ ἐν ἀρχῇ δεδώκατε ὡς τὰ μὲν χείρονας, τὰ δὲ κρείττονας, τὰ δὲ ὁμοίους παρίστησι τοῖς γεννηθεῖσι τοὺς γεννήσαντας· ἄλλως τε πρὸς μὲν τὸν Πατέρα γεννηθεῖς, ὡς ὅλον τι ἔσχε τὴν ὁμοίωσιν ὁ Λόγος ὡς Θεός· Χριστὸς δὲ γεννηθεῖς * καὶ οὐ Λόγος ἀπλῶς, καὶ πρὸς τὴν Μητέρα ἐκ μέρους μὲν ἔχει τὴν ὁμοίωσιν τὴν φυσικὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκ μέρους τὸ ὅμοιον· διότι εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, κατὰ θάτερον τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, τὴν τε πρὸς τὸν Πατέρα καὶ πρὸς τὴν Μητέρα φυσικὴν ὁμοίωσιν κέκτηται καὶ διαφορὰν· ὁμοίως δὲ καὶ

*1677

Ex secunda autem habet suum esse carnaliter et incoepisse ratione compositi in tempore, et caetera ad nostram similitudinem. Quomodo igitur cum non in idem nec secundum eundem generationis modum genitum sit, easdem in eo quaeritis notas alterutrius originis ad ostensionem veram primae eius et secundae generationis, et in utraque omnino similitudinem? Licet enim non eadem sequantur generationes non easdem, non ideo non essent verae et proprie dictae generationes. Equus enim terrestris, quia non est hippopotamus, non ideo non est equus: uterque enim est equus. Nec animal terrestre, quia non est marinum, ideo non est animal. Igitur proprie et secundum veritatem genitum fuisse non erit satis ad demonstrandum similitudinem substantiae, quod vos in rationem similitudinis induxistis, nisi etiam secundum hancce ex veris generationibus quae scilicet demonstrat genita esse similia, aliquid genitum omnino fuerit. Nam et vos primum illud concessistis, nempe quaedam peiores, quaedam meliores, quaedam vero similes constituere gignentis genitis. Verbum * quidem habet, tanquam Deus integram similitudinem Patri: Christus autem genitus et iam non simpliciter Verbum, habet et Matri ex parte similitudinem physicam, et ex parte esse simile. Unde unus et idem cum sit, secundum alterutram in ipso partium tum Patri tum Matri similitudinem habet et differentiam. Pariter

*1678

ἡμεῖς τοῖς ὑμετέροις ἀντεπάγοντες, δεῖξωμεν τὰ ἡμέτερα· εἰ γὰρ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἐκ Σαοὺλ Ἰωνάθαν, ἔστιν ὁμοιος αὐτῷ κατ' οὐσίαν· καὶ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐγεννήθη ἀπ' αὐτοῦ Λόγος, καὶ ἔστιν ἀνομοιότατος αὐτῷ κατ' οὐσίαν· οὐ τὸ κυρίως γεννηθῆναί ἐστι σαφῶς αἴτιον τῆς ὁμοιότητος, ἀλλ' ὁ τῆς ὁμοιότητος τοῦ ὅλου ἢ μέρους ἴδιος τρόπος τῶν ἐν ταῖς γεννήσεσι νοουμένων.

Cap. XIV. Εἰ ἐγεννήθη ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ θεότητα, καὶ σώζει τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα, ἐγεννήθη δὲ καθ' ὑμᾶς ὁμοίως ὁ Υἱὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου κατὰ θεότητα, σώζειν ἀνάγκη τὴν πρὸς αὐτὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα κατὰ τὴν θεότητα· εἰ δὲ τοῦτο, ἔξει πάντως καὶ ἡ Παρθένος τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα· τὰ γὰρ τῷ αὐτῷ ὅμοια, καὶ ἀλλήλοις ἔστιν ὅμοια. Ἄλλ' οὔτε πᾶν, οὔτε κατὰ πᾶσαν γέννησιν, οὔτε κατὰ τὸ ὅλον ἑαυτοῦ τὸ ἐκ τινος γεννώμενον, σώζειν ἀνάγκη τὸν τῆς φύσεως τοῦ τεκόντος λόγον ἀπαράλλακτον δέδεικται καὶ εἴρηται πολλάκις. Ἰδοὺ γὰρ καὶ φύσει τέκνα ὀργῆς, καὶ υἱοὶ ἀπειθείας καὶ ἀνομίας, καὶ υἱοὶ σκότους, καὶ τέκνα τοῦ πονηροῦ, καὶ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τέκνα τοῦ διαδόλου, ἀλλὰ καὶ τέκνα Θεοῦ, καὶ θελήματος Θεοῦ γεννήματα, καὶ υἱοὶ φωτός, καὶ υἱοὶ ἡμέρας, καὶ υἱοὶ δυνάμεως, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου εἴρηνται τῇ ἀγίᾳ Γραφῇ, κατὰ διαφόρους ἀληθεῖς κατὰ τὸν οἰκτεῖον λόγον γεννή-

autem, his contra vos dictis, demonstramus et nostram doctrinam. Si enim proprie et secundum veritatem genitus est Ionathas a Saule, similis est ei secundum substantiam. Sed et proprie et secundum veritatem genitum est Verbum, quod est ei dissimillimum secundum substantiam. Evidenter igitur proprie genitum esse non est causa similitudinis; sed genus quoddam speciale similitudinis totius vel partis eorum quae in generationibus considerantur.

Cap. XIV. Si genitus est Filius ex Patre, secundum divinitatem, et servat cum eo similitudinem (genitus est autem, iuxta vos, similiter Filius ex Virgine secundum divinitatem), necesse est servet cum ea secundum substantiam similitudinem secundum divinitatem; si autem ita est, habebit omnino et Virgo cum Patre secundum substantiam similitudinem; quae enim eidem sunt similia, ea et inter se sunt similia. Sed neque omne, neque secundum omnem generationem, neque secundum sui ipsius totum, aliquid aliquo genitum necessario servare rationem non differentem naturae gignentis dictum saepe demonstratumque est. Ecce enim et natura filii irae, et filii incredulitatis et iniquitatis, et filii tenebrarum, et filii mali, et filii huius saeculi, et filii diaboli; sed et filii Dei, et ex voluntate Dei nati, et filii lucis, et filii diei, et filii fortitudinis, et filii Excelsi, dicuntur in Scriptura sacra, secundum differentes quoad propriam rationem generationes, et secundum cuiusque generationis modum. Et nul-

σεις και τούς ἐκάστης γεννήσεως τρόπους· και οὐδὲν ἂν τῶνδε γέννημα εἶποι τις ἐξ ἀνάγκης ὁμοούσιον τῷ τεκόντι· οὐδὲ γὰρ ὄργῃ τὰ τέκνα τῆς ὄργῆς· οὔτε αἰὼν τὰ τέκνα τοῦ αἰῶνος· οὐδὲ θεοὶ τὴν οὐσίαν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ πάντα· οὐδὲ ὁμοούσιοι τῷ Ὑψίστῳ οἱ υἱοὶ τοῦ Ὑψίστου. Οὐκοῦν πρῶτα μὲν, οὐκ εἶ τι ἕκ τινος, τοῦτο και ὅμοιον πάντως τῷ ὅλῳ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγῳ εἶναι ἀναγκαῖον· πάλιν δ' οὖν ἐροῦμεν, ὅτι τότε ἂν ὑμῖν εἶχε τὸ εὐλογον ἢ ἀπορία, εἰ κατὰ τὸ αὐτὸ και ὡσαύτως τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρου προεληλυθέναι εἰρήκαμεν Χριστόν. Εἰ γὰρ ἐπεὶ κατὰ τὴν θεότητα ἐκ Πατρὸς γεγέννηται, και κατὰ τὴν θεότητα ἐκ Μητρὸς ὁ αὐτὸς γεγέννηται, ἐτέρως μέντοι, ἡγοῦν ὅτι σεσάρκωται, τὸν αὐτὸν ἀπαιτεῖτε λόγον πρὸς ἑκάτερον τῶν γεννητόρων ἔχειν αὐτὸν κατ' οὐσίαν, δέον ὑμᾶς λέγειν και Πέτρον, ἐπεὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπὸ Ἰωῶνᾶ γεγέννηται, και κατὰ τὴν οὐσίαν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐμφορούμενος, τοῦτό τε ἐπενδυσάμενος πνευματικὸς γεγέννηται, σώζειν τὴν τε πρὸς τὸν Ἰωῶνᾶ και τὴν πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατὰ τὸ ὅλον και οὐκ ἐκ μέρους κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα· και εἰ τοῦτο, πάντως και Ἰωῶνᾶς ὁ τοῦτου πατήρ, ἔξει τὴν πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα· * τὰ γὰρ τῷ *1680 αὐτῷ ὅμοια, και ἀλλήλοις, ὡς δέδοκται· εἰ οὖν τότε διὰ τάδε οὐ κεκώλυται, ἀλλ' ἔστιν ἐκ μέρους τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἑκατέρῳ ὁμοούσιος, πῶς οὐχὶ και Χριστόν οὕτως νοεῖν αἰρησόμεθα;

lum ex his generatis diceret quis esse ex necessitate consubstantialiam gignenti. Non enim sunt ira filii irae, neque saeculum filii saeculi, neque dii quoad substantiam filii Dei omnes, neque consubstantiales Excelso filii Excelsi. Igitur primum quidem, non ex eo quod aliquid est ex aliquo, ideo illud et simile omnino esse in tota substantiae suae ratione necesse est. Iterum ergo dicemus tum vobis vestram difficultatem habere aliquid verisimile, si sub eodem respectu et omnino eundem ex utroque provenisse Christum dixerimus. Si enim, quia secundum divinitatem ex Patre genitus est et secundum divinitatem ex matre idem genitus est, alio tamen modo, scilicet incarnatione, eandem contenditis eum habere rationem relative ad utrumque gignentium quoad substantiam, dicendum vobis erit Petrum, quia quoad substantiam a Iona genitus est, et quoad substantiam Spiritu sancto afflatus et superindutus spiritalis genitus est, servare et ad Ionam et ad Spiritum sanctum, secundum totum, et non ex parte, quoad substantiam similitudinem. Et si ita est, omnino et Ionas, ipsius pater, habebit ad Spiritum sanctum * similitudinem quoad *1679 substantiam: quae enim eidem sunt similia, ea quoque inter se similia, ut vobis placet. Si igitur hoc per haec non impeditur, sed est ex parte suae personae utriusque consubstantialis, quomodo non et Christum sic intelligere duceremus?

Cap. XV. Πᾶν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τίκτον, αἴτιον τοῦ τικτομένου· οὐδὲν δὲ αἴτιον τοῦ τικτομένου, νεώτερον τοῦ τικτομένου· οὐδὲν οὖν οὐ νεώτερον τοῦ τικτομένου, δημιούργημα τοῦ τικτομένου· οὐδὲν ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τίκτον, δημιούργημα τοῦ τικτομένου. Ἀλλὰ δέον ὑμᾶς ἦν προσθεῖναι τῇ πρώτῃ τοῦ παρόντος ἐπιχειρήματος προτάσει, ὅτι κατ' ἐκεῖνο ὃ λέγεται τεκεῖν, καὶ ὡς τέτοκεν· οὕτως γὰρ καὶ αἴτιόν ἐστι τοῦ τικτομένου τὸ τίκτον, ἐπεὶ οὕτω καὶ ὁ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου γεννήσας Παῦλος, ἀληθῶς μὲν ἐστὶ τοκεὺς καὶ αἴτιος προσεχῶς, οὐ τῆς σαρκικῆς δὲ ὑπάρξεως τῶν γεννηθέντων, ἀλλὰ τῆς κατὰ διδασκαλίαν πίστεως αὐτῶν· πολλοὶ γὰρ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ ταύτην τὴν γέννησιν αὐτῷ γεγεννημένοι υἱοί, καὶ παλαιότεροι κατὰ τὸν τῆς σαρκὸς χρόνον ἦσαν τούτου· καὶ νεώτερος τούτων οὗτος ἐγεγόνει κατὰ χρόνον, ὁ αἴτιος αὐτῶν προσεχῶς κατὰ τὴν πίστιν· πῶς οὖν τὸ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἀπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι τυχὸν μόνον, ἡγουν τὸ σεσαρκωμένον εἶναι τὸν Λόγον, οὐ μόνης τῆς νεωτέρας καταστάσεως, ἡγουν τοῦ τοιῶσδε αὐτοῦ εἶναι, λέγοιτο αἴτιόν τε καὶ παλαιότερον εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῆς οἴασούν ὑπάρξεως αὐτοῦ ἐτέρας ἤδη ὁμολογουμένως προγεγεννημένου καὶ ἐτέρα γεννήσει; Πῶς δὲ καὶ Νικόδημος μὴ προῦφεστηκέναι τοῦ Κυρίου καθ' ὄντιναοῦν λόγον ὁ νυκτερινὸς μαθητῆς ἐξ ἀνάγκης δοθήσεται, ἐπεὶ γεννηθῆναι αὐτὸν προετρέπετο γέροντα ἤδη ὄντα δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος; εἶπατε ἡμῖν ἄτρωτα φυλάττοντες τὰ ὑμέτερα.

Cap. XV. Quidquid proprie et secundum veritatem gignit, causa est geniti. Nihil autem causa est geniti, quod sit genito posterius. Nihil igitur quod non est genito posterius, est opus geniti. Nihil ergo quod proprie et secundum veritatem gignit, opus est geniti. Sed a vobis illud addendum erat primae huius epicherematis propositioni, scilicet quod secundum quod quis dicitur genuisse, ita et genuit. Ita enim gignens est causa geniti; quia sic et Paulus, qui per Evangelium genuit, vere quidem est genitor et causa proxima, non vero carnalis essentiae eorum qui geniti sunt, sed eorum per praedicationem fidei. Multi enim eorum qui secundum hanc generationem nati sunt et filii, natu maiores ipso erant quoad tempus carnis; et iunior illis ipse secundum tempus genitus erat, qui fuit causa eorum proxima secundum fidem. Quomodo ergo quod gignit non ipsam existentiam simpliciter sed solummodo talem existentiam, existentiam scilicet Verbi in quantum incarnati, non diceretur recentioris dispositionis, id est talis cuiusdam existentiae, causam esse eamque proinde antiquiorem, sed et qualiscunque alterius existentiae eius qui ex communi sententia genitus erat alia generatione? Quomodo et Nicodemus, discipulus ille nocturnus non necessario concedetur praeexistisse Domino secundum quamdam rationem, cum illum iam senem hortetur Dominus ad renascendum per aquam et Spiritum? Hoc nobis dicite servata illaesa vestra doctrina.

Cap. XVI. Πᾶν τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, τὸ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ τικτοντος· οὐδὲν τὸ εἶναι ἔχον ἐκ τοῦ τικτοντος, πρὸ τοῦ οἰκείου τόκου ἐστίν· οὐδὲν ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, πρὸ τοῦ οἰκείου τόκου ἐστίν. Ἐὰρ οὖν καθ' ὑμᾶς εἴ τι τὸ εἶναι ἔχειν ἀπλῶς λέγεται ἐκ τινος, τοῦτο κυρίως μόνον καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον εἶη, καὶ υἱὸς λέγοιτο; οὐ μὴν καὶ εἴ τι τὸ τοιῶσδε εἶναι ἐκ τινος ἔχει; καὶ πῶς Σὴθ καὶ οἱ ἄπ' αὐτοῦ, θείας υἰότητος ἀξιοῦνται καὶ υἱοὶ Θεοῦ λέγονται; πῶς δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ οἱ ἐξ Ἰουδαίων; πῶς δὲ τέκνα Θεοῦ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ; ἀλλὰ καὶ οἱ ἀναγεγεννημένοι ἐκ σπορᾶς ἀφθάρτου διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος; πῶς δὲ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος οἱ ἀπόστολοι; πῶς δὲ Ὀνήσιμος υἱὸς Παύλου ὃν ἐγέννησε τοῖς δεσμοῖς αὐτοῦ; φύσει δὲ τέκνα ὀργῆς καὶ υἱοὺς ἀνομίας, ἢ πάλιν υἱοὺς φωτὸς καὶ ζωῆς καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορευεσθαι ἐν τῇ ἀγίᾳ Γραφῇ, τίς λόγος παρεσκεύασεν; ἢ πῶς τὴν συμβεβηκυῖαν αὐτοῖς τοιάνδε κατάπτωσιν ἢ ἀνάστασιν οὔτε σὺν τῷ εἶναι, οὐδὲ ἐκ τοῦ τὸ εἶναι δόντος, ὅμως κυρίως γέννησιν καθὼ * λέγεται ἴσμεν; Εἰ γὰρ μόνον ἐκ τῆς τοῦ εἶναι αἰτίας τὴν υἰότητα τούτων γνωρίζετε εἶναι, ἔσται ὑμᾶς ἐξ ἀνάγκης δοξάζειν, ὡς Ἰούδας τε καὶ ὁ διάβολος ἐπεὶ υἱοὶ λέγονται ἀπωλείας, παρ' αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι ἔλαθον· εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς φατε, ὅτι τὸ μὲν εἶναι ὁ Ἰούδας καὶ οἱ λοιποὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἐκ Θεοῦ ἔσχον· τὸ δὲ τοιῶσδε εἶναι, οὐκ ἔσχον ἐκ Θεοῦ· καθὼ λέγονται τινες υἱοὶ σκότους καὶ κατάρας τῇ

*1681

Cap. XVI. Omne proprie et secundum veritatem genitum, suum esse habet a gignente. Nihil autem habens suum esse a gignente, existit prius suo partu. Nihil ergo proprie et secundum veritatem genitum, existit prius suo partu. An igitur tantummodo, iuxta vos, si aliquid dicitur habere suum esse simpliciter ab aliquo, illud esset proprie et secundum veritatem ab ipso genitum eiusque diceretur filius? Nonne etiam et si habeat ex aliquo tale esse? Et quomodo Seth et filii eius divina filiatione donantur et filii Dei vocantur? Quomodo filii Israël, ii qui ex iudaeis sunt? Quomodo filii Dei, filii Evangelii Dei? Sed et ii qui renati sunt ex semine incorrupto per verbum Dei viventis et manentis? Quomodo filii Sponsi, apostoli? Quomodo filius Pauli Onesimus quem genuit vinculis suis? Natura autem filios irae et filios iniquitatis, et, e contra, filios lucis, filios vitae et alia similia dici in Scriptura sacra, quae ratio disposuit? Quomodo eventem ipsis talem ruinam aut resurrectionem, neque simul cum existentia, neque ab eo qui dedit existentiam, tamen propriam generationem, * secundum quod dicitur, scimus? Si enim tantummodo ex causa suae existentiae habere istos suam filiationem ducitis, necessario vobis sentiendum erit et Iudam et diabolum, quia dicuntur filii perditionis, ab ipsa quoque existentiam accepisse; dum e contra et vos dicitis esse quidem suum Iudam et alios secundum eum, a Deo habere; esse autem tales hoc ex Deo non habere. In quantum

*1682

ὁμωνύμῳ υἰότητι, καθ' ἑκάτερα διεγνώκατε λεγομένους υἰούς· ἐν δὲ τοῖς ὁμωνύμοις, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ ἐτέρου κυρίως ὀνόμασται· οἳ τε γὰρ πάλιν ἐκ μετανοίας πρὸς ἀρετὴν καὶ διὰ πίστεως τῷ Πνεύματι ἀναγεννηθέντες, υἱοὶ Νυμφῶνος καὶ τέκνα βασιλείας καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ὑμῖν ὁμολόγηται.

Καὶ πῶς οὐ δεδώκατε τὸ ζητούμενον ἡμῖν; ἰδοὺ γὰρ τὸ τοιῶσδε εἶναι, καὶ τοιοῦδέ τινος μετεκληφέναι τινά, πολλάκις μὲν ἐνουσίου, πολλάκις δὲ καὶ ἀνυποστάτου τινός, υἷὸν τοῦδε ἀληθῶς εἶναι καὶ λέγεσθαι αὐτὸν ποιεῖ· ἐν γὰρ τοῖς ὁμωνύμοις, ὡς εἴρηται, οὐκ ἔστιν ἕτερον ἐτέρου μᾶλλον ἢ κυριώτερον λεγόμενον· εἰ γὰρ καὶ τὸ ζῶον τοῦ γεγραμμένου μᾶλλον δοκεῖ, καὶ κυριώτερος τότε τι λέγεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁμώνυμον τότε, ἀλλ' ὡς οὐ κυρίως ὀνομασμένου τὸ κυρίως ὀνομασθέν· δύο γοῦν κυρίως ὀνομασμένων ἢ ὁμωνυμία οὐχ ἔξει ποτὲ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον· οὐ γὰρ μᾶλλον κύων ὁ χερσαῖος ἢ ὁ θαλάττιος, ἥττον ζῶον ἢ κύων. Τὸ γεγραμμένον οὖν, ὡς αἴτιον ἢ παράδειγμα ἢ τι τοιοῦτον τὸ μᾶλλον ἔχει· ἄλλως τε εἰ τοῦ εἶναι αὐτοῦ αἴτιον εἶναι δεῖ τὸν ἀληθῶς λεγόμενον τεκεῖν πάντα, οὐδεὶς ἄνθρωπος ἀνθρώπου πατῆρ· οὐδὲ ἕτερον ζῶον ζῶον ἕτερον τέτοκε· ψυχὴν γὰρ νοητικὴν ἢ αἰσθητικὴν, οὐκ ἔχει τὰ σπέρματα· ἀλλὰ μετὰ τὴν μόρφωσιν καὶ τελείαν διοργάνωσιν τοῦ ἀψύχου ἐμβρίου, ψυχοῦται τὸ ζῶον καὶ μάλιστα ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ

dicuntur quidam filii tenebrarum et maledictionis homonyma filiatione, hos secundum utrumque dici filios agnovistis. In homonymis autem neutrum altero specialius denominatur. Qui enim iterum per poenitentiam ad virtutem, et per fidem in Spiritum sanctum regenerati sunt, filii Sponsi, et filii regni, et alia similia, et a vobis ipsis agniti sunt.

Et quomodo non concessistis quod nos postulamus? Ecce enim quemdam esse tali modo, et participare ex aliquo tali saepe quidem substantiali, saepe vero non substantiali, facit ut vere filius huius sit et dicatur. Nam in homonymis, ut iam dictum est, neutrum est altero magis vel specialius denominatum. Si enim animal videtur aliquid dici magis aut specialius quam est inscriptum, iam non est tanquam homonymum, sed tanquam proprie denominatum, altero non proprie denominato. Duorum igitur proprie nominatorum homonymia nunquam habebit plus aut minus. Non enim canis terrestris magis est canis quam canis marinus, neque minus animal quam canis. Igitur denominatum tanquam causa aut exemplar aut aliquid simile. Praesertim si eius causam existentiae oportet esse eum qui dicitur genuisse omnia, nullus homo est hominis pater, neque ullum animal alterum animal genuit: animam enim sive intellectualem sive sensitivam semina non habent. Sed post formationem et perfectam membrorum dispositionem inanimati fetus, animatur animal et

πλάττοντος πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ Θεοῦ διὸ καὶ φονέα ζώου, τὴν μετὰ τὴν διαμόρφωσιν αἷτιον τῆς ἐξαμβλώσεως, κρίνει ὁ θεῖος νόμος· ἄρα οὖν σαρκοτόκοι μόνον καὶ μάλιστα οἱ πατέρες· οὐδεὶς δὲ ἀνθρωποτόκος καθ' ὑμᾶς ἐστίν· οὕτω δὲ ἐπεὶ ῥεῖ καθημέραν καὶ ἀμείδεται τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ ἐν τῷ σώματι ἔσται τις μοῖρα τῷ χρόνῳ τῶν γονέων, οὐδὲ τῆς σαρκὸς εἶεν πατέρες· ἀλλὰ καὶ γέρων ὁ Ἰσαὰκ πάντῃ ἐξέστη τοῦ εἶναι υἱὸς Ἀβραάμ καὶ οἱ λοιποί· καὶ πῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· « Σὺ δὲ ἀπελεύση πρὸς τοὺς πατέρας σου, τραφεὶς ἐν γήρει καλῶ »; Ἀλλὰ ταῦτα πρόδηλα ἄτοπα· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος λέγων τοὺς μὲν εἶναι τῆς σαρκὸς πατέρας, οὓς καὶ ἔσχομεν παιδευτάς· καὶ τὸν Θεὸν λέγων Πατέρα τῶν πνευμάτων εἶναι μόνον, αὐτὸς φησι μητέρα Τιμοθέου Εὐνίκην, καὶ οὐ τῆς σαρκὸς Τιμοθέου μόνον· δῆλον οὖν ὡς ἀληθῶς, εἰ καὶ μὴ τὸ εἶναι αὐτὸ ἀπλῶς, ἀλλὰ τὸ σαρκωθῆναι καὶ σεσαρκωμένος εἶναι ὁ Λόγος ἔσχεν ἐκ τῆς ἀγίας Παρθένου, Υἱὸς τε ἀληθῶς αὐτῆς ἐστίν· καὶ νεώτερος ταύτης ἐν τῷ τοιῶσδε εἶναι, ἕχουν σύνθετος ἐξ ἀπλοῦ, καὶ σεσωματωμένος ἐξ ἀσωμάτου φανήσεται.

* Cap. XVII. Τὸ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, εἰ ἐν χρόνῳ τίκεται, δυνάμει μόνον ἐστίν ἐν τῷ τίκτοντι πρὸ τῆς ἰδίας συλλήψεως, ὡς ἐν τῇ τοῦ Ἀβραάμ ὁσφύϊ ὁ Λευί· τὸ δὲ δυνάμει μόνον ἐν τῷ τίκτοντι ὄν, *1684

praesertim homo a factore suo, Deo inspirante in eo spiritum hominis. Ideo et tanquam animalis interfectorem condemnat lex divina eum qui post formationem procurat abortum. Igitur carnis genitores et praesertim sunt patres: nullus autem, iuxta vos, hominis genitor est. Ita vero quia fluit in dies et mutatur corpus, et nulla aliqua sors parentum in tempore, non essent etiam carnis parentes: sed et senex Isaac factus est exsors filiationis Abrahae: et ita alii. Quomodo ergo dictum est a Deo: *Tu autem ibis ad patres tuos, sepultus in senectute bona?*¹ Sed patet haec esse absurda. Ipse enim Apostolus dicens eos quidem esse carnis patres, quos habuimus magistros et Deum esse spirituum unum patrem, ipse vocat Eunice matrem Timothei, et non tantum matrem carnis Timothei. Patet ergo Verbum, licet acceperit a sancta Virgine non quidem esse simpliciter, sed esse incarnatum, esse tamen vere eius filium; et apparebit ipsa iunior in quantum est tale, compositum scilicet ex simplici, et corporatum ex incorporeo.

* Cap. XVII. Quod proprie et secundum veritatem gignitur, si in tempore gignitur, potentialiter tantum est in gignente ante suam conceptionem, sicut Levi in renibus Abraham. Quod autem est po- *1683

¹ Gen. XV, 15.

ἀρχὴν λαμβάνει τοῦ εἶναι ἐν τῷ τίκτοντι· τὸ κυρίως ἄρα καὶ κατὰ ἀλήθειαν τικτόμενον, εἰ ἐν χρόνῳ τίκεται, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει ἐν τῷ τίκτοντι. Ἴνα μὴ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν ὑμῖν διασαφούντες συλληρωδῶμεν, παντὶ ὑμῶν τῷ σκοπῷ τοῦ νῦν ἐπιχειρήματος συγχωρήσωμεν, ὡς ἂν ἔχοι· δυνάμενοι λέγειν, ὡς καὶ κυρίως καὶ ἐν χρόνῳ ἐγεννήθη Τιμόθεος Παύλῳ· καὶ ὅμως οὐκ ἦν δυνάμει ἐν αὐτῷ, ὅτε Στέφανος ἐλιθάζετο· οὐ γὰρ ἀνάγκη προεἶναι κατὰ πᾶσαν γέννησιν ἐν τοῖς τίκτουσι τὰ ὅπως οὖν τικτόμενα· τοῦτο δὲ ὑμῖν ἐροῦμεν, ὅτι τοῦ Δεσπότου ὑμῶν Χριστοῦ, τὴν μὲν τῶν αὐτοῦ φύσεων ἀρχὴν οὐ τῆς οὐσιώσεως ἀλλὰ τῆς συνουσιώσεως μόνον ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ λαβεῖν, τουτέστι τὴν τοῦ Λόγου· τὴν δὲ ἐτέραν τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων, ἤγγουν τὴν τῆς σαρκός, ἀρχὴν τῆς τε οὐσιώσεως καὶ συνουσιώσεως ἐν αὐτῇ λαβεῖν. Κατὰ θάτερον οὖν λόγον ἐκατέρας οὐσίας τοῦ τεχθέντος συνθέτου Χριστοῦ, ἀληθῆς γενέτειρα ἢ τεκοῦσα τὸ συναμφοτέρον δείκνυται κατὰ χρόνον· ἔκ τε γὰρ τοῦ εἰς τὸ εἶναι καὶ τοῦ εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι ἐγχρόνως προάγειν, γεννήτορες ἀληθῶς οἱ τεκόντες ὀνομάζονται· ὅπουγε ἐνθάδε οὐ φυσικοῦ ὄντος τοῦ τόκου, οὐδὲ προαποκεῖσθαι τὸ «δυνάμει» φῆ τις ἐπὶ τοῦδε τοῦ τόκου, φυσικώτατοι· οὐ γὰρ ἂν θαυματουργίας εἶη παραδόξου ἔτι

tentialiter tantum in gignente, principium existendi accipit in gignente. Igitur quod proprie et secundum veritatem gignitur, si in tempore gignitur, principium existendi accipit in gignente. Ne saepius in iisdem rebus elucidandis nugemur, omni vestro proposito huius epichirematis consentiamus, quidquid sit de eo; cum dicere possimus proprie et in tempore genitum esse a Paulo Timotheum, nec tamen illum fuisse in eo potentialiter, dum Stephanus lapidabatur. Non enim necessarium est praeexistere secundum omnem generationem in gignentibus ea quae quomodocumque gignuntur. Illud autem vobis dicemus, ex naturis scilicet Domini nostri Iesu Christi, alteram, id est naturam Verbi, principium non quidem existentiae sed coexistentiae accepisse in sancta Virgine; alteram vero, nempe naturam carnis, principium tum existentiae tum coexistentiae in ea accepisse. Secundum alterutram igitur rationem utriusque existentiae geniti compositi Christi, vera Genitrix probatur secundum tempus ea quae genuit utriusque connexionem. Ex eo enim quod tum ad esse, tum ad esse taliter praecedant, vere genitores vocantur parentes. Ibi autem cum non sit naturalis partus, non utendum verbo *potentialiter* dixerit quispiam cum agitur de hoc partu, o physici. Iam non enim illud esset operatio mirificae et stupendae virtutis.

ἐνέργεια· εἰ δὲ μὴ θαῦμα ὑπὲρ φυσικὴν δύναμιν τῷδε μαρτυρεῖ, οὐδὲ Θεὸς ὁ τεχθεὶς κατὰ τὰς φυσικὰς δυνάμεις νοηθήσεται.

Cap. XVIII. Εἰ κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ γυναικός, ἢ ὁ τεχθεὶς ὑπὸ χρόνον· ἢ ἡ γυνὴ ὑπὲρ χρόνον· ἀλλὰ μὴν οὔτε Θεὸς ὑπὸ χρόνον οὔτε γυνὴ ὑπὲρ χρόνον· οὐκ ἄρα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐτέχθη ὁ Θεὸς ἐκ γυναικός. Ἄλλ' οὐκ εἰς τὸ εἶναι, ἀλλ' εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι ἐκ γυναικός τε καὶ ὑπὸ χρόνον τεχθῆναι εἴρηται, ληρωδέστατοι.

Cap. XIX. Εἰ κατὰ ἀλήθειαν Υἱὸς τῆς Παρθένου ὁ Θεὸς Λόγος, τοῦτο ἔσται κατ' οὐσίαν, ὅπερ ἐστὶν ἡ τεκοῦσα· αὕτη δὲ ἐστὶ ζῶον λογικὸν θνητόν· καὶ ὁ Θεὸς ἄρα καθ' ὑμᾶς, ζῶον λογικὸν θνητόν ἔσται. Ἄλλ' Υἱὸς ἀληθινὸς ἐν τῷ Λόγῳ ἐκάστης νοεῖται γεννήσεως υἰοποιου· καὶ πᾶς ὁ κατὰ τὴν οἰανούν γεννήσιν τοιάνδε γεννώμενος· οὐ πᾶσα δὲ γέννησις, εἰ καὶ ἀληθεῖς δεικνύσι τοὺς γεννηθέντας υἱούς, ἤδη καὶ ὁμοίους κατὰ πάντα ὡσαύτως δεικνύσι τοῖς γεννώσιν, ὡς καὶ ὑμεῖς εἰρήκατε ἐκ προοιμίων· εἰ δὲ τοῦτο αὐτό, ἤγουν ἡ ὁμοίωσις ποιεῖ τὴν ἀληθὴν υἰότητα, ἐπεὶ μᾶλλον ἔοικε τὸ ἐν εἰκόνι πρόσωπον τοῦδε, ἢ περ τοῦ ἰδίου τέκνου ἢ ὄψις πρὸς αὐτὸν κρινομένη, μᾶλλον εἶη Υἱὸς τοῦδε ἢ εἰκὼν, ἢ περ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας * αὐτοῦ τέκνον· καὶ πῶς πρὸ μικροῦ τὴν οὐσίαν καὶ οὐ τὴν ὁμοίωσιν αἰτίαν ἐλέγετε; ὄντως οὖν εἰ μὲν κατὰ πᾶν

*1685

Si autem non probatur miraculum ultra vires naturales, neque Deus censebitur is qui secundum vires naturales genitus fuerit.

Cap. XVIII. Si proprie et secundum veritatem genitus est Deus Verbum ex muliere, vel genitus temporalis est, vel mulier est sine tempore. Porro neque Deus est temporalis, neque mulier est sine tempore; non igitur proprie et secundum veritatem genitus est Deus ex muliere. At non in esse, sed in esse taliter iam dictum est eum esse natum ex muliere et sub tempore, o nugacissimi.

Cap. XIX. Si secundum veritatem Filius est Virginis Deus Verbum, erit secundum substantiam id quod est ipsa gignens. Porro ipsa est animal rationale mortale; ergo et Deus, secundum vos, est animal rationale mortale. At filius verus intelligitur in ratione generationis qua fit filius, et omnis qui gignitur secundum quamcumque talem generationem. Non omnis autem generatio, etsi veros demonstrat filios, eos qui geniti sunt, similes quoque eos secundum omnia pariter demonstrat gignentibus, ut et vos dixistis etiam ab exordio. Si autem hoc ipsum, nempe similitudo, facit veram filiationem, cum cuiusdam vultus in imagine magis ipsi similis sit quam vultus proprii filii ipsi comparatus, imago * cuiusdam magis illius esset filius quam proprius ex eius substantia natus. Et quomodo paulo ante substantiam et non similitudinem causam dicebatis? Reipsa igitur, si se-

*1686

τὸ εἶναι καὶ ἐκ παντὸς τοῦ εἶναι ἡ ἀληθὴς ἐστὶ γέννησις τινος, ἀναγκαίως καὶ ἡ ὁμοίωσις ὅλου τοῦ γεννήσαντος πρὸς ὅλον τὸ γέννημα ἔσται· εἰ δὲ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι μόνον ἔν τινι μέρει, ἐκ μέρους δὲ καὶ τοῦ εἶναι τοῦδὲ τινος συνθέτου ἢ γέννησις ἐστίν, οὐχὶ κατὰ πᾶν τὸ εἶναι ἔσται ἡ ὁμοίωσις πρὸς τὸ γεννῆσαν τοῦ γεννηθέντος· ὁμῶς δὲ ἐκ μέρους τε τοῦ κατὰ τὸ εἶναι, καὶ ἐκ μέρους τοῦ κατὰ τὸ τοιῶσδε εἶναι τοῦ ἐνὸς αὐτοῦ προσώπου γεννήτωρ εἶη ὄντως ὁ γεννήσας· ὡσπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου ὀρῶμεν, τοῦ μὲν σώματος τὴν γέννησιν εἰς τὸ εἶναι ἐκ τῶν γονέων ἔχοντος, τῆς δὲ ψυχῆς οὐκ εἰς τὸ εἶναι ἀπλῶς (τοῦτο γὰρ ἐκ Θεοῦ ἔχει ὡς καὶ ὁ πρωτόπλαστος Ἀδάμ), ἀλλ' εἰς τὸ σὺν τῷ διαπλασθέντι αὐτῇ εἶναι σώματι, οὐ καὶ χωρὶς δύναται εἶναι· λαμβάνει γὰρ τοῦτο παρὰ τῶν, ὡς εἰπεῖν, τοῦ μὲν σώματος αἰτίων, αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς νυμφοστόλων μόνον· καὶ ὁμῶς ἄμφω τῶν φύσεων ὡς ἐνὸς ἀνθρώπου κυρίως τε καὶ κατὰ ἀλήθειαν οἱ αὐτοὶ λέγονται τοκέες. Τί οὖν ὑμᾶς τὰ ἐξ ἀπιστίας φιμοῖ βομβήματα, Θεὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς τὸν τεχθέντα σεσαρκωμένον Λόγον; ἡνίκα καὶ ψυχὴν τὴν σαρκωθεῖσαν ἀνευδοιάστως ὁμολογεῖτε γεγενῆσθαι ἐκ τῶν τοῦ εἶναι τῆς σαρκὸς αἰτίων καὶ σὺν τῷ σώματι τοὺς αὐτοὺς καὶ αὐτῆς τοκέας ὀνομάζετε;

Cap. XX. Ἀλλά, φησίν, οὐ ψυχοτόκον, ἀλλ' ἀνθρωποτόκον φαμέν τὴν

cundum totum esse, et ex toto esse, illa est vera generatio cuiusdam, necessario erit et similitudo totius gignentis ad totum genitum. Si autem secundum tali modo esse tantum in quadam parte, et ex parte quoque est generatio cuiusdam compositi, ut talis, non secundum totum esse erit similitudo geniti ad gignentem; et parte quidem secundum esse, parte autem secundum tali modo esse, erit eiusdem unius personae genitor reipsa qui illam genuit: sicut in homine videmus; qui nempe habet a parentibus generationem corporis, quantum ad esse, generationem autem animae non quantum ad esse simpliciter (hoc enim habet a Deo, ut protoplastus Adam), sed quantum ad esse coniunctam cum corpore simul cum ipsa ficto, sine quo ipsa esse potest: hoc enim accipit ab iis, ut ita dicam, corporis quidem causae, animae vero paranympsi tantum. Et tamen ambarum naturarum, ut unius hominis, proprie et secundum veritatem iidem dicuntur parentes. Quid igitur vestrum ex incredulitate bombum compescet, qui non vultis dicere vere Deum Verbum quod in carne genitum est, cum ipsam animam incarnatam libenter confiteamini generari ab his qui sunt existentiae carnis causae, et qui corporis eosdem et animae parentes vocatis?

Cap. XX. At, inquit, non animae parentem, sed hominis paren-

γενῶσαν ἄνθρωπον. Τί οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς Χριστοτόκον μᾶλλον λέγετε; Ἄλλ', ὧ οὔτοι, τὸ μὲν « ἄνθρωπος », φύσεως ὄνομα· τὸ δὲ « Χριστός », οὐ φύσεως, ἀλλὰ προσώπου· πῶς οὖν τὸ τῆς φύσεως ὄνομα τοῦ τεχθέντος, ἐκ τοῦ προσωπικοῦ σημάνωμεν;

Cap. XXI. Ἄλλὰ διὰ τί οὖν, φησί, μὴ ἀνθρωποτόκος ὑμῖν, ἥπερ Θεοτόκος δοκεῖ; Ῥητέον οὖν ὡς εἰ μὲν τῶν δύο Χριστοῦ φύσεων ἡ ἀνθρωπίνη τῆς θείας ἐπεκράτησε πρὸ θανάτου τε καὶ μετὰ θάνατον, ἀνάγκης οὔσης ἐκ μιᾶς μόνον τῶν φύσεων αὐτοῦ ὀνομάζεσθαι τὸν τόκον, καλῶς ἀνθρωποτόκον φατέ. Εἰ δὲ αἰεὶ τὸ τῆς θείας φύσεως ἄτρεπτον κατεκράτησε τοῦ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τρεπτοῦ, καὶ πρὸς τὰ κρείττονα μεταβαλὼν συνεξεθέωσεν αὐτὴν ἑαυτῷ, ὥσπερ καὶ ὁ σίδηρος πυροῦσθαι λέγεται, καὶ οὐχὶ τὸ πῦρ σιδηροῦσθαι, πῶς οὐκ ἐκ τῆς μενούσης ὡσαύτως ἐν τοῖς ἰδίῳι λόγοις αἰεὶ φύσεως, καὶ τὴν ἑτέραν εἰς ἑαυτὴν μεταποιούσης, ἀλλ' ἐκ τῆς μεταποιουμένης ὀνομαστέον τὸ τεχθέν, ἢ τὸν τόκον, ἢ τὴν τεκοῦσαν, ὧ οὔτοι;

Cap. XXII. Εἰ ὁ Θεὸς Λόγος ἐτέχθη ἐκ τῆς Παρθένου, ἐν χρόνῳ ἐτέχθη· πᾶν δὲ τὸ ἐν χρόνῳ τικτόμενον χρόνου πρὸς τελείωσιν δεῖται· εἰ ὁ Θεὸς ἄρα ἐκ τῆς Παρθένου ἐτέχθη, χρόνου πρὸς τελείωσιν ἐδέχθη. * Ἄλλ', ὧ σοφοί, οὐδὲ ψυχὴ ἀπλῶς χρόνου δεῖται πρὸς τελείωσιν, ἀλλὰ τὸ ταύτης φυ-

*1688

tem dicimus eam quae genuit hominem. Quid igitur non et vos Christi parentem potius dicitis? At, o vos, homo est nomen naturae, dum Christus non naturae sed personae. Quomodo igitur nomen naturae geniti ex nomine personae indicaremus?

Cap. XXI. Sed ut quid ergo, inquit, non hominis parens ea quae vobis Deipara videtur? Dicendum igitur quod si ex duabus Christi naturis humana divinae praecelluit, tum ante mortem tum post mortem, cum necesse sit ex una tantum naturarum eius denominari ipsum partum, recte hominis parentem dicitis. Si autem semper divinae immutabilitas praecelluit humanae naturae mutabilitati, et ad meliora transferens in seipsa eam deificavit, sicut ferrum igneum et non ignem ferreum fieri dicitur, quomodo non ex permanente in propriis rationibus Dei natura, et alteram in seipsam transferente, sed ex natura translata, denominandum erit sive genitum, sive partus, sive gignens, o vos?

Cap. XXII. Si Deus Verbum genitus est ex Virgine, in tempore genitus est; porro quidquid genitum est in tempore, et tempore indiget ad perfectionem. Ergo si Deus ex Virgine genitus est, tempore indiget ad * perfectionem. At, o sapientes, neque anima simpliciter tempore indiget ad perfectionem, sed eius tantum naturale instru-

*1687

σικόν ὄργανον καὶ οἰκητήριον οὐσιῶδες. Ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νεότητα τοῦ ζώου, καὶ πλεονάσαντος τοῦ χρόνου· ἐπεὶ τὸ ὄργανον ἀνεπιτηδειότερον πάλιν αὐτῇ καθίσταται πρὸς τὴν ὑπουργίαν (τὰ γὰρ χρόνῳ ἀκμάσαντα καὶ χρόνῳ παρακμάζει)· τούναντίον ἢ φατε ἐν χρόνῳ ὑφίησι πάλιν τῶν ἑαυτῆς ἐνεργειῶν καὶ τελειώσεων· μηδὲ ὀρῶσα ὡσαύτως ἢ ἀκούουσα, ἐν ἑκατονταετία τυχόν, ὡς ἐν τῇ τριακονταετία· καὶ δείκνυσι σαφῶς, ὡς οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλὰ τοῦ ὄργάνου ἦν τὸ ἀπὸ τοῦ χρόνου χρήσιμον καὶ ἀχρήσιμον πρὸς τελείωσιν· λοιπὸν δὲ καὶ αὐτῆς, διὰ μέσου μέντοι τούτου. Πῶς οὖν ὑμεῖς πᾶν τὸ ἐν χρόνῳ τικτόμενον, χρόνου δεῖσθαι πρὸς τελείωσιν οἰκείαν, οὕτως ἀπερισκέπτως φατέ; καὶ οὐχ ὅτι πολλάκις οὐκ αὐτὸ πρῶτως, ἀλλὰ τι τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ τῷ ἐγγρόνῳ τικτομένῳ, καὶ κατὰ φύσιν συνουσιωμένων τοῦδε δεῖται, καθορᾶτε; Εἰ γὰρ μηδὲ ψυχὴ τοῦτον ὑμῶν καταδέχεται τὸν λόγον, πῶσω γε μᾶλλον Θεός, ὃς μηδὲ ἤρξατο τοῦ εἶναι, ἀλλὰ μόνον τὸ τοιῶσδε εἶναι χρονικῶς καταδέξατο! Ταῦτα οὖν ἐξ ἀθυροστομίας ἡμῖν βαττολογοῦντες, ἐπιτριβήσεσθε, καὶ οὐκ ἀπὸ νηφούσης διανοίας ὑποτίθεσθε.

PG
86, 1688

Cap. XXIII. Εἰ ἔνθα ὁ Θεὸς Λόγος, ἐκεῖ ὁ Πατήρ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀδιαίρετον, ἦν δὲ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου καθ' ὑμᾶς ὁ Θεὸς Λόγος κατ' οὐσίαν, ἦν ἄρα ἡ Τριάς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθέ-

1650

mentum et habitatio substantialis. Unde et post iuventutem animalis, et excedente tempore, postquam instrumentum minus aptum ipsi factum fuerit ad operationem (quae enim tempore floruerunt, tempore quoque marcescunt), contra id quod dicitis, tempore remittitur eius virtus et perfectio; nec ipsa videt aut audit centenaria perinde ac tricenaria. Et ita evidentiter demonstrat non a seipsa sed ab instrumento pendere quod sit apta aut inutilis ad perfectionem; aut si ab ipsa, eo tamen mediante. Quomodo igitur vos omne quidquid in tempore gignitur, tempore quoque indigere ad propriam perfectionem tam inconsiderate affirmatis, nec animadvertitis, saepe quidem indigere, non autem primario, sed aliqua ex rebus sibi utpote in tempore genitae, accommodatis et secundum naturam coexistentibus? Si enim nec ipsa anima hoc vestrum admittit ratiocinium, quanto magis certe Deus, qui non incepit exsistere sed tantum tali modo in tempore exsistere admittit! Haec enim vestra loquacitate nobis effutientes nihil ageris; nec sana mente ducimini.

PG
86, 1687

Cap. XXIII. Si ubi Deus Verbum, ibi Pater et Spiritus sanctus, propter substantiae individuitatem (erat autem in ventre Virginis, iuxta vos, Deus Verbum secundum substantiam), ergo erat Trinitas in utero Virginis. O omnis impietatis semina accommodantes, ut

1650

νου. Οἱ πάσης ἀσεβείας ἐραυζόμενοι σπέρματα, ἵνα τὴν οἰκείαν βλασφημίαν ὑποτρέφοιτε, τί φατε; Δέον γὰρ ὑμᾶς στρεβλουμένους ἡμῖν διαστρέψαι κατὰ τὸν Ψαλμωδόν. Ἐπεὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρὸς ἐστὶ, καὶ τὸ μὲν τοῦ Πατρὸς ἐστὶν ἐν ᾧ ἐστὶ· τὸ δὲ αὐτός ἐστὶ καθ' ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐτέρως, ἐπεὶ ὅπου ὁ Πατὴρ, ἐκεῖ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστὶν, ἐν δὲ τῷ τοῦ Πατρὸς κόλπῳ ὁ Υἱὸς, οὐκοῦν καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ὁ Υἱὸς ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· καὶ ἐπειδὴ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὡς περιστερὰ ἐπέπτη ἐν Ἰορδάνῃ βαπτιζομένου τοῦ Κυρίου, ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ ἐρίπτατο. Εἰ δὲ ταῦτα μετάγειν ἐκ τοῦ ἑνὸς προσώπου καὶ ἐπὶ τὰς ἐτέρας ὁμοουσίους ὑποστάσεις, ὁ τῆς εὐσεβείας οὐ βιάζεται λόγος, ἢ τὸ αὐτὸ νοεῖν ἐπὶ τῆς ἁγίας τοῦ Λόγου κυήσεως εἰσπραχθήσεσθε, ἢ ἀποκληρώσει τὸν τῆς παρουσίας ὑμῶν ἀπορίας λόγον προάγετε, τῆς ὁμοιοτροπίας συνωμολογημένης καὶ ἐπὶ τῶνδε· καὶ ἀρκέσει ὑμῖν οὕτως καὶ περὶ τοῦδε ἐπιστομίζεσθαι. Δέον γὰρ ὑμᾶς κακουροῦντας, καὶ τὰ τῶν ἄλλων αἱρέσεων προβαλλομένους εὐρέματα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ποιῶντας, Ἄσπις παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανεῖζεται· ὡς τῶν ὑμετέρων οὐκ ἀρκούντων ὑμῖν εἰς παντελεῆ κακοδοξίαν σοφισμάτων, ἀπόρῳ τὴν ἀπορίαν ἐλέγχεσθαι· κατὰ τὴν γενομένην Κυριακὴν μέθοδον πρὸς τὴν τῶν Φαρισαίων πανοῦργον ἐρώτησιν, διὰ τῆς περὶ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου πρὸς αὐτοὺς ἀντεπερωτήσεως.

vestram blasphemiam nutriatis, quid dicitis? Oportet enim vos, cum perversi sitis, pervertere, secundum Psalmistam.¹ Quia Filius est in sinu Patris, hinc habet Patris in quo est, inde est ipsemet, secundum vos. Sed et aliter, quia ubi Pater, ibi Filius et Spiritus sanctus est, in sinu autem Patris est Filius, igitur et in proprio sinu est Filius, simul cum Patre et Spiritu sancto. Et cum Spiritus sanctus tanquam columba devolavit in Dominum baptizatum in Iordane, igitur et Pater devolavit. Si autem hoc transferre ab una persona in alias consubstantiales hypostases non patitur pietatis sermo, vel idem sentire de sancto Verbi partu cogemini, vel sorte praesentis vestri erroris, rationem exhibete, cum inter haec agnoscenda sit similitudo: et ita satis erit ut vobis os de hoc compescatur. Oportet enim vos perverse agentes, et aliarum haeresum inventa praetendentes, exque vobis propria facientes (aspis a vipera venenum mutuatur), quasi non sufficerent vobis vestra sophismata ad completam malam doctrinam, errore errorem confirmare, secundum Domini methodum ad Pharisaeorum malignam interrogationem respondentis per reciprocam interrogationem ad ipsos de baptismo Ioannis.

¹ Ps. XVII, 27.

*1689 * Cap. XXIV. Εἰ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου ἡ Τριάς κατ' οὐσίαν, ἐγεννήθη δὲ ὁ Θεὸς Λόγος κατ' οὐσίαν ἐκ τῆς Παρθένου, ἡ Τριάς ἄρα ἐγεννήθη ἐκ τῆς Παρθένου. Ἐπεὶ οὖν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται· ἀδιαίρετος δὲ τῆς ἀγίας Τριάδος ἡ οὐσία, ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ αὐτὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, γεγέννηται καθ' ὑμᾶς· ἐτι ἐπεὶ ὁ Πατὴρ οὐ γεγέννηται ἐκ τινος, οὐδὲ ἐκπεπόρευται, οὐδὲ ὁ Υἱὸς οὐδὲ τὸ Πνεῦμα ἄρα καθ' ὑμᾶς ἐκ τοῦ Πατρὸς εἰσιν· ἀδιαίρετος γὰρ αὐτοῖς ἡ οὐσία· ἐπὶ πλείον μὲν οὖν ταῖς ὑμετέραις συμπεριάγεσθαι δυσφημίαις παραιτούμεθα, ἵνα μὴ πρὸς ἔλεγχον ὑμῶν ἀσχολούμενοι, πρὸς ἀθεσμολογίαν ἑαυτοῦς καὶ ἡμεῖς συνεθίζωμεν. Ἄλλ' οὐτωςὶ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐφεκτέον σκολιευομένους ὑμᾶς· τὸν δὲ περὶ τῶνδε λόγον ὅπως τε λέγεται καὶ ὅπως νοεῖται, τοῖς ἰδίοις ὑποφήταις ἢ ἀλήθεια ἔδειξεν· ἐν οἷς τοῖς κακῶς διαιροῦσι καὶ φαύλως συγγέουσι τὸν τῆς ἀγίας ὑπερουσίου Τριάδος λόγον ἀπελέγχει.

PG
86, 1692

Cap. XXVI. Εἰ ὁ Θεὸς Λόγος ἐτέχθη ἐκ τῆς Παρθένου, πᾶν δὲ τὸ τικτόμενον ἢ ἐκ τῆς οὐσίας τίκτεται τοῦ τίκτοντος, ἢ ἐκ τῆς προαιρέσεως· καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τικτόμενον, τὸ εἶναι πάντως ἔχει ἐκ τοῦ τίκτοντος· τὸ δὲ ἐκ τῆς προαιρέσεως, πῆ μὲν τὸ εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ τίκτοντος, πῆ δὲ τὸ τοιόνδε εἶναι, εἶπατε πόθεν βούλεσθε τετέχθαι τὸν Θεόν, ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου, ἢ ἐκ τῆς προαιρέσεως; ὁπότερον γὰρ αὐτῶν εἴπητε, τὸ συναγόμενον

1651

*1690 * Cap. XXIV. Si in utero Virginis Trinitas est secundum substantiam, genitus est autem Deus Verbum ex Virgine secundum substantiam; ergo Trinitas genita est ex Virgine. Igitur, cum Filius ex Patre genitus sit, indivisa est autem sanctae Trinitatis substantia; ergo, iuxta vos, et ipse Pater et Spiritus sanctus geniti sunt; et aliunde, cum Pater a nullo genitus sit nec procedat, iuxta vos ergo neque Filius neque Spiritus sanctus a Patre sunt: indivisa est enim illis substantia. Amplius autem vestris vobiscum circumagi blasphemiiis renuimus, ne, in vestram confutationem intenti, ad illegitimas voces ipsi nos assuescamus. Sed ad praesens sinamus vos perperam sentire. Quid autem de his dicendum vel sentiendum sit, suis prophetis veritas demonstravit, in quibus male dividentes aut perverse confundentes sanctae supersubstantialis Trinitatis rationem confutat.

PG
86, 1691

Cap. XXVI. Si Deus Verbum genitus est ex Virgine, omne autem genitum gignitur vel ex substantia gignentis vel ex voluntate; et quod ex substantia gignitur omnino esse habet a gignente, quod autem ex voluntate, habet a gignente tum esse, tum tali modo esse, dicite unde velitis genitum fuisse Deum, an ex substantia Virginis, an ex voluntate? Utrumcumque enim horum dixeritis, conclusio patet.

1651

δῆλον. Ὅψέ ποτε καὶ ἄκοντες ἡμῖν συνομολογεῖτε τόκον εἶναι, τὸν τε εἰς τὸ εἶναι, καὶ ὁμοίως πάλιν τὸν εἰς τὸ τοιῶσδε εἶναι μόνον προαγαγόντα τι· εἰ δὲ τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τόκον μόνον τοῦ εἶναι αἴτιον, καὶ οὐχὶ καὶ τοῦ τοιῶσδε εἶναι, ἤγουν καὶ τῆς φυσικῆς διαφορᾶς τοῦ γεννωμένου φατέ, ἐπεὶ ἀπὸ κώνου πίτυς γενᾶται, ἢ ἐκ τῆς προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ κώνου, εἰς τὸ εἶναι τοῦτο αὐτὸ πίτυς γεγέννηται, ἢ ἐκ τῆς οὐσίας μὲν αὐτῆς γεγέννηται τοῦδε· καὶ ἔστι ἀπλῶς ὄν, οὔτε δὲ πίτυς, οὔτε ἕτερόν τι εἶδος· πλὴν εἰ μὴ καὶ ἄλλω γεννήτορι κατὰ προαίρεσιν τίκτοντι ὑποβληθῆ εἰς γέννησίν τινα· ὧν τί μᾶλλον ἡλιθιώτερον;

Cap. XXVII. Εἰ ἐγεννήθη ὁ Θεὸς Λόγος κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ κατ' οὐσίαν· καὶ εἰ ἐγεννήθη ὁ αὐτὸς ἐκ μητρὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν, καὶ ἔστι αὕτη ἀνόμοιος κατ' οὐσίαν, οὐδὲν διαφέρει ὑπὸ ὁμοίων [κατ' οὐ] ἢ ἀνομοίων γεννᾶσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ τὰ ἀνόμοια διενεχθήσεται πρὸς ἄλληλα κατ' οὐσίαν· ἐνδεχόμενον δὲ ἦν, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον ἐκ τοῦ Πατρὸς κατὰ ἀλήθειαν γεννηθέντα, εἶναι αὐτῷ κατ' οὐσίαν ἀνόμοιον· ἀλλὰ πάντα ἀδύνατα καὶ τῆς ὑποθέσεως αὐτῶν ἄξια. Ἐταράχθησαν, ἔσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων, καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη· ταῦτα εὐκαίρως ὑμῖν ἐπάδεται παρ' ἡμῶν, τῆς θείας δυνάμεως ἐπιδεικνύσης

Sero tandem et inviti nobiscum agnoscitis partum esse et eum qui producit aliquid ad esse, et eum pariter qui ad taliter esse tantum. Si autem qui est ex substantia, eum solum dicitis esse causam existentiae et non talis existentiae, physicae nempe differentiae geniti, cum ex cono pinus generetur, vel ex voluntate et non ex substantia conii ad hanc talem existentiam generatur, vel ex ipsa substantia conii generatur, et est simpliciter existens, non autem pinus aut aliud quid speciale: nisi et alii genitori secundum voluntatem gignenti subiciatur in quamdam generationem. Quibus quid stolidius?

Cap. XXVII. Si genitus est Deus Verbum proprie et secundum veritatem ex Patre illique est similis secundum substantiam; et si idem genitus est ex matre proprie et secundum veritatem, ipsaque est dissimilis secundum substantiam, nihil interest a similibus aut a dissimilibus gigni. Si autem ita est, nec dissimilia a se invicem different secundum substantiam; et admittendum erat Deum Verbum, a Patre genitum secundum veritatem, esse ipsi dissimilem secundum veritatem, esse ipsi dissimilem secundum substantiam. Sed haec omnia impossibilia et eorum suppositione digna. Turbati sunt, commoti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum absorpta est. Iure enim contra vos haec a nobis canuntur, divina demonstrante vir-

*1693 καὶ εἰς ὑμᾶς τὸ δραστήριον τῆς πάλαι ἐπιτιμίας τῶν * καθ' ὑμᾶς τὴν θεομάχον πρόθεσιν ἀραμένων καὶ τὴν ἐν Βαβυλῶνι πυργοποιίαν συστησαμένων· « Δεῦτε γάρ, φησὶ καὶ τότε περὶ ἐκείνων, καταβάντες συγγέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας ». Ἐντεῦθεν οὖν ὄντως καὶ ὑμῖν οἱ νυνὶ πεφυρμένοι τε καὶ σκινδαλμοὶ καὶ ἐπάλληλοι βραβυλογοίαι εἰσὶ τῆς ἀσεβείας τὴν αἰσχύνην ἐπικρύπτειν μηχανώμεναι. Πρώτιστα μὲν οὖν γινώμεν, ἢ ἐξ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων γέννησις, πῶς λέγεται ὑμῖν; τῆς ὁμοιότητος, ἢ ἀνομοιότητος; πρὸς τὰ τικτοντα τῶν τικτομένων, πῶς νοουμένης; οὐ γὰρ δὴ τὸ μὴ ὑποστάν καὶ εἶναι λεγόμενον, ἐξ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων γέννησιν ἔχειν λεχθήσεται· μεταγενεστέρα γὰρ τῆς γεννήσεως αὐτοῖς ἢ ὁμοιότης ἢ ἀνομοιότης πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον. Ἀφείσθω δὴ ὁμῶς ὑμῖν τοῦτο· ἴσως γὰρ ἐκ τοῦ τέλους ταῦτα διεγνωκότες εἰρήκατε. Τί δὲ οὖν; ἀδύνατον τὸν κατὰ διαφόρους γεννήσεις γεννηθέντα, καὶ ἐκ διαφόρων τὴν φύσιν γεννητόρων, διάφορον ὄντα ταῖς φύσεσι, καὶ ἀληθῶς, καθ' ἑκατέραν τεχθῆναι γέννησιν; καὶ τοῦ μὲν τῶν τεκόντων ὅμοιον κατὰ τι τῶν αὐτοῦ, τοῦ δὲ ἀνόμοιον δεῖκνυσθαι, διὰ τὸ διάφορον τῶν τούτου γεννήσεων καὶ τῶν γεγεννημένων τοῦδε οὐσιῶν; Ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἡμῖν, ὅτι καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ κατὰ πᾶν γένος καὶ εἶδος

*1694 tute et in vos vim * antiquae condemnationis eorum qui secundum vos in Deum pugnandi propositum susceperant et in Babylone turris aedificationem constituerant. Dixit enim etiam tum de ipsis: *Venite, descendentes confundamus linguas eorum.*¹ Inde igitur reipsa et vobis nunc sunt et confusae subtilitates, et verborum implicitae suturae ad impietatis infamiam tegendam structae. Ante omnia ergo sciamus generatio ex similibus aut dissimilibus quomodo a vobis dicatur; similitudinem aut dissimilitudinem genitorum relative ad gignentes quomodo intelligatis. Non enim quod non est subsistens et esse dicitur, ex similibus aut dissimilibus generationem habere dicitur. Posterior est enim generatione eorum similitudo vel dissimilitudo, iuxta proprium loquendi modum. Concedatur tamen hoc vobis. Forte enim a fine haec scientes dixistis. Quid ergo impossibile est eum qui secundum differentes generationes genitus est, et ex genitoribus natura differentibus, differentem ipsum naturis, vere quoque secundum utramque generationem genitum fuisse; et hinc genitoribus suis similem secundum quid, inde autem dissimilem demonstrari, propter differentiam suarum generationum et substantiarum suorum genitorum? Monstratum enim a nobis fuit etiam a principio et ex eadem substantia non differente secundum totum genus et formam et nu-

¹ Gen. XI, 7.

descende hinc. Ecce Anna uxor tua in utero concipiet ». Et descendit Ioachim, et vocavit pastores suos, dicens: « Afferte mihi huc decem agnas puras immaculatas et erunt Domini Dei mei. Et adducite mihi duodecim vitulos mundos, et erunt sacerdotum et cleri, seu senilis ordinis (gerusiae): et adferte mihi centum hircos, et erunt centum hirci totius populi ». Et ecce Ioachim venit cum gregibus suis, et stabat Anna in porta, viditque Ioachim venientem et accurrens appensa * est de collo eius, dicens: « Nunc cognosco, quod Dominus Deus *77
benedixit mihi vehementer. Ecce enim quae vidua eram, amplius vidua non sum: et quae eram sterilis, in utero habebō ». Et requievit Ioachim in domo sua prima die.

V. Crastino autem obtulit sua dona dicens in seipso: « Si Dominus Deus benedixerit mihi, lamina sacerdotis hoc faciet mihi manifestum ». Et obtulit dona sua Ioachim et attendit laminae [seu ephod aut rationali] * sacerdotis, cum est admissus ad altare Domini, et non vidit peccatum in se ipso. Et dixit Ioachim: « Nunc novi *78

ἀμαρτηματά μου. Καὶ κατέβη ἐκ ναοῦ κυρίου δεδικαιωμένος, καὶ ἀπῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

*79 Ἐπληρώθησαν δὲ οἱ μῆνες αὐτῆς· ἐν δὲ τῷ ἐνάτῳ μηνὶ ἐγέννησεν Ἄννα. Καὶ εἶπεν τῇ μαίᾳ· Τί ἐγέννησα; Ἡ δὲ εἶπεν· Θῆλυ. Καὶ εἶπεν Ἄννα· Ἐμεγαλύνθη ἡ ψυχὴ μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ καὶ ἀνέκλινεν αὐτήν. Πληρωθεισῶν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀπεσμήξατο * Ἄννα, καὶ ἔδωκεν μασθὸν τῇ παιδί, καὶ ἐπώνομασε τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαριάμ.

*80 VI. Ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡμέρᾳ ἐκραταιοῦτο ἡ παῖς· γενομένης δὲ αὐτῆς ἕξαμηνιαίου ἔστησεν ἡ μήτηρ αὐτῆς χαμαί, τοῦ διαπειράσαι εἰ ἴσταται. Καὶ ἐπτά βήματα περιπατήσασα ἦλθεν εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς. Καὶ ἀνήρπασεν αὐτὴν λέγουσα· Ζῆ κύριος ὁ θεός μου, οὐ μὴ περιπατήσης ἐν τῇ γῆ ταύτῃ, ἕως ἂν ἀπάξω σε ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. Καὶ ἐποίησεν ἄγιασμα ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῆς, καὶ πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον οὐκ εἶα * διέρχεσθαι δι' αὐτῆς· καὶ ἐκάλεσε τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ διεπλάνων αὐτήν.

Ἐγένετο δὲ πρῶτος ἐνιαυτὸς τῇ παιδί, καὶ ἐποίησεν Ἰωακείμ δοχὴν μεγάλην, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς γραμματεῖς καὶ τὴν γερουσίαν καὶ πάντα τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ προσήνεγκεν Ἰωακείμ τὴν παῖδα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες· Ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, εὐλόγησον τὴν παῖδα ταύτην καὶ δὸς αὐτῇ ὄνομα ὀνομαστὸν αἰώνιον ἐν πάσαις

quod Deus est propitiatus mihi et remisit mihi omnia peccata mea ». Et descendit a domo Domini iustificatus, et venit in domum suam.

*79 Concepit itaque Anna, et completi sunt illi menses sex. Mense autem nono peperit Anna et dixit obstetrici: « Quid peperit? » Ipsa autem dixit, foeminam. Et dixit Anna: « Magnificata est anima mea in hora ista » et reclinavit eam. Impletis autem diebus, * mundata est Anna, et dabat ubera natae, et nominavit nomen eius Mariam.

*80 VI. De die autem in diem roborabatur puella. Cum vero facta est sex mensium, deposuit eam mater eius humi, ut experiretur illam, si erecta staret. Et septem gressus fecit ambulando, et venit in sinum matris suae. Et dixit Anna: « Vivit Dominus Deus meus, quia non ambulabis super terram, donec te obtulero in templum Domini ». Et fecit sanctificationem in cubili suo; et quidquid est coinquinatum, satagebat * ab ea segregare propter illam, et vocavit filias Hebraeorum immaculatas, et oblectabant eam. Factusque est puellae primus annus; fecitque magnum convivium Ioachim, et vocavit sacerdotum principes et scribas et totum senatum et omnem populum Israël. Et obtulit puellam ipsis sacerdotum principibus, et benedixerunt illi, dicentes: « Deus Patrum nostrorum benedic huic puellae, et da illi nomen celebratum aeternum in omnibus generationibus ». Et dixit

ταῖς γενεαῖς. * Καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο, ἀμήν. Καὶ προσή- *81
νεγκεν αὐτὴν τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες· Ὁ θεὸς τῶν
ὕψωμάτων, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν παῖδα ταύτην καὶ εὐλόγησον αὐτὴν ἐσχάτην
εὐλογίαν, ἣτις διαδοχὴν οὐκ ἔχει. Καὶ ἀνήρπασεν αὐτὴν ἡ μήτηρ αὐτῆς ἐν
τῷ ἁγιάσματι τοῦ κοιτῶνος αὐτῆς, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ μασθόν. Καὶ ἐποίησεν
Ἄννα ἄσμα κυρίῳ τῷ θεῷ λέγουσα·

Ἄσω ὠδὴν κυρίῳ τῷ θεῷ μου, ὅτι ἐπεσκέψατό με καὶ ἀφείλατο ἀπ’
ἐμοῦ τὸ ὄνειδος τῶν ἐχθρῶν μου· καὶ ἔδωκέν μοι κύριος καρπὸν δικαιοσύνης
αὐτοῦ, μονοουσίον πολυπλάσιον ἐνώπιον αὐτοῦ.

* Τίς ἀναγγελεῖ τοῖς υἱοῖς Ἰουβὶμ ὅτι Ἄννα θηλάζει; ἀκούσατε, ἀκού- *82
σατε, αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι Ἄννα θηλάζει.

Καὶ ἀνέπαυσεν αὐτὴν ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ ἁγιάσματος αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθεν
καὶ διηκόνει αὐτοῖς. Τελεσθέντος δὲ τοῦ δείπνου κατέβησαν εὐφραϊνόμενοι
καὶ δοξάζοντες τὸν θεὸν Ἰσραὴλ.

VII. Τῇ δὲ παιδί προσετίθεντο οἱ μῆνες αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ διετής ἡ
παῖς, καὶ εἶπεν * Ἰωακείμ τῇ Ἄννα· Ἀνάξωμεν αὐτὴν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, *83
ὅπως ἀποδώμεν τὴν ἐπαγγελίαν ἣν ἐπηγγειλάμεθα, μήπως ἀποστείλῃ ὁ δε-
σπότης ἐφ’ ἡμᾶς καὶ ἀπρόσδεκτον γένηται τὸ δῶρον ἡμῶν. Καὶ εἶπεν Ἄννα·
Ἀναμείνωμεν τὸ τρίτον ἔτος, ὅπως μὴ ζητήσῃ ἡ παῖς πατέρα ἢ μητέρα.
Καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· Ἀναμείνωμεν. Καὶ ἐγένετο τριετής ἡ παῖς, καὶ εἶπεν

* totus populus: Fiat, fiat, Amen. Et obtulit [Ioachim] illam sacerdo- *81
tibus, et benedixerunt eam dicentes: « Deus altitudinum respice
super hanc puellam, et benedic illi benedictione, quae intermissionem
non habeat ». Arripuit eam mater sua, et dedit illi uber, et fecit Anna
canticum Domino Deo dicens: « Cantabo laudem Domino Deo meo,
quia visitavit me, et abstulit a me opprobrium inimicorum meorum.
Et dedit mihi Dominus Deus fructum iustitiae multiplicem in con-
spectu suo. Quis annuntiabit * filiis Ruben quod Anna lactet? *82
Audite, audite, duodecim tribus Israël, quia Anna lactat ». Et re-
clinavit eam in loco sanctificationis suae, et exivit, et ministrabat
ipsis. Completo autem convivio discesserunt laetabundi glorificantes
Deum Israël.

VII. Puellae autem apponebantur menses eius. Facta autem
biennis puella, dixit Ioachim * Annae uxori suae: « Introducamus *83
eam in templum Dei, ut reddamus votum nostrum, quod promisi-
mus, ne avertat a nobis faciem suam Dominus et inacceptum fiat
domum nostrum succenseatve in nos ». Et dixit Anna: « Exspectemus
tertium annum, ne forsitan requirat puella Patrem et Matrem ». Et
dixit Ioachim: « Exspectemus ». Et facta est triennis puella, et dixit
Ioachim: « Vocate puellas Ebraeorum immaculatas, et accipiant sin-

*84 Ἰωακείμ· Καλέσατε τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔστωσαν καιόμεναι, ἵνα μὴ στραφῆ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω καὶ αἰχμαλωτισθῆ * ἡ καρδία αὐτῆς ἐκ ναοῦ κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως ἕως ἀνέβησαν ἐν τῷ ναῷ κυρίου. Καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ φιλήσας εὐλόγησεν αὐτὴν καὶ εἶπεν· Ἐμεγάλυνεν κύριος τὸ ὄνομά σου ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς· ἐπὶ σοὶ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν φανερώσει κύριος τὸ λύτρον αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ. Καὶ ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τρίτου βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐπέβαλεν κύριος ὁ θεὸς χάριν ἐπ' αὐτὴν, καὶ κατεχόρευσε τὸς ποῖς αὐτῆς, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ.

*85 VIII. Καὶ κατέβησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς θαυμάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν δεσπότην θεόν, ὅτι οὐκ ἐπεστράφη ἡ παῖς πρὸς * αὐτούς. Ἦν δὲ Μαριάμ ἐν τῷ ναῷ κυρίου ὡς περιστερὰ νεμομένη, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου.

*84 gillatim lampades, et sint accensae, ne convertatur puella in posteriora et abducatur * mens eius ex templo Dei». Et fecerunt sic, donec ingressae sunt templum. Et recepit eam Princeps Sacerdotum, et osculatus est eam, et dixit: «Maria, magnificavit Dominus nomen tuum in cunctis generationibus: et in ultimis diebus manifestabit in te Dominus pretium redemptionis suae filiis Israël». Et constituit illam super tertium gradum altaris, et immisit Dominus Deus gratiam super ipsam, exultabatque subsiliendo pedibus suis: et dilexit eam tota domus Israël.

*85 VIII. Et descenderunt Parentes eius admirantes et laudantes Deum, quia non est * conversa puella erga illos. Erat autem Maria instar columbae educata in templo Domini, et accipiebat cibum de manu Angeli.

EXPLICIT

ENCHIRIDION MARIANUM

BIBLICUM PATRISTICUM

AD MAIOREM GLORIAM

DEI ET DOMINI NOSTRI

IESU CHRISTI

AD LAUDEM

MATRIS EIUS SEMPER VIRGINIS

MARIAE

κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. Εἰ οὖν αὐτὴ ἡ σοφία ἐν τῇ νηδύϊ τῆς ἀγίας καὶ ἀειπαρθένου, ἑαυτῇ τὸ ἄχραντον καὶ ἅγιον σῶμα διὰ τοῦ Πνεύματος ὠκοδόμησεν, πῶς νῦν λέγεται σοφίας πληροῦσθαι καὶ χάριτος;

S. MAXIMUS Confessor (ca 580 † 662)

SCHOLIA IN LIB. « DE COELESTI HIERARCHIA » PSEUDO-DYONISII AREOPAGITAE

PG
4, 57

In cap. IV. - § IV. « Γαβριήλ ». Σημειῶσαι, ὅτι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως πρῶτοι μουῦνται ἄγγελοι, ὡς δηλοῖ τὰ κατὰ τὸν θειότατον Γαβριήλ, μαθόντα τὰ περὶ τοῦ ἀγίου Ἰωάννου· εὐαγγελιστάμενον δὲ καὶ τῇ Παρθένῳ, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἀγίου συλλήψεται σαρκούμενον τὸν Θεὸν Λόγον. **1763**

« Ἀνδρικῆς ». Ἀνδρικὴ θεωργία ἢ Χριστοῦ ἐνανθρώπησις, καθ' ἣν Θεὸς ὢν ἐν σαρκὶ τὰ θεῖα εἰργάζετο. Σκόπει δέ, πῶς, εἰπὼν ἐνταῦθα τὸν Ἰησοῦν « ἀνδρικὴν θεωργίαν », καὶ διὰ μὲν τοῦ λέγειν « ἀνδρικὴν », δηλῶν, ὅτι τέλειος ἄνθρωπος γέγονε· διὰ δὲ τοῦ « θεωργίαν », ὅτι Θεὸς καὶ ἔστι ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς τὰς θεοσημείας ἐργασάμενος, μετὰ βραχὺ λέγει, ὅτι « ἀμετάβλητος »· ἔμεινε γὰρ καὶ ὁ ἦν ἀεὶ. Κἀκεῖνο δὲ πάλιν ὄρα, πῶς φησιν ἐν τῇ ἀγίᾳ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ γενέσθαι τῆς ἀβρόβητου θεοπλαστίας τὸ θεαρχικὸν μυστήριον. **1764**

a Deo sapientia,¹ iuxta beatum Paulum. Siquidem ergo ipso Sapientia, in sanctae ac semper Virginis utero, incontaminatum ac sanctum corpus, per Spiritum sanctum sibi aedificavit; quomodo nunc dicitur repleti sapientia atque gratia?

PG
4, 58

In cap. IV. - § IV.² *Gabriel*. Nota, primos angelis doceri incarnationem, sicut declarant divini Gabrielis acta, qui dicit ea quae sanctum Ioannem (Baptistam) spectabant, annuntiavit autem etiam Virgini, quod ex Spiritu sancto conciperet incarnatum Deum Verbum. **1763**

PG
4, 58

Humanae. Humana divina operatio aut Christi cum hominibus conversatio, in qua Deus existens, divina in carne operabatur. Considera autem quomodo, postquam dixerit hoc loco Iesum, *humanam Dei operationem*: et quidem dicendo *humanam* declarat quod perfectus homo fuerit; per vocem vero *Dei operationem*, quod sit Deus, et homo, idem ipse deitatis signa operatus; paulo post dicat, quod *immutabilis*; mansit enim semper etiam quod erat; illudque rursus vide, quomodo dicat in sancta Deipara Maria fuisse ineffabilis Dei effitionis sacramentum, quod a Deo principium ducit. **1764**

¹ I Cor. I, 30.

² Vide locum, Maximo attributum, sub titulo « Incertus Auctor ».

SCHOLIA IN EPISTOLAS

- 1765 In Ep. IV. [...] « Ὑπὲρ ἀνθρώπους ». Ὑπὲρ ἀνθρώπους μὲν διὰ τὸ ἐκ παρ- PG
θένου· κατ' ἀνθρώπους δὲ διὰ τὸν ἐν μήτρᾳ χρόνον, ἢ ὡς τοὺς νόμους τῆς 4, 532
κυήσεως. Ἐκ τῆς ἀνθρώπων δὲ οὐσίας, ὅτι, ὡς αὐτὸς ὁ ἅγιος Πατὴρ ἔφη,
ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ.
- 1766 [...] « Καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ». Ἀνθρώπου μὲν τὸ ἐκ γυναικός· ὑπὲρ ἄνθρωπον PG
δέ, τὸ ἐκ παρθένου. Σημεῖωσαι δέ, ὅτι γήϊνον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ 4, 533
οὐχὶ οὐράνιον, ὡς τινες φήθησαν.
- 1767 [...] Εἰ γὰρ καταφάσκομεν Χριστοῦ, λέγοντες ἄνθρωπον εἶναι, καὶ ἐκ PG
παρθένου μητρὸς κατ' οὐσίαν ἡμῶν, ἀλλὰ κεκρυμμένην ἔχει καὶ ὑπὲρ νοῦν 4, 533
τὴν τῆς ἀποφάσεως δύναμιν. Ἐρεῖ γὰρ ὁ ἀκούων, οὐκ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ ἐκ
παρθένου, ἀλλ' ὑπὲρ ἄνθρωπον, εἰ καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἄνθρωπος.
- 1768 [...] Σημεῖωσαι δὲ τὴν ὑπερφυῖ καὶ ἄφραστον τοῦ Κυρίου ἔνωσιν, ὅτι PG
οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα ἔδρασεν, (ἦν γὰρ ἄνθρωπος) οὔτε κατὰ ἄνθρωπον τὰ 4, 533
ἀνθρώπινα (ἦν γὰρ καὶ Θεός). Ὅθεν θαυμαστῶς ὁ θεῖος Γρηγόριος ὁ θεολό-
γος φησί, κίρναμένων ὡσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων καὶ
περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυῖας. Πῶς δὲ οὐ κατὰ Θεὸν
τὰ θεῖα ἔργα πεποίηκε, δηλοῖ τὸ σωματικῶς ποσὶν ἐπὶ θαλάσσης βαδίσαι.
-
- 1765 In Ep. IV. [...] *Supra homines*. *Supra homines* quidem, quia ex PG
Virgine; secundum homines vero, propter tempus in utero, nempe 4, 531
secundum conceptionis leges expletum. Ex humana vero substantia,
quoniam, ut idem sanctus Pater dicebat, ex virgineis sanguinibus
sanctum Christi corpus constabat.
- 1766 [...] *Et supra hominem*. *Hominis* quidem, quod sit ex muliere; PG
supra hominem vero, quod ex Virgine. Nota autem Christi corpus 4, 534
terrenum exsistere, non autem coeleste, ut quidam existimarunt.
- 1767 [...] *Etsi enim Christum affirmemus, dum esse hominem dicimus,* PG
et ex Virgine matre secundum substantiam nostram, tamen occul- 4, 534
tam quoque habet, eamque mente sublimiorem negationis vim.
Quisquis enim hoc audit, dicet, ipsum non simplicem esse hominem,
cum ex Virgine natus sit, sed homine sublimiorem, etiamsi caetera
sit homo.
- 1768 [...] *Adverte autem admirabilem et inexplicabilem Domini unio-* PG
nem; quoniam non ut Deus divina gessit (erat enim homo), nec ut 4, 534
homo humana (erat enim Deus). Unde mirabiliter divus Gregorius
Theologus ait, naturis quodammodo permixtis, denominationes quo-
que propter mutuas circuminsessiones cognatas esse (seu commu-
nes). Quomodo vero non ut Deus divina opera patrarit, declarat id,
quod corporeis pedibus supra mare ambularit; Dei enim est aquam

Θεοῦ μὲν γὰρ τὸ συμπιλῆσαι ὕδωρ· οὐ Θεοῦ δὲ τὸ σαρκικοῖς ποσὶ περιπατῆσαι. Οὐδὲ θεότητος σὰρξ ποδῶν καὶ ὅστ᾽ Θεοῦ πάλιν παρθένον τὸ κύειν ποιῆσαι· ἀλλ' οὐ θεότητος τὸ διαμεμορφῶσθαι ὕψει καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρωπίνους μέλεσιν. Οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ αὐτά· οὐ γὰρ κατὰ ἄνθρωπον τὰ ἀνθρώπων ἐποίησεν· ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἦν ἐκ τῆς Παρθένου, ἀλλ' οὐ κατὰ ἄνθρωπον τοῦτο· ποῖος γὰρ ἄνθρωπος ἐκ παρθένου; Πάλιν τὸ ποσὶ βαδίζειν ἀνθρώπου ἐστὶ· τὸ δὲ ἐπὶ ὕδατος, οὐκ ἀνθρώπου· ποῖος γὰρ ἄνθρωπος τοῦτο πεποίηκε;

EXPOSITIO ORATIONIS DOMINICAE

PG
90, 880

[...] Καθαρὰν δὲ τοῦ νόμου τῆς ἀμαρτίας τὴν φύσιν καθίστησιν, ἡδονὴν προκαθηγεῖσθαι τῆς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ μὴ συγχωρήσας σαρκώσεως· ἄσπορος γὰρ γέγονε παραδόξως ἢ σύλληψις, καὶ ἄφθορος ὑπὲρ φύσιν ἢ γέννησις· ἐπισφίγγοντος δηλαδὴ τοῦ τεχθέντος Θεοῦ τῇ μητρὶ, πλέον τῆς φύσεως, τὰ δεσμὰ τῆς παρθενίας διὰ γεννήσεως· καὶ τὴν φύσιν ἄπασαν, τῆς τοῦ κρατήσαντος νόμου δυναστείας, ἐν τοῖς βουλομένοις ἐλευθεροῦντος τῇ κατ' αἴσθησιν νεκρώσει τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν, τὸν αὐτοῦ μιμουμένους ἀθλαίρετον θάνατον. Βουλομένων γάρ, οὐ τυραννουμένων τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον.

1769

consolidare, non Dei autem corporeis pedibus ambulare. Neque caro pedum et ossa divinitatis sunt. Rursum item Dei est efficere, ut Virgo pariat; facie autem caeterisque membris humanis efformari, non est divinitatis. Sic etiam e diverso vicissim haec eadem se habent; non enim qua homo gessit ea quae hominum sunt, siquidem homo erat ex Virgine; sed hoc non est secundum hominis conditionem. Qualis enim homo natus ex Virgine? Rursus pedibus incedere est hominis; at supra aquam, non est hominis; qualis enim homo hoc fecit?

PG
90, 879

[...] Mundam vero a peccati lege praestat naturam, ea scilicet ratione, quod susceptioni carnis, quam nostri causa iniit, libidinem praeire non permisit. Fuit enim nova et insolita ratione seminis expers conceptio, supraque naturam incorrupta nativitas ac partus editio; nempe, ipso qui natus sit, Deo, puerperae matri virginitatis vincula astringente supra ipsum naturae modum, nativitate sua; omnemque naturam, in iis qui velint, a legis dominantis liberante potentia; qui nimirum sensu, mortificatione membrorum quae sunt super terram,¹ quam ille sponte mortem suscepit, imitantur. Eorum enim qui voluntate in animum inducunt, non quibus vis inferatur, est salutis mysterium.

1769

¹ Coloss. III, 5.

OPUSCULA THEOLOGICA

- 1770 Ad Georgium. [...] Φάσκων, ὡς οὐκ ἄλλο τι κατὰ * φύσιν ὑπάρχει τὸ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρώπινον, καὶ ἄλλο τὸ καθ' ἡμᾶς· ἀλλὰ ταυτὸν τῆ οὐσία καὶ ἀπαράλλακτον, εἶπερ ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐλήφθη, κατὰ τὴν ἐκ τῶν παρθενικῶν τῆς πανάγου καὶ Θεομήτορος ἀχράντων αἱμάτων ἀβρότητον πρόσληψιν· οἷς δίκην σπορᾶς ἐνωθεὶς ὁ Λόγος, γέγονε σάρξ, μὴ ἐκστάς τοῦ εἶναι κατ' οὐσίαν Θεός· καὶ τέλειος καθ' ἡμᾶς ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος, πλὴν μόνης τῆς ἀμαρτίας· δι' ἣν ἡμεῖς μὲν πολλάκις στασιάζομεν, καὶ ἀντιπαλαίομεν τῷ Θεῷ κατὰ τὴν θέλησιν, ὡς ἐφ' ἑκάτερα τὴν ταύτης κεκτημένοι βροτῆν. PG
91, 57
*60
- 1771 Ad Marinum Presbyterum. [...] Μονονουχὶ συμφθεγγόμενος τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, γράφοντι τάδε κατ' Ἀπολιναρίου τοῦ δισσεβοῦς· «Ἐγενήθη ἐκ γυναικός, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφήν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἐν εἰκόνι καινότητος· ἡ γὰρ θέλησις θεότητος μόνη, ἐπειδὴ καὶ φύσις ὅλη θεότητος». Ἐπειδὴ γὰρ τῆς δι' ἡμᾶς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου γεννήσεως ὑπὲρ ἡμᾶς ἡ πρόοδος γέγονεν· οὐ γὰρ σαρκὸς ἐμπαθῆς προηγῆσατο θέλησις ἢ λογισμός, ὡς ἐφ' ἡμῶν ὁράται, διὰ τὴν ἐξ ἀπάτης τοῦ γένους κατακρα- PG
91, 240

- 1770 Ad Georgium [...] Aio itaque, non aliam esse natura, quam Salvator humanitatem induit, quam qua nos homines sumus; sed eandem secundum essentiam ac per omnia similem; quippe ex eadem nostra substantia, per arcanam nullisque verbis explicabilem ex castissimae Virginis Deique Matris purissimis sanguinibus assumptionem: quibus Verbum instar seminis unitum, cum Deus esse secundum essentiam non destiterit, caro factum est, atque homo perfectus nostri similis, uno dumtaxat excepto peccato, exstitit; propter quod nos non raro dissidemus, ac voluntate Deo adversamur, ut qui in utramque partem propensa eius momenta nacti simus. PG
91, 59
- 1771 Ad Marinum Presbyterum. [...] Magnus Athanasius, adversus impium Apollinarium isthaec scribit: «Natus est ex muliere,¹ ex prima plasmatione hominis sibi formam excitans, in ostensione carnis absque carnalibus voluntatibus et humanis cogitationibus, in imagine novitatis. Voluntas enim sola divinitatis est, quia natura tota est divinitatis». Nam quia Verbi propter nos carnalis nativitatis progressio superiori nobis ratione exstitit (non enim libidinosa carnis voluntas aut cogitatio praecessit, uti in nobis conspicitur, ob voluptatem scilicet ac libidinem, quae ex seductione, naturae domi- PG
91, 239

¹ Galat. IV, 4.

τοῦσαν ἡδονήν, ἀλλὰ θέλησις θεότητος μόνη δι' Υἱοῦ αὐτουργοῦντος, ὡς ἔφην, τὴν οἰκείαν σωμάτως κατ' εὐδοκίαν Πατρός, καὶ συνέργειαν τοῦ παναγίου Πνεύματος, καινοτομοῦντος ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἐπεισυχθέντα τῇ φύσει τῆς γεννήσεως τρόπον, καὶ ἀσπύτως τὴν ἑαυτοῦ ποιουμένου σύλληψιν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας· τοῦτον δὲ τὸν ἄρρητον αὐτοῦ τῆς γεννήσεως σκοπήσαντες λόγον, ἐκεῖνος μὲν, « θέλησιν μόνην ἐπ' αὐτοῦ θεότητος » εἶπεν, οὗτος δέ, « θέλημα ἐν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ προδήλως, φησὶν, ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἢ ἡμετέρα φύσις, καὶ οὐχ ἁμαρτία· δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων », ὡς ὁ θεὸς φησὶν Ἀθανάσιος· οὐ μὲν γε τὸ μὴ καὶ ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν μετὰ τοῦ εἶναι φύσει Θεὸν οὐκ ἔχειν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικόν, ὡσπερ οὖν καὶ θεὸν καὶ πατρικόν.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς ἐξῆς ὑπαινίττεται, φάσκων· « Χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας, καὶ χωρὶς μολυσμοῦ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγέννηται ». *241 Τὴν δέ γε θείαν Γραφὴν ἐπαινετῶς τε καὶ ψεκτῶς παράγει τῆς σαρκὸς * μνημονεύουσαν, οὐχ ἑτέραν, μὴ γένοιτο, τῇ τε φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑποβάλλων νοεῖν, ὅς γε ταύτην ἠπίστατο προσληφθεῖσαν ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ἡγουν τῶν τῆς ὁμοφυοῦς ἡμῶν Ἀει-

natur; sed sola deitatis voluntas per Filium ipsum, uti dicebam, propensa Patris voluntate et Spiritus sancti cooperatione, sibi auctorem assumpti corporis, in seipso ac per seipsum, eum, qui naturae inoleverat, nativitatis modum, innovantem, suamque absque semine ex sancta Dei Genitrice semperque virgine Maria conceptionem praestantem): hanc scilicet arcanæ nullaque vi verborum explicabilis nativitatis rationem considerantes; ille quidem: « Voluntatem solam deitatis in eo » dixit; hic vero, « Voluntatem unam Domini nostri Iesu Christi. Quia profecto, inquit, a divinitate assumpta est natura nostra, non culpa: absque scilicet carnalibus voluntatibus ac humanis cogitationibus », ut D. Athanasius ait, non autem etiam, qua homo erat idem ipse qui et Deus natura exsistebat, non habere humanam et naturalem voluntatem, uti sane etiam divinam paternamque.

Idipsum autem etiam in sequentibus innuit, dicens: « Sine peccato conceptus est de Spiritu sancto, et sancta intemerata semperque Virgine Dei Genitrice Maria; et sine contagione ex ea secundum carnem natus est ». Divinam porro Scripturam in laudis partem ac vituperationis * carnis meminisse profert, non ut aliam natura ac substantia Domini carnem, quam nostram, intelligendam esse admoneat; absit! quippe qui hanc ex nostra assumptam substantia noverat, id est, ex sanctissimo utero eiusdem nobiscum naturae per-

παρθένου καὶ Θεομήτορος παναγίων σπλάγγων, ἀλλ' ἐτέραν τῇ ἀμαρτησίᾳ, καὶ τοῦ μηδαμῶς ἀντιταττόμενον ἔχειν, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς μέλεσι τὸν ἐκ παραδόσεως νόμον τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. « Οὐ γὰρ προσελήφθη, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡ κατεφθαρμένη ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας σάρξ, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ νόμῳ τοῦ νοῦς αὐτοῦ ».

EPISTOLAE

- 1772 Epistola XII. [...] Ὁσαύτως δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνὸς Χριστοῦ τὰς δύο γεννήσεις φαμέν, τὴν τε ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων, καὶ τὴν δι' ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένην· τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως τὰ τε θαύματα καὶ τὰ πάθη δοξάζομεν. Ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἁγίαν πανένδοξον Παρθένον κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον· ὡς οὐχί τινος ἀνθρώπου ψιλοῦ, καὶ ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ δίχα τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἐνώσεως προδιαπλασθέντος, καὶ ἐκ προκοπῆς ἔργων καὶ ἐκ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀκρότητος θεωθέντος γεγεννημένην μητέρα· ἀλλ' ὡς αὐτοῦ ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ ἐνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἐξ αὐτῆς κατὰ σύλληψιν ἀβρόητον σαρκωθέντος, καὶ τελειῶς ἐνανθρωπήσαντος. PG
91, 504
- 1773 [...] Ἀηδῆς γὰρ ὄντως ὑπάρχει καὶ δυσωδίας μεστός, καὶ πάσης χάριτος ἔρημος, πᾶς λόγος, μὴ σώζεσθαι πρεσβεῶν κατὰ φύσιν ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ τὰ ἐξ ὧν Χριστὸς μετὰ τὴν ἄφραστον ἔνωσιν· ἀλλ' οἷον ἀρνούμενος τὴν ὄλην PG
91, 512

petuae Virginis ac Deiparae; sed aliam peccandi pronitate, quodque nullatenus, velut nos adversantem legi spiritus, quae ex praevaricatione est, in membris legem haberet. « Non enim assumpta est, inquit, a Salvatore caro a peccato corrupta, quae repugnaret legi mentis eius ».

- 1772 Epistola XII. [...] Duplicem unius eiusdemque Christi nativitatem esse dicimus; alteram ex Deo Patre ante saecula; alteram nostri causa extremis temporibus ex sanctissima Virgine: eiusdem pariter tum miracula sentimus, tum passiones. Sed et sanctissimam gloriosissimamque Virginem proprie ac veritate confitemur Dei Genitricem; quae scilicet non puri cuiusdam hominis, vel quantum ictus oculi est, momentoque ante unionem cum Verbo formati, exque profectu operum ac summa quadam virtute deitate aucti, parens exstiterit; sed ipsius vere Dei Verbi, unius e sancta Trinitate, arcano ex ea conceptu incarnati, ac perfecte facti hominis. PG
91, 503
- 1773 [...] Revera enim insuavis ac fetoris plena, omnique vacua gratia, doctrina omnis, quae non profitetur exstare in uno Christo post unionem nullis verbis explicabilem, atque incolumbia esse, ea, ex quibus est Christus; sed omnem propemodum Dei erga hominem PG
91, 511

τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίαν, καὶ περιτέμων τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ τὸ προσειλημμένον, ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ ἀγίας πανενδόξου Παρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκου, σῶμα λογικὸν ἐμψυχωμένον.

PG
91, 521

Epistola XIII. [...] Μοναδικὴ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπόστασις, ὡς ὄλον, μηδενὶ λόγῳ κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῆς ιδιότητα τοῖς ἄκροις ἐπιμεριζομένη, καθ' ἣν αὐτῶν ἀφορίζεται. Ἄκρα δὲ νῦν λέγω, τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πρὸ τῶν αἰώνων ὁ Χριστὸς γεγέννηται θεϊκῶς· καὶ τὴν ἀγίαν πανένδοξον Παρθένον καὶ Μητέρα, ἐξ ἧς ὁ αὐτὸς ἀνθρωπίνως γεγέννηται δι' ἡμᾶς, τῇ πρὸς ἄμφω τὰ ἄκρα τῶν ἰδίων μερῶν οἰκειότητι, φυλάττουσα τὴν κατ' οὐσίαν ἀμειώτως ταυτότητα· οἷς μέρεσι τὸν τῆς διαφορᾶς ὁ Χριστὸς ἐπιδεχόμενος λόγον, τῆς οἰκείας οὐκ ἐξίσταται μοναδικῆς ὑποστάσεως.

1774

ANASTASIUS Apocrisiarius († 666)

ACTA S. MAXIMI CONFESSORIS

PG
90, 156

XVIII. [...] Μαξ. Δέσποτα, ἐπὶ ἐδοξε τοῦτο γενέσθαι, ἔκθασις γένηται τῶν δοξάντων· καὶ ὅπου βούλεσθε, ἀκολουθῶ ὑμῖν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀνέστησαν

1775

dispensationem negat, et a Verbo ac Deo, quod ex intemerata sanctaque gloriosa Virgine ac vere Dei Genitrice assumptum est corpus, ratione utens atque anima praeditum, amputat.

PG
91, 522

Epistola XIII. [...] Est enim singularis unaque Christi persona, ut totum, nulla ratione penes eam proprietatem, quae eius velut nota propria est ac character, cum extremis divisa, a quibus illa secernitur (extrema vero nunc dico, Deum et Patrem, ex quo ante saecula Christus divinitus natus est, et sanctam gloriosissimam Virginem ac Matrem, ea qua idem propter nos humano itidem partu natus est) partium suarum cum ambobus extremis necessitudine, substantialem indimute identitatem servans: quibus partibus, cum Christus distinctionem admittat, a sua nihil singulari persona excedit.

1774

PG
90, 155

XVIII. [...] Max. Domine, quandoque placuit ut hoc fieret, quae sic visa sunt, exitu compleantur, sequorque quocumque iusseritis. Atque his dictis, surrexerunt omnes cum gaudio et lacrymis,

1775

● PG 90, 397, 400.

■ PG 90, 205, 208, 209, 212, 213, 216, 217, 218, 220, 221, 797, 820, 912, 1181.

● PG 91, 28, 73, 116, 117, 212, 232, 424, 509, 525, 537, 544, 553, 556, 573,

592.

■ PG 91, 1325, 1473, 1476.

● ANASTASIUS Monachus († 662): *Epistola*: PG 90, 133, 134, 135.

● PG 90, 129, 164, 175, 190.

S. MELITO Sardinianus († ante 190)

HOMILIA PASCHALIS

SC
123, 98

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐν παρθένῳ σαρκωθεὶς [...]

23

Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς ὁ ἄφρωνος.

Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς φονευόμενος.

Οὗτός ἐστιν ὁ τεχθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς καλῆς ἀμνάδος.

Ille est qui in Virgine incarnatus est [...]

23

Ille est agnus vocis expers,

ille est agnus iugulatus,

ille est qui natus est ex Maria, agna pulchra.

FRAGMENTA

Ex tractatu *De anima et corpore*SC
123, 236
*238

XIII. Propterea pater misit filium suum e coelo sine corpore, * ut, postquam incarnatus esset in utero virginis et natus esset homo, vivificaret hominem et colligeret membra eius, quae mors dispererat, quum hominem divideret.

24

Ex tractatu *De cruce*SC
123, 238
*240

XIV. Propter haec venit ad nos, propter haec, quum sit incorporeus, corpus ex formatione nostra texuit sibi. Qui * agnus visus est, pastor mansit; qui servus reputatus est, dignitatem filii non denegabit: a Maria portatus et Patre suo indutus.

25

S. IRENAEUS Lugdunensis M. (ca 140 † 202)

ADVERSUS HAERESES

PG
7, 549

Lib. I, cap. X, 1. Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ τὲ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, « τὸν

26

PG
7, 550

Lib. I, cap. X, 1. Ecclesia enim per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, qui

26

● SC 123, 124, 242.

ΑΒΕΡCII (S.) Episcopi (saec. II) inscriptio habet verbum παρθένος. Ex contextu vero videtur illudtribuendum esse Ecclesiae potius quam Mariae. Cf. A. FERRUA, in ENC I, 69-72.

Θεόν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Ἐπεὶ χρυσὸς ἡμῖν καὶ ἄργυρος ἢ μαργαρίται οὐχ ὑπάρχουσιν.

S. VICTORINUS Petovionensis M. (ca †304)

DE FABRICA MUNDI

- 172 [...] Quis itaque lege Dei doctus, quis plenus Spiritu sancto, non respiciat corde, ea die Gabriel * angelum Mariae virgini evangelizasse, qua die draco Evam seduxit; ea die Spiritum sanctum Mariam virginem inundasse, qua lucem fecit. PL
5, 312
*313

S. METHODIUS Ep. M. (†311)

CONVIVIUM DECEM VIRGINUM¹

- 173 Cap. IV. [...] Ἠρμोजε γὰρ τὸ πρωτόγονον τοῦ Θεοῦ καὶ πρῶτον βλάστημα * καὶ μονογενές, τὴν σοφίαν, τῷ πρωτοπλάστῳ καὶ πρώτῳ καὶ πρωτογόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπῳ κερασθεῖσαν ἐνηθροπηθέναι. Τοῦτο γὰρ εἶναι τὸν Χριστόν, ἀνθρωπῶν ἀκράτῳ θεότητι καὶ τελείᾳ πεπληρωμένον, καὶ Θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ κεχωρημένον· ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν πρεσβύτατον τῶν αἰώνων καὶ πρῶτον τῶν ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, εἰς τὸν πρεσβύτατον καὶ πρῶτον τῶν ἀνθρώπων εἰσοικισθῆναι τὸν Ἀδάμ. Ταύτῃ γὰρ ἀναζωγραφῶν τὰ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἀναπλάσσωσιν αὔθις ἐκ PG
18, 65
*68

Christum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Nam aurum aut argentum vel margaritas non me habere scias, nisi Dominum Iesum Christum.

- 173 Cap. IV. [...] Decebat * enim Primogenitum Dei, ac unigenitum germen, id est Sapientiam, primum formato primoque ac primogenito hominum generis homini admistum, hominem fieri. Id enim Christum esse, hominem pura perfectaue deitate plenum, et Deum qui in homine capiatur. Congruentissimum quippe erat antiquissimum aeonum et primum archangelorum cum hominibus versaturum, in antiquissimo primoque hominum inhabitare, id est Adamo. PG
18, 66
*67

■ *Epistola supp. S. Eutychiani Pp.* (saec. III): PL 5, 168, 169 (cf. PLS I, 73).

■ *Epistola supp. S. Caii Pp.* (saec. III): PL 5, 185, 187, 188 (cf. PLS I, 73).

● PG 10, 554. «*Adamantius*» (saec. III exeunte): PG 11, 1717, 1844, 1845. Cf. ALTANER 217. PG 18, 212.

● PL 5, 324. PLS I, 91, 103, 122.

¹ *Sermo de Simeone et Anna* non est Methodii. Cf. BARDENHEWER, I, 220.

Παρθένου καὶ Πνεύματος, τεκταίνεται τὸν αὐτόν· ἐπειδὴ καὶ κατ' ἀρχάς, οὔσης παρθένου γῆς ἔτι καὶ ἀνηρότου, λαβῶν χροῦν, τὸ λογικώτατον ἐπλάσατο ζῶον ἀπ' αὐτῆς ὁ Θεὸς ἄνευ σπορᾶς.

S. PETRUS Episcopus Alexandrinus († 311)

DE DEITATE

PG
18, 509
*512

[...] Ὁ εὐαγγελιστῆς ἀληθεύει λέγων· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν * ἡμῖν »· τότε δὴ τότε, ἀφ' οὗ ὁ ἄγγελος ἠσπάσατο τὴν Παρθένον εἰπών· « Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Τὸ γὰρ « ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », νῦν ἐστὶν ἀκοῦσαι τοῦ Γαβριήλ, ἀντὶ τοῦ· Ὁ Θεὸς Λόγος μετὰ σοῦ. Σημαίνει γὰρ αὐτόν, γενόμενον ἐν μήτρᾳ, καὶ σάρκα γενόμενον, καθὼς γέγραπται· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα· Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος παρὰ τὴν ἀνδρὸς ἀπουσίαν, κατὰ βούλησιν τοῦ πάντα δυναμένου κατεργάσασθαι Θεοῦ, γέγονεν ἐν μήτρᾳ τῆς Παρθένου σὰρξ, μήτε δεηθεὶς τῆς ἀνδρὸς ἐνεργείας ἢ παρουσίας. Ἐνεργέστερον γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἐνεποίησεν ἢ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσασα τῇ Παρθένῳ σὺν τῷ ἐπεληλυθότι ἁγίῳ Πνεύματι.

174

Sic enim eum qui a principio erat, renovans, exque Virgine ac Spiritu ipsum rursus reformans, eundem fabricatur: quandoquidem similiter a principio, terra virgine necdum aratrum passa, accepto inde luto, ex illo Deus ratione praeditum animal sine semine formaverat.

PG
18, 510

*511

[...] Evangelista asserit veritatem dicens: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*.¹ Scilicet ex quo angelus Virginem salutavit, dicens: * *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.² *Dominus* autem *tecum*, dixit Gabriel, pro eo quod est *Deus Verbum tecum*. Demonstrat enim id nasci in vulva et carnem futurum, iuxta quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*.³ [Et porro post alia]: Deus autem Verbum, viro absente, voluntate Dei qui omnia facile operatur, factum est in vulva virginis caro, non egens viri operatione aut praesentia. Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans virgini, superveniente etiam simul Spiritu sancto.

174

¹ Io. I, 14.² Lc. I, 28.³ Lc. I, 35.

ἀναγνώσματος, τὴν λύπην ἀπορρίψωμαι. Βιβλίον δὲ ἤμην χρησάμενος τοῦ μακαρίου Ἠσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων· καὶ ἀναπτύξας τὴν βιβλίον, εὗρισκω δύο λόγους Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς γεγραμμένους· καὶ εὐθέως ἔγνων τοῦτον εἶναι τὸν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὸν ἐχθρόν. Τότε ἀναστὰς ἀπῆλθον, καὶ τὴν βιβλίον ἀπέδωκα τῷ δεδωκότι μοι αὐτήν. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Λάβε σου τὴν βιβλίον, ἀδελφέ· οὐ γὰρ τοσαύτην ἔσχον ὠφέλειαν ἐξ αὐτῆς, ὅσην μοι τὴν ζημίαν προεξένησεν. Κακείου δὲ τὴν ζημίαν ἀνακρίνοντας, τὰ συμβάντα διηγησάμην· καὶ τοῦ ζήλου πλησθεὶς εὐθέως τῆς βιβλίου τοὺς δύο λόγους Νεστορίου ἀπέκοψεν, καὶ πυρὶ παρέδωκεν, εἰπὼν ὅτι· Οὐ μὴ μείνη εἰς τὸ κελλίον μου ὁ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας ἐχθρός.

S. MODESTUS. Hierosolymitanus († 634)

ENCOMIUM

IN DORMITIONEM SS. DOMINAE NOSTRAE DEIPARAE
SEMPERQUE VIRGINIS MARIAE ¹PG
86^{bis},
3277

I. Ἄφατος ἢ πανίερος γυνῶσις τῶν σεπτῶν ἑορτῶν τῆς Θεομήτορος Χριστοῦ· ἐπεὶ καὶ τὸ μυστήριον ὑπερένδοξον, καὶ πάσαις οὐρανίαις δυνάμεσι καὶ βροτοῖς ἀκατάληπτον· καὶ πολυποικίλος ὁ τῆς σοφίας λόγος καὶ ἀπορῆ πρὸς

1701

modi lectionem dolorem una cogitationesque repellerem. Librum autem ipsum acceperam mutuo a beato Isychio presbytero Ierosolymitanae Ecclesiae. Evolvensque librum inveni duos impii Nestorii libros in fine voluminis scriptos, moxque agnovi hunc esse sanctae Dominae nostrae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicum. Tunc surgens abii, librumque illi qui mihi eum accommodaverat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater, neque enim ex eo tantum utilitatis cepi, quantum detrimenti. Cum vero ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorii libros ex volumine praescidit, eosque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominae nostrae sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae inimicus.

PG
86^{bis},
3278

I. Ineffabilis est sacratissima venerandarum Genitricis Christi Dei festivitatum notitia. Nam et gloriosissimum est mysterium, et omnibus coelestibus potestatibus hominibusque incomprehensibile; et

1701

¹ Viri docti disputant de paternitate huius *Encomii*. Utrumque agitur de *Encomio*, composito VII exeunte saeculo vel VIII ineunte. Cf. Bar III, 49; Cay II, 233, 271, 275; Lau 168; EnC VIII, 1199.

ἔπαινον ἐπαξίως τοῦ θαύματος, τοῦ πᾶσαν γνῶσιν νοερᾶς τε καὶ λογικῆς κτίσεως ὑπερβαίνοντα. Καὶ γὰρ ὡς οὔσης θεόθεν * ἡγιασμένης τῆς κυρίως *3280 καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου, τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ἀγιωτέρας καὶ ἐνδοξοτέρας. Καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ὑπεράπειρον ὕψος· τὸ ἀνωκισμένον ὑπερέκεινα πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων· τῇ ἀκαταλήπτῳ δόξῃ τῶν νοημάτων καὶ θεωρημάτων τοῦ περὶ αὐτῆς θείου καὶ ἀπορρήτου μυστηρίου· οἱ ἐν τῇ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἐκκλησίᾳ θεία χάριτι τοῦ παναγίου Πνεύματος προχειρισθέντες διδάσκαλοι· καὶ ὑπ' αὐτοῦ σθενούμενοι· ἀνιπτάμενοι ἐναρέτως, καὶ εὐσεβῶς ἐμφιλοχωρούμενοι κατ' ἐφικτὸν ὥσπερ ἐν πυροῖσπεῦσιν ἄρμασιν ἡλίου· καὶ δι' αὐτῆς ἐκ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῆς Σωτῆρος Χριστοῦ· «Ἐν ᾧ εἰσιν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι», ἐπιτευξασθαι κατηξιώθησαν τοὺς ἱεροὺς λόγους, οὓς ἐξέθεντο οἱ προλεχθέντες θεηγόροι, εἰς ἐκάστην πανίερων τελετῶν τῆς Θεομητόρου, καὶ δορυφορῆσαι εὐσεβέσι λαοῖς, πρὸς πλοῦτον ἀναφαιρετον, καὶ εὐπρεπεστάτην κόσμησιν πνευματικὴν, καὶ ἔνθεον οἰκοδομὴν ὀρθοδόξων Ἐκκλησιῶν, εἰς δόξαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· καὶ περὶ τῆς πανεντίμου κοιμήσεως αὐτῆς, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐ πέφηναν, ἧ καὶ ἐκθέμενοι οὐκ ἔτυχον οἱ μετέπειτα. Διὸ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς θεομητρικῆς κοιμήσεως, πλεῖστοι κεχῆνασιν ὅσοι φιλομαθεῖς, ἤγουν Χριστομαθεῖς, καὶ φιλακροάμονες συνετοὶ τῶν θείων, τὶ ἀπορρήτων

multiformis sapientiae sermo perplexus haesitat ad miraculum pro dignitate laudandum, omnem intellectualis rationalisque creaturae superans * cognitionem. Dei enim quae proprie et vere Mater est, *3279 divinitus est sanctificata, Cherubim et Seraphim sanctior et gloriosior. Et ad tantam quidem altitudinem super omnem immensitatem, et ultra coelestes omnes potestates in incomprehensibili positam gloria spectaculorum et contemplationum divini et ineffabilis de ea mysterii, qui in Christi Dei nostri Ecclesia sancti Spiritus gratia magistri sunt antea constituti, et ab eo roborati, magna sui laude advolarunt; ac veluti in solis curru ignitis equis iuncto pie pro viribus commorantes, tum per eam, tum per Salvatorem qui ex ea prodiit, Christum, *In quo sunt thesauri sapientiae et scientiae absconditi*,¹ digni habiti sunt, qui sacros sermones reperirent, quos in singulis Deiparae venerandis festivitatibus exposuerunt, et in Salvatoris nostri Dei gloriam, pios populos ad numquam amittendas divitias speciosissimumque ornatum spiritualem, et ad divinam orthodoxarum Ecclesiarum aedificationem deducerent. At de veneranda eius dormitione, nescio qui ab iis nihil est proditum, nec eorum posterius de ea quidquam exposuerunt. Propterea in die dormitionis genitricis Dei plurimi aperto ore hiant, quicumque discendi cupidi, seu potius Christianae

¹ Coloss. II, 3.

*3281 μαθεῖν γλιχόμενοι περὶ αὐτῆς· ἦς καὶ * ἕνεκα τῆς τοσαύτης θεαρέστου ἐφέσεως καὶ σπουδῆς αὐτῶν, καὶ τὸν ἔνθεον σκοπόν, τὸν πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον ἀσμενέστατα προσδεχόμενος· καὶ ἐν σεβασμιωτάτῃ ἐπιποθήσει καὶ πεποιθήσει τῇ πρὸς τὴν κυήσασαν ἡμῶν τὴν ζωὴν καὶ σωτηρίαν Θεομήτορα συνεχόμενος, καὶ σθενοῦμενος ἔγωγε ὁ τάλας ἐπὶ τὸ καθεῖναι μέτριον γράμμα κατ' ἐφικτὸν ᾤήθην περὶ αὐτῆς· εἰκότα θεολογία ληστοῦ συσταυρωθέντος ἐκ δεξιῶν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ αἰτούμενος εὑρεῖν τὸ μέγα ἔλεος, διὰ τῆς παναγίας αὐτοῦ Μητέρος· ἀρξάμενος ἐνθένδε οὕτως, εἰς δόξαν τοῦ Πατέρος αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος.

II. Βαβαί, ὃ φιλόχριστοι ἀδελφοί, ἡ τὴν ζωὴν τῶν ἀπάντων κυήσασα, 1702
τῆμερον πρὸς αὐτὴν εἶναι πεπόρευται, τὴν γεγεννημένην πρὸ αἰῶνων ἐκ Πατέρος, καὶ οὖσαν Θεόν, καὶ Θεοῦ Λόγον, ἣν ἔτεκεν ἐν σαρκί, καὶ ἐγαλακτοτρόφησεν ἐξ οἰκείων μαστῶν, τὴν τεκτῆναςαν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, καὶ ζωογονοῦσαν τὰ σύμπαντα, ταύτην ἐκκληρονόμησε, καὶ ὡς μήτηρ, ἐν ἀπολαύσει αὐτῆς γέγονεν ὑπὲρ τὰ οὐράνια καὶ ἐπίγεια ἅγια τάγματα· καὶ αὐτὴν καθάπερ παγκοσμίαν πηγὴν, θεόθεν κόσμῳ ἐπήγαγε, φῶς βροτῶν ὑπάρχουσαν· γέγραπται γάρ, ὅτι· « Ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων ». Πρὸς τοῦτο τὸ φῶς ἐπεδήμησε τὸ ἀληθινὸν ἐνυπόστατον καὶ « ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος », καὶ ἐκλάμψαν ἐξ αὐτῆς σεσαρκω-

disciplinae studiosi, divinarumque rerum benevoli solertesque auditores arcanum quiddam de ea discere cupiunt. Tantum autem eorum
*3282 *desiderium, tamque Deo gratum studium fecit, ut divinum argumentum maximeque probandum susceperim. Ac piissima erga Dei Matrem, quae nostram vitam salutemque concepit, incitatus voluntate, fiduciaque roboratus, mediocre quidpiam de ea misellus ego pro viribus mihi scribendum existimavi; et ad eum modum, quo Deum invocavit latro, qui crucifixus est ad dexteram Salvatoris Christi, petens ab eo, ut per sanctissimam eius Matrem magnam impetrem misericordiam, inde ad eius Patris et Spiritus sancti gloriam exordiar.

II. Papae, o Christi amantes fratres, illa quae vitam omnium 1702
peperit, ad eam hodie profecta est vitam, quae genita est ante saecula ex Patre; quae Deus est et Dei Verbum; quam peperit in carne, et lacte de suis uberibus aluit, et quae omnia ex nihilo creavit, et vivificat: eam possedit, et ut mater dum ea frueretur, super omnes erat sanctos ordines tum coelestes, tum terrestres. Illam, quae lux est hominum, veluti mundissimum fontem mundo effudit; scriptum est enim: *Vita erat, et vita erat lux hominum.*¹ Ad hanc lucem profecta est veram et substantialem, ac ad splendorem gloriae Dei et Patris,²

¹ Io. I, 4.

² Hebr. I, 3.

μένον ἐκ Πνεύματος ἁγίου, « φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον » καὶ ὅτε ἐξελέξατο καὶ ἡρετίσατο κατ' εὐδοκίαν ὁ συναΐδιος τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ Πνεύματος Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, προσλαβεῖν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, τοῦ συνδοξασθῆναι αὐτῷ ἐν δόξῃ, τὴν παμμακάριστον Μητέρα αὐτοῦ, τὴν μετ' αὐτόν, τῶν πάντων κρείττοτέραν, χαίροντες συνέτρεχον ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι αἰθεροδρομοῦντες εἰς ἐγκόσμιον καταφοίτησιν, ἐξ οὐρανοῦ θεόθεν στελλόμενοι εἰς λειτουργίαν πανσέπτου αὐτῆς κοιμήσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀγάλλονται πᾶσαι αἱ οὐράναι ἕγαιαι Δυνάμεις, μαθοῦσαι τὸ μυστήριον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα ὑπεράγαθον Σωτῆρα Χριστὸν προσκαλεσάμενον αὐτὴν αἰνοῦσαι καὶ δοξολογοῦσιν ὑπερβαλλόντως τὸν ποιήσαντα τὰ * ἄστρα, καθ' ἃ γέγραπται, ἀναδείξαντα αὐτὴν ἐνδοξοτέραν τοῦ οὐρανοῦ, οὐρανὸν τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἐπιγείους λογικοὺς φωστῆρας, λάμποντας τῇ δόξῃ τῆς θείας αὐτοῦ χάριτος, ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα· φήσαντος πρὸς αὐτούς· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου », καὶ ἐκ πάσης λογικῆς καὶ νοερᾶς κτίσεως ἐκλεξάμενον γενέσθαι παναγίαν Μητέρα αὐτοῦ, καὶ ὑπερτέραν τοῦ παντὸς χαριτώσαντα αὐτὴν· ᾧ προσδλέψαι οὐ τολμῶσιν, ἢ ἀτενίσαι οὐ φέρουσι τὰ Χερουβίμ, καὶ προσκυνοῦσι σὺν τῷ παναγίῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ἀπαύστως βοῶσαι·

*3284

qui ex ea incarnatus est e Spiritu sancto, *et illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*¹ Et quando statuit, ac decrevit iuxta beneplacitum coaeternus Patri suo et Spiritui sancto Christus Deus noster apud se illam assumere beatissimam Matrem suam, omnium secundum illum praestantissimam, ut conglorificaretur cum ipso in gloria, tum laetabundi angeli et archangeli, cursu per aethera inito, in hunc mundum delabentes, divinitus missi de coelo ad augustissimam eius dormitionem concurrerunt. Sed et exsultant coelestes omnes sanctae Potestates mysterii consciae; et ex ea natum sanctissimum Salvatorem Christum, qui eam advocavit, collaudant; et astrorum conditorem, ut scriptum est, supra modum glorificant, qui eam coelo reddidit gloriosorem, coelumque constituit divinitatis suae; fecitque * per ipsam, ut terrestria rationalia luminaria super solem, et lunam, et astra collucerent sua divinae gratiae gloria, qui iis dixit: *Vos estis lux mundi.*² Et ex omni rationali et intelligenti creatura illam elegit in sanctissimam Matrem suam, eamque sua plenam gratia supra modum omnem sustulit: in quem respicere, aut oculos intendere non sustinent Cherubim; eumque cum sanctissimo eius Patre et Spiritu adorant, et incessanter clamant, *Sanctus, sanctus, sanctus*

*3283

¹ Io. I, 9.² Matth. V, 14.

« Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος Κύριος Σαβαώθ ». Τὸν δι' αὐτῆς καὶ τὴν κτίσιν ἐκ δουλείας ἐλευθερώσαντα, καὶ τὴν μεγίστην παγκόσμιον χαρὰν δράσαντα, καὶ φήσαντα ταῖς ἄνω Δυνάμεσι· « Συγχάρητέ μοι ». Δι' αὐτῆς γὰρ εὕρηται ἡ βροτογενῆς δραχμή, καὶ ὑπέδου τὴν τοῦ προβάτου δορὰν ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ ἔσωσε τὸ πεπλανημένον λογικὸν πρόβατον, ἄρας ἐπ' ὤμων, εὐφραινόμενος Κύριος τῶν Δυνάμεων, ὁ ἐξ αὐτῆς σὰρξ γενόμενος ἀτρέπτως, καὶ ἀγιάσας αὐτὴν εἶναι θεοδόχον χωρίον, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ κατ' εὐδοκίαν γέγονε γεωργός, καὶ φυτουργός τὸ πανάγιον Πνεῦμα· ἐξ οὐπερ Χριστὸς ὁ μονογενῆς Υἱὸς αὐτοῦ ἐκαρποφορήθη ἄμπελος ἀληθινή εἰς εὐφροσύνην οὐρανίων ἁγίων Δυνάμεων, καὶ σωτηρίαν ἐπιγείων βροτῶν, φάσκων ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἐγὼ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ Πατὴρ μου ὁ γεωργός ἐστι ». Πρὸς ταύτην ἐφοίτησεν ἡ Θεομήτωρ, ἣν ἐκαρποφόρησεν, ἄμπελον ἀληθινήν, * δρέψασθαι τοὺς βότρυας τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, εὐφραينوμένη ἐπὶ τοῦ καινοῦ αὐτῆς γεννήματος, ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατατρυφῶσα τοῦ ζωοποιοῦ οὐρανοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, ζωοποιουμένη ὑπ' αὐτοῦ εἰς αἰῶνας, οἰκονομήσαντος ἐκ πανάγων λαγόνων αὐτῆς, καὶ προσελθόντος εἰς μέθεξιν βροτῶν, στηρίζοντος καρδίας ἐν ὀρθοδόξῳ πιστεῖ αὐτοῦ· ἡ ἐλαιοφορήσασα ἡμῖν, ὡς Θεογεώργητον χωρίον τὴν πηγὴν τοῦ ἐλέους Χριστόν, ὑπερπληροῦντα τὰ σύμπαντα τοῦ ἐλέους αὐτοῦ.

*3285

*Dominus Sabaoth.*¹ Qui per eam creatura in libertatem asserta maximam mundo laetitiam attulit, supernisque Potestatibus dixit: *Congratulamini mihi.*² Per ipsam enim inventa est humana drachma, et bonus pastor ovis pellem induit: et errabundam rationalem ovem sublatam in humeros, gaudens Dominus virtutum servavit; qui ex Maria caro factus est incommutabiliter, eamque sanctificavit, ut esset ager, quo Deus exciperetur, in quo Deus et Pater secundum suum beneplacitum fuit agricola, et plantator Spiritus sanctus, unde Christus unigenitus eius Filius veluti fructus exortus est, vera vitis in gaudium sanctarum coelestium Potestatum et salutem terrestrium hominum: ait enim in Evangeliiis: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.*³ Ad hanc Dei Mater accessit, quam ipsa protulit, vitem veram, ut quasi racemos incorruptibilitatis, et immortalitatis inde decerperet, novo suo gaudens fructu in regno coelorum. Verum vivifico vitae * coelesti pane quasi deliciis delectata, ac ab illo vivificata est in aeternum, qui ex purissimis eius ilibus incarnatus in hominum prodiit communionem, et in orthodoxa fide sua corda firmavit; productaque nobis oliva, tamquam a Deo cultus ager, misericordiae fontem protulit Christum, qui misericordia sua omnia implet.

*3286

¹ Isa. VI, 3.² Lc. XV, 9.³ Io. XV, 1.

1703

III. Ἦρθη γάρ, ἤρθη πρὸς Κύριον τῆς δόξης, ἡ ἐνεγκαμένη αὐτὸν παμφαῆς νεφέλη, καὶ ἐξαστράψασα τὴν τελείαν αὐτοῦ θεότητα ἐν σώματι, ὑετίζουσα παρ' αὐτοῦ τὰ πανάγαθα χαρίσματα τῇ ὑπ' οὐρανόν. Κακεῖ τετέλεσται τῆς κατὰ τὸν προφήτην νοητῆς σελήνης ὁ ὑπερκόσμιος δρόμος, ἐξ ἧς ἐλήφθη ὁ ἥλιος εἷς ὢν τοῦ τρισηλίου τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς φησιν ἡ πατρικὴ ἐκφαντορία. « Καὶ ἔστη ἐν τῇ τάξει » τῆς παρθενίας αὐτῆς, ἡ ἀληθῶς Θεοτόκος, ἡ τὸ σέλας αὐτοῦ φήναςα, πρὸς θεογνωσίαν τοῦδε τοῦ παντός. Ἐν δὲ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δέδεκται ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ ἡ Θεότευκτος οἰκία τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ οἰκήσαντος ἀπεριγράπτως ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ βρέφους γενομένου, ἐνεσαμνησιαίου μεμενηκότος, ὃς ἦν Θεὸς ἀχώριστος τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ Πνεύματος· καὶ εἰς τὴν κρειττοτέραν πασῶν μονῶν μονὴ γενομένη τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, ἡ ἀκατάλυτος μονή, ἡ ἀκούσασα παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριήλ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον Υἱὸς Θεοῦ κληθήσεται », τοῦ δοξασθῆναι ὑπὲρ τὰ οὐράνια καὶ ἐπίγεια ἅγια τάγματα. Ἀπὸ τῶν τῆδε μετεφυτεύθη, ὡσπερ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ἡ βροτοφνῆς πυροφόρος βάτος τῆς θεότητος, ἐν χώρᾳ ζώντων, συναστράψαι ἐν φωτὶ προσώπου Χριστοῦ τοῦ

PG
86^{bis},
3285

1703

III. Sublata enim, sublata est ad Dominum gloriae nubes illa lucidissima, quae illum gestavit, et perfectam eius divinitatem in corpore tamquam fulgur emittens, ab eo in omnem terram, quae sub coelo est, optima charismata depluit. Atque ibi perfectus est intelligibilis lunae, iuxta prophetam, supermundanus cursus, ex qua conceptus est unus sol e triplici consubstantialis Trinitatis sole, ut tradit paterna mysteriorum doctrina. *Et stetit in ordine*¹ virginitatis suae Dei vere Genitrix, ipsius splendorem ostendens, ut Deum mundis hic cognosceret. In domo autem Dei et Patris illa excepta est cum exultatione et ineffabili gaudio, quae a Deo facta est habitaculum Filii sui, qui in ipsa incircumscripse habitavit, et ex ea incarnatus ex Spiritu sancto, et factus infans novem menses mansit in utero, qui est Deus a Patre suo et Spiritu sancto inseparabilis: quae domiciliorum omnium praestantissimum, consubstantialis Trinitatis facta domicilium, idque individuum, audit ab archangelo Gabriel: *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque, quod ex te nascetur sanctum, Filius Dei vocabitur*,² ut supra coelestes et terrestres sanctos ordines glorificetur: unde huc transplantatus est tanquam de gloria in gloriam in mortali forma rubus ardens divinitatis in terram viventium, ut simul coruscaret lumine personae

PG
86^{bis},
3286¹ Habac. III, 11.² Lc. I, 35.

*3288 Θεοῦ, ἐν αὐτῇ ὀλικῶς καὶ ἀληθῶς κυοφορηθέντος, * καὶ ὑπ' αὐτοῦ φυλαχθεῖσα ἀφλεκτος, ἡ μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη Παρθενομήτωρ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἀειθαλῆς ῥάβδος Ἰεσσαὶ πρὸς ὃν ἐδλάστησεν ἐν σαρκί θεόφυτον ὄντα τοῦ Πατρὸς, οὗ τὸ μέγεθος ὑπεράπειρον καὶ ἀκατάληπτον, τέρπον τῆ ὥρα καὶ μεθέξει τῆς ἐπικαρπίας τὰς οὐρανίους ἀγίας Δυνάμεις, καὶ τὸν χωρὸν τῶν ἀγίων, ἰδεῖν ἐν παρῶσιν ὑπὲρ πάντας τὴν αὐτοῦ τερπνότητα. Προσκέκληκε γὰρ Κύριος τῶν δυνάμεων τὴν ὑπὲρ πάσης γῆς ἐκλεκτὴν αὐτοῦ ἄρουραν, ὃ ἐξ αὐτῆς ὡσπερ ἄσπορος στάχυς βλαστηθεὶς, οὗ ὁ σῖτος ἀχώρητος καὶ ἀδαπάνητος, τρέφων ἀεὶ τὰ σύμπαντα μὴ δαπανώμενος, χωρούμενος ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς κόλποις· εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα εἰσῆλθεν ἡ γενομένη πανένδοξος νυμφῶν, τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τῶν φύσεων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἐπουρανίου Νυμφίου, οὗ ἐφίενται τῆς ὑπερφουῶς ὠραιότητος πᾶσαι αἱ ἀγία Δυνάμεις τῶν οὐρανῶν· καὶ μετακίσθη ἐν τῇ ἄνω Ἰερουσαλήμ ἡ πανάχραντος νοητὴ παστὰς, ἐξ ἧς προῆλθεν ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, τὴν πρὸς ἡμᾶς κάθοδον δεδρακώς, ἐν στρατιώτου μορφῇ τροπασάμενος τὸν ἐχθρὸν σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀνδρωθεὶς Χριστὸς ὁ Θεὸς τὴν ὀρθόδοξον αὐτοῦ Ἐκκλησίαν ἐνουμφεύσατο, ὑπὲρ ἧς καὶ τὸ τίμιον αἶμα ἐξέχεσε, καὶ τὴν ψυχὴν προήκατο, καθὰ ὁ πολὺς τὰ θεῖα, τὸ φῶς τοῦ κόσμου Παῦλός φησι· « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς

*3287 Christi Dei, quem omnino et * vere gestavit in utero, et per eum servata est incombusta, sola inter mulieres benedicta Virgo Mater. Sed ut semper florens virga Iesse progerminavit in carne divinum germen Patris, cuius magnitudo infinita et incomprehensibilis pulchritudine, ubertate et communiione fructuum, coelestes delectat sanctas Potestates, chorumque Sanctorum, ut cum fiducia prae omnibus ipsius videant iucunditatem. Designavit enim electum ex omni terra arvom suum Dominus virtutum, qui ex ea, tanquam non sata spica germinavit: cuius frumentum neque satietatem parit, neque circumscribitur loco, neque consumitur, semper omnia nutriens et inconsumptum, sinu Patris continetur. In coelestem thalamum ingressa est illa, quae facta est gloriosissima Sponsa unionis hypostaticae duarum naturarum Christi veri Sponsi coelestis, cuius admirandam desiderant pulchritudinem sanctae omnes coelorum Potestates. Et translatus est ad eam, quae sursum est, Ierusalem intemeratus intelligibilis thalamus, ex quo processit Rex saeculorum, qui in militari forma ad nos descendit, atque hostem cum eius copiis in fugam vertit. Sed et ubi ad virilem Christus Deus adolevit aetatem, orthodoxam sibi suam despondit Ecclesiam, pro qua suum effudit pretiosum sanguinem, animamque proiecit, iuxta id, quod magnum illud in divinis rebus mundi lumen Paulus ait: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem*

Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν » καὶ γέγονεν ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἢ ἀνωτέρᾳ τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ, ἀναδειχθεῖσα ἀληθῶς, ὡς Μήτηρ τοῦ Δεσπότης αὐτῶν.

1704

Ep. CCLXVI. Figurata principio condita Eva vita vocata est,⁵ ut illi secundam adnotaret, sanctam nempe Mariam, quae vitam hominum Christum Dominum gloriae peperit. Ipsa siquidem vera mater omnium, qui evangelicis praeceptis consentaneae vivunt, neque per incredulitatem animis emoriuntur, ostenditur.

1043

PG
79, 179

Ep. CCLXVII. Quis artem textoriam mulieribus tradidit, a Iobo Dominus percontatur. Prima siquidem mulier texendorum vestimentorum, quae oculis obiciuntur, sapientiam habuit, ut patentem

1044

¹ Matth. I, 1.

² Matth. I, 25.

³ Lc. II, 11.

⁴ Lc. II, 14.

⁵ Gen. II, 19.

πωμεν. Ἡ δὲ δευτέρα, τουτέστιν ἡ Θεοτόκος, τηλικαύτην σοφίαν ἐπεδείξατο, καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην, ὥστε ἐκ τῶν ἐρίων τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντος ἀρνίου ἐνδύσαι τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, τὰ ἐνδύματα τῆς ἀφθαρσίας, καὶ τὸ ἀοράτον ἐλευθερώσαι γυμνώσεως. Πᾶν γὰρ τὸ σύστημα Χριστιανῶν ἀληθινὸν πάρεστι ἐκ δεξιῶν τοῦ ἄνω Βασιλέως, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσω περιβεβλημένον, πεποικιλμένον τοῖς μυρίοις τῶν ἀρετῶν εἴδεσιν.

- 1045 Ep. CCLXVIII. Ὁ μὲν Ἀδὰμ πέπλασται, ἡ δὲ Εὐὰ ᾠκοδομήθη, ἵνα δειχθῇ Θεὸς Λόγος, ἐκ Μαρίας μὲν τὸ σῶμα τὸ ἄσπιλον ἀναπλάσας ἑαυτῷ, ἐκ δὲ τῆς νυγείσης ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πλευρᾶς τὴν νύμφην ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομῶν. PG
79, 181
- 1046 Ep. CCLXIX. Γέγραφας, ὅτι Εἰ πρῶτον οὐκ ἐγίνωσκε τὴν Παρθένον Ἰωσήφ μέχρι τῆς ἀποτέξεως, πάντως δήπου μετὰ τὸν τόκον ἔγνω. Πῶς οὖν ἔγνω; Πρόδηλον, ὅτι ἔγνω τιμᾶν καὶ καταδεῖσθαι τὴν ἐκ Θεοῦ τετιμημένην παρθένον πρὸ τὸ ἀποτέξεως, καὶ πάλιν παρθένον μετὰ τὸν τόκον φανεῖσαν. PG
79, 181
- 1047 Ep. CCLXX. Ὁ ἐν τῷ τίκεσθαι ἀνοίξας τὴν ἀμόλυτον μήτραν Δεσπότης ἡμῶν Χριστός, αὐτὸς καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι τὴν μήτραν ἐσφράγισεν οἰκεία σοφία, καὶ δυνάμει, καὶ θαυματοποιία, μηδὲλως παραλύσας τῆς παρ-

corporum nuditatem illis contegeremus. At secunda, Deipara nempe, talem sapientiam et artem variegandi indicavit, ut ex lana ab ipsa progeniti agni, fideles omnes incorruptibilitatis indumentis circumvestiret, et nuditate non omnibus patente liberaret. Omnis enim verus Christianorum coetus a dextris superni Regis in vestitu deaurato, circumdatus varietate,¹ infinitis virtutum generibus multiformis.

- 1045 Ep. CCLXVIII. Adam creatus, Eva extracta est,² ut Deus Verbum commonstraret, sibi quidem intaminatum corpus ex Maria condidisse, ex aperto vero ipsius in cruce latere sponsam sui Ecclesiam exstruxisse. PG
79, 182
- 1046 Ep. CCLXIX. Scripsisti: Si prius non cognoscebat Virginem Ioseph, donec pareret,³ omnino post partum cognovit. Quomodo itaque cognovit? Manifestum est cognovisse, illi, quae a Deo ita coonestata fuerat, ut virgo ante partum, et rursus virgo post partum permaneret, honorem ac reverentiam exhibere. PG
79, 182
- 1047 Ep. CCLXX. Qui, dum pareretur, vulvam immaculatam adaperuit Dominus noster Christus, ipse et post partum, propria sapientia et facultate, non sine miraculo illam obsignavit, nullo modo sigillis PG
79, 182

¹ Ps. XLIV, 10.

² Gen. II, 22.

³ Matth. I, 25.

θενίας τὰ σήμαντρα. Θεοῦ δὲ ἔργον τοῦτο πᾶς τις εὐφρονῶν συνομολογήσαιεν.

PG
79, 181

Ep. CCLXXI. Ὅλην τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ σαρκικὸν φρόνημα κατανεύεις, καὶ λέγεις τό· Ἔγνω αὐτήν· εἶ γε καὶ ἔγνω, μίξιν ὑπαινίττεσθαι. Ἀλλὰ γνῶθι, κομψότατε, ὅτι οὐ φιλήδονος, οὐδὲ λάγνος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσήφ, ἀλλὰ καὶ πάνυ θεοσεβής τε καὶ δίκαιος. Ἀκούσας δὲ παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος περὶ τῆς Παρθένου ἐπιτόκου τυγχανούσης, « ὅτι Τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου, καὶ τεχθήσεται, καὶ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας », προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ προσώπου Κυρίου, φρίζας τοῦτο δὴ τὸ ἐκπληκτον, καὶ παραδοξότατον μυστήριον. Διόπερ οὐκ ἔτι λοιπὸν ὡς μνηστήρ, καὶ ἀνὴρ, ἀλλ' ὡς λατρευτής, καὶ διάκονος Θεοῦ ἐμβριθέστατος, συσφίγγας τῇ σωφροσύνῃ τοὺς οἰκείους λογισμούς, ἐξυπηρετεῖτο σὺν πάσῃ ὁσιότητι, καὶ πολλῇ ἀγνότητι, καὶ φόβῳ θείῳ τῇ λεγομένῃ, οὐ μὴν καὶ οὔσῃ, γυναικὶ αὐτοῦ Μαρία.

1048

PG
79, 181

Ep. CCLXXII. Εἰ κατὰ τὸν Ἀπολινάριον λέγεις καὶ σύ, ὅτιπερ ὁ Θεὸς Λόγος ἐξ οὐρανοῦ λαβὼν τὴν σάρκα εἰς τὴν γῆν κατελήλυθεν, τίς χρεῖα τῆς μακαρίας Παρθένου; Οὐκοῦν, φρονιμώτατε, γίνωσκε ἀκριβέστατα, ὁ ὅτι ἄπλαστος κατὰ τὴν θεότητα Κύριος ἑαυτὸν ἐκ τῆς Παρθένου ἄνευ σπέρματος,

1049

virginitatis solutis. Quod Dei opus esse, quicumque sanae mentis est, fatebitur.

PG
79, 182

Ep. CCLXXI. Totam mentem tuam ad carneas cogitationes deflectis, dicisque: Cognovit illam; si cognovit, concubitum innuere. Verumtamen scias, mi nasutule, Iosephum neque voluptatibus, neque libidinibus deditum, sed piissimum iustissimumque fuisse. Hic cum audisset ab angelo de Virgine iam parturiente: *Quod ex ea nascetur, de Spiritu sancto est,¹ et generabitur, et salvabit populum suum, et regnabit in aeternum;² sibi cavendum esse duxit a facie Domini, stupens ipse propter stupendum atque admirabilissimum arcanum. Quapropter in posterum non ut procus aut maritus, sed ut cultor et minister Dei constantissimus, continentia propriis cogitationibus compressis, cum omni pietate, et summa castimonia, et timore Dei, quae dicebatur, nec tamen erat uxor ipsius, se Mariae mancipaverat.*

1048

PG
79, 182

Ep. CCLXXII. Si quemadmodum Apollinarius, ita et tu dicis, Deum Verbum, e coelo carne desumpta in terram descendisse; quae porro beatæ Virginis necessitas? Itaque, prudentissime vir, exquisitissime scito eum qui secundum deitatem creatus non erat Dominus, ipse semet a Virgine sine semine et corruptione, et absque omni sorde

1049

¹ Matth. I, 20.

² Lc. I, 32.

καὶ φθορᾶς, καὶ δίχα παντὸς ῥύπου ἔπλασε κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὅπου δὲ Πνεύματος ἁγίου παρουσία, ἐκεῖ μηδὲν μολυσμὸς ἐννοεῖσθω.

1050 Ep. CCXCIII. Εἰ ἐκ προσώπου τοῦ Δεσπότη τοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ PG 79, 189
φάσκεις τὰ προβληθέντα παρὰ σοῦ ῥήματα εἰρῆσθαι ἐν τῇ Παναρέτω ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος, πῶς φησιν ἑαυτὸν ὁ συγγραφεὺς τοῦ λόγου ἐξ ἡδονῆς, καὶ ὕπνου λέγει γεγενῆσθαι; Ὁμολόγησον τοίνυν ἡστοχημέναι. Ἡ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ σαρκὶ τῆς Παρθένου σύλληψις, ἀνήδοντος παντελῶς καὶ ἀβρύπαντος, ἀμίαντός τε καὶ ἄσπιλος καθαρὰ τε καὶ ἀφθαρτος γέγονεν.

1051 Lib. II, Ep. CLXXX. Πῶς προφήτις παρὰ τῷ Ἡσαΐα κέκληται Μαρία ἢ Θεοτόκος, ἐπίθου ἡμῶν. Ἀνάγνωθι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι κ'Ἐπέδλεψεν ἐπὶ τὴν ταπεινώσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί ». Καὶ ἐὰν μὴ ἴδῃς μακαριζομένην τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐν παντὶ ἔθνει, καὶ ἐν πάσῃ γλώσσῃ, διότι Θεὸν σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ αὐτῆς, κεκυφόρηκέν τε καὶ ἔτεκε δίχα φθορᾶς καὶ μολυσμοῦ παντοίου, μὴ πείθου τῷ Ἡσαΐα· εἰ δ' ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ μακαρίζεται καὶ εὐφημεῖται, ἀνυμνεῖται καὶ εὐλογεῖται, αὕτη τε ἡ ἄσπορος καὶ ἀγεώργητος γῆ, καὶ ὁ ταύτης παμμακάριστος καὶ αἰώνιος καρπός, διατὶ ζυγομαχεῖς προφήτην δεδεῖχθαι τὴν Θεοτόκον Μαρίαν;

secundum humanitatem efformasse. Ubi porro Spiritus sanctus adest, ibi nulla omnino pollutio intelligenda est.

1050 Ep. CCXCIII. Si ex persona Domini nostri Iesu Christi proposita PG 79, 190
per te verba asseris dictata esse a Salomone in Panareto: quamobrem sermonis illius scriptor ait sese ex voluptate et somno ortum duxisse? ¹ Fateare itaque tuam oscitantiam. Servatoris namque in ventre Virginis conceptio, prorsus sine voluptate, non sordidata, intaminata, immaculata, pura et incorrupta fuit.

1051 Lib. II, Ep. CLXXX. Quanam ratione vates apud Isaiam Maria PG 79, 294
Deipara nuncupatur,² a nobis expostulasti. Videsis in Evangelio. *Respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex nunc beatam me dicent omnes generationes.*³ Et si non compereris Mariam sanctissimam apud omnes nationes, et in omnibus linguis beatam dictam, quod Deum, qui carnem ex Spiritu sancto, et eadem assumpsit, in utero gestavit, et peperit absque corruptione et omni macula, ne fidem adhibeas Isaiae; si vero apud universum mundum beata dicitur, et laudibus extollitur, et praeconiis et benedictionibus honestatur haec sine semine, et sine ulla cultura terra, et beatissimus illius, et sempiternus fructus; quid ultra contendis postulasque, Deiparam Mariam tibi commonstrari vatem fuisse?

¹ Sap. VII, 2.

² Isa. VII, 14.

³ Le. I, 48.

PG 79, 428 Lib. III, Ep. XCI. Εἷς ὑπάρχει ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν τὴν ἐκ τῆς Παρθένου· εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, μία ὑπόστασις, ἐν πρόσωπον. «Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι.» 1052

PERISTERIA²

PG 79, 917 Sectio XI, Cap. XI. [...] Τὸ δὴ μεῖζον ἀπάντων, καὶ λόγου παντὸς ἀνώτερον θαῦμα· πῶς ὁ ἀχώρητος τῷ παντί, καὶ τὰ ὅλα περιγράφων μεγέθει δυνάμει Θεὸς Λόγος ὑπὸ μητρὸς βουληθεὶς ἐχωρήθη παρθενικῆς; Καὶ πῶς ἄπορον ἔμβρυον νηδὺς ἐτεκτῆνατο γεννηθέν, καὶ τὰ τῆς παρθενίας σῶα φυλάξαντα τεκμήρια, πύλας γαστρὸς, κατὰ τὸν Ἰώβ, παρελθόν, καὶ οὐδὲν τῆς ἐξόδου σημεῖον ἐπιδειξάμενον; Ὡς γὰρ πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰσηλθὲν ἄλλοτε κεκλεισμένων θυρῶν, οὕτως ἐξῆλθε τότε, οἷον εὔρε, τοιοῦτον ἔασαν τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον, καὶ οὐδὲν λυμηνάμενον τοῖς ἀπορρήτοις τῶν κλειθρῶν ἐκείνων δεσμοῖς, ἵνα τοῖς συμβόλοις τούτοις δειχθῇ παράδοξος ἀληθῶς, καὶ θεῖος ὁ τόκος. Ταῦτα γέγονε μὲν ἅπαντα, καὶ τούτων πλείονα, καὶ πεπίστευται. Ἀπόδειξιν δὲ τὴν τοῦ ἐργασαμένου αὐτὰ ἔχει ἀξιοπιστίαν Θεοῦ, καὶ οὐχ ἐρμηνεύεται λόγῳ ἀτονοῦντι πρὸς τὴν τῶν παραδόξων ἔργων ἐξήγησιν, καὶ ἰλιγγιῶντι πρὸς τὸ τῶν θαυμάτων δυστέμαρτον. 1053

PG 79, 427 Lib. III, Ep. XCI. Unus est unigenitus Dei Filius, etiam post carnem assumptam a Virgine: unus enim Dominus Iesus Christus, una hypostasis, una persona. *Veritatem dico in Christo, non mentior.*¹ 1052

PG 79, 918 Sectio XI, Cap. XI. [...] Quod maius revera omnibus, et admirandum exsuperat omnem orationem: quo pacto Deus Verbum, quem universum hoc non capit, et qui universa circumscreibt potentiae suae magnitudine, virgineo sub utero volens comprehensus est? Et qua ratione venter fetum nullo conceptum semine genitum fabricatus est, et virginitatis signa salva et illaesa servavit transiens ostia ventris, ut Iob eloquitur,³ et nullum egressus vestigium ostentans? Nam ut alio tempore ianuis clausis ingressus est ad discipulos suos, ita tunc est egressus, qualem invenit, talem naturae officinam derelinquens, nec ullam arcanis illorum claustrorum vinculis corruptionem inferens,⁴ ut hisce argumentis partus vere ostenderetur admirabilis et divinus. Haec quidem omnia, et plura hisce facta sunt, et fide recepta. Sed eorumdem demonstratio, Dei auctoris infallibili nititur certitudine, nec explicari possunt oratione, quae operum stupendorum impar est enarrationi. et caligat ad miraculorum magnitudinem inscrutabilem. 1053

¹ Rom. IX, 1.

² Opus hoc non est Nili. Forsitan auctor est quidam homonymus saec. V. Cf. Qua II, 507.

³ Iob. III, 10.

⁴ Io. XX, 19, 26.

- 1054 Cap. XIX. Οὕτως ἀντιλέγειν μέλλοντας αὐτοὺς τῷ τῆς Παρθένου τόκῳ, καὶ λογισμοὺς πλέκειν δῆθεν εὐλόγους, ὡς οὐκ ἐχούσης τῆς φύσεως ἐμβρύου σύστασιν ἐργάσασθαι ἄνευ καταβολῆς σπερμάτων παιδογόνον, οὐκ ἀφίησιν ἄσπορος ἐν ἀρχῇ παντοίους ἢ γῆ βλαστήσασα καρπούς. Λόγος γὰρ θεῖος ἀμφοτέραις γέγονε σπέρμα. Ἡ μὲν ἤκουσε· «Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος»· καὶ τὸ πρόσταγμα εἰς φύσιν μετέβαλε, διαφόρους εὐθύς οὐκ ἐξ ὑποκειμένης, πλὴν τοῦ λόγου, ἄλλης αἰτίας βλαστήσασα καρπούς, οὐς ἐξήγαγε τὸ πρόσταγμα. Ἡ δέ· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι»· μετὰ τὸ εἰπεῖν· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Καὶ σάρκα ἀμελλητὶ τὸν Λόγον εἰργάσατο, καὶ ναὸν θεῖον ᾠκοδόμησε τὸ ῥῆμα. «Οὕτω μετὰ τριήμερον χρόνον τοῦ κήτους Ἰωνᾶς προελθὼν ἀδιάφορος» ἐπιστομίζει βουλομένους αὐτοὺς τὴν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνάστασιν * λέγειν τοῦ Κυρίου ἀδύνατον, πιστούμενος τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, καὶ τοῖς ἐρεσχελεῖν ἐθέλουσι οὐ συγχωρῶν ἀναιδεύεσθαι πρὸς τὸ νεαρὸν θαῦμα τῷ παλαιῷ κωλυομένοις τῆς προφανοῦς ἀναισχυντίας.

PG
79, 929

*932

- 1054 Cap. XIX. Ita eosdem contradicere Virginis Filio, et ratiocinationes temere specie probabiles dum gestiunt, quasi natura fetus constitutiones non possit operari sine iactu prolificorum seminum, non sinit terra in principio sine ulla semente omnigenas germinans fructus: nam Verbum divinum utrique fuit semen. Huic quidem dictum fuit: *Producat terra herbam virentem, et seminantem semen iuxta genus*;¹ et hoc mandatum vertit in naturam, statimque diversus fructus non ex alia ulla causa antecedente, praeterquam solo e verbo, germinavit, quos eduxit mandatum. Ista vero audivit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*;² postquam ipsa dixerat: *Quomodo erit istud mihi; quoniam virum non cognosco?*³ Et carnem citra moram Verbum effecit, atque templum divinum vox haec construxit: *Ita post triduanum tempus e ceto Jonas prodiens* * *incorruptus*⁴ ora obstruit iisdem volentibus Domini resurrectionem post tres dies dicere impossibilem, dum re simili similem credibilem persuadet, et volentes cavillari non sinit impudenter novum miraculum eludere, dum veteri miraculo in manifestam impudentiam eos prorumpere vetat.

PG
79, 930

*931

¹ Gen. I, 11.² Lc. I, 35.³ Lc. I, 34.⁴ Ionas, II, 11.

● PG 79, 213, 229, 776, 1502.

θεν τοῦ Λόγου τοῦ οἷα καθαρωτάτῳ
χρυσίῳ περικεκαλυμμένος.

purissimo Verbi Dei auro cir-
cumtectus.

DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

PO
27, 76

Benedictio Isaac et Iacob. Τὸ δὲ εἰπεῖν· «ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέ-
θης», ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ δείξῃ, ὃς ἐν κοιλίᾳ παρθένου
ἐκ πνεύματος ἁγίου σαρκωθεὶς ἐβλάστησεν ἐν αὐτῇ καὶ ὡς ἄνθος καὶ ὀσμὴ
εὐωδίας εἰς κόσμον προσελθὼν ἐφανερώθη. [...] Ἡσαΐας γὰρ λέγει· «Ἐξελεύ-
σεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ [καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς] ἀναθήσεται». Ἡ οὖν
ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ ἦν τῶν πατέρων γενεὰ ὡς ῥίζα ἐν γῆ πεφυτευμένη, ἡ δὲ
ῥάβδος ἡ ἐξ αὐτῶν φανερωθεῖσα ἦν ἡ Μαρία, διὰ τὸ εἶναι ἐξ οἴκου καὶ πα-
τριᾶς Δαβὶδ. Τὸ δὲ ἄνθος τὸ ἐν αὐτῇ * βλαστῆσαν ἦν ὁ Χριστός. [...]

119

*78

Benedictio Isaac et Iacob. Dixit autem *ex germine, fili mi, ascen-*
disti,¹ ut ostenderet Christi nativitatem, secundum carnem, qui in
utero Virginis incarnatus ex Spiritu sancto, in ipsa germinavit et
tamquam flos fragrans odoribus, mundo apparuit. [...] Isaias enim
dicit: *Egredietur virga de radice Iesse et flos ex ea ascendit*.² Radix
Iesse, Patrum progenies erat, quasi radix in terra fixa, virga vero,
ex eis apparens, Maria est, quae de domo erat et stirpe David.
Flos, in ipsa germinans, Christus est.

119

ORIGENES (ca 185 † ca 254)

DE PRINCIPIIS (ca 225)

PG
11, 117

Lib. I, 4. [...] Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui venit,
ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium
conditione Patri ministrasset, *per ipsum enim omnia facta sunt*,³
novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus incarnatus
est cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat Deus. Corpus
assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex
Virgine et Spiritu sancto est.

120

¹ Gen. XLIX, 9.

² Isa. XI, 1.

● PG 10, 601, 610, 680, 844, 845, 860, 864, 866.

● PG 16, 3138, 3297, 3315.

■ PG 10, 905, 920, 924, 941.

● PO 27, 6, 24, 108.

³ Io. I, 3.

CONTRA CELSUM (ca 248)

- 121 Lib. I, 34. Ἄλλ' ὥς, καὶ προφητὰι προεῖπον, ἀπὸ παρθένου κατ' ἐπαγγελίαν σημεῖον γεννώσης τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, δηλοῦντος, ὅτι τῇ γενέσει αὐτοῦ μετ' ἀνθρώπων ἔσται Θεός. Καὶ οἰκεῖόν γε φαίνεται μοι πρὸς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιίαν παραθέσθαι τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, λέγουσαν ἐκ παρθένου τεθθήσεσθαι τὸν Ἐμμανουήλ· ἣν οὐκ ἐξέθετο, εἴτε μὴ ἐπιστάμενος, ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, εἴτ' ἀναγνοὺς μὲν, ἐκὼν δὲ σιωπήσας, ἵνα μὴ δοκοίη κατασκευάζειν ἄκων τὸν λόγον ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ προαιρέσει. Ἔχει δ' οὕτως ἡ λέξις: « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλήσαι τῷ Ἀχάζ λέγων· Αἰτήσαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον. Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυὶδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσει τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅπερ ἐρμηνεύεται· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ὅτι δὲ κακουργῶν ὁ Κέλσος οὐκ ἐξέθετο τὴν προφητείαν, δῆλόν μοι γίνεται ἐκ τοῦ, παραθέμενον αὐτὸν πολλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ὥσπερ τὸν ἀνατείλαντα ἀστέρα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων,

PG
11, 725

- 121 Lib. I, 34. Verum, ut etiam prophetae praedixerunt, ex virgine (hoc enim promissum signum fuit) nasci debuit is, cuius nomen cum rebus gestis consentaneum fuit, et ex cuius ortu cognitum est Deum fore cum hominibus. Ac Iudaei prosopopoeae opportune obiecturum me arbitror Isaiiae vaticinium, quo praenuntiatum est Emmanuel ex virgine nasciturum. Illud non retulit Celsus, sive nescierit, quamvis omnia se scire profitetur, sive sciens volensque dissimulaverit, ut ne sententiam suo proposito adversam invitus astruere videretur. Sic autem habet: *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo, domus David: nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur: Nobiscum Deus.*¹ Hoc autem vaticinium a Celso fuisse malo animo praetermissum hinc mihi perspicuum est, quod, quamvis multa ex Matthaei Evangelio, ut exortam in Iesu nativitate stellam aliaque miracula me-

PG
11, 726¹ Isa. VII, 10 ss.

μηδὲ τὴν ἀρχὴν τούτου ἐμνημονευκέαι. Ἐὰν δὲ Ἰουδαῖος εὐρεσιλογῶν, τὸ « Ἰδοὺ ἡ παρθένος », μὴ γεγράφθαι λέγῃ, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ, « Ἰδοὺ ἡ νεάνις » φήσομεν πρὸς αὐτόν, ὅτι ἡ μὲν λέξις ἡ « Ἀαλμά », ἣν οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα μετειλήφασιν πρὸς τὴν « παρθένου », ἄλλοι δὲ εἰς τὴν « νεάνιν », κεῖται, ὡς φασιν, καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἐπὶ « παρθένου », οὕτως ἔχουσα: « Ἐὰν δὲ γένηται παῖς παρθένος μεμνηστευμένη ἀνδρί, καὶ εὐρών αὐτὴν ἄνθρωπος ἐν πόλει κοιμηθῆ μετ' αὐτῆς, καὶ ἐξάξτετε ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβοληθήσονται λίθοις καὶ ἀποθανοῦνται: τὴν νεάνιν, ἐπὶ λόγου, * διότι οὐκ ἐδόθησεν ἐν τῇ πόλει: καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ λόγου, διότι ἐταπεινώσασκε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ». Καὶ ἐξῆς: « Ἐὰν δὲ ἐν πεδίῳ εὕρῃ ἄνθρωπος τὴν παῖδα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος κοιμηθῆ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον τὸν κοιμώμενον μετ' αὐτῆς μόνον: καὶ τῇ νεάνιδι οὐ ποιήσετε οὐδέν· οὐκ ἐστὶ τῇ νεάνιδι ἀμάρτημα θανάτου ».

35. Ἴνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἀπὸ λέξεως Ἑβραϊκῆς τοῖς μὴ καταλαμβάνουσι πότερον συγκαταθετόν αὐτῇ ἢ μή, φέρειν παραμυθίαν περὶ τοῦ, προφήτην εἰρηκέναι ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τοῦτον, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέλεκται τὸ « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός: » φέρε, ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως παραμυθησώμεθα τὸ λεγόμενον. Ὁ μὲν Κύριος ἀναγέγραπται εἰρηκέναι τῷ Ἀχάζ: « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. » Ἐξῆς

moraverit, de illo ne verbum quidem faciat. Quod si Iudaeus de voce rixari volet negabitque scriptum esse: « Ecce virgo », sed « Ecce adolescentula »; dicemus vocem *Aalma*, quam septuaginta Interpretes per *virginem*, alii per *adolescentulam* verterunt, in Deuteronomio, ut aiunt, reperiri, ut *virginem* significet. Sic enim ibi: *Si puellam virginem desponderit vir, et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum ea, educetis utrumque ad portam civitatis illius, et lapidibus obruentur et necabuntur: adolescentula, quia non clamavit cum esset in civitate; vir, quia humiliavit uxorem proximi sui.*¹ Et * deinceps: *Sin autem in agro repererit vir puellam, quae desponsata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis.*²

35. At ne videamur hebraicam adhibere vocem, ut iis, qui an huic assentiendum sit necne, nesciunt, persuadeamus ex virgine ortum, de cuius generatione dictum est, *Nobiscum Deus*, a prophetis fuisse pronuntiatum; age ex ipsismet verbis quod dicitur astruamus. Narratur Dominus dixisse Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum sive in excelsum*. Sequitur signum datum,

¹ Deut. XXII, 23, 24.

² Deut. XXII, 26.

δὲ τὸ διδόμενον σημεῖον, τὸ « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἷόν ». Ποῖον οὖν σημεῖον τὸ νεάνιδα μὴ παρθένον τεκεῖν; Καὶ τίμη μᾶλλον ἀρμόζει γεννηθῆσαι Ἐμμανουήλ, τουτέστι « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». ἄρα γυναικὶ συνουσιασθείση, καὶ διὰ πάθους γυναικείου συλλαβούση, ἢ ἔτι καθαροῦ καὶ ἀγνῆ παρθένω; ταύτη γὰρ πρέπει γενεῶν γέννημα, ἐφ' ᾧ τεχθέντι λέγεται τὸ « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ἐὰν δὲ καὶ οὕτως εὐρεσιλογῆ λέγων, ὅτι τῷ Ἀχάζ εἴρηται, « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου » ἀπαίτησομεν, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀχάζ τίς ἐγέννησεν, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέγεται τὸ « Ἐμμανουήλ », ὅ ἐστι « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός »; Εἰ γὰρ οὐδεὶς εὐρεθῆσεται, δηλονότι τὸ τῷ Ἀχάζ εἰρημένον τῷ οἴκῳ εἴρηται Δαυὶδ, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἀναγεγράφθαι τὸν Σωτῆρα γεγονέναι τὸ κατὰ σάρκα. Ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τοῦτο « εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος » λέγεται εἶναι, ἐπεὶ « ὁ καταβάς, οὗτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα ». Ταῦτα δὲ λέγω, ὡς πρὸς τὸν Ἰουδαῖον συγκατατιθέμενον τῇ προφητεῖα. Λεγέτω δὲ καὶ Κέλσος ἢ τις τῶν σὺν αὐτῷ, ποῖω νῶ ὁ προφήτης περὶ μελλόντων ἢ ταῦτα ἢ ἕτερα λέγει, ὅποσα ἀναγέγραπται ἐν ταῖς προφητείαις; Ἄρα γὰρ προγνωστικῶ μελλόντων, ἢ οὐ; εἰ μὲν γὰρ προγνωστικῶ μελλόντων, θεῖον εἶχον Πνεῦμα οἱ προφήται· εἰ δ' οὐ προ-

nempe: *Ecce virgo concipiet et pariet filium*. *Ecquod autem signum est parere puellam non virginem? Et utri mulieri magis convenit genuisse Emmanuel aut Nobiscum Deum, ei, quae virum experta solito feminarum more conceperit; an illi, quae pura et intacta virgo concepit? Certe hanc magis decet generare prolem de qua nata dicatur: Nobiscum Deus*. Si quis cavillettur dictum esse Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo*; interrogabimus quis temporibus Achaz genuerit prolem de qua nata dictum sit, *Emmanuel*, quod est, *Nobiscum Deus*. Quod si nullus inveniatur, manifestum est id quod dictum fuit Achaz, domui David dictum fuisse; quia Scripturae testantur Salvatorem secundum carnem ex Davidis semine natum esse.¹ Signum autem dicitur *in profundum aut in excelsum* esse petendum, propterea quod *qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia*.² Atque haec dico quasi rem habens cum Iudaeo qui prophetiae adiungit fidem. Dicat vero Celsus aut aliquis eius sodalium, qua mente propheta de futuris haec aliave in prophetiis scripta praedicat, praesagane futurorum annon? Nam si praescia futurorum, divinum Spiritum habebant prophetae: sin futurorum ignara, explicet quodnam mentis genus habeat, qui

¹ Io. VII, 42.

² Ephes. IV, 10.

- γνωστικῶ μελλόντων, παραστησάτω τὸν νοῦν τοῦ ἀποτολμῶντος καὶ λέγοντος περὶ μελλόντων, καὶ θαυμαζομένου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ προφητεία.
- PG 11, 904 Lib. II, 69. [...] Ἔδει γὰρ τὸν μὴ τοῖς λοιποῖς νεκροῖς ὅμοιον, ἀλλὰ ζωτικὰ σημεῖα καὶ ἐν τῇ νεκρότητι δεῖξαντα τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ καινὸν (ἐν οὕτως ὀνομάσσω), ὄντα νεκρόν, ἐν καινῷ καὶ καθαρῷ γενέσθαι μνημεῖω, ἐν, ὥσπερ ἡ γένεσις αὐτοῦ καθαρωτέρα πάσης γενέσεως ἦν, τῷ μὴ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ' ἀπὸ παρθένου γεννηθῆναι, οὕτω καὶ ἡ ταφή ἔχη τὴν καθαρότητα, διὰ τοῦ συμβολικοῦ δηλουμένην ἐν τῷ ἀποτεθεῖσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν μνημεῖω καινῷ ὑφεστῶτι, οὐκ ἐκ λογάδων λίθων * οἰκοδομηθέντι, καὶ τὴν ἔνωσησιν οὐ φυσικὴν ἔχοντι, ἀλλ' ἐν μιᾷ καὶ δι' ὄλων ἠνωμένη πέτρα λατομητῇ καὶ λαξευτῇ.
- PG 11, 952 Lib. III, 25. [...] Τὸ γὰρ γεγεννημένον ἀπὸ τῆς Παρθένου σῶμα ἦν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ὕλης συνεστηκός, δεκτικὸν τῶν ἀνθρωπίνων τραυμάτων καὶ θανάτου. 122
- PG 11, 1408 Lib. VI, 73. [Ὁ Κέλσος] ἐξῆς ταυτολογῶν, μετὰ τὸ πολλά ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰπεῖν, καὶ χλευάσαι τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἣν κατὰ τὸ δυνατόν ἡμῖν ἀπηντήσαμεν, φησὶν. « Εἰ δ' ἐβούλετο πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ καταπέμψαι, τί ἐδεῖτο εἰς γυναικὸς γαστέρα ἐμπνεῖν; Ἐδύνατο γὰρ ἡδη πλάσσειν ἀνθρώπους εἰδώς, καὶ τούτῳ περιπλάσαι σῶμα, καὶ μὴ τὸ ἴδιον πνεῦμα εἰς τοσοῦτον μίασμα ἐμβαλεῖν· οὕτως μέντ' ἂν οὐδ' ἠπιστεῖτο, εἰ
-
- tam audacter de futuris rebus pronuntiat, et qui prophetiis in sui admirationem Iudaeos rapit.
- PG 11, 903 Lib. II, 69. [...] Nimirum oportuit ut qui non erat reliquis mortuis similis, sed etiam mortuus sanguinis et aquae effusione signae vitae dederat, quique novus, ut ita dicam, erat mortuus, is in novo et puro sepulcro conderetur: ut quemadmodum natiuitas eius qualibet alia purior fuit, quippe qui non ex utriusque sexus coniunctione, sed ex Virgine natus est; ita etiam sepultura haberet puritatem, cuius signum erat novum illud, in quo positum corpus eius
- *906 fuit * monumentum, non ex collectitiis lapidibus constructum, nec unum natura, sed in una et undecunque coniuncta petra exsculptum excisumque.
- PG 11, 951 Lib. III, 25. [...] Quod enim ex Virgine natum est, id corpus erat ex humana materia constans, et quod humanis vulneribus esset mortique obnoxium. 123
- PG 11, 1407 Lib. VI, 73. [Celsus] eadem iterans redit ad ortum Dei ex Virgine in quem iam supra multa disseruit dieteriaque fudit quae pro viribus refutavimus. « Si volebat, inquit, ex seipso spiritum emittere, quid opus fuit ut illum in feminae uterum inspiraret? Iam enim homines efformandi peritus, potuit isti accommodare corpus, non vero pro-

ἄνωθεν εὐθὺς ἔσπαρτο. » Καὶ ταῦτ' εἶπεν, ἐπεὶ μὴ οἶδε τὴν καθαρὰν καὶ παρθενικὴν γέννησιν καὶ ἀπὸ μηδεμιᾶς φθορᾶς τοῦ μέλλοντος ὑπηρετήσασθαι τῇ ἀνθρώπων σωτηρίᾳ σώματος.

prium spiritum iniicere in tantam sordium sentinam. Si sic e superis proxime descendisset, nulla fuisset incredulitas ». Et haec dixit, quia nescivit quam purus et intaminatus fuerit e Virgine ortus corporis quod saluti hominum inserviturum erat.

IN GENESIM HOMILIAE

125 Homilia VIII, 9. [...] Christus Verbum Dei est, sed *Verbum caro factum est*.¹ Unum igitur in Christo de superioribus est, alterum ex humana natura et virginali utero susceptum. PG
12, 209

126 Homilia XVII, 5. *Catulus leonis Iuda, de germine eius ascendit: recubans dormisti sicut leo, et sicut catulus leonis. Quis suscitabit eum?*² [...] PG
12, 257

Sed multo convenientius aptabitur huic loco mystica expositio, in qua catulus leonis Christus non solum tropice, verum etiam physice designatur: nam Physiologus de catulo leonis haec scribit quod cum fuerit natus tribus diebus et tribus noctibus dormiat, tum deinde patris fremitu vel rugitu tanquam tremefactus cubilis locus suscitetur catulum dormientem. Iste catulus ergo ascendit ex germine: ex virgine enim natus est. Non ex semine, sed ex virgine, absque concubitu viri, et absque semine naturali nascitur Christus, velut virgultum sive ramus. In quo manifestissime et veritas carnis assumptae ex virgine declaratur in sacro sancto germine, et a contagio humani et carnalis seminis excusatur.

IN EXODUM HOMILIAE

127 Homilia VI, 1. [...] *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est*,³ quasi non sufficeret: *honorificatus est*, sed addidit: *gloriose honorificatus est*. Equidem quantum possum coniecere, videtur mihi aliud esse glorificari, aliud gloriose glorificari. Nam Dominus meus Iesus Christus, cum carnem ex Virgine Maria pro salute nostra suscepit, glorificatus est quidem, quia venit quaerere quod per-

¹ Io. I, 14.

² Gen. XLIX, 9.

³ Exod. XV, 1.

ierat,¹ non tamen gloriose glorificatus est. Dicitur enim de ipso,² quia *vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, et vultus eius ignobilis super filios hominum*. Glorificatus est et cum ad crucem venit, et pertulit mortem.

IN LEVITICUM HOMILIAE

PG
12. 493

Homilia VIII, 2. *Et locutus est, inquit.³ Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Mulier quaecunque conceperit semen, et pepererit masculum, immunda erit septem diebus.*

128

Παρέλκειν δόξει τό· « Ἐάν σπερματισθῆ, » προτασσόμενον τοῦ· « Καί τέκη ἄρσεν ». Ἄλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερματίσθαι τεκοῦσα ἄρσεν, μη νομισθῆ ἀκάθαρτος εἶναι γεγεννηκυῖα τὸν Σωτῆρα, εἴρηται ὅλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καί μη προσκειμένου τοῦ· « Ἐάν σπερματισθῆ, » νοεῖσθαι μη οὔσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία. Οὐ γὰρ ἀπλῶς ἦν γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

Primo consideremus secundum historiam, si non videtur quasi ex superfluo additum « mulier quae susceperit semen, et pepererit masculum », quasi possit aliter masculum parere, nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur. Ad discretionem namque illius, quae sine semine concepit et peperit, istum sermonem pro caeteris mulieribus legislator adiecit: ut

non omnem mulierem quae peperisset, designaret immundam, sed eam quae concepto semine peperisset. Addi quoque ad hoc etiam illud potest, quod lex ista, quae de immunditia scribitur, ad mulieres pertinet. De Maria autem dicitur, quia virgo concepit, et peperit. Ferant ergo legis onera mulieres, virgines vero ab his habeantur immunes. Sed si nobis aliquis occurrat argutus, et dicat quia et Maria mulier in Scripturis nominatur: sic enim dicit Apostolus: ⁴ *Ubi autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret*; respondebimus ei, quia in hoc Apostolus mulierem non pro corruptela integritatis, sed pro sexus indicio nominavit; ut quia dicebat Filium Dei missum, simul et illud quod communi omnium ingressu in hunc mundum venisset, exponeret. Est porro et aetatis istud vocabulum, eius scilicet, qua feminino sexui de annis pubertatis exceditur, et ad id tempus, quo

¹ Matth. XVIII, 11.

² Isa. LIII, 2, 3.

³ Levit. XII, 2.

⁴ Galat. IV, 4.

habilis viro videatur esse, transitur. Sicut et e contrario vir appellatur is qui adolescentiae tempus excesserit, etiamsi uxorem nondum habeat, cuius vir esse dicatur; quo nomine appellari solent etiam hi, quos femineae admistionis macula nulla perstringit. Si ergo recte dicitur vir pro sola virili aetate, etiam is qui nullius admistionem feminae noverit: quomodo non eadem consequentia etiam virgo quae intemerata permansit, pro sola aetatis maturitate mulier nominatur? Denique et Abraham cum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Bathuelis ut inde acciperet Isaac filio suo uxorem, et puer curiosius percontaretur, ait ad eum: *Quod si noluerit mulier sequi me, reducam filium tuum illuc?*¹ et non dixit, quod si noluerit virgo sequi me. Haec ergo dicta sint nobis de eo quod observavimus scriptum, quia non superfluo addidit legislator, *mulier si conceperit semen, et pepererit filium;*² sed esse exceptionem mysticam, quae solam Mariam a reliquis mulieribus segregaret, cuius partus non ex conceptione seminis, sed ex praesentia sancti Spiritus et virtute Altissimi fuerit.

129

Homilia XII, 4. [...] Scriptura dicit: *Nemo mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita eius.*³ Hoc ipso ergo quod in vulva matris est positus, et quod materiam corporis ab origine paterni seminis sumit, in patre et in matre contaminatus dici potest. Aut nescis, quia cum quadraginta dierum factus fuerit puer masculus, offertur ad altare, ut ibi purificetur, tanquam qui pollutus fuerit in ipsa conceptione, vel paterni seminis, vel uteri materni? Omnis ergo homo in patre et in matre pollutus est, solus vero Iesus Dominus meus in hanc generationem mundus ingressus est, in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum. Ipse enim erat, qui et dudum per Salomonem dixerat: *Magis autem cum essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum.*⁴ Non est ergo contaminatus in matre, sed ne in patre quidem. Nihil enim Ioseph in generatione eius praeter ministerium praestitit et affectum. Unde et pro fideli ministerio, patris ei vocabulum Scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in Evangelio: *Ecce ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.*⁵ Sic ergo solus est hic sacerdos magnus, qui neque in patre pollutus sit, neque in matre.

PG
12, 539¹ Gen. XXIV, 5.² Levit. XII, 2.³ Iob. XIV, 4-5.⁴ Sap. VIII, 20.⁵ Lc. II, 48.

IN NUMEROS HOMILIAE

PG
12, 784 Homilia XXXVII, 3. [...] Quod si intellexisti quantum sacra- 130
menti numerus iste descensionis ascensionisque contineat, veni iam,
et incipiamus per ea, quae descendit Christus ascendere, et primam
mansionem istam facere, quam ille novissimam fecit, scilicet, qui
natus ex Virgine est: et haec sit prima nobis mansio de Aegypto
exire volentibus, in qua, relicto idolorum cultu, et daemoniorum,
non deorum, veneratione, credimus Christum natum ex Virgine,
et de Spiritu sancto, et Verbum carnem factum venisse in hunc
mundum.

IN LIBRUM IESU NAVE HOMILIAE

PG
12, 909 Homilia XVII, 1. [...] Cecidit enim Ierusalem, cecidit templum, 131
altare sublatum est, uti iam neque in monte Garizim, neque in Ie-
rosolymis sit locus ubi oportet adorare, sed veri adoratores qui
*910 adorant Patrem, in spiritu et * veritate adorent.¹ Sic ergo praesente
veritate, typus et umbra cessavit: et cum adesset templum, quod
per Spiritum Dei et virtutem Altissimi in utero virginis fabricatum
est, dirutum est templum ex lapidibus fabricatum.

COMMENTARIA IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAENUM (246)

PG
13, 875 Tomus X, 17. Τούτῳ πρόθεν 132
ἡ σοφία αὐτῆ; πλείονα σαφῶς ἐμ-
φαίνει καὶ ἐξάριετον σοφίαν τῶν
λόγων τοῦ Ἰησοῦ, ἀξίαν τοῦ « Καὶ
ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε », καὶ
δυνάμεις μείζους ἐποίησε τῶν ἐν
Ἡλίᾳ καὶ ἐν Ἐλισσαίῳ, καὶ ἔτι
πρότερον ἐν Μωϋσῆϊ, καὶ Ἰησοῦ
τοῦ Ναυῆ. Ἐλεγον δὲ οἱ θαυμά-
ζοντες, οὐκ εἰδότες αὐτὸν Παρθέ-
νου υἱόν, οὐδὲ πιστεύοντες, εἰ καὶ
ἐλέγετο, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες εἶναι
Ἰωσήφ τοῦ τέκτονος· « Οὐχ οὕτως
ἐστὶν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός »; Καὶ

Tomus X, 17. *Unde huic sa- 132*
pientia haec? ² magnam et exi-
miam sermonum Iesu sapien-
tiam fuisse aperte ostendit, hoc
elogio dignam: *Et ecce plus*
*quam Salomon hic,*³ et virtutes
maiores fecit iis quae ab Elia
et Elisaeo factae sunt, et insu-
per antea a Moyse et Iesu
filio Nave. Dicebant autem ii
qui admirabantur, ignorantibus
ipsum Virginis esse filium, nec
id quidem credentes, etiamsi iis
diceretur, sed filium Ioseph fa-

¹ Io. IV, 23.² Matth. XIII, 54.³ Matth. XII, 42.

ὄλην γε τὴν φαινομένην αὐτοῦ ἐγγυτάτω συγγένειαν ἐξευτελιζόντες, ἔφασκον τό· « Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰακώβος, καὶ Ἰωσήφ, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας; Καὶ αἱ ἀδελφαι αὐτοῦ οὐχὶ πρὸς ἡμᾶς εἰσιν; » Ὡροντο οὖν αὐτὸν εἶναι Ἰωσήφ καὶ Μαριάς υἱόν· τοὺς δὲ ἀδελφούς Ἰησοῦ, φασί τινες εἶναι, ἐκ παραδόσεως ὀρμώμενοι τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίου, ἣ τῆς βίβλου * Ἰακώβου, υἱοὺς Ἰωσήφ ἐκ προτέρας γυναικός, συνωκηκυίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαριάς. Οἱ δὲ ταῦτα λέγοντες τὸ ἀξίωμα τῆς Μαριάς ἐν παρθενίᾳ τηρεῖν μέχρι τέλους βούλονται, ἵνα μὴ τὸ κριθὲν ἐκεῖνο σῶμα διακονήσασθαι τῷ εἰπόντι Λόγῳ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἐψίστου ἐπισκιάσει σοι », γυνῶ κοίτην ἀνδρός μετὰ τὸ ἐπελθεῖν ἐν αὐτῇ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τὴν ἐπεσκιακυῖαν αὐτῇ δύναμιν ἐξ ὕψους. Καὶ οἶμαι λόγον ἔχειν, ἀνδρῶν μὲν καθαρότητος τῆς ἐν ἀγνείᾳ ἀπαρχῆν γεγενῆσθαι τὸν Ἰησοῦν, γυναικῶν δὲ τὴν Μαριάμ. Οὐ γὰρ εὐφημον, ἄλλην παρ' ἐκείνην τὴν ἀπαρχῆν τῆς παρθενίας ἐπιγράψασθαι.

*877

bri existimantes: *Nonne hic est fabri filius?*¹ Et omnem quae ad illum proxime pertinere videbatur cognationem contemnentes, dicebant illud: *Nonne mater eius dicitur Maria? Et fratres eius Iacobus, et Ioseph, et Simon, et Iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt?*² Putabant igitur illum esse Iosephi et Mariae filium: fratres autem Iesu, filios esse Iosephi ex priore coniuge, quam ipse ante Mariam duxerit, affirmant nonnulli, ad id scilicet adducti³ traditione

*878

fuisse Iesum; mulierum autem, Mariam. Impium enim est alii ac illi primitias virginitatis attribuere.

133

Tomus XVI, 12. [...] Ὁχλου οὖν ἱκανοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συνεκπορευομένου ἀπὸ τῶν κοσμικῶν τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἰσραη-

PG
13, 1409

133

Tomus XVI, 12. [...] Ingenti ergo e gentibus multitudine, una cum Iesu, ipsiusque discipulis e rebus mundanis exeunte, Israeli-

PG
13, 1410

¹ Matth. XIII, 55.

² Matth. XIII, 55-56.

³ Lc. I, 35.

λιτικόν τι λειψίμα παρὰ τὴν ὁδὸν καθεζόμενον, καὶ πενόμενον τοῖς νοήμασι, καὶ ἐπαιτοῦν τὰ εἰς τὴν χρεῖαν τῆς ψυχῆς, ἀκοῦσαν, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηγός ἐστιν, ἔρχεται μέγα βοῶν, ἀξιοῦν τὸν Σωτῆρα, ὡς υἱὸν Δαυὶδ, ἔλεον αὐτῷ παρασχεῖν· καὶ ἐπὶ ἰδῆς τῶν ἀπὸ * Ἰουδαίων πιστευόντων εἰς τὸν Ἰησοῦν περὶ τοῦ Σωτῆρος πίστιν, ὅτε μὲν ἐκ Μαρίας καὶ τοῦ Ἰωσήφ οἰομένων αὐτὸν εἶναι, ὅτε δὲ ἐκ Μαρίας μὲν μόνης καὶ τοῦ θεοῦ Πνεύματος, οὐ μὴν καὶ μετὰ τῆς περὶ αὐτοῦ θεολογίας, ὅψει πῶς οὗτος ὁ τυφλὸς λέγει τό· « Υἱὸς Δαυὶδ, ἐλέησόν με », ᾧ ἐπιτιμῶσιν οἱ πολλοί.

PG
13, 1413

[...] Εἶτα ἐπέειπε λέγοντι αὐτῷ· « Υἱὸς Δαυὶδ, ἐλέησόν με », ἐπετίμων οἱ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ, ζητῶ εἰ δύνασαι πολλοὺς μὲν εἰπεῖν ἐπιτιμῶντας ἵνα σιωπήσῃ, τῷ Ἐβιωναίῳ καὶ πτωχεύοντι περὶ τὴν εἰς Ἰησοῦν πίστιν, τοὺς ἀπὸ τῶν ἔθνῶν, οἵτινες παρ' ὀλίγους ἅπαντες πεπιστεύκασι αὐτὸν ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, καὶ ἐπιτιμῶσιν ἵνα σιωπήσῃ, τῷ οἰομένῳ αὐτὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶναι κατὰγοντος τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ.

134

*1411

ticae * quaedam secus viam sedentes reliquiae, cogitationum inopes, et animae necessaria mendicantes, cum Iesum Nazarenum esse audissent, magna voce clamantes, et Servatoris, tanquam filii David, misericordiam implorantes accedunt: et postquam Iudaeorum in Iesum credentium fidem de Servatore perspexeris, qui nonnunquam eum e Maria et Iosepho natum, aliquando e Maria sola et Spiritu sancto, at neutiquam cum theologica ipsius cognitione existimabant, facile intelliges quomodo id dicat caecus:¹ *Fili David, miserere mei*, quem plurimi quidem increpant [...]

PG
13, 1414

[...] Deinde vero quoniam dicentem eum *Fili David, miserere mei*, increpabant multi ut taceret, quaero num plures illos increpantes eum qui Ebionaeus et fidei in Iesum inops est, ut taceat, gentiles esse dicere queas, qui, si paucos excipias, natum illum esse ex virgine persuasum habuerunt; eumque ut taceat increpant, qui eum e mulieris ac viri genus suum a Davide ducentis semine natum esse opinantur.

134

COMMENTARIORUM SERIES IN MATTHAEUM
ALIAS TRACT. XXIII

PG
13, 1631

25. [...] Venit ad nos quaedam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo ubi virginibus quidem consistere licet, et orare Deum; expertae autem torum virilem, non permittebantur in eo consistere. Maria autem postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare stetit in illo virginum loco: prohibentibus autem eis qui noverant eam iam filium genuisse, Zacharias stetit, atque dixit

135

¹ Matth. XX, 30.

prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco, cum sit adhuc virgo.

- 136 50. [...] *Deus superexaltavit eum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.*¹ Non solum autem exaltavit eum secundum spiritum, sed etiam secundum corpus, ut per omnia sit exaltatus. Et corpus quod suscepit de virtute Altissimi, et de Virgine huiusmodi ministerium ministrante, debebat honorari ut et super talibus nubibus veniret. PG
13, 1676

HOMILIAE IN LUCAM (234)

- 137 Homilia VI. [Elisabeth] abscondebat se mensibus quinque: non usque ad nonum mensem, donec partus ingrueret, sed usquequo conciperet Maria. Quando enim illa concepit, et venit ad eam, et facta est salutatio in aures eius, exsultavit in gaudio infans in utero Elisabeth, et prophetavit Spiritu sancto plena, et locuta est quae evangelicus sermo describit: *Et diffamata sunt super omnem montanam verba haec.*² Quando enim in populo rumor egressus est habere eam in utero prophetam, et aliquid maius esse homine qui gestabatur a Virgine, tunc non absconditur, sed tota libertate se prodit, et exultat se habere Praecursorem in utero Salvatoris. Deinde Scriptura commemorat, quod *mense sexto conceptus Elisabeth missus sit angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cuius nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph de domo David, et nomen virginis, Maria.*³ Rursum in mea mente volvens quaero, quare Deus, cum semel Salvatorem iudicaret nasci ex virgine, non elegit puellam absque sponso, sed eam potissimum quae iam fuerat desponsata. Et nisi fallor, haec causa est. Debit de ea virgine nasci, quae non solum sponsum haberet, sed, ut Matthaeus scribit,⁴ iam viro tradita fuerat, licet eam vir necdum nosset, ne turpitudinem virginis habitus ipse monstraret, si virgo videretur utero tumentis. Unde *elegantem in cuiusdam martyris epistola scriptum reperi, Ignatium dico episcopum Antiochiae post Petrum secundum, qui in persecutione Romae pugnavit ad bestias: Principem saeculi huius latuit virginitas Mariae: latuit propter Ioseph: latuit propter nuptias: latuit quia virum habere putabatur. Si enim non habuisset sponsum, et ut putabatur, virum, nequaquam potuisset principi mundi huius abscondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita sub- PG
13, 1814

*1815

¹ Philipp. II, 9.

² Lc. I, 65.

³ Lc. I, 26, 27.

⁴ Matth. I, 18.

repsisset: quomodo ista, quae non concubuit cum viro, praegnans est? Debet iste conceptus esse divinus, debet aliquid humana natura esse sublimius. E contrario disposuerat Salvator, dispensationem suam et assumptionem corporis ignorare diabolum: unde et in generatione sua celavit eam; et discipulis postea praecipiebat, ne manifestum eum facerent. Et cum ab ipso diabolo tentaretur, nusquam confessus est Dei se esse Filium, sed tantummodo respondebat: Non oportet ut adorem te, nec ut lapides istos panes faciam, ut me de alto praecipitem.¹ Et cum ista diceret, tacuit semper se esse Filium Dei.

PG
13, 1815

[...] Quia vero angelus novo sermone Mariam salutavit, quem in omni Scriptura invenire non potui, et de hoc pauca dicenda sunt.

138

*1816

Id enim quod * ait: *Ave, gratia plena*, quod graece dicitur, *κεχαριτωμένη*, ubi in Scripturis alibi legerim non recordor; sed neque ad virum istiusmodi sermo est, *Salve, gratia plena*. Soli Mariae haec salutatio servatur. Si enim scisset Maria et ad alium quempiam similem factum esse sermonem, habebat quippe legis scientiam, et erat sancta, et prophetarum vaticinia quotidiana meditatione cognoverat, nunquam quasi peregrina eam salutatio terruisset. Propter quod loquitur ei angelus: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam coram Domino. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur.*² Dicitur et de Ioanne, *erit magnus*: et hoc ipsum Gabriel angelus contestatur; sed quando venit Iesus vere magnus, vere sublimis, ille qui prius magnus fuerat, minor effectus est.

PG
13, 1817

Homilia VII. Meliores ad deteriores veniunt, ut eis ex adventu suo aliquid tribuant emolumenti. Sic et Salvator venit ad Ioannem, ut sanctificaret baptisma illius: et Maria statim ut audivit angelum nuntiantem, quod conceperit Salvatorem, et quod cognata illius Elisabeth haberet in utero, consurgens cum festinatione venit in montana, et ingressa est domum Elisabeth. Iesus vero, qui in utero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare. Denique antequam veniret Maria et salutaret Elisabeth, non exsultavit infans in utero: sed statim ut Maria locuta est verbum, quod Filius Dei in ventre matris suggesserat, exsultavit infans in gaudio, et tunc primum praecursorem suum prophetam fecit Iesus. Oportebat quoque Mariam cum Dei prole dignissima, post alloquium Dei, ad montana conscendere, et in sublimioribus commorari. Unde et scriptum est: *Consurgens Maria in diebus illis,*

139

¹ Matth. IV, 1-10.

² Lc. I, 31-32.

*venit in montana.*¹ Debuerat etiam, cum esset sollicita, non pigra, properare sollicitudine, et Spiritu sancto plena ad sublimiora perducui, et virtute Dei protegi, a qua fuerat obumbrata. *Venit ergo in civitatem Iudae, et in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth. Factum est cum audisset salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto.*² Non est itaque dubium quin quae tunc repleta est Spiritu sancto, propter filium sit repleta. Neque enim mater primum Spiritum sanctum meruit, sed cum Ioannes adhuc clausus in utero Spiritum sanctum recepisset, tunc et illa post sanctificationem filii repleta est Spiritu sancto. Poteris hoc credere, si simile quid etiam de Salvatore cognoveris. Invenitur beata Maria, sicut in aliquantis exemplaribus reperimus, prophetare. Non enim ignoramus, quod secundum alios codices et haec verba Elisabeth vaticinetur. Spiritu itaque sancto tunc repleta est Maria, quando coepit in utero habere Salvatorem. Statim enim ut Spiritum sanctum accepit, Dominici corporis conditorem, et Filius Dei esse coepit in utero, etiam ipsa completa est Spiritu sancto. *Exsultavit ergo * infans in utero Elisabeth, et repleta est Spiritu sancto, et clamavit voce magna et dixit:*³ *1818

Benedicta tu inter mulieres. Debemus in hoc loco, ne simplices quique decipiantur, ea quae solent opponere haeretici, confutare. In tantam quippe nescio quis prorupit insaniam, ut assereret negatam fuisse Mariam a Salvatore, eo quod post nativitatem illius iuncta fuerit Ioseph: et locutus est, quae quali mente dixerit ipse noverit qui locutus est. Si quando igitur haeretici vobis tale quid obiecerint, respondete eis, et dicite: Certe Spiritu sancto plena Elisabeth ait: *Benedicta tu inter mulieres.* Si sancto Spiritu benedicta canitur Maria, quomodo eam Salvator negavit? Porro quod asserunt eam nupsisse post partum, unde approbent non habent. Hi enim filii, qui Ioseph dicebantur, non erant orti de Maria, neque est ulla Scriptura quae ista commemoret. *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini mei ad me?*⁴ Quod ait: *Unde mihi hoc,* non ignorans dicit: et maxime Spiritu sancto plena, quasi nesciat quod iuxta Dei voluntatem Mater Domini venerit ad eam; sed isto sensu loquitur: Quid boni feci? Quae opera mea tanta sunt, ut Mater Domini ad me veniat? Per quam iustitiam, ex quibus bonis, de qua fidelitate mentis

¹ Lc. I, 39.

² Lc. I, 40-41.

³ Lc. I, 42.

⁴ Lc. I, 42.

hoc merui, ut Mater Domini mei veniat ad me? *Ecce enim ut facta est salutatio tua in aures meas, exsultavit in exsultatione infans in utero meo.*¹ [...] Si tantum [homo] fuisset in Mariae utero et non Dei Filius, quomodo poterat fieri, ut et illo tempore et nunc, non solum corporum sed etiam animarum morbi multiplices curarentur?

PG
13, 1819

Homilia VIII. Ante Ioannem prophetat Elisabeth, ante ortum Domini Salvatoris prophetat Maria. Et quomodo peccatum coepit a muliere, et deinceps ad virum usque pervenit: sic et principium salutis a mulieribus habuit exordium, ut caeterae quoque mulieres, sexus fragilitate deposita, imitarentur vitam conversationemque sanctarum earum, quae vel maxime nunc in Evangelio describuntur. Videamus ergo vaticinium virginale. *Magnificat*, ait, *anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in * Deo salutari meo.*² Duae res, anima scilicet et spiritus, duplici laude funguntur. Anima Dominum praedicat, spiritus Deum. Non quod alia laus Domini, alia Dei sit; sed quia qui Deus est, idem et Dominus est: et qui Dominus est, idem et Deus sit. Quaeritur quomodo magnificet Dominum. Si enim Dominus nec augmentum, nec decrementum, recipere potest, et quod est, est: qua ratione nunc Maria loquitur: *Magnificat anima mea Dominum?* Si considerem Dominum Salvatorem imaginem esse invisibilis Dei,³ et videam animam meam factam ad imaginem Conditoris, ut imago esset imaginis; neque enim anima mea specialiter imago est Dei, sed ad similitudinem imaginis prioris effecta est: tunc videbo quoniam in exemplum eorum, qui solent imagines pingere, et uno (verbi causa) vultu regis accepto ad principalem similitudinem exprimendam artis industriam commendare, unusquisque nostrum ad imaginem Christi formans animam suam, aut maiorem ei, aut minorem ponit imaginem, vel obsoletam, vel sordidam, aut claram, atque lucentem, et splendentem ad effigiem imaginis principalis. Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, id est, animam meam, et magnificavero eam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, et ipse Dominus, cuius imago est in nostra anima, magnificatur. Et quomodo crescit Dominus in nostra imagine, sic si peccatores fuerimus, minuitur atque decrescit.

*1820

*1821

[...] Anima itaque Mariae primum magnificat Dominum, et postea exsultat in Deo. Nisi enim antea crederemus, exsultare * non possemus. *Quia respexit*, inquit, *in humilitatem ancillae suae.* In quam humilitatem Mariae respexit Dominus? Quid habebat Mater

¹ Lc. I, 44.

² Lc. I, 46-47.

³ Coloss. I, 15.

Salvatoris humile atque deiectum, quae Dei Filium gestabat in utero? Quod ergo dicit: *Respexit in humilitatem ancillae suae*, tale est quasi dixerit: *Respexit in iustitiam ancillae suae, respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem atque sapientiam*. Dignum quippe est, ut virtutes respiciat. Respondeat aliquis et dicat: *Intelligo quomodo Deus iustitiam ancillae suae sapientiamque respiciat; quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet*. Consideret qui quaerit talia, quoniam proprie in Scripturis una de virtutibus humilitas praedicetur. Ait quippe Salvator: *Discite a me quia mansuetus sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris*.¹ [...] *Respexit super humilitatem ancillae suae*. Humilem me, inquit, et mansuetudinis sectantem deiectionisque virtutem respexit Deus. *Ecce enim amodo beatam me dicunt omnes generationes*.² Si simpliciter intelligam omnes generationes, super credentibus illud interpretor. Si autem altius aliquid fuero scrutatus, animadvertam quanti profectus sit dicere: *Quia fecit mihi magna qui est potens: quoniam omnis qui se humiliat exaltabitur*.³ *Respexit autem Deus in humilitatem beatae Mariae, propterea fecit illi magna qui potens est et sanctum nomen eius. Et misericordia eius in generationes generationum*. Misericordia Dei non in unam generationem, nec in duas, neque in tres, sed nec in quinque, verum in sempiternum extenditur in generationes generationum, timentibus potentiam eius. *Fecit virtutem in brachio suo*. Licet infirmus ad Dominum accesseris, si timueris eum, audire poteris repromissionem quam tibi ob timorem tuum Dominus pollicetur. Quae est ista repromissio? Timentibus, inquit, se fecit virtutem. Virtus, sive imperium, potestas est regia. Etenim κράτος quod nos *imperium* possumus appellare, ab eo dicitur * quod imperet, sive sub se universa contineat.

*1822

PG
13, 1822

141

Homilia IX. Tam eorum quae dicta sunt, quam illorum quae facta referuntur, debet ratio esse sancto Spiritu digna, et Christi fide, ad quam credentes vocamur. Unde et nunc causa quaerenda est, quare Maria post conceptum venerit ad Elisabeth, et manserit cum ea mensibus tribus, aut quid causae fuerit, ut Lucas, qui Evangelii scribebat historiam, etiam hoc scriberet, quod manserit cum ea mensibus tribus, et postea regressa sit in domum suam. Utique debet aliqua esse ratio, quam, si Dominus aperuerit cor nostrum, sequens sermo monstrabit. Si enim eo quod tantum venit Maria ad Elisabeth, et salutavit eam, exsultavit infans in gaudio, et Spiritu sancto plena Elisabeth prophetavit ea quae in Evangelio scripta

¹ Matth. XI, 29.² Lc. I, 48.³ Lc. XVIII, 14.

sunt, et in una hora tantos profectus habuit, nostrae coniecturae relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecit, assistente Maria Elisabeth. Valde quippe indignum est in puncto horae atque momento exsultare infantem, et quodammodo gaudio lascivisse, repletamque esse Spiritu sancto Elisabeth: per tres vero menses, nec Ioannem, nec Elisabeth, ex vicina Matris Domini et ipsius Salvatoris praesentia profecisse. Exercebatur ergo, et quodammodo in athletico a sancta matre, per tres menses urgebatur Ioannes, et praeparabatur in matris utero, ut mirabiliter natus, mirabilius nutritur.

- PG
13, 1823 Homilia X. [Zacharias] *Repletus enim Spiritu sancto prophetavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae.*¹ Visitante enim et Deo volente redimere
- *1824 populum suum, * mansit Maria cum Elisabeth, postquam ei locutus est angelus, mensibus tribus, ut per ineffabilem quamdam virtutem, non solum Ioannem, sicut dudum diximus, sed etiam Zachariam, ut nunc evangelicus sermo declarat, praesens Salvator instrueret. Paulatim quippe et hic per tres menses sancti Spiritus augmenta capiebat, et cum nesciret erudiebatur, et de Christo prophetavit dicens: *Qui dedit redemptionem populo suo, et suscitavit cornu salutis nobis in domo David,*² in qua secundum carnem natus est Christus.
- PG
13, 1834 *Cum iam impleti essent dies purgationis eorum secundum legem Moysi, duxerunt eum in Ierosolymam.*³ Propter purgationem, inquit, eorum. Quorum eorum? Si scriptum esset « propter purgationem eius », id est, Mariae, quae pepererat, nihil quaestionis oriretur; et audacter diceremus Mariam, quae homo erat, purgatione indiguisse post partum...
- PG
13, 1836 [...] *Omne, inquit, masculinum quod aperit vulvam.* Sacratum quidpiam sonat. Quemcumque enim de utero effusum marem dixeris, non sic aperit vulvam matris suae, ut Dominus Iesus, quia omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vulvam reserat. Matris vero Domini eo tempore vulva reserata est, quo et partus editus, quia sanctum uterum et omni dignatione venerationis * venerandum ante nativitatem Christi masculus omnino non tetigit. Audeo quid loqui, quia et in eo quod scriptum est: *Spiritus Dei veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit te,*⁴ principium seminis et conceptus fuerit, et sine vulvae reseratione novus in utero

¹ Lc. I, 67-68.

² Lc. I, 69.

³ Lc. II, 22.

⁴ Lc. I, 35.

fetus adoleverit. [...] *Par turturum aut duos pullos columbarum.*¹ Novum quid forsitan videar inferre, sed pro maiestate parum dignum. Sicut nova fuit generatio Salvatoris, non ex viro et muliere, sed ex sola tantum Virgine, sic et par turturum et duo pulli columbarum non fuerunt tales quales oculis carnis aspicimus, sed quales Spiritus Sanctus est, qui in specie columbae descendit.

145 Homilia XVII. Lucas qui scripsit: *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, propter hoc et quod natum fuerit sanctum, vocabitur Filius Dei:*² et qui manifeste nobis tradidit, quoniam Virginis filius Iesus est, nec de humano conceptus est * semine: *1843 iste patrem eius Ioseph testatus est, dicens: *Erant pater illius et mater admirantes super his quae dicebantur de eo.*³ Quae igitur causa exstitit, ut eum qui pater non fuit, patrem esse memoraret? Qui simplici expositione contentus est, dicit: Honoravit eum Spiritus sanctus Patris vocabulo, quia nutrierat Salvatorem. Qui autem altius aliquid inquirat, potest dicere: quia generationis ordo a David usque ad Ioseph deducitur,⁴ et ne videretur frustra Ioseph nominari, qui pater non fuerat Salvatoris, ut generationis ordo haberet locum: pater appellatus est Domini.

146 [...] *Et in signum cui contradicetur.*⁵ Omnibus quae narrat historia de Salvatore, contradicetur. Virgo mater est, cui contradicetur. Marcionitae contradicunt huic signo, et aiunt, penitus eum de muliere non esse generatum. Ebionitae contradicunt signo, dicentes ex viro et muliere ita natum esse, ut nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum, et hoc signum est cui contradicetur. Alii enim dicunt, eum venisse de coelis: alii, tale quale nos corpus habuisse, ut per similitudinem corporis etiam nostra corpora redimeret a peccatis, et daret nobis spem resurrectionis.

147 [...] Simeon ait: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*⁶ PG 13, 1845
Quis est iste gladius, qui non aliorum tantum, sed etiam Mariae cor pertransit? Aperte scribitur, quod in tempore passionis omnes sint apostoli scandalizati, ipso quoque Domino dicente:⁷ *Omnes vos scandalizabimini in nocte hac.* Ergo scandalizati sunt universi, in tantum ut Petrus quoque apostolorum princeps tertio denegarit. Quid? Putamus quod, scandalizatis apostolis, Mater Domini a scan-

¹ Lc. II, 24.

² Lc. I, 35.

³ Lc. I, 33.

⁴ Matth. I, 16.

⁵ Lc. II, 34.

⁶ Lc. II, 35.

⁷ Matth. XXVI, 31.

dalo fuerit immunis? Si scandalum in Domini passione non passa est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius. Si autem omnes peccaverunt, et egent gloria Dei, iustificati gratia eius et redempti, utique et Maria illo tempore scandalizata est. Et hoc est quod nunc Simeon prophetat, dicens: *Et tuam ipsius animam*; quae scis absque viro peperisse te Virginem, quae audisti a Gabriele: *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*,¹ *pertransibit infidelitatis gladius*, et ambiguitatis mucrone ferieris, et cogitationes tuae te in diversa lacerabunt, cum videris illum, quem Filium Dei audieras, et sciebas absque semine viri esse generatum, crucifigi et mori, et suppliciiis humanis esse subiectum, et ad postremum lacrymabiliter conquerentem atque dicentem: *Pater, si possibile est, pertranseat calix iste a me*.²

PG
13, 1850

Homilia XIX. [...] Cum ergo [...] duodecim esset annorum [...] et reverterentur parentes [Iesu] remansit puer in Ierusalem, et nesciebant parentes eius. [...] Nec miremur parentes vocatos, quorum alter ob partum, alter ob obsequium, patris et matris meruerunt vocabula. Sequitur: *Dolentes*, inquit, *quaerebamus te*.³ Non puto eos idcirco doluisse, quia putarent errasse puerum, vel periisse: nec poterat accidere, ut Maria, quae sciebat se de Spiritu sancto concepisse, quae et angelum loquentem, et currentes pastores, et Simeonem audierat prophetantem, timeret, ne puerum perderet oberantem. Amove hanc opinionem maxime de Ioseph, cui ab angelo praeceptum fuerat, ut tolleret puerum, et in Aegyptum pergeret; qui audierat: *Ne timeas tollere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*.⁴ Numquam fieri poterat, ut perditum formidaret infantem, quem divinum esse cognoverat. Aliud quidquam dolor et quaestio parentum, quam simplex lector intelligit, sonat. Quomodo enim tu, si quando Scripturas legis, quaeris in eis sensum cum dolore quodam ac tormento, non quo Scripturas errasse, aut perperam quid habere arbitreris; sed quod illae intrinsecus habeant veritatis sermonem atque rationem, et tu nequeas invenire quod verum est; ita et illi quaerebant ne forte recessisset ab eis, ne relinquens eos, ad alia transmigrasset, et quod magis puto, ne revertisset ad coelos, cum illi placuisset, iterum descensurus. Dolentes ergo quaerebant Filium Dei.

148

¹ Lc. I, 35.

² Matth. XXVI, 39.

³ Lc. II, 48.

⁴ Matth. I, 20.

FRAGMENTUM

149 "Ὅπερ γὰρ οὐδείς τῶν προφητῶν ὑπῆρξε, τοῦτο ὑπῆρξεν Ἰωάννης, διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ, καὶ προτρέχειν αὐτῆς· οὐ γὰρ πρότερον ἐπλήσθη τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πρὶν ἐπιστῆναι τὴν κυοφοροῦσαν τὸν Χριστόν. Τότε δὲ καὶ ἐπληροῦτο Πνεύματος καὶ ἐσκίρτα, καὶ τῇ μητρὶ μετεδίδου, καὶ ἀνεθόα προφητικῶς ἢ Ἐλισάβετ διὰ τὸ κυοφορούμενον ἐν αὐτῇ βρέφος, καὶ ἔλεγε τῇ Παρθένῳ· «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναῖξιν!» οὐδεμία γὰρ τῆς τοιαύτης χάριτος κοινωνὸς οὔτε γέγονεν, οὔτε γενέσθαι δύναται· ἐν γὰρ τὸ θεῖον κύημα, εἷς ὁ θεῖος τόκος, καὶ μία ἡ γεννήσασα τὸν θεάνθρωπον. Τί μοι τοίνυν πρώτη προαγορεύεις; Μὴ γὰρ ἐγὼ εἶμι ἢ τὸν Σωτῆρα τίκτουσα; Ἐχρῆν ἐμὲ πρὸς σὲ παραγενέσθαι, σὺ γὰρ ὑπὲρ πάσας τὰς γυναῖκας εὐλογημένη· σὺ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου· σὺ ἐμὴ Κυρία ἢ τῆς κατάρας τὴν λύσιν βαστάζουσα. Σύμφωνα τῷ υἱῷ φθέγγεται· καὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν παραστάσεως ἔλεγε, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνάξιαν τῆς παρουσίας τῆς Παρθένου. Τί μοι, φησί, τηλικούτον πέπρακται ἀγαθόν, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου * ἔλθῃ πρὸς μέ; Καὶ μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον, φθάνουσα προφητικῶς τῷ λόγῳ τὴν ἔκβασιν, καὶ καρπὸν κοιλίας ὀνομάζει τὸν Σωτῆρα, τῷ μὴ ἔξ ἀνδρὸς εἶναι, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας· οἱ γὰρ ἐκ τῶν πατέρων τὴν σποράν ἔχοντες ἐκείνων εἰσὶ καρποί.

PG
13, 1901

*1904

149 Quod enim nullus prophetarum exstitit, hoc fuit Ioannes, propterea quod proximus esset adventui Christi et eius praecursor; non enim prius repletus est Spiritu sancto, quam adveniret illa quae Christo gravida erat. Tunc autem et repletus est Spiritu sancto, et exsultavit, et matrem participem fecit, et exclamavit propheticè Elisabeth propter illum quem in utero gerebat infantem, et dixit Virgini: *Benedicta tu in mulieribus*;¹ talis enim gratiae particeps nulla unquam fuit, nec esse potest: unicus enim est divinus conceptus, unicus divinus partus, unica est quae genuit Deum et hominem. Cur me igitur prior salutis? Numquid ego sum quae Salvatorem pario? Oportebat me ad te venire: tu enim super omnes mulieres benedicta: tu Mater Domini mei: tu mea Domina, maledicti solutionem portans. Consona filio loquitur: Ioannes enim indignum se qui coram Christo sisteretur aiebat; illa vero indignam se praesentia Virginis dicebat. Quid a me, inquit, tantum factum est boni, ut Mater Domini mei veniat ad me? Et eam quae adhuc * virgo erat, matrem vocat, propheticè eventum sermone praeveniens, et fructum ventris appellat Salvatorem, eo quod non ex viro, sed e sola Maria sit: qui enim e parentum seminibus oriuntur, illi sunt eorum fructus.

PG
13, 1902

*1903

¹ Lc. I, 42.

PG
13, 1904

Θεία μὲν οὖν οἰκονομία τὴν Μαρίαν ἤγαγε πρὸς τὴν Ἑλισάβετ, ἵνα ἡ μαρτυρία Ἰωάννου καὶ ἐκ μητέρας εἰς τὸν Κύριον πληρωθῇ. Ἐσκήρτησε γὰρ τὸ βρέφος, καὶ οἶονεὶ ἤρξατο ἔκτοτε προφήτην δεικνύειν τὸν Ἰωάννην ὁ Κύριος. Εἶχε δὲ καὶ ἡ πορεία τῆς Παρθένου τὴν οἰκείαν αὐτῆς σπουδὴν. Ἦλθε γὰρ ὀψομένη τὴν Ἑλισάβετ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ παράδοξον κύημα καὶ ἰδεῖν καὶ πιστώσασθαι κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν, ἵνα διὰ τούτου καὶ ὁ μείζων πιστευθῇ τοκετός, ὁ ἐξ αὐτῆς, φημί, τῆς Παρθένου. Καὶ συντρέχει πρὸς τὴν πίστιν ταύτην ὁ λόγος τῆς Ἑλισάβετ λεγούσης: «Καὶ μακαρία ἡ πιστεύουσα, ὅτι ἔσται τελείως τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου». Βεβαιότερα οὖν ἐγένετο πρὸς τὴν πίστιν ὧν ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἡ Μαρία, μακαριζομένη, ἐὰν πιστεύσῃ, ἀγγέλου τε προσημαιίνοντος, καὶ τῆς συγγενίδος τὰ παραπλήσια προφητευσούσης.

150

COMMENTARIA IN EVANGELIUM IOANNIS

PG
14, 32

Tomus I, Praefatio, 6. Τολμητέον τοίνυν εἰπεῖν ἀπαρχὴν μὲν πασῶν Γραφῶν εἶναι τὰ Εὐαγγέλια, τῶν δὲ Εὐαγγελίων ἀπαρχὴν τὸ κατὰ Ἰωάννην· οὗ τὸν νοῦν οὐδεὶς δύναται λαβεῖν μὴ ἀναπεσῶν ἐπὶ τὸ στήθος Ἰησοῦ, μηδὲ λαβῶν ἀπὸ Ἰησοῦ τὴν Μαρίαν γινομένην καὶ αὐτοῦ μητέρα· καὶ τηλικούτον δὲ γενέσθαι δεῖ τὸν ἐσόμενον ἄλλον Ἰωάννην, ὥστε οἶονεὶ τὸν Ἰωάννην δειχθῆναι ὄντα Ἰησοῦν ἀπὸ Ἰησοῦ. Εἰ γὰρ οὐδεὶς υἱὸς Μαρίας, κατὰ

151

PG
13, 1903

Divina igitur dispensatio Mariam duxit ad Elisabeth, ut testimonium Ioannis etiam ex utero erga Dominum impleretur. Exsultavit enim infans, et veluti coepit extunc prophetam ostendere Ioannem Dominus. Habuit autem etiam iter Virginis propriam eius diligentiam. Venit enim ut Elisabeth et mirabilem eius conceptum videret, eique fidem faceret secundum evangelicam vocem, ut per illum alter maior, ex ipsa, dico, Virgine partus fidem mereretur. Et concurrat ad fidem hanc sermo Elisabeth dicentis: *Beata quae credidisti, quoniam perficientur quae dicta sunt tibi a Domino.*¹ Confirmatior ergo ad credenda illa quae audierat ab angelo, facta est Maria, beata dicta si crederet; angelus enim praenuntiabat, et quae simul gravida erat Elisabeth, similia praedicabat.

150

PG
14, 31

Tomus I, Praefatio, 6. Audeamus igitur dicere primitias Scripturarum omnium Evangelium esse; Evangeliorum vero primitias, Evangelium a Ioanne traditum; cuius sensum percipere nemo potest, nisi qui supra pectus Iesu recubuerit, vel acceperit a Iesu Mariam, quae etiam ipsius mater fiat: adeo talem tantumque esse necesse est, qui Ioannes alius sit futurus, ut quemadmodum Ioan-

151

¹ Lc. I, 45.

τοὺς ὑγιῶς περὶ αὐτῆς δοξάζοντας, ἢ Ἰησοῦς, φησὶ δὲ Ἰησοῦς τῇ μητρὶ· «Ἴδε ὁ υἱός σου», καὶ οὐχί· Ἴδε καὶ οὗτος υἱός σου· ἴσον εἶρηκε τῷ· Ἴδε οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὃν ἐγέννησας. Καὶ γὰρ πᾶς ὁ τετελειωμένος ζῆ οὐκέτι, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ζῆ Χριστός· καὶ ἐπεὶ ζῆ ἐν αὐτῷ Χριστός, λέγεται περὶ αὐτοῦ τῇ Μαρίᾳ· Ἴδε ὁ υἱός σου ὁ Χριστός.

152 Tomus II, 30. [...] Καὶ πρὸ τῶν ἐνταῦθα δὲ μαρτυριῶν ἢ ἐν τῇ ἀγαλλιάσει σκίρτησις τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ τῆς Μαρίας μαρτυρία περὶ Χριστοῦ ἦν, μαρτυροῦντος τῇ Θειότητι τῆς συλλήψεως καὶ γενέσεως αὐτοῦ. PG
14, 181

153 Tomus VI, 30. «Τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν». Πρότερον ἢ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, ἅμα τῷ συλλαβεῖν αὐτόν, τῇ μητρὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ αὐτῇ ἐγκύμονι τυγχανούσῃ, ἐπεδήμει, ὅτε μορφούμενος τῷ μορφουμένῳ ἀκριβέστερον τὴν μόρφωσιν χαρίζεται, σύμμορφον ἐνεργῶν αὐτόν γενέσθαι τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ὥστε διὰ τὸ κοινὸν τῆς μορφῆς Ἰωάννην τε Χριστὸν ὑπονοεῖσθαι τυγχάνειν, καὶ Ἰησοῦν Ἰωάννην ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν νομίζεσθαι, παρὰ τοῖς μὴ διακρίνουσι τὴν εἰκόνα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν εἰκόνα· νῦν δὲ ὁ Ἰησοῦς μετὰ τὰ προεξετασθέντα μαρτύρια Ἰωάννου περὶ αὐτοῦ, αὐτὸς PG
14, 285

nes, itidem etiam et iste a Iesu Iesus existere ostendatur. Nam si nullus est Mariae filius, iudicio eorum qui de ipsa sane senserunt, praeterquam Iesus: dicitque Iesus matri: *Ecce filius tuus*,¹ et non, ecce etiam hic est filius tuus: perinde est, ac si dixisset: *Ecce hic est Iesus quem genuisti*. Etenim quisquis perfectus est, non amplius vivit ipse, sed in ipso vivit Christus.² Cumque in ipso vivat Christus, dicitur de eo Mariae: *Ecce filius tuus Christus*.

152 Tomus II, 30. [...] Baptistae exsultatio prae gaudio in utero Elisabeth propter Mariae salutationem, testimonium fuit de Christo, testificante Baptista de divinitate conceptionis et ortus Christi. PG
14, 182

153 Tomus VI, 30. *Postero die videt Ioannes Iesum venientem ad se*.³ Prius Iesu mater, simul atque ipsum concepit, ad Ioannis matrem, eamque uterum ferentem pergit, quando qui formatur accuratiorem formationem donat ei qui formabatur, conformem illum efficiens suae gloriae, adeo ut ob formam communem, Ioannes crederetur esse Christus, et item Christus Ioannes esse a mortuis excitus putaretur,⁴ apud eos qui non discernunt inter imaginem et inter eum qui est secundum imaginem; nunc autem ipse Iesus post ea, quae antea accurate examinavimus, testimonia Ioannis de ipso, videtur PG
14, 286

¹ Io. XIX, 26.

² Galat. II, 20.

³ Io. I, 29.

⁴ Lc. III, 15; Matth. XIV, 2; Marc. VI, 14-16; Lc. IX, 8.

βλέπεται ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐρχόμενος πρὸς αὐτόν. Παρατηρητέον δέ, ὅτι ἐκεῖ μὲν διὰ τὴν τοῦ Μαρίας ἀσπασμοῦ φωνὴν ἐληλυθυῖαν εἰς τὰ ὦτα τῆς Ἐλισάβετ, σκιρτᾷ τὸ βρέφος Ἰωάννης ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός, τότε, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς, λαμβανούσης Πνεῦμα ἅγιον· « Ἐγένετο γάρ, φησίν, ὡς ἤκουσε τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἢ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἢ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν ». Ἐνθα δὲ « Βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ Ἄμνός τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ». ἀκοῇ δὲ τῇ περὶ τῶν κρειττόνων πρότερόν τις παιδεύεται, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτόπτης αὐτῶν γίνεται. Ὅτι μέντοιγε εἰς τὴν μὴ φωνῶσιν ὠφέληται ὁ Ἰωάννης ἀπὸ τοῦ ἔτι μορφουμένου τοῦ Κυρίου, γενομένου ἐν τῇ μητρὶ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, τῷ κεκρατηκότι τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ φωνῆν μὲν εἶναι τὸν Ἰωάννην, λόγον δὲ τὸν Ἰησοῦν, δῆλον ἔσται· μεγάλη γὰρ φωνὴ γίνεται ἐν τῇ Ἐλισάβετ πληρωθεῖση Πνεύματος ἁγίου διὰ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ὡς αὐτὴ ἢ λέξις παρίστηεν οὕτως ἔχουσα· « Καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ », δῆλον ὅτι ἢ Ἐλισάβετ, « καὶ εἶπεν ». Ἡ γὰρ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς Μαρίας, γενομένη ἐν τοῖς ὡσὶ τῆς Ἐλισάβετ, ἐπλήρωσε τὸν Ἰωάννην ἑαυτῆς· διόπερ σκιρτᾷ ὁ Ἰωάννης, καὶ οἰνοεὶ στόμα τοῦ υἱοῦ καὶ προφήτις ἢ μήτηρ γίνεται, ἀναφωνοῦσα

a Baptista veniens ad illum. Sed obiter observandum est quod illic per vocem salutationis Mariae, quae pervenit ad aures Elisabeth, exsilit Ioannes infans in utero matris, tum veluti a sancta Maria sumentis Spiritum sanctum: *Evenit enim, inquit,¹ ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, subsilivit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna, et dixit.* Hic autem *Videt Ioannes Iesum ad seipsum venientem, et dicit: Ecce ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi:*² in rebus etenim praestantibus, per auditum primum quis eruditur, deinde oculatus testis ipsarum rerum fit. Sed profecto adiuvari Ioannem ad formationem a Domino, qui adhuc cum formaretur perrexit in matre ad Elisabetham, ei perspicuum erit qui tenuerit quae disseruimus, dum diceremus Ioannem esse vocem, Iesum vero sermonem: magna enim vox fit in Elisabeth repleta Spiritu sancto ob Mariae salutationem, ut lectio ipsa docet hunc in modum habens: *Et exclamavit voce magna,*³ scilicet Elisabeth, *et dixit.* Vox enim salutationis Mariae, quae pervenit ad aures Elisabeth, replevit Ioannem se ipsa; quam ob causam subsilivit Ioannes, materque veluti os filii et prophetissa efficitur, voce

¹ Lc. I, 41.

² Io. I, 29.

³ Lc. I, 42.

κραυγῆ μεγάλη, καὶ λέγουσα· «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου». Ἦδη οὖν δύναται δῆλος ἡμῖν γίνεσθαι καὶ ἡ μετὰ σπουδῆς πορεία τῆς Μαρίας εἰς τὴν ὄρεινὴν, καὶ ἡ εἴσοδος εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ὁ ἀσπασμὸς ὃν ἀσπάζεται τὴν Ἐλισάβετ. Ἴνα γὰρ μεταδῶ ἀφ' ἧς ἔχει, ἐξ οὗ συνείληψε, δυνάμειος τῷ *Ἰωάννῃ ἔτι ἐν τῇ μήτρᾳ τυγ- *288
χάνοντι τῆς μητρὸς ἡ Μαριάμ, καὶ αὐτῷ μεταδώσοντι τῇ μητρὶ ἀφ' ἧς ἔλαβε χάριτος προφητικῆς, ταῦτα πάντα γίνεται.

- 154 Tomus X, 4. [...] Ἐγὼ δ' οἶμαι καὶ τὸν Μαρκίωνα παρεκδεξάμενον PG 14, 316
ὑγιεῖς λόγους, ἀθετοῦντα αὐτοῦ τὴν ἐκ Μαρίας γένεσιν, κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν ἀποφῆνασθαι, ὡς ἄρα οὐκ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, καὶ διὰ τοῦτο τετολμηκέναι περιγράψαι τοῦτους τοὺς τόπους ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου.
- 155 Tomus XX, 24. [...] «Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι». Καὶ ἐπίστησον εἰ δύναται τις τῷ αὐτῷ κατὰ τινα μὲν ἐπίνοιαν πιστεύειν, PG 14, 641
κατὰ δὲ ἑτέραν μὴ πιστεύειν· οἷον, παραδείγματος ἕνεκεν, οἱ πιστεύοντες μὲν εἰς τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου *Ἰησοῦν ἐσταυρωμένον ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, μὴ *644
πιστεύοντες δὲ εἰς τὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, οὗτοι εἰς τὸν αὐτὸν πιστεύουσι, καὶ οὐ πιστεύουσι.
- 156 Tomus XXXII, 9. [...] Ἡ πάλιν εἶ τις πιστεύων ὅτι, ἐπὶ Ποντίου Πιλά- PG 14, 784

magna exclamans ac dicens: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus ille fructus ventris tui.*¹ Iam vero a nobis aperte perspicui potest tum Mariae iter ad montana cum festinatione,² tum ingressus in domum Zachariae, ac deinde salutatio qua salutatur Elisabeth. Haec enim omnia eveniunt, ut Maria faciat participem Ioannem (etiamnum in utero matris existentem) eius potentiae quam habet ab eo * quem conceperat, qui quidem Ioannes et ipse participem facturus erat matrem illius gratiae propheticae quam acceperat. *287

- 154 Tomus X, 4. [...] Ego autem arbitror etiam Marcionem respicientem doctrinam sanam, et reiicientem ipsius ex Maria ortum, enuntiasse eum iuxta divinam naturam genitum ex Maria non fuisse, et hanc ob causam ausum fuisse delere hos locos ex Evangelio. PG 14, 315
- 155 Tomus XX, 24. [...] *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.*³ Proinde vide ne forte iuxta unam considerationem fieri possit, ut quis uni eidemque credat, et iuxta aliam considerationem eidem non credat: verbi gratia, qui credunt in Iesum * crucifixum *643
tempore Pontii Pilati in Iudaea, non credunt autem in eum qui natus est ex Maria virgine, hi in eum credunt et in eum non credunt.
- 156 Tomus XXXII, 9. [...] Si quis credat Iesum sub Pontio Pilato PG 14, 783

¹ Ibid.

² Le. I, 39-40.

³ Io. VIII, 45.

του σταυρωθεὶς ἱερὸν τι χρῆμα καὶ σωτήριον τῷ κόσμῳ ἐπιδηδήμηκεν· ἀλλ' οὐκ ἐκ Παρθένου τῆς Μαρίας, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν γένεσιν ἀνείληφεν, ἀλλ' ἐξ Ἰωσήφ καὶ Μαρίας· καὶ τούτῳ ἂν λείποι εἰς τὸ πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν τὰ ἀναγκαϊότατα.

praeside cruci affixum, sacram rem quamdam, et salutarem mundo attulisse; non item credens eum ex Maria Virgine, et sancto Spiritu ortum assumpsisse, sed ex Ioseph et Maria: huic etiam deerunt maxime necessaria ad habendam omnem fidem.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD ROMANOS

PG
14, 850

*851

Lib. I, 5. [...] Verum occurrunt nobis quidam quaestiones acerbissimas commoventes, quomodo videatur Christus descendere ex semine David, quem constat non esse ex Ioseph natum, in quem Ioseph series ex David descendentis * generationis adducitur. Quibus occurrere quamvis molestum sit secundum litterae rationem, tamen respondetur a nostris, quod *Maria* quae *desponsata Ioseph antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu sancto*,¹ secundum legem sine dubio contribuli suo et cognato coniuncta est. Et quamvis dicatur ad eam ab angelo, quia *et Elisabeth cognata tua etiam ipsa pariet filium in senectute sua*² (Elisabeth autem ex filiabus Aaron esse dicitur), tamen affirmatur a nostris quod cognationis nomen non solum ad contribules, sed et ad omnes qui sunt ex genere Israel, inter se invicem competenter possit aptari, sicut et idem apostolus de omnibus simul dicit: ³ *Qui sunt cognati mei secundum carnem*. Haec quidem et alia his similia respondentur; verum quam sint valida adversum assertiones eorum qui nos de Scripturarum testimoniis perurgent, probato tu qui legis. Nobis tamen haec intelligenda secundum spiritalem vel allegoricam rationem magis videntur, secundum quod nihil obest etiam quod Ioseph pater Christi dicitur, cum omnino non sit eius pater; quia et in generationibus a Matthaeo refertur⁴ quod Iosaphat genuerit Ioram, et Ioram genuerit Oziam; in quarto autem Regnorum libro scriptum est,⁵ quod Ioram genuerit Ochoziam, et Ochozias genuerit Ioas, et Ioas genuerit Amasiam, Amasias vero genuerit Azariam, ipsum qui

157

¹ Matth. I, 18.² Lc. I, 36.³ Rom. VI, 3.⁴ Matth. I, 7.⁵ IV Reg. VIII, 25; XI, 2; XIV, 1; XV, 1, 7, 30, 31, 34.

interdum Ozias nominatur; et Azarias Ioatham. Hic ergo Ozias, qui et Azarias, cum in quarto Regnorum libro dicatur Amasiae esse filius, a Matthaeo Iorae filius scribitur, tribus in medio generationibus praetermissis. Cuius rei dissertio, certum est quod non secundum historiam, sed secundum spiritalem intelligentiam constet; quae non est nobis nunc in transitu pulsanda: in suo enim loco tangetur. Interim sufficit nobis ad eos qui adversantur respondere, quod sicut Iesus Ioseph filius esse dicitur, ex quo non est generatus; et Ozias genitus ex Ioram, ex quo non est genitus: ita et ex semine David secundum carnem Christus potest accipi, ut quidquid rationis vel assertionis in Ioram protulerunt, et in Ioseph, hoc et in David suscipiendum dicamus.

- 158 Lib. III, 8. Quamvis enim carnem naturae nostrae susceperit [Christus] ex incontaminata tamen Virgine assumpta, et casta sancti Spiritus operatione formata est. PG
14, 948
- 159 10. [...] Sed fortassis occurrat aliquis huic de muliere et viro expositioni nostrae, et obiiciat illud, quod dixit Apostolus de Christo: *Factum ex muliere, factum sub lege*;¹ et non dixit, factum per mulierem. Cui hoc modo respondendum puto. De omni quidem homine conveniet dici quod per mulierem factus sit, quoniam quidem priusquam per mulierem nasceretur, ex viro accepit exordium; Christus vero, qui non ex semine viri carnis suae *sumpsit originem, merito *ex muliere* factus dicitur. Ipsi namque, id est mulieri, et ipsa principalis origo carnis eius ascribitur, et recte non per mulierem, sed *ex muliere* factus ab Apostolo memoratur. *957
- 160 Lib. VI, 12. [...] Quod dixit, *in similitudinem carnis peccati*,² ostendit nos quidem habere carnem peccati. Filium vero Dei similitudinem habuisse carnis peccati, non carnem peccati. Omnes enim nos homines qui ex semine viri cum muliere convenientis concepti sumus, illa necessario utimur voce qua *dicit David, quoniam *in iniquitatibus concepit me mater mea*.³ Verum qui ex nulla viri contagione, sed solo Spiritu sancto super Virginem veniente, et virtute Altissimi obumbrante venit ad corpus immaculatum, naturam quidem corporis nostri habuit, pollutionem tamen peccati quae ex concupiscentiae motu conceptis traditur, omnino non habuit. Idcirco ergo *in similitudinem carnis peccati* venisse dicitur Filius Dei. PG
14, 1094

*1095

¹ Galat. IV, 4.

² Rom. VIII, 3.

³ Ps. L, 7.

IN EPISTOLAM AD GALATAS

PG
14, 1298 [...] Sanum est sensum Scripturae recipere, nec oportet inclinare 161
aurem his qui dicunt per Mariam, et non ex Maria eum natum; quod Apostolus praesciens ita praedixit: *Cum autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.*¹ Vides quia non dixit, factum per mulierem, sed, *factum ex muliere.*

IN EPISTOLAM AD TITUM

PG
14, 1304 Sed nunc unum atque idem credendum est etiam de eo qui de 162
Domino nostro Iesu Christo falsi aliquid senserit, sive secundum eos qui dicunt eum ex Ioseph et Maria natum, sicut sunt Ebionitae et Valentiniani; sive secundum eos qui primogenitum eum negant, et totius creaturae Deum, et Verbum, et Sapientiam quae est initium viarum Dei antequam aliquid fieret, ante saecula fundatam, atque ante omnes colles generatam; sed hominem solum eum dicentes: vel secundum eos qui Deum quidem eum fatentur, non tamen assumpsisse animam corpusque terrenum: qui sub specie quasi amplioris gloriae Domino Iesu deferendae, omnia quae ab eo gesta sunt, visa geri magis quam vere gesta esse testantur: quique nec de virgine natum fatentur, sed triginta annorum virum eum apparuisse in Iudaea. Alii vero ex virgine quidem eum credunt esse progenitum; sed putasse se magis virginem peperisse, non tamen vere peperisse confirmant. Latuisse quippe etiam virginem putativae generationis asserunt sacramentum. Qui quomodo non ab Ecclesia longe ponendi sunt, cum philarchiae morbo languentes dogmata statuerint, quibus ad suum nomen discipulos declinarent?

ADNOTATIONES IN LEVITICUM

PG
17, 17 Cap. XII, 2. «Γυνή ἥτις ἐάν σπερματισθῆ καὶ τέκη ἄρσεν». 163
Παρέλκειν δόξει τὸ «ἐάν σπερματισθῆ», προτασόμενον τοῦ «καὶ τέκη ἄρσεν». Ἄλλ' ἐπίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία, οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερ-

PG
17, 18 Cap. XII, 2. *Mulier quaecunque, si semen susceperit, et pepererit 163
masculum.*

Redundare videatur illud, *si semen susceperit*, quod praemittitur ante *et pepererit masculum*. At enim inclinor animo ut suspicer, propheticè * Mariam, quippe quae non suscepto semine peperit ma-

¹ Galat. IV, 4.

ματίσθαι * τεκοῦσα ἄρσεν, μὴ νομισθῆ ἀκάθαρτος εἶναι, γεγεννηκυῖα τὸν Σωτῆρα, εἶρηκεν ὅλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καὶ μὴ προκειμένου τοῦ «Ἐὰν σπερματισθῆ», νοεῖσθαι μὴ οὔσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία· οὐ γὰρ ἀπλῶς γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

SCHOLIA IN MATTHAËUM

- 164 Cap. I, 18. [...] Ἡ δὲ γέννησις αὐτοῦ διπλῆ γέγονε, καθ' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι καθ' ἡμᾶς· τὸ δὲ μὴ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἢ ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ὑπὲρ ἡμᾶς. Ὅπερ καὶ τὴν μέλλουσαν προανεφώνει * γέννησιν, ἣν ἡμῖν ἔμελλεν ἐκ Πνεύματος χαρίσεσθαι. *292

SCHOLIA IN LUCAM

- 165 Cap. I, 27. [...] Τὸ ὑπερβατὸν οὕτως ἔχει· «Ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος πρὸς παρθένον ἐξ οἴκου Δαυὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ, μεμνηστευμένην ἀνδρί, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ». Οὐκ ἀπεστάλη δὲ πρὸς Ἰωσήφ ὁ ἄγγελος· ἐπειδὴ οὐδὲν ἦν κοινὸν τῷ Ἰωσήφ πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου γέννησιν. Ὡς δὴ ἀρξασμένης τῆς ἁμαρτίας ἀπὸ γυναικὸς, οὕτω καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ γυναικὸς ἔδει ἀρξασθαι.
- 166 36. «Καὶ ἰδοὺ ἡ Ἐλισάβετ ἡ συγγενῆς σου», καὶ τὰ ἐξῆς. Ἦκουσεν ὁ Πρόδρομος, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κινούμενος,

sculum, ne putetur immunda fuisse propterea quod Salvatorem ediderit, hoc totum dixisse. Poterat nihilominus etiam non prae-posito, *si semen suscepit*, reputari non immunda fuisse Maria: non enim simpliciter mulier erat, sed virgo.

- 164 Cap. I, 18. [...] Nativitas illius [Christi] duplex fuit, secundum nos et supra nos. Quod enim ex muliere natus sit, * secundum nos est: at quod natus sit non ex voluntate carnis vel viri,¹ sed ex Spiritu sancto, hoc supra nos est. Quod et futuram proclamavit nati- vitatem, quam nobis ex Spiritu largiturus erat.
- 165 Cap. I, 27. [...] Hyperbaton, seu sermonis translatio ita se habet: *Missus est angelus ad virginem de domo David, et nomen virginis Mariam, desponsatam viro, cui nomen Ioseph*. Non est autem missus ad Ioseph angelus, quippe nihil erat commune Iosepho cum nati- vitate Domini: quia scilicet cum coepisset peccatum a muliere, sic et bona oportebat ut a muliere exordirentur.
- 166 36. *Et ecce Elisabeth cognata tua*, etc. Audivit Praecursor, motus operatione sancti Spiritus, Mariae

¹ Io. I, 13

τὸν ἀσπασμὸν Μαρίας, ὃν ὑπέλαβεν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός, καὶ ἐσ-
κίρτα ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός, εἰς ἔμφασιν χαρᾶς καὶ προ-
φητείας δῆλωσιν.

[...] Ἔδει τὴν μακαρίαν ταύτην Μαριάμ, μετὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ ἐπιδη-
μίαν, ἀναβαίνουσαν ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν ὄρεινὴν. Μετὰ σπουδῆς δὲ ἐπορεύετο
ἀγομένη ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ Πνεύματος, ὃ ἐπεληλύθει αὐτῇ, καὶ τῆς δυνάμεως
τοῦ Ὑψίστου, τῆς ἐπισκιάσεως αὐτῇ.

*321 Ὡσπερ ἤρξατο ἡ ἀμαρτία ἀπὸ γυναικός, καὶ * μετὰ τοῦτο ἐφθασεν ἐπὶ
τὸν ἄνδρα· οὕτω καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἤρξατο, ἵν' ἀπεντραπῶσιν
αἱ γυναῖκες τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὰ γυναικεῖα ἀποθέμεναι, ζηλώσωσι τοὺς
βίους τῶν μακαρίων τούτων.

PG
17, 321

43. «Καὶ πόθεν μοι τοῦτο δῆλον, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ», καὶ τὰ ἐξῆς.
Σύμφωνα τῷ υἱῷ φθέγγεται ἡ Ἐλισάβετ, ἀναξίαν ἑαυτὴν τῆς παρουσίας
τῆς Θεοτόκου λέγουσα, ὡσπερ καὶ Ἰωάννης τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν παρα-
στάσεως. Τί γάρ μοι, φησί, τηλικούτον πέπρακται ἀγαθόν, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ
Κυρίου μου ἔλθῃ πρὸς με; Μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον, φθάνουσα προ-
φητικῶ λόγῳ τὴν ἔκβασιν. Θεία μὲν οὖν οἰκονομία τὴν μαρτυρίαν ἤγαγε
πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἵνα καὶ ἡ μαρτυρία Ἰωάννου ἐκ μητρας εἰς τὸν Κύριον
διὰ τῆς ἰδίας μητρός Ἐλισάβετ πληροφορηθῇ, καὶ ἵνα κατὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου
φωνὴν ὀψομένη τὴν Ἐλισάβετ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ παράδοξον κύημα, διὰ τούτου

167

salutationem, quam interpellavit Verbum Dei Christus, et exulta-
bat in gaudio in utero matris, ad ostendendam gratiam innuen-
damque prophetiam.

[...] Oportebat, ut beata haec Maria, post Gabrielis adventum,
ascendendo ascenderet in montanam. Cum festinatione autem pro-
ficiscebatur, ducta ab eo, qui in ipsa erat Spiritu, qui supervenerat
ei, atque a virtute Altissimi obumbrante ei.

*322 Quemadmodum coeperat peccatum a muliere, et * postea deriva-
vit in virum: sic et bona a mulieribus incepere, ut despicerent mu-
lieres infirmitatem, et quae muliebria sunt deponentes, aemularen-
tur vitas horum beatorum.

PG
17, 322

43. *Et unde hoc mihi manifestum, ut veniat mater, etc.*

Consonantia cum filio loquitur Elisabeth, indignam se adventu
Deiparae dicens; quemadmodum et Ioannes indignum se dicebat qui
Christo assisteret. Quodnam enim mihi, ait, tam grande factum est
bonum, ut mater Domini mei veniat ad me? Matrem vocat, quae
adhuc virgo erat, ante occupans prophetico sermone eventum. Di-
vina igitur dispensatio testimonium fecit apud Elisabeth, ut etiam
testimonium Ioannis ex utero de Domino per propriam matrem
Elisabetham certissimum evaderet, et ut iuxta angeli vocem con-
tuitura Elisabetham, et stupendam eius graviditatem, per hoc et

167

καὶ τὸ μεῖζον πιστεύσῃ, τουτέστι τὸν ἐξ αὐτῆς φημι τῆς παρθένου ἄσπορον τοκετόν. Καὶ συντρέχει πρὸς τὴν πίστιν ταύτην καὶ ὁ λόγος ὁ τῆς Ἐλισάβετ, λεγούσης: «Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου». Βεβαιότερα γὰρ πρὸς τὴν πίστιν ἐκ τούτων ἐγένετο τῶν ῥημάτων ἡ παρθένος, μακαριζομένη, ὅτι ἐπίστευσεν, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενίδος παραπλησίως προφητεούσης.

Ἴδωμεν λοιπὸν παρθενικὴν προφητείαν.

168 46. «Μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν Κύριον».

PG
17, 321

Πῶς ἡ ψυχὴ μου μεγαλύνει τὸν Κύριον, κατανοητέον. Ἐὰν ἀξίως πολιτευώμεθα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς, καὶ ὁμοιωθῶμεν τῷ πρωτοτύπῳ, κατὰ τὸ δυνατόν, δι' ἀγαθῶν ἔργων, μεγαλύνομεν τὸν Κύριον λόγοις, ἔργοις, νοήμασι. Σμικρύνει δέ τις αὐτὸν ἀναλόγως, κατὰ τὴν κακίαν τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ. Τῆς οὖν Μαρίας ἡ ψυχὴ ἐμεγάλυνε τὸν Κύριον, τὸ δὲ πνεῦμα αὐτῆς ἠγαλλιάσατο ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι. Πρῶτον ἐμεγάλυνεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς, εἶτα ἠγαλλιάσατο τὸ πνεῦμα αὐτῆς.

quod maius erat crederet, ex semet nempe virgine conceptionem sine semine. Concurrat quoque ad hanc fidem faciendam sermo Elisabeth, dicentis: *Et beata, quae credidisti, quoniam erit perfectio dictis tibi a Domino.*¹ Constantior enim ad credendum ex his verbis facta est virgo, dum beata praedicatur utpote quae crediderit, tum angelo praesignificante, tum etiam cognata haud aliter vaticinante.

Videamus iam virginalem prophetiam.

168 46. *Magnificat anima mea Dominum.*

PG
17, 322

Quomodo anima mea magnificat Dominum, considerandum est. Si ut par est vitam traducamus secundum imaginem eius qui creavit nos, atque exemplari nostro assimilemur, quantum fieri potest, per bona opera, tunc magnificamus Dominum verbis, operibus, cogitationibus. Extenuat autem illum quis, cum proportione, iuxta pravitatem quae sibi inest. Mariae igitur anima Dominum magnificabat, et spiritus eius exsultabat in Deo salutari. Prius magnificabat anima illius, deinde exsultavit spiritus eius.

¹ Lc. I, 45.

● PG 11, 147, 174, 210, 318, 349, 405, 606, 668, 713, 716, 720, 722, 724, 729, 736, 789, 852, 921, 1277. PG 12, 158, 183, 227, 340, 348, 386, 405, 497, 510, 866, 1257, 1583. PG 13, 52, 57, 88, 153, 227, 672, 676, 877, 885, 1608, 1644, 1676, 1811, 1819, 1824, 1825, 1828, 1832, 1834, 1837, 1848, 1851, 1852, 1853, 1859. PG 14, 81, 87, 165, 220, 225, 288, 379, 504, 528, 608, 616, 789, 1046, 1210. PG 15, 324, 356.

■ PLS IV, 852 ss., 897.

PAULUS Emesenus (saec. v)

HOMILIAE

- 1406 Hom. I. [...] Σήμερον ἡ ὑπερφυῆς λύεται λοχεία, καὶ τῆς ἀπειρογάμου Παρ-
PG
77, 1436
 θένου λύνονται αἱ ὠδῖνες. Ὡ τοῦ θαύματος! Τίττει ἡ Παρθένος, καὶ μένει
 παρθένος· γίνεται μήτηρ, καὶ οὐ πάντα τὰ μητρὸς ἀκριδῶς ὑπομένει. Ἔτεκε
 μὲν γὰρ ὡς νόμος γυναιξίν ἡ Παρθένος, ἔμεινε δὲ παρθένος, ὡς οὐ νόμος
 ταῖς τικτούσαις γυναιξίν. Ἄνωθεν προορώμενος ὁ προφῆτης Ἑσαίας τὸ
 θαῦμα, ἐβόα· «Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ κα-
 λέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Τοῦτο διασαφῶν ὁ εὐαγγελιστῆς
 εἶπεν ἐρμηνευόμενον· «Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Τίττει οὖν ἡ Θεοτόκος Μαρία
 τὸν Ἐμμανουήλ.
 Ἐδόησεν ὁ λαός· Ἡ πίστις ἰδοῦ αὕτη ἐστὶ· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθό-
 δοξε· τοῦτο ἀκοῦσαι ἐζητοῦμεν. Ὁ τοῦτο μὴ λέγων, ἀνάθεμα ἔστω. Λοιπὸν
 εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος·
 Ὁ τοῦτο μὴ λέγων, καὶ νοῶν, καὶ φρονῶν, ἀνάθεμα ἔστω ἀπὸ τῆς Ἐκ-
 κλησίας. Ἔτεκεν οὖν ἡμῖν ἡ Θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ· Ἐμμανουήλ
 δέ, Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Ὁ γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ Πατρὸς ἀρρήτως καὶ
 ἀνεκφράστως γεννηθεὶς Θεὸς Λόγος, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τίττεται ἐκ

- 1406 Hom. I. [...] Hodie supernaturale puerperium editur, et Virginis
PG
77, 1435
 nuptiarum expertis solvitur partus. O rem admirandam! Parit Virgo, et
 manet virgo: fit mater, neque omnia tamen, quae matres solent,
 experitur. Peperit enim ut matribus mos est, virgo tamen remansit
 praeter mulierum parturientium legem. Hoc miraculum olim pro-
 pheta Isaias praevidens exclamabat: *Ecce virgo in utero habebit, et*
*pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.*¹ Quod evangelista
 exponens, idem sonare docuit, quod, *Nobiscum Deus.*² Parit itaque
 Dei genitrix Maria Emmanuelem.

Populus acclamavit: Ecce fides haec est, Dei hoc donum est, or-
 thodoxe Cyrille: istud audire quaerebamus. Qui ita non loquitur,
 anathema sit. Prosecutus est episcopus Paulus:

Qui ita non dicit, intelligit, ac sentit, anathema sit ab Ecclesia.
 Peperit proinde nobis Deipara Maria Emmanuelem: Emmanuelem
 autem, hoc est, Deum hominem factum. Nam Deus Verbum, qui
 ante saecula arcano ineffabilique modo ex Patre genitus est novis-

¹ Isa. VII, 14.

² Matth. I, 23.

γυναικίος. Τὴν γὰρ ἡμετέραν τελείως ἀνειληφώς φύσιν, καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐκ πρώτης συλλήψεως οἰκειώσας ἑαυτῶ, καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα ναὸν ἑαυτῶ κατασκευασάμενος, προῆλθεν ἐκ τῆς Θεοτόκου Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός. Δύο γὰρ φύσεων τελείων συνδρομή, θεότητος, φημί, καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα ἡμῖν ἀπετέλεσεν Υἱόν, τὸν ἕνα Χριστόν, τὸν ἕνα Κύριον.

Ὁ λαὸς ἐδόξησε· Καλῶς ἦλθες, ὀρθόδοξε ἐπίσκοπε· ὁ ἄξιος τῶ ἀξίῳ. Χριστιανοὶ λέγουσι· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε. Ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν·

Ἦδειν καὶ γὰρ, ἀγαπητοί, ὡς πρὸς ὀρθόδοξον ἀφικόμεν Πατέρα. Διὰ τοῦτο Τριάδα, οὐ τετράδα προσκυνοῦμεν, Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον. Ἀναθεματίζομεν δὲ τοὺς λέγοντας δύο υἱούς, καὶ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλομεν περιβόλων. Οὔτε οὖν δύο υἱούς λέγομεν, οὔτε ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Ἐμμανουήλ, τὸν ἐκ τῆς Θεοτόκου γεννηθέντα, οὔτε χάριτος ἠξιωμένον, ὡς προφήτην, ἢ ὡς δίκαιον, πλεόν τῶν ἄλλων. «Ἐν αὐτῶ γὰρ ἠυδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς», τουτέστιν, ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι· τὸ γὰρ ἡμέτερον, ἴδιον ἐποίησατο σῶμα.

PG
77, 1437

Hom. II. [...] Ἐπανέλθωμεν οὖν ἐπὶ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Ἐμμανουήλ, τὸν Θεὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα. Ἔτεκε γὰρ ἡμῖν ἡ Παρθέ-

1407

simis temporibus natus est ex muliere.¹ Natura namque nostra perfecte assumpta, humanitateque ex prima conceptione sibi coniuncta, ac nostro corpore sibi in templum fabrefacto, ex Deipara Virgine Deus perfectus, et homo itidem perfectus prodiit. Nam duarum naturarum perfectarum concursus, humanae scilicet et divinae, unum nobis constituit Filium, unum Christum, unum Dominum.

Populus acclamavit: Bene venisti, orthodoxe episcopo: dignus digno coniungitur. Dicunt Christiani: Hoc Dei donum est, orthodoxe Cyrille. Episcopus Paulus subiunxit:

Noram et ego, dilectissimi, quod ad orthodoxum Patrem venirem. Neque enim nos quaternitatem adoramus, sed Trinitatem, Patrem videlicet, et Filium, et Spiritum sanctum. Qui vero dicunt duos esse filios, eos anathematizamus, et e sacris Ecclesiae septis explodimus. Non igitur duos filios asserimus, neque merum hominem Emmanuelem, qui ex Deipara Virgine natus est; neque gratiam, veluti prophetam aut iustum aliquem, plus aliis consecutum. *In ipso enim complacuit omnem divinitatis plenitudinem inhabitare corporaliter,*² hoc est, veluti in proprio corpore; siquidem corpus nostrum sibi proprium fecit.

PG
77, 1438

Hom. II. [...] Redeamus itaque ad Deiparam Mariam, et Emmanuelem, qui ex ea natus est, nempe ad Deum hominem factum. Virgo

1407

¹ Galat. IV, 4.

² Coloss. II, 9.

νος τὸν Ἐμμανουήλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον, * κατὰ δὲ τὴν ἄνθρωπότητα τὸν αὐτὸν ἡμῖν ὁμοούσιον. Ἐπεὶ πῶς ἂν λεχθεῖη ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί; πῶς δὲ σπέρματος Ἀβραάμ; πῶς δὲ υἱὸς Δαυὶδ; Πῶς δ' ἂν νοηθεῖη τό· «Ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα Χριστός, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός»; τὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Παύλου πῶς ἂν ἐκλάβωμεν· «Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὀρισθέντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιοσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; Ἔτεκεν οὖν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα, καθὰ προειρήκαμεν, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, κατὰ δὲ τὴν ἄνθρωπότητα ἡμῖν ὁμοούσιον· κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ, κατὰ δὲ τὴν ἄνθρωπότητα, παθητόν.

enim [Maria igitur] Emmanuelem nobis peperit, secundum divinam quidem * naturam Patri consubstantialem, secundum humanam vero eundem nobis consubstantialem. Nam quomodo alias virga de radice Iesse dici posset? ¹ Quomodo de semine Abraham? ² Quomodo filius David? ³ Quomodo intelligeretur illud: *Ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia Deus?* ⁴ Et illud rursum beati Pauli quomodo interpretabimur: *De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri?* ⁵ Peperit itaque sacra Virgo [sancta Maria] Emmanuelem, Patri quidem, ut modo diximus, secundum divinitatem, nobis vero secundum humanitatem consubstantialem: eundem secundum divinam naturam impatibilem, secundum humanam patibilem.

Collectio EUSEBII Gallicani ⁶ (saec. v)

SERMO II ⁷

1408 De Nativitate Domini. [...] Sed libet ipsam nativitatis dominicae dignitatem propius intueri. Ecce itaque absque ullius seminis incremento, de intacta ac rudi terra foecundum germen ascendit, et de radice mortali vitae arbor effloruit: et salutifera propago nullo plan-

¹ Isa. XI, 1.

² Hebr. II, 16.

³ Matth. I, 1.

⁴ Rom. IX, 5.

⁵ Rom. I, 3-4.

⁶ De Collectione hac, quae ex genuinis sermonibus Fausti Reiensis confecta videtur, cf. PLS III, 537, 545, 546.

⁷ M. B. P., 6, Lyon, 1677.

Παρθένου καὶ Πνεύματος, τεκταίνεται τὸν αὐτόν· ἐπειδὴ καὶ κατ' ἀρχάς, οὔσης παρθένου γῆς ἔτι καὶ ἀνηρότου, λαβῶν χροῦν, τὸ λογικώτατον ἐπλάσατο ζῶον ἀπ' αὐτῆς ὁ Θεὸς ἄνευ σπορᾶς.

S. PETRUS Episcopus Alexandrinus († 311)

DE DEITATE

PG
18, 509
*512

[...] Ὁ εὐαγγελιστῆς ἀληθεύει λέγων· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν * ἡμῖν »· τότε δὴ τότε, ἀφ' οὗ ὁ ἄγγελος ἠσπάσατο τὴν Παρθένον εἰπών· « Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Τὸ γὰρ « ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », νῦν ἐστὶν ἀκοῦσαι τοῦ Γαβριήλ, ἀντὶ τοῦ· Ὁ Θεὸς Λόγος μετὰ σοῦ. Σημαίνει γὰρ αὐτόν, γενόμενον ἐν μήτρᾳ, καὶ σάρκα γενόμενον, καθὼς γέγραπται· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερα· Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος παρὰ τὴν ἀνδρὸς ἀπουσίαν, κατὰ βούλησιν τοῦ πάντα δυναμένου κατεργάσασθαι Θεοῦ, γέγονεν ἐν μήτρᾳ τῆς Παρθένου σὰρξ, μήτε δεηθεὶς τῆς ἀνδρὸς ἐνεργείας ἢ παρουσίας. Ἐνεργέστερον γὰρ τοῦ ἀνδρὸς ἐνεποίησεν ἢ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσασα τῇ Παρθένῳ σὺν τῷ ἐπεληλυθότι ἁγίῳ Πνεύματι.

174

Sic enim eum qui a principio erat, renovans, exque Virgine ac Spiritu ipsum rursus reformans, eundem fabricatur: quandoquidem similiter a principio, terra virgine necdum aratrum passa, accepto inde luto, ex illo Deus ratione praeditum animal sine semine formaverat.

PG
18, 510

*511

[...] Evangelista asserit veritatem dicens: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*.¹ Scilicet ex quo angelus Virginem salutavit, dicens: * *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.² *Dominus* autem *tecum*, dixit Gabriel, pro eo quod est *Deus Verbum tecum*. Demonstrat enim id nasci in vulva et carnem futurum, iuxta quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*.³ [Et porro post alia]: Deus autem Verbum, viro absente, voluntate Dei qui omnia facile operatur, factum est in vulva virginis caro, non egens viri operatione aut praesentia. Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans virgini, superveniente etiam simul Spiritu sancto.

174

¹ Io. I, 14.² Lc. I, 28.³ Lc. I, 35.

μιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἠβουλόμην γὰρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ ὀλιγωρούσης μου, σαββάτου διαφάσαντος καὶ ἡλίου εὐθὺς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἐξαίφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβηθεῖσα ἀνέκραξα· Μηδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἄνδρα γὰρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστασέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

*108 * Ἡμεῖς δὲ εἶπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἅπαντες οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμακάρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Ὑπερῆρσαι γὰρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναῖκας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνης.

quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate parituram.

*107 * Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

LIBRI GRADUUM ¹

PS III, 623 Sermo XXI, 16. Porro dixit angelus Mariae: *Pax tibi, benedicta mulierum*, id est, humillima mulierum. *Dominus meus tecum*,² propter humilitatem tuam. *Et dixit Maria: confiteor Deo, quia respexit humilitatem ancillae suae*,³ non * autem venustatem et divitias. Si enim alia mulier exstitisset Maria humilior, ex ea natus esset Christus, omnium hominum humillimus, qui est amicus humilitatis. 2053

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAEA
EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREAE ⁴

PG 2, 1226 [...] Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevaricationem mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam aeternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet. 2054

¹ Opus *Ps.-Macarii* continens doctrinam *Messalianorum* (saec. iv).

² Lc. I, 28.

³ Lc. I, 48.

⁴ Epistola apocrypha saec. v/vi. Cf. Lau 156.

● PS III, 211, 442.

S. PROCLUS Constantinopolitanus¹ († 446)

ORATIONES

PG
65, 680

1204

Oratio I.² I. Παρθενική πανήγυρις σήμερον τὴν γλωτταν ἡμῶν, ἀδελφοί, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος, καὶ μάλιστα εἰκότως. Ἀγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεως, διὰ τὴν ἐν καιρῷ μητέρα καὶ παρθένον. Ἐπέραστος αὕτη καὶ ἐξάισιος ἡ σύνοδος. * Ἴδού γὰρ γῆ καὶ θάλαττα δωροφορεῖ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ νῶτα αὐτῆς, ταῖς ὀλκάσι γαληνῶς ὑφαπλώσασα· ἡ δὲ τὰ ἔχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. Σκιρτάτω ἡ φύσις, καὶ ἀγαλλιᾶσθω τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καὶ γυναῖκες τιμῶνται· χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, ὅτι καὶ παρθένοι δοξάζονται. «Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις». Συνεκάλεσε γὰρ ἡμᾶς νῦν ἐναῦθα ἡ ἁγία Θεοτόκος Παρθένος Μαρία· τὸ ἀμόλυτον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδάμ παράδεισος· τὸ ἐργαστήριον τῆς ἐνώσεως τῶν φύσεων· ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος, ἡ παστάς, ἐν ἧ ὁ Λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα· ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βᾶτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν· ἡ ὄντως κούφη

PG
65, 679

1204

Oratio I.² I. Virginalis solemnitas linguam nostram hodie, fratres, ad laudis praeconium provocat; praesensque festivitas collecto nunc coetui utilitatem conciliat; atque id iure quidem optimo. Continet enim celebritas haec castimoniae argumentum, totiusque feminei sexus gloriationem habet ac mulierum gloriam, eius ergo quae in tempore Mater * ac Virgo est. Amabilis plane ac mirabilis haec coitio. En enim terra et mare pariter obsequium fovent: hoc quidem obsequio, placidum navigantibus dorsum substernens, illa vero viatorum vestigia expedite deferens. Saliat natura, humanumque exsultet genus, quippe cum mulieres quoque honorentur. Choros ducat hominum natura, quod et virgines honori habeantur: *Ubi enim abundavit delictum, superabundavit et gratia.*³ Hic nos quippe modo, sancta Dei Genitrix ac Virgo Maria in unum coëgit: impollutus ille virginitatis thesaurus, spiritalis secundi Adami paradisos, unionis naturarum officina, salutaris commercii nundinae, thalamus, in quo sibi Verbum carnem desponsavit, animatus naturae rubus,⁴ quem divini partus ignis non combussit; vere levis illa nubes,⁵ quae seden-

¹ Antea fuerat Episcopus Cyzici. Vide alios locos, sub titulo «Incertus Auctor», S. Proclo attributos.

² Anno 429 habita.

³ Rom. V, 20.

⁴ Exod. III, 2.

⁵ Isa. XIX, 1.

νεφέλη, ἢ τὸν ἐπὶ τῶν χερουβίμ μετὰ σώματος βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρῶτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο. Μαρία ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος, καὶ οὐρανός, ἡ μόνη Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα· ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἰστός, ἐν ᾧ ἀβρόβητος ὑφάνθη ὁ τῆς ἐνώσεως χιτῶν· οὐπὲρ ἰστουργὸς μὲν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔριθος δέ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δέ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδάμ κώδιον· κρόκη δέ, ἡ τῆς Παρθένου ἀμόλυντος σάρξ· κερκίς δέ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης δέ, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας Λόγος. Τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησε, καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν, ἡ γαστήρ οὐκ ἐστενοχώρησεν.

1205

II. Ἄλλ' ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς Θεὸς οὐ γυμνός· καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς, τὴν πάλαι τῆς ἀμαρτίας ἔδειξε θύραν. Ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν ἐξέχεεν, ἐκεῖθεν ὁ Λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησεν. Ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἀμαρτίας Κάϊν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τοῦ γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. Οὐκ ἐπηρεχύνθη ὁ φιλόανθρωπος τὴν ἐκ γυναικὸς ὠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ἐμολύνθη οἰκῆσας μήτραν, ἥνπερ * αὐτὸς ἀνυδρίστως

PG
65, 681

*684

tem super Cherubim, incorporatum portavit; mundissimum vellus¹ imbris coelestis, ex quo Pastor ovem induit. Maria, inquam, ancilla et mater, virgo, ac coelum, Dei ad homines unicus pons, horrendum incarnationis textorium iugum, in quo ineffabili quadam ratione unionis illius tunica confecta est: cuius quidem textor exstitit Spiritus sanctus; nectrix, virtus obumbrans ex alto; lana, antiquum Adami vellus; trama, impolluta caro ex virgine; textorius radius, immensa gestantis gratia; artifex tandem, Verbum per auditum illabens. Quis vidit, quis audivit, inhabitasse Deum in utero incircumscripse; ac eum quem coeli capere non poterant, nullis arctatum angustiis, ventrem Virginis comprehendisse?

1205

II. Natus porro ex muliere est, Deus non nudus, at nec homo purus; natusque eam quae olim peccati porta fuerat, salutis ianua effecit. Nam ubi serpens per inobedientiam ingressum virus effuderat,² ibi Verbum per obedientiam ingressum, vivum sibi exaedificavit templum. Unde peccati ille principatum tenens Cain emergerat,³ inde Redemptor generis Christus sine semine prodiit. Non erubuit clemens Deus nasci ex muliere. Nam vita erat quod ita moliebatur: nullam contraxit labem vulvae * hospitio, quam nullo ipse

*683

¹ Iudic. VI, 37.² Gen. III, 6.³ Gen. IV, 1.

ἔδημιούργησεν. Εἰ μὴ γὰρ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τε-
χθεὶς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος· εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, πῶς
οὐχὶ καὶ Θεός, καὶ τὸ μυστήριον ἄφραστον; Ἐκεῖνος ἀφράστως ἐγεννήθη,
ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθὼν ἀκωλύτως· οὗ τὴν συζυγίαν τῶν
φύσεων ἰδὼν ὁ Θωμᾶς, ἀνεκεκράγει λέγων· «Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου».

PG
65, 684

III. Μὴ ἀπαισχυνηθῆς τὴν ὠδῖνα, ὦ ἄνθρωπε· αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτη-
ρίας ἀφορμή. Εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν· εἰ μὴ ἀπέ-
θανεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ κατήργησε «τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ
θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον». Οὐχ ὕβρις ἀρχιτέκτονι μείναι, ἐν οἷς αὐτὸς
ῥυθίζουσα· οὐ μαιίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀνακαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε
σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μαιίνει τὸν ἄχραντον Θεόν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς
προελθεῖν. Ἦν γὰρ πλάττων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν, οὐκ ἐμίαν-
θη. Ὡ γαστήρ, ἐν ἧ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γραμματεῖον συνετάγη! ὦ κοι-
λία, ἐν ἧ τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου ὄπλον ἐχαλκεύθη! ὦ ἄρουρα, ἐν ἧ ὁ τῆς φύ-
σεως γεωργὸς τὸν ἄσταχυν ἀσπύρωσ ἐβλάστησεν! ὦ ναός, ἐν ᾧ Θεὸς γέγο-
νεν ἱερεὺς· οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τάξιν τοῦ Μελχισε-

1206

condiderat suo dedecore. Nisi enim mater virgo perseveravit, utique
purus homo est qui est natus, nec est partus mirabilis. At si etiam
post partum virgo permansit, quomodo non etiam erit Deus, ac
mysterium quale nemo effari potest? Nulla is corruptione natus est,
qui nullo prohibente clausis ianuis ingressus est; cuius Thomas
coniunctas naturas videns, exclamavit dixitque: *Dominus meus,
et Deus meus.*¹

PG
65, 683

III. O homo, ne partum hunc erubescendum putes: quippe qui
salutis nobis causa effectus sit. Nam si ex muliere natus non esset,
non utique mortem oppetiisset: quod si carne mortem non oppe-
tiisset, neque illum quoque per mortem destruxisset, *qui habebat
mortis imperium, id est diabolum.*² Haudquaquam architecto dede-
cori est, ut eam incolat domum quam ipse extruxerit; neque lutum
figulum inficit, cum ille vasculum quod finxerat, refingit: ita ne quic-
quam Deum purissimum polluit, quod ex virginali utero prodierit.
Quam enim citra omnem sui labem formaverat, ex ea nulla contracta
macula processit. O uterum, in quo communis hominum libertatis
libellus compositus est! O ventrem, in quo adversus diabolum fabre-
facta sunt arma! O arvom, in quo naturae ipse colonus sine semine
spicam edidit! O templum, in quo Deus sacerdos effectus est; non
naturam demutans, sed eum per misericordiam induens, qui est se-

1206

¹ Io. XX, 28.² Hebr. II, 14.

δὲκ δι' οἶκτον ἐνδυσάμενος! «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο», κἀν Ἰουδαῖοι ἀπιστῶ-
σιν. Ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσεν ἀληθῶς, κἀν Ἕλληνας κωμωδῶσι
τὸ θαῦμα. Διὰ γὰρ τοῦτο· «Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν», ὁ
Παῦλος ἐβόα. Τοῦ γὰρ μυστηρίου τὴν δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ
λόγον τὸ θαῦμα· «Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν».
Εἰ μὴ γὰρ ὁ Λόγος ᾤκησε γαστέρα, οὐκ ἂν ἐκαθέσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ ἀγίου
θρόνου. Εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις εἰς μήτραν ἦν ἐπλασεν ἐλθεῖν, ἄρα καὶ τὸ τοῖς ἀν-
θρώποις διακονεῖν. Καὶ εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν, οὐκ ἂν
δι' ἡμᾶς ἐπτύχευσε πλοῦσιος ὢν.

1207

IV. Ὡν κατὰ φύσιν ἀπαθής, γέγονε δι' οἶκτον πολυπαθής. Οὐκ ἐκ προ-
κοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστός. Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ Θεὸς ὢν, δι' οἶκτον γέγο-
νεν ἄνθρωπος, * ὡς πιστεύομεν. Οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν,
ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. Τὴν οἰκείαν δούλην ἐπεγράψατο μη-
τέρα, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ· ἐπεὶ πῶς
ὁ αὐτὸς κατὰ Παῦλον, ἀμήτωρ καὶ «ἀπάτωρ»; Εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμή-

PG
65, 684

*685

cundum ordinem Melchisedech!¹ *Verbum caro factum est,*² quam-
quam iudaei dicenti Domino non credant. Vere Deus formam ho-
minis induit, tametsi gentiles miraculum subsannent. Ob id enim
clamabat Paulus: *Iudaeis quidem scandalum, gentibus vero stulti-
tiam.*³ Nam neque mysterii vim cognoverunt, eo quod miraculum cap-
tum superet ac rationem: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum
gloriae crucifixissent.*⁴ Nisi enim Verbum uterum inhabitasset, neque
caro consedisset in throno sancto. Si Deo ignominiae esset, in uterum
illabi quem ipse formarat, esset quoque probro hominibus ministrare.
Quod si Deo esset probro ministrare hominibus, haudquaquam cum
dives esset, pro nobis egenus factus esset.⁵

1207

IV. Qui per naturam impassibilis erat, is propter suam miseri-
cordiam multis se passionibus obnoxium fecit. Haudquaquam Chri-
stus ex profectu in Deum * evasit. Absit. Sed Deus cum esset, ut do-
cet fides, misericordia motus, factus est homo. Non praedicamus
hominem deificatum, sed Deum incarnatum confitemur. Ancillam
suam in matrem ascivit, is qui per naturam matrem nescit, quique
nihilominus secundum oeconomiam in terra sine patre existit. Alio-
qui quomodo idem ipse doctore Paulo, *sine patre, et sine matre?*⁶ Si

PG
65, 683

*686

¹ Ps. CIX, 4.² Io. I, 14.³ I Cor. I, 23.⁴ I Cor. II, 8.⁵ II Cor. VIII, 9.⁶ Hebr. VII, 3.

τωρ· ἔχει γὰρ μητέρα· εἰ γυμνὸς Θεός, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα· νῦν δὲ ὁ αὐτός, ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλαστής, ἀπάτωρ δέ, ὡς ἄνθρωπος.

PG 65, 685 VI. [...] Καὶ γίνεται ἄνθρωπος ἐκ Παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ 1208 ἐρμηνεύσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται· καὶ ἀποθνήσκει ὃ ἐγένετο· καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· « Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἀφῆσιν τῶν παραπτωμάτων ». Ὡ τῶν μεγάλων πραγμάτων! ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχε ἀθάνατος.

PG 65, 688 VII. [...] Οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπεύθυνον, ὃ φιλοικτιρῶν Θεός· ἀλλ' ἤλθεν ὁ αἰεὶ παρών, καὶ κατέβαλε λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἷμα· καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ, ἦν ἐκ Παρθένου ἐφόρεσε σάρκα· καὶ ἐξηγοράσατο τὸν κόσμον ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας· καὶ βοᾷ Παῦλος· « Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου ».

PG 65, 688 VIII. Ὁ τοίνυν ἀγοράσας ἡμᾶς, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖε· ἡ γὰρ 1210 τῶν ἀνθρώπων ἅπανσα φύσις τῇ ἀμαρτίᾳ δεδούλωτο· ἀλλ' οὔτε μὴν γυμνὸς ἀνθρωπότητος Θεός· σῶμα γὰρ εἶχεν, ὦ Μανιχαῖε. Εἰ μὴ γὰρ ἐνεδύσατο ἐμέ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμέ· ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ * τῆς Παρθένου ὁ ἀποφηνάμενος,

est purus homo, non est sine matre, matrem enim habet: si est nudus Deus, non est sine patre: habet enim patrem. At nunc, unus idemque sine matre quidem est, ut plastes; sine patre vero, ut plasma.

PG 65, 686 VI. [...] Fit nimirum homo ex Virgine, modo ei pernoto; nulla 1208 enim oratio miraculum hoc assequi valeat; moriturque, quod factus erat; redimit vero, quod erat, iuxta quod ait Paulus: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.*¹ O miram, magnamque rem! Immortalitatem aliis conciliavit, atque peperit: quippe qui ipse immortalis erat.

PG 65, 687 VII. [...] Non permisit, sua, Deus, misericordia, perpetuo obstric- 1209 tum teneri diabolo; sed venit ipse qui semper et ubique adest, ac proprium sanguinem nostri causa in redemptionis pretium profudit; carnemque quam ex Virgine susceperat, commutationem pro eiusdem salute, morti tradidit; ac mundum a legis redemit maledicto, mortem destruens morte: unde etiam clamat Paulus: *Christus nos redemit de maledicto legis.*²

PG 65, 687 VIII. Qui nos ergo redemit, o iudaeae, non est purus homo: uni- 1210 versa enim hominum natura peccati servitute oppressa tenebatur: at neque Deus tantum, humana destitutus natura; corpus namque habebat, o manichaeae. Nisi enim me induisset, haud * mihi salutem contulisset: sed ipse in Virginis utero editus, reum induit. Mira quae-

¹ Ephes. I, 7.

² Galat. III, 13.

τὸν κατὰδικον ἐνεδύσατο. Καὶ ἐκεῖ τὸ φορικτὸν γέγονε συνάλλαγμα· δούς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα. Ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς Παρθένου, καὶ ἐκ τῆς Παρθένου. Ὁ μὲν γὰρ ἐπεσκίασεν αὐτήν· ὁ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. Εἰ ἄλλος ὁ Χριστὸς καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἔστι τριάς ἢ ἁγία Τριάς· ἀλλὰ κατὰ σέ, αἰρετικέ, τετράς.

1211

X. Ὡ τοῦ μυστηρίου! βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν Θεότητα· ὄρω τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀπάρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. Ἄλλ' ὁ Ἐμμανουήλ, φύσεως μὲν πύλας ἀνέφωξεν ὡς ἄνθρωπος· παρθενίας δὲ κλειῖθρα οὐ διέβρηξεν ὡς Θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας προῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως ἐτέχθη, ὡς συνελήφθη. Ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, ἀφράστως ἐξῆλθε, κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιήλ τὸν λέγοντα· «Ἐπέστρεψέ με, φησί, Κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῶν ἁγίων τῆς ἐξωτερικῆς, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολάς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς με· Ὑιὲ ἀνθρώπου, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται· οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος· αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη». Ἴδου ἀπόδειξις ἐναργῆς τῆς ἁγίας θεοτόκου Μαρίας. Λυέσθω τοίνυν ἀντιλογία πᾶσα, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν καταφωτισζόμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τύχωμεν ἐν Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PG
65, 692

dam ac stupenda illic facta est commutatio: dans enim spiritum, accepit carnem. Idem ipse cum Virgine, et ex Virgine. Nam illud quidem obumbravit ei; hoc ex ea carnem assumpsit. Si est alius Christus, alius Deus Verbum iam non erit trinitas sancta Trinitas; sed sententia tua, o haeretice, quaternitas.

1211

X. O mysterium! Miracula video, et Divinitatem praedico: passionem cerno, nec humanitatem inficio. Ceterum Emmanuel, naturae quidem portas aperuit ut homo; virginitatis autem claustra non violavit neque perrupit, ut Deus: quin ita ex utero est egressus, sicuti per aurem est ingressus: ita natus, sicut conceptus. Ingressus est sine passione; egressus est absque ulla corruptione, iuxta quod ait propheta Ezechiel: *Convertit me, inquit, Dominus ad viam portae sanctuarii exterioris quae respiciebat ad orientem; et haec clausa erat. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, porta haec clausa erit, et non aperietur; et nullus transiet per eam; sed solus Dominus Deus Israel: ipse ingredietur et egredietur, et erit porta clausa.*¹ En aperte declaratam sanctam Dei genitricem Mariam. Dirimatur ergo omnis contradictio, ac Scripturarum doctrina illustremur; quo et coelorum consequamur regnum in Christo, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

PG
65, 691

¹ Ezech. XLIV, 1-2.

PG
65, 696

Oratio II, III. [...] Αἰσχυνέσθωσαν Ἰουδαίων παῖδες, οἱ τὴν παρθενικήν ὠδῖνα διασύροντες, οἱ λέγοντες· Εἰ ἔτεκε παρθένος, οὐκ ἔμεινε παρθένος. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν κόσμον παρήχθη, καὶ κάματος τὴν διάπλασιν οὐχ ὕβρισην· ὁ Θεὸς κατὰ σάρκα ἐγεννήθη, καὶ φθορὰν ὁ τόκος ὑπέμεινε; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ σάρκα ὁ Δεσπότης Χριστός· ἐπειδὴ ὁ προλαβὼν Ἀδὰμ τύπος τοῦ Δεσπότητος Χριστοῦ. Ἐσκιογράφησεν ὁ πηλὸς τὸν κεραμέα. Ὅτι δὲ τύπος ἦν, ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· «Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἀμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος». Καὶ ὅπως τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Δεσπότητος Χριστοῦ κατὰ σάρκα, ἄκουε· Ὁ δοῦλος, φύσεως ἀρχή· ὁ Δεσπότης, ἀρχὴ ζωῆς τέλος μὴ ἐχούσης. Ἐκεῖνον αἱ θεῖαι χεῖρες ἔπλασαν· οὗτος, ὡς οἶδεν, ἐαυτὸν ἐσάρκωσεν. Ἐκεῖνος γέγονε κατ' εἰκόνα· οὗτος, εἰκὼν ἄκτιστος. Ἐκεῖνος δι' ἐμφυσήματος ἐψυχώθη· οὗτος ἐν δούλου μορφῇ ὤφθη. Ἐκεῖνος ὁ παράδεισος οἶκος· τοῦτου ὁ οὐρανὸς θρόνος. Ἐκεῖνος γλῶττα τῆς κτίσεως· οὗτος, κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐκεῖνος τὴν χεῖρα εἰς δένδρον ἐξέτεινε, καὶ θάνατον ἐτρόγγησεν· οὗτος τὰς χεῖρας ἤπλωσεν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ τὸν κόσμον ἐνηγαλίσατο· καὶ βοᾷ ἐν Εὐαγγελίοις· «Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἐλ-

1212

PG
65, 695

Oratio II, III. [...] Erubescant iudaei, qui virginalem partum insectantur ac irrident, dicentes: Si virgo peperit, nequaquam virgo permansit. Miser ac infelix: Adam in mundum productus est, nec ulla molestia aut labes efformatum infecit: Deoque carne nato, partus corruptionem sustinere debuerit? Idcirco enim Christus Dominus secundus Adam secundum carnem dictus est quoniam is qui praecessit, primus Adam Christi Domini figura fuit. Nimirum lutum adumbravit figulum. Adamum autem Christi figuram gessisse, audi ex beato Paulo dicente: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae; qui est forma futuri.*¹ Quemadmodum vero Adamus, Christi Domini figura fuerit secundum carnem, accipe. Servus, naturae principium; Dominus interminabilis principium vitae. Efformarunt illum divinae manus; hic, qua novit ipse ratione, carnem sibi adiunxit. Ille ad imaginem factus est; hic ipsa est increata imago. Ille per insufflationem animatus est; hic in servi forma visus est. Illius domus est paradisos; huius, coelum sedes est. Ille lingua est creaturae; hic, caput Ecclesiae. Ille manum in arborem extendit, mortemque decerpit; ² hic manus in cruce expandit, mundumque in ulnas accepit: ac clamat in Evangeliiis: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me*

1212

¹ Rom. V, 14.² Gen. III, 6.

κύσω πρὸς ἐμαυτόν». Ἐκεῖνος γυναῖκα ἔσχεν ἐπίθουλον· οὗτος Παρθένον ἔσχε θάλαμον.

1213

VI. «Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει Κύριος παντοκράτωρ». Ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ὡς προφῆτα; Τῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὅτε Παρθένος οὐρανὸν ἐμιμήσατο· ὅτε ἐκ γαστροῦ ἐξεπήδησαν ἀκτῖνες· ὅτε ἐκ μήτρας προέκυπτε σαρκωθεὶς ἥλιος· ὅτε τὸ φῶς ἐσχηματίσθη ἀνθρωπεῖα μορφῇ· ὅτε ὁ τόκος τοῦ τεχθέντος, οὐκ ἀρχή, ἀλλ' ἀνατολή. «Καὶ ἐπέστρεψέ με, φησὶν, ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, καὶ ἤγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξηγέρθη ἀνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ». Τίς ὁ ἄγγελος; ὁ τὴν Μαριάμ εὐαγγελισάμενος. Τίς ὁ ὕπνος; ὁ τοῦ νόμου καιρὸς. Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ ὕπνῳ τὸ βλέφαρον τὴν κόρην καλύπτει, οὕτως ἐν τῷ νόμῳ τὸ κάλυμμα τὴν καρδίαν ἐσκέπασε. «Καὶ εἶπεν πρὸς με· Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· Ἐώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσοῦ ὅλη». Τίς οὖν ἐστὶν ἡ λυχνία; ἡ ἅγια Μαρία. Διὰ τί δὲ λυχνία; ἐπειδὴ τὸ ἄυλον φῶς Θεὸν σαρκωθέντα ἐβάστασε. Διὰ τί δὲ χρυσοῦ ὅλη; ἐπειδὴ καὶ μετὰ τόκον παρθένος ἔμεινε. Φησὶ γάρ· «Ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ μόνος διελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται κεκλεισμένη, διότι ὁ ἡγούμενος καὶ ἐξελεύσεται καὶ κλείσει τὰς

PG
65, 700

ipsum.¹ Ille mulierem habuit insidiatricem; hic in thalamum habuit Virginem.

1213

VI. *In die illa dicit Dominus omnipotens*.² In qua die, o propheta? In die incarnationis, quando Virgo coeli quamdam speciem praetulit: quando ex utero prosilierunt radii: quando sol incarnatus e matrice prorupit: quando lux humanam figuram induit: quando partus eius qui nascebatur, non initium, sed ortus fuit. *Et convertit me*, inquit, *angelus qui loquebatur in me: et suscitavit me, sicut quando homo excitatur a somno suo*.³ Quisnam angelus? Is qui laeta faustaue annuntiavit Mariae. Quis somnus? Legis tempus. Quandoquidem ut in somno palpebrae pupulas obtegunt, ita legis tempore velamen cor obtexerat. *Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, et ecce candelabrum aureum totum*.⁴ Quid est ergo illud *candelabrum*? Sancta Maria. Cur autem *candelabrum*? Quia immateriale lumen, nempe Deum incarnatum, portavit. Ut quid vero *aureum totum*? Quia etiam post partum virgo permansit. Ait namque: *Porta haec clausa erit. Non aperietur, et nullus transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel solus transibit per eam: et erit clausa, quoniam princeps et egredietur,*

PG
65, 699

¹ Io. XII, 32.

² Zach. III, 10.

³ Zach. IV, 1-6.

⁴ Ibid.

θύρας ὄπισθεν αὐτοῦ ». «Ὅτι δὲ ἡ γαστήρ πύλη λέγεται, μάρτυς Ἰωβ λέγων· «Διὰ τί οὐ συνέκλεισε πύλας γαστροῦ μου»; Καὶ ὡσπερ ἡ λυχνία οὐκ αὐτῇ φωτὸς αἰτία, ἀλλὰ φωτὸς ὄχημα, οὕτως καὶ ἡ Παρθένος, οὐκ αὐτῇ Θεός, ἀλλὰ Θεοῦ ναός. «Καὶ τὸ λαμπάδιον, φησίν, ἐπάνω αὐτῆς». Τί τὸ λαμπάδιον; ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος, τὸ φῶς τῆς οἰκουμένης, ὁ λέγων· «Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου».

PG
65, 708

Oratio III. De incarnatione Domini III. [...] Ὡ μυστήριον φρικτοῦ καὶ παραδόξου! Τίς εἶδέ ποτε ὅτι βασιλεὺς καταδίκου σχῆμα ἐφόρεσεν; ἢ πότε ὀφθαλμοὺς ὄλον ἐχώρησεν ἥλιον; πότε δὲ Θεῶ σὰρξ κατ' οὐσίαν ἀτρέπτως ἠνώθη, εἰ μὴ χθές; ὅτε ἡ μὲν ἁγία Παρθένος τῆν σου γαστέρα ἐκήχρα· ὁ δὲ Λόγος δι' ἀκοῆς εἰσεπήδα· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ναὸν ἐξωσπλάσσει· ὁ δὲ Ὑψιστος εἰς δούλου μορφήν ἑαυτὸν ἐκένου· τὸ δὲ μυστήριον τῆς θείας οἰκονομίας ἐδάσταζε Παρθένου γαστήρ. Ὡ γαστήρ οὐρανοῦ πλατύτερος! ὦ τόκος σωτηρίας φόρτος! Ὡ κοιλία πηλοῦ καὶ πλαστοῦ νυμφῶν! Ὡ ὠδὴν κοσμικῆς ἀμαρτίας λύτρον! Ὡ μυστήριον, οὗ τὸν τρόπον ἐρμηνεύσαι οὐ δύναμαι! Ὡ τόκος, οὐκ ἀρχὴν ὑπάρξεως Θεοῦ, οὐ τροπὴν φύσεως, οὐ

1214

*et fores post se claudet.*¹ Uterum autem portam vocari, testatur Iob dicens: *Cur non conclusit portas uteri mei?*² Et sicut candelabrum non est lucis causa, sed lucis vehiculum: ita etiam virgo non est ipsa Deus, sed Dei templum. *Et lampas,* inquit, *super ipsum.* Quidnam est *lampas?* Deus Verbum incarnatum, lumen orbis terrae, is qui dicit: *Ego sum lux mundi.*³

PG
65, 707

Oratio III. De incarnatione Domini III. [...] O plenum horrore ac miraculo sacramentum! Quis regem unquam vidit rei habitu indutum? Vel quis oculus universum comprehendit solem? Quandonam vero caro secundum substantiam Deo immutabiliter unita est, praeterquam heri? Quando sancta quidem Virgo suum uterum commodavit: Verbum autem per aurem insiliit; ac Spiritus sanctus vivum efformavit templum; Altissimus in servi se formam exinanivit;⁴ ac demum divinae istud dispensationis mysterium, uterus virginalis portavit. O uterum coelo latiore! O prolem salutis sarcinam! O alvum luti ac figuli thalamum! O fetum, mundi peccati redemptionis pretium! O mysterium, cuius modum explicare nequeo! O partum, non qui initium existentiae divinae, aut naturae mutationem, vel diminutionem potentiae, aut denique separationem ab aeterno genitore, sed qui Dei ac carnis substantialem unionem; nativitatis benedi-

1214

¹ Ezech. XLIV, 2-3.² Iob. III, 10.³ Io. VIII, 12.⁴ Philipp. II, 7.

μείωσιν δυνάμεως, οὐ χωρισμὸν τοῦ ἀνάρχου γεννήσαντος, ἀλλὰ Θεοῦ καὶ σαρκὸς συνουσιωμένην ἔνωσιν, εὐλογίαν γεννήσεως, Θεοῦ ἐπιδημίαν, ἐξ αἰῶνος ἐν τῷ Θεῷ ἀποκεκρυμμένον θαῦμα, φύσεων ἀδιαίρετον μυστήριον, κατάρτας λύσιν, ἀποφάσεως ἀνατροπήν, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Ἰησοῦ τὴν ἀναρχὸν ὑπαρξίν, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου κατὰ σάρκα γέννησιν, καὶ τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκύνησιν, τῷ δήμῳ παντὶ κεχαρισμένος καὶ εὐαγγελισάμενος. Αὐτῷ ἢ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1215

Oratio IV.¹ In natalen Domini, I. Λαμπρὰ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς * ἡ ὑπόθεσις· λαμπρὰ μὲν, ὅτι ἕξεν ἄνθρώποις σωτηρίαν ἐπανήγαγεν· παράδοξος δέ, ὅτι τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐνίκησεν ὁ τόκος. Φύσις μὲν γὰρ ἐννοεῖται τὴν τεκοῦσαν μητέρα· ἡ δὲ χάρις καὶ τεκοῦσαν ἔδειξε, καὶ παρθένον ἐφύλαξε, καὶ μητέρα ἐποίησε, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν οὐκ ἔβλαψεν. Ὡ γῆς ἀσπύρου καρπὸν βλαστησάσης οὐράνιον! Ὡ Παρθένος ἀνοίξασα τῷ Ἀδὰμ τὸν παράδεισον, μᾶλλον δὲ τοῦ παραδείσου ἐνδοξότερα ὑπάρχουσα! Ὁ μὲν γὰρ Θεοῦ γεώργιον γέγονεν, ἡ δὲ κατὰ σάρκα Θεὸν αὐτὸν ἐγεώργησε. Δεῦτε οὖν πάντες, τῆς τοῦ Δεσπότητος μητρὸς μήπως καὶ τοὺς γάμους χορεύσωμεν· παρθένος γὰρ ἐστὶ γάμων ἀμύητος, καὶ γάμων ἀβόητος· ἀλλὰ τὰς ἀνυμφεύτου αὐτῆς ὠδῖνας τιμήσωμεν. Μήτηρ γὰρ καὶ ἄνευ γάμων ἐγένετο· καὶ ἀνδρὸς πεῖραν οὐκ ἔλαβε· καὶ ὄρφανὸς ὁ παῖς οὐχ εὐ-

PG
65, 708
*709

ctionem; Dei adventum; miraculum a saeculo in Deo absconditum; maledictionis solutionem; condemnationis eversionem; unius eiusdemque Filii aeternam existentiam, ac eius ex Virgine secundum carnem generationem; ac demum adorationem quam omnis impendit creatura, populo universo donavit, laetoque ac fausto gaudio annuntiavit. Ipsi gloria et imperium, in saecula saeculorum. Amen.

1215

Oratio IV.¹ In natalem Domini, I. Praeclarum ac admirabile praesentis * solemnitatis argumentum: praeclarum quidem quod novam hominibus revexerit salutem; admirabile autem, quod partus naturae leges evicerit. Nam natura quidem agnoscit puerperam; at gratia, puerperam pariter effecit, ac custodivit virginem: exhibuitque matrem, nec quidquam integritatem laesit. O terram non satam, quae coelestem fructum protulit! O Virginem, quae Adamo paradysum reseravit! Imo, quae ipso paradiso gloriosior exstitit. Nam paradysus quidem Dei cultura fuit; haec autem Deum ipsum carnis ratione excoluit. Agite huc itaque omnes, non quidem matris Domini nuptias choreis ac tripudio celebraturi: virgo enim est nuptiarum expers ac omnino nuptiarum exsors: sed eius innuptae partum honoribus prosecuturi. Tametsi enim innupta, mater effecta est, nec tamen est experta virum: ac neque puer orphanus invenitur, ac orbus

PG
65, 707
*710

¹ Oratio *dubia*, secundum Lau 164. Exordium enim est simile exordio Homiliae I Theodoti Ancyrani. Vide n. 1188.

ρίσκειται. Δεῦτε ἴδωμεν γαστέρα Παρθένου πλατυτέραν τῆς κτίσεως. Ὁ γὰρ ἐκεῖ μὴ χωρούμενος, ἐνταῦθα ἀστενοχωρήτως ἐχώρησε, καὶ ὁ ἐν τῇ χειρὶ καὶ αὐτὴν τὴν τεκοῦσαν βαστάζων μετὰ πάντων, ὑπὸ ταύτης ἐν γαστρὶ βαστάζεται. Δεῦτε ἴδωμεν τὴν ἀλατόμητον πέτραν ἐν τῇ παρθενικῇ ἀράχῃ ὑπερφυῶς φερομένην, καὶ τὴν φύσιν μὴ βλάπτουσαν, καὶ τὸν κόσμον ἐδράζουσαν. Δεῦτε ἴδωμεν νηὸς ποντοπορούσης ἀθεώρητον πορείαν, τῆς βυθισάσης μὲν τὸν ἀρχέκακον, ἀλιευσάσης δὲ τὸν πρωτόπλαστον· ἧς καὶ ἡ εἴσοδος ἀνιστόρητος, καὶ ἡ ἐξοδος ἀνερμήνευτος. Δεῦτε ἴδωμεν τὸν νοητὸν ὄφιν, τὸν τῇ θυγατρὶ τῆς Εὐας προσομιλοῦντα, καὶ τὸ γραμματίον τῆς παρακοῆς ἀκυροῦντα. Δεῦτε ἴδωμεν καὶ τὸ φῶς τῆς θεότητος, ὡς διαφανοῦς τοῦ σώματος, τὰς ἀκτῖνας ἐκπέμπον τῆς χάριτος.

PG
65, 709

PG 65, 709 II. Γυναῖκες τρεχέτωσαν, ὅτι γυνὴ οὐ θανάτου δεικνύει φυτόν, ἀλλὰ ζωῆς τίτκει καρπόν. Παρθένοι συντρεχέτωσαν, ὅτι παρθένος ἔτεκεν, οὐχὶ τὴν παρθενίαν αἰσχύνουσα, * ἀλλὰ τὴν ἀφθαρσίαν σφραγίσασα. Ἐξῆλθε γὰρ τὸ βρέφος, καὶ ἀκεραίους τοὺς χιτῶνας τῆς γαστρὸς ἀπέλιπε, τοιοῦτον ἄφεις ἐν προσθήκῃ τῆς χάριτος, οἷς εὔρε τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον. Μητέρες τρεχέτωσαν, ὅτι μήτηρ παρθένος τὸ ξύλον τῆς παρακοῆς διὰ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς διωρθώσατο. Θυγατέρες συντρεχέτωσαν, ὅτι μητρικῆς παρακοῆς ὕδριν,

1216

patre. Agite, intueamur Virginis uterum mundo ipso ampliorem: quem enim ille capere non poterat, hunc iste capiens non arctatur: atque is qui et ipsam genitricem cum universis aliis manu portat, idem ipse in utero ab ea portatur. Agite, videamus non excisum lapidem,¹ in virginali gestatum uteri tunica ac ventris aranea, nec quidquam laedentem naturam, sed mundum fulcientem. Agite, navis mare pervagantis² viam oculos fugientem conspiciamus; quae nimirum auctorem mali profundo merserit; primum vero formatum hominem expiscata, ex imo gurgite extraxerit: cuius et ingressus admirabilis sit, et egressus ineffabilis. Agite, spiritalem aspectemus serpentem sermones cum Evae filia miscentem,³ ac contumaciae libellum abrogantem. Agite ipsam contueamur divinitatis lucem, quasi e pellucido corpore gratiae radios emittentem.

PG
65, 710

PG 65, 710 II. Accurrant mulieres, quod mulier non mortis arborem ostendat, sed pariat fructum vitae. Concurrant virgines, quod Virgo pepererit, nedum non * violata virginitate, sed et obsignata integritate. Prodiit enim infans, et integras uteri tunicas reliquit, ac naturae opificinam, quo repererat modo, dimisit, augens gratiae cremento. Accurrant matres eo quod Virgo mater, inobedientiae arborem vitae arbore emendavit. Concurrant filiae, quod inobedientiae maternae

1216

¹ Dan. II, 34.² Prov. XXX, 19.³ Gen. III, 1.

θηγατρὸς ὑπακοὴ ἐξεδίκησε. Πατέρες τρεχέτωσαν, διὰ τὸν ἐπ' ἐσχά. τῶν αἰῶνων τεχθέντα Πατέρα. Βρέφη συντρεχέτωσαν, διὰ τὸ ἐν φάτῃ σπαργανούμενον βρέφος. Ποιμένες τρεχέτωσαν, διὰ τὸν ἐκ τῆς παρθενικῆς ἀμνάδος προελθόντα ποιμένα. Ὁ γὰρ ποιμὴν τὴν ξενοπαγῆ τοῦ σώματος περιέθετο δοράν· καὶ ὁ λύκος ὡς ἀμνὸν ἰδὼν περιέτρεχεν κεχηνῶς· ἀλλὰ τοὺς μὲν ὀδόντας ἠκόνησε, τῶν δὲ σαρκῶν τοῦ ἀμώμου οὐκ ἴσχυσε γεύσασθαι. « Ἡ γὰρ σὰρξ αὐτοῦ οὐκ εἶδε τὴν διαφθοράν ». Ὁ γὰρ ἀμνὸς τὸν λύκον ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐξεμέσαι ἠνάγκασεν ἐξ αὐτῆς τῆς γαστρὸς τοῦ παμφάγου θηρός, ὡς τὸν Ἰωνᾶν ἐξελύσας ἐκ τοῦ κήτους τὸν ἄνθρωπον. Βασιλεῖς συντρεχέτωσαν, ὅτι ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἀνθ' ἀλουργίδος τὰ σπάργανα περιέθετο. Ἄρχοντες τρεχέτωσαν, ὅτι ὁ ἄρχων τῆς εἰρήνης ἐν τῷ παρθενικῷ ἐργαστηρίῳ χαλκεύσας τὸ ὄπλον τοῦ σώματος, καὶ στομῶσας αὐτὸ τῇ ἀχράντῳ θεότητι, τὸν πολέμιον διάβολον δι' αὐτοῦ ἐθανάτωσεν. Ὑπάτοι συντρεχέτωσαν, ὅτι ὁ ἐπουράνιος τὸν ἐπίγειον κατέλαθεν ὑπατον· δίφρον ἔχων καλλιπρεπῆ τὴν Θεοτόκον παρθένον Μαρίαν· τόγαν ὑπατικὴν, τὴν ἄσπορον σάρκα, λίθους ἔχουσιν τιμίους τῶν ἁγίων τοὺς βίους· μαργαρίτας ἀτιμήτους, τῶν προφητῶν τὰς πολυτιμῆτους προρῆσεις· οὐ χρυσὸν σκορπίζων τῆς ἀταξίας τὸν αἴτιον, ἀλλ' εὐσπλαγχνίαν βραβεύων τῆς σωτηρίας τὴν πρό-

iniuriam, filiae obedientia vindicavit. Accurrant patres, propter eum qui novissimis saeculis natus est Pater. Concurrant infantes, eius causa qui infans in praesepio pannis involvitur. Accurrant pastores, propter ortum ex agna virginali pastorem. Pastor namque, novum compactam induit corporis pellem; vidensque lupus agni speciem, in eum hians undequaque incurrit. Verum dentes quidem acuit; carnes tamen Agni immaculati nec delibare potuit; nam *eius caro non vidit corruptionem*.¹ Etenim Agnus ipse lupum occidit, ac quos ille a saeculo tenebat, ventrem edacis ferae evomere compulit; sic humanum extrahens genus velut olim Ionam e ventre ceti.² Concurrant reges, quod Rex gloriae pro regali trabea fasciis involutus sit. Accurrant principes, quod *Princeps* ille *pacis*³ in virginali opificina, corporis arma cudens, eaque incontaminata deitate durans, iisdem diabolum hostem interemerit. Concurrant consules, quod coelestis terrestrem assumpserit consulem, pulchram habens ac decoram sellam curulem, sanctam Dei genitricem Virginem Mariam: consularem vero togam, nullo carnem satam semine, pretiosis illam intextam ac ornatam lapillis, nempe sanctorum vitis ac eorum rebus gestis; inaestimabilibus margaritis, praeclaris nempe prophetarum vaticiniis; non qui aurum dispergat pravitatis auctorem, sed qui mise-

¹ Act. II, 31; Ps. XV, 10.

² Ion. II, 11.

³ Isa. IX, 6.

ξενον. Ἰδιῶται τρεχέτωσαν, ὅτι ὁ κριτῆς ἰδιωτικὸν ἱμάτιον περιέθετο, ἵνα τὸν κλέπτην διάβολον δι' αὐτοῦ θηράσῃ κρυπτόμενον, καὶ ἐκθωρακίζῃ ὀπλοῦμενον. Ξένον τὸ ἔνδυμα, καὶ καινότατον τὸ ἱμάτιον· καὶ ἡ πῆξις παράδοξος, ὡς ἀνθρωπίνης τέχνης ἀμέτοχος. Ὡ παρθένε, κόρη ἀπειρογάμε, καὶ μήτηρ ἀλόχευτε· πόθεν λαβοῦσα τὸ ἔριον κατεσκεύασας ἱμάτιον, ὃ σήμερον ὁ Δεσπότης τῆς κτίσεως ἐνεδύσατο; ποῖον δ' εὔρες ἰστώνα γαστρός, ἔνθα τὸν ἄρραφον χιτῶνα ἐξύφανας; Ἀκούειν τῆς φύσεως ἀντὶ τῆς παρθένου εἶπον· φυλάττει γὰρ τάξιν τῷ παρθενικῷ τόκῳ τὸν λόγον. Ἰμάτιον σαρκὸς δίχα κοινωνίας ἀνδρὸς οἶδα ποιεῖν. Ὁ ἐμὸς ἰστός ῥυπαρὰ ποιεῖ τὰ ἐνδύματα. Ἐνεδύσατο ὁ Ἀδάμ, καὶ ἐγυμνώθη, καὶ φύλλα συκῆς μετ' αἰσχύνῃς περιεβάλετο. Ὅθεν εἰς διόρθωσιν τοῦ φθαρέντος χιτῶνος, ἡ σοφία ἑαυτῇ τὸν * χιτῶνα τοῦ σώματος ἐν τῷ παρθενικῷ ἐργαστηρίῳ, κερκίδι θεϊκῆς ἐργασίας ἐξυφάνασα περιέθετο.

PG
65, 713

III. Θέλω δὲ διὰ τοὺς ἀπίστους Ἰουδαίους, καὶ τὴν Παρθένον ἐρωτῆσαι. 1217
Εἰπέ μοι, Παρθένε, τίς σε μητέρα πρὸ τῶν γάμων ἐποίησε; πῶς μήτηρ ἐγένου, καὶ παρθένος διεμείνας; πληροφόρησον τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι παρθένος ἐγέννησεν· ἔμφραζον τῶν ἀπίστων τὰ στόματα. Ἡ δὲ τῇ δυνάμει μοι ἀποκρίνεται· Πῶς ξενίζονται οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι παρθένος ἐγέννησεν; καὶ οὐ ξε-

ricordiam salutis conciliatricem praemio donet. Accurrat plebs, quoniam Iudex plebeio amictu indutus est, ut eo latitantem capiat furem diabolum, armatumque, exspoliet. Mirum sane, ac perquam novum indumentum; texturaque admirabilis, utpote absque humanae artis ope. O Virgo, puella innupta, ac sine puerperio sordibusque mater, undenam accepta lana vestem hanc contexuisti, quam mundi Dominus hodie induit? Ecquodnam textrinum uteri iugum invenisti in quo inconsutilem tunicam illam intexeres? Audiendam, loco Virginis, naturam suadeo: ordine enim ac ratione, virginali partui sermonem servabit. Ego, inquit, haudquaquam carnis vestimentum absque viri consuetudine intexere novi. Mea textura immunda facit indumenta. Induit * Adam, atque nudatus, ficus se foliis pudore operuit.¹ Idcirco ad corruptam vitiatamque instaurandam tunicam, ipsa Sapientia corporis tunicam in virginali opificina divinae operationis radio contextam assumpsit.

PG
65, 714

III. Verum ipsam quoque Virginem infidelium iudaeorum causa percontari libet. Dicitō mihi, o Virgo, quis te ante nuptias matrem fecit? Quonam pacto mater evasisti, et virgo permansisti? Fidem iudaeis astrue, peperisse Virginem: obstruito infidelium ora. Porro illa in haec mihi verba velut respondet. Quid rei novitate stupent iudaei, quod Virgo peperit? Nec virgam aridam praeter naturam

1217

¹ Gen. III, 7.

νίζονται πῶς ῥάβδος ξηρὰ παρὰ φύσιν ἐβλάστησε; Βλέπουσιν ἄρριζον βακτηρίαν ὑπὸ στέγην βλαστήσασαν, καὶ οὐκ ἐρωτῶσι πόθεν, ἢ πῶς· καὶ περὶ ἐμοῦ μελετῶσιν αἰεὶ; « Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν ». Βλέπουσι τὸ βρέφος, καὶ πράγματα ῥάπτουσι τῇ τεκούσῃ καὶ πατέρα ζητοῦσιν, οὗ τὴν μητέρα παρθένον ἀναγινώσκουσιν. Ἡ πατέρα ζητεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, τοῦ σήμερον γεννηθέντος υἱοῦ; ἄκουε τοῦ βοῶντος· « Κύριος εἶπεν πρὸς με· Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ». Οὐκ ἐγὼ σου πρὸ αἰώνων γεννήτωρ, καὶ ἄλλος δέ σου σήμερον τεχθέντος πατήρ. Εἴτε ἀπάτωρ λεγέσθω ὁ σήμερον τεχθεὶς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν· εἴτε ἐμὸς ὀνομαζέσθω υἱός. Εἷς γὰρ υἱὸς ἀπὸ δύο πατέρων γεννᾶσθαι οὐ πέφυκεν. « Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ». Σήμερον γὰρ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐκ τῆς παρθενικῆς νεφέλης ἀνέτειλεν. « Ὁ λαὸς γὰρ ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα ». Σήμερον ὁ ἄσπορος κόκκος ἐκ τῆς ἀγεωργήτου πεδιάδος ἐβλάστησε, καὶ ὁ λιμώττων κόσμος εὐφραίνεται. Σήμερον χωρὶς μίξεως τόκος ἦνθησεν ἐκ τῆς ἀλοχεύτου γαστρὸς, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις τῷ ἀπάτορι βρέφει προσφέρει τὰ ξένια [...] « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », καὶ ἐκ σοῦ, καὶ πρὸ σοῦ· ἐν σοὶ εἰσελθόν, ὡς ἠυδόκησε· καὶ ἐκ σοῦ ἐξελθόν, ὡς ἠθέλησε· πρὸ σοῦ, * ὡς πρὸ πάσης

*716

germinasse stupent?¹ *Virgam vident sub tecto nulla radice producentem germen, nec unde, vel quomodo percontantur: de me vero iugiter meditantur? Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium.*² Infantem vident, ac dolos genitrici nectunt: eiusque exquirunt patrem, cuius matrem Virginem legunt. Patremne quaeris, o iudaeae, eius Filii qui hodie natus est? Audi in haec verba clamantem: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te.*³ Non ego te ante saecula genui; ac alius tui hodie nati existit pater: Vel *sine patre*⁴ dicatur qui hodie natus est, uti revera est; vel meus Filius appelletur. Unus quippe Filius, duplici patre nasci non potest. *Ego hodie genui te.* Hodie namque iustitiae Sol e virginea nube ortus est: *Populus enim qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.*⁵ Hodie granum illud non satum ex inculca campestri terra germinavit; mundusque famelicus laetatur ac gaudet. Nulla hodie mistione effloruit partus ex impolluto utero, omnisque natura infanti sine patre offert munera [...] *Ave, gratia plena, Dominus tecum;*⁶ et ex te, ac ante te. In te ut ei placuit, illapsus: ex te ut voluit, egressus: ante te, ut ante omnem

¹ Num. XVII, 8.² Isa. VII, 14.³ Ps. II, 7.⁴ Hebr. VII, 3.⁵ Isa. IX, 2.⁶ Lc. I, 28.

ἐπινοίας, ἀβρότητος, ἀβρεύστως, ἀγαστῶς, ἀμυήτως, ἀμιάντως, ἀπαθῶς, ἀμαρ-
τύρως, ἀμεισιτεύτως, ἀνεπιτάτως, ἀφράστως, καὶ θεοπρεπῶς γεννηθεὶς ἐκ
τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἐν οὐρανοῖς, ἀμήτωρ· ἐπὶ γῆς, ἀπάτωρ. « Δόξα γὰρ
ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία »· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

717

Oratio V,² II. [...] Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἡ Θεοτόκος Μαρία. Ὅν
γὰρ ἐκεῖνοι πάντες ἐν αἰνίγμασιν εἶδον, αὕτη ἐν γαστρὶ σαρκωθέντα ἐδά-
στασε· καὶ οὐδὲν ἐνεπόδισε τῇ ἀβρότῳ οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ὁγκος;
ἀλλ' ὑλικὸν πάθος· ἀλλ' ὄγκου καὶ πάθους ὁ Λόγος ἀλλότριος. Ἐλαττώμα-
τος τοιοῦτου μέγεθος; ἀλλ' ἡ Θεότης οὐ περιγράφεται. Μῦθος; ἀλλ' ἦν ἀνα-
πλάττων οὐκ ἐμολύνθη, ἐν αὐτῇ σαρκωθείς, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθεὶς, οὐκ
ἐμιάνθη· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δόξαν φέρει τῷ βασιλεῖ τὸ φιλόανθρωπον. Τόκος;
ἀλλ' οὐκ ἐλάττωσε τόκος τὸ ἀναρχον. Ἡ ἐνανθρώπησις; ἀλλὰ μεταβολὴν ἡ
θεία φύσις οὐχ ὑπέμεινε. Ἐχειν κατὰ σάρκα μητέρα; ἀλλ' οὐκ ἀπώλεσε
τὸ εἶναι κατὰ θεότητα ἀμήτωρ. Φάτνη; ἀλλὰ τὸν τοῦ πατρὸς οὐκ ἐγύμνωσε
κόλπον. Σπήλαιον; ἀλλ' οὐδέποτε τῷ θρόνῳ ἡ Τριάς ἐνέλειψεν. Οὐδὲν τοί-
νον ἐν βίῳ, οἷον ἡ Θεοτόκος Μαρία. Περὶελθε δὴ, ὦ ἄνθρωπε, τὴν κτίσιν

1218

animi cogitatum, ineffabili ratione, incorrupte, mirabiliter, ex na-
tura impollute, impatibiliter, * sine teste, sine medio, nulla altera-
tione ineffabiliter, ac ea quae Deum deceat, ratione, ex Deo et Patre
genitus: qui in coelis sine matre, in terra sine patre est. *Gloria* nam-
que in altissimis Deo, et in terra pax; in hominibus bona voluntas;¹
nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

*715

PG
65, 718

Oratio V,² II. [...] Verum nihil eiusmodi est, ut cum Dei genitrice
Maria comparari possit. Ipsa enim, quem illi in aenigmate viderunt,
incarnatum in utero portavit, nihilque huic Dei Verbi dispensationi
obstitit. Quid enim? Molesne? At haec materialis affectio est: Verbum
autem, tum molis, tum affectionis expers est. Tantaev minorationis
magnitudo? At divinitas non definitur. Sordesne? At qui eam for-
mans nulla contraxit sordes, neque in ea incarnatus et ex ea genitus,
contraxerit: quin potius humanitas illa ac elementia, Regi gloriosa
existit. Partusne editio? At principii expertem non imminuit par-
tus. Incarnatio? At natura divina mutationem non pertulit. Num
matrem habere ratione carnis? At non amisit, ut ne sine matre sit
ratione deitatis. Praesepe? At non denudavit paternum sinum. Spe-
lunca? At nunquam Trinitas throno defuit. Nihil itaque in mundo
eiusmodi est, qualis Dei genitrix Maria. Cunctas res creatas, o homo,

1218

¹ Lc. II, 14.² Oratio haec est *Procli*; in conversione autem syriaca additur alia Oratio *Attici Constant* († 465). (cf. RPhTh 545 et Lau 164-165).

τῷ λογισμῷ, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἴσον ἢ μεῖζον τῆς ἀγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου. Περινόστησον τὴν γῆν· περίδλεψαι τὴν θάλασσαν· πολυπραγμότησον τὸν ἀέρα· τοὺς οὐρανοὺς τῇ διανοίᾳ ἐρεύνησον· τὰς ἀοράτους πάσας δυνάμεις ἐνθυμήθητι, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἄλλο τοιοῦτον θαῦμα ἐν πάσῃ τῇ κτίσει.

1219

III. [...] Προσκυνεῖται καὶ ἡ Μαρία, ὅτι γέγονε μήτηρ, καὶ δούλη, καὶ νεφέλη, καὶ θάλαμος, καὶ κιβωτός τοῦ Δεσπότου. Μήτηρ, ἔτεκε γὰρ τὸν βουληθέντα τεχθῆναι. Δούλη, ὁμολογῶ γὰρ φύσιν, καὶ κηρύττω τὴν χάριν. Νεφέλη, ἐκ Πνεύματος γὰρ ἀγίου συνέλαβεν, ὃν ἀπαθῶς ἔτεκε. Θάλαμος, ὡς ἐν νυμφῶνι γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσε. Κιβωτός, οὐ τὸν νόμον βαστάσασα, ἀλλὰ τὸν νομοθέτην κυοφορήσασα. Δι' ὅπερ εἵπωμεν πρὸς αὐτὴν «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν», ἡ μόνη τῆς Εὐας θεραπεύσασα τὴν λύπην· ἡ μόνη τὰ τῆς στεναζούσης ἀπομάξασα δάκρυα· ἡ μόνη τὸ κοσμικὸν βαστάσασα λύτρον· ἡ μόνη τὸν θησαυρὸν τοῦ μαργαρίτου πιστευθεῖσα· ἡ μόνη ἄνευ ἡδονῆς ὀγκωθεῖσα, καὶ ἄνευ πάθους τεκοῦσα· ἡ μόνη τὸν Ἐμμανουήλ, ὡς ἠθέλησεν αὐτός, γεννήσασα. «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου»· ὁ καρπός, οὐχ ὁ σπόρος· τὸ ἄνθος, οὐ τὸ πάθος· τὸ ἀπαύγασμα, οὐ τὸ κτίσμα· ὁ σύνθρονος, οὐχ ὁ δοῦλος· ὁ ἥλιος,

PG
65, 720

cogitatione percurre, ac perspice, num quidquam sanctae Virginis ac Dei genitricis Mariae aequale sit, aut ipsa fortasse maius. Terram undique lustra; circumspicito mare; sedulo perscrutare aerem; coelos mente excute: invisibiles omnes virtutes animo expende, ac vide, num aliud eiusmodi miraculum in universis creatis invenire sit. [...]

1219

III. [...] Veneratur et Maria, tanquam quae mater ancillaque, et nubes thalamusque, ac arca Domini effecta sit; mater, eum namque peperit, qui voluit nasci; ancilla, quippe naturam confiteor, et praedico gratiam; nubes, concepit enim de Spiritu sancto, quem illaesa integritate peperit; thalamus, in ea etenim ut nuptiali thalamo Deus Verbum habitavit; arca, non quae legem portaverit, sed quae legislatorem pepererit. Quapropter dicamus ei: *Benedicta tu in mulieribus*,¹ quae sola Evae moerori medelam attulisti, sola ingemiscantis absterseris lacrymas; sola redemptionis mundi pretium portaveris; sola creditum margariti thesaurum acceperis; sola sine voluptate gravida effecta sis, ac sine dolore pepereris; sola Emmanuelem, qua ipse voluit ratione, partu edideris. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*;² fructus, inquam, non sementis; flos, non passio; splendor, non creatura; coequalis Patri, non servus; sol, non arena; qui adoratur, non qui creatur; redemptionis pretium, non

PG
65, 719¹ Lc. I, 28.² Lc. I, 42.

οὐχ ἡ ψάμμος· ὁ προσκυνούμενος, οὐ τὸ κτίσμα· τὸ λύτρον, οὐχ ὑπόχρεος.
«Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου».

PG
65, 721

IV. Ἀντὶ πάντων εἰς εὐφημίαν ἀρκεῖ σοι ὁ προφήτης, βοῶν· «Ἴδου ἡ
παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει». Εἶπε τὸ θαῦμα, καὶ τὸν τρόπον ἐσίγησε. «Καὶ τέ-
ξεται υἱόν». Ἐκήρυξε τὴν ὠδῖνα, καὶ τὴν σχέσιν οὐκ ἐνόθευσε. «Καὶ καλέσουσι
τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· εἶπε τὸ μυστήριον, καὶ τὴν κλῆσιν ἐδρόντησεν·
«Ὁ ἐστὶ μεθερμηνεύμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός». Τὸν τεχθέντα Θεὸν ἐκήρυξε,
καὶ Ἰουδαίων ἐφίμωσε στόματα.

1220

PG
65, 732

Oratio VI, VI. [...] Σύμβολον γὰρ ἔφερον ἡ προσομιλοῦσα βάτος τότε
τῷ πυρί, τῆς ἀσπόρως συλλαβούσης Παρθένου τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· τὸν ἥλιον
τῆς δικαιοσύνης, τὸν ἐκ τούτου ἀνατέλλοντα τοῦ ἀμολύντου παστοῦ, ἵνα τὰ
ἔθνικα ὕδατα θερμάνῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

1221

PG
65, 732

VII. Πολλοὶ γὰρ εἰσιν, οὐ μόνον εἰς τὸν οὐρανόν, κατὰ τὸν Δαβὶδ, τὸ στόμα
τιθέντες, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶσσαν ἐπὶ τῆς γῆς φέροντες, καὶ τὴν καθαρότητα
τῆς Παρθένου ἐγγύθεν πολεμοῦντες. Ἴνα οὖν μὴ κατὰ τοὺς ἡδυπαθεῖς καὶ
γεώδεις ἀνθρώπους, καὶ ἡμεῖς καταπίπτωμεν, ἀκούοντες τοῦ εὐαγγελιστοῦ

1222

aeris debitor. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.*

PG
65, 722

IV. Omnium vice, quae tui praeconio dici queunt unus tibi pro-
pheta abunde sit ad laudis cumulum, qua clamat; *Ecce virgo habebit in
utero.*¹ Miraculum dixit, sed modum reticuit. *Et pariet filium.* Prae-
dicavit partum, nec relationem adulteravit. *Et vocabunt nomen eius
Emmanuel.* Mysterium protulit, altaque velut tonitruī voce appel-
lationem edixit. *Quod interpreteris, Nobiscum Deus.*² Natam prolem
claro praeconio Deum dixit, ac iudaeorum ora obstruxit.

1220

PG
65, 731

Oratio VI,³ VI. [...] Rubus quippe, igni per id tempus commistus,
Virginis gessit symbolum, quae verum illud lumen concepit sine
semine: Solem, inquam, illum iustitiae, ex impolluto illo oriturum
thalamo, ut iuxta Scripturam gentilium aquas excalefaceret.⁴

1221

PG
65, 731

VII. Etenim multi sunt, qui non solum os suum in coelum ponant,
uti David ait, sed et linguam ferant super terram,⁵ Virginisque inte-
gritatem cominus impugnent. Ut ne igitur cum voluptuosis terre-
nisque hominibus nos quoque dilabamur, audientes evangelistam
in haec verba loquentem: *Ante quam ipsi convenirent, inventa est in*

1222

¹ Isa. VII, 14.

² Matth. I, 23.

³ Viri docti hanc Orationem dubitant esse *Procli*; ipsa enim confectionem
aliquam posteriorem subiit (cf. RPhTh, 545).

⁴ Isa. LXIV, 2.

⁵ Ps. LXXII, 9.

λέγοντος· «Πρινῆ συνελθεῖν αὐτούς, εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· μήπως ἐντεῦθεν μετὰ τὸν θεῖον τόκον νομίζεσθαι, τὴν μὲν Παρθένον πεπαῦσθαι τῆς ἀγνείας, τὸν δὲ Ἰωσήφ ἔχεσθαι τῆς γαμικῆς συναφείας. Παρακαλῶ οὖν τοὺς πνευματικούς πνευματικῶς δέχεσθαι τὰ πνευματικά, καὶ μὴ καταφέρεσθαι εἰς τὸ * τῆς σαρκὸς πάθος, ἀγνοοῦντας τὸ τῆς Γραφῆς *733
βάθος.

- 1223 VIII. Μάθωμεν ποίαν ἔχει ἔννοιαν τοῦ Ἰωσήφ ἡ ἄγνοια. Τὸ τελούμενον ἐν τῇ Παρθένῳ μυστήριον οὐκ ἐγνώριζε· ποίου διάκονος ὑπῆρχε θαύματος. Οὐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ὁ προφητευόμενος Χριστός, ἐκ τῆς μεμνηστευμένης αὐτῷ ἐτίκτετο γυναικός. Οὐκ ἤδει ὅτι ὁ κατὰ Μωϋσέα Προφήτης, ἐκ τῆς ἀπειρογάμου προήρχετο κόρης. Οὐκ ἐμνήσκετο ὅτι ναὸς ἡδύνατο γενέσθαι Θεοῦ, ἡ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πεπλασμένη πηλοῦ. Οὐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ταῖς ἀχράντοις τοῦ Δεσπότητος χερσὶ, ἐκ τοῦ παρθενικοῦ πάλιν πλάττεται παραδείσου ὁ δευτερός Ἀδάμ. Οὐκ ἤδει ὅτι ὁ ἄρχων τῆς ξηραῖς δημιουργεῖται ἄνευ σπορᾶς. Οὐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ἡ Ἰσραηλιτικὴ ποτε γῆ τὸν ζωοποιὸν δώσει καρπὸν. [«Καὶ ἡ γῆ ἡμῶν, φησί, δώσει τὸν καρπὸν * αὐτῆς»]. Ὡγκώθη τῆς Παρθένου ἡ *734
κοιλία, καὶ ἐτρώθη τοῦ Ἰωσήφ ἡ καρδία· εἶδε τὴν ἔπαρσιν τῆς γαστροῦ, καὶ

*utero habens de Spiritu sancto:*¹ *et non cognoscebat eam donec peperit Filium suum primogenitum;*² ne quando ex illis verbis existimaverimus, amisisse quidem beatam Virginem post divinum partum, virginitatem, Iosephum vero nuptiale habuisse consortium. Obsecro itaque spiritalis viros, ut spiritaliter spiritalia suscipiant, neve non percipientes * altum sacrae Scripturae sensum, in affectum carnalem praecipites ferantur. *734

- 1223 VIII. Discamus quem Iosephi ignoratio sensum habeat. Nimirum nesciebat mysterium quod in Virgine peragebatur: cuius, inquam, miraculi foret minister. Nesciebat prophetarum oraculis praenuntiatum Christum ex desponsata sibi uxore nasciturum. Non noverat Prophetam illum Moysi similem³ ex puella innupta processurum. Non meminerat potuisse eam effici Dei templum, quae ex mundo erat formata luto. Latebat eum, ex virginali rursus paradiso intermeratis Domini manibus plasmari secundum Adam. Non cognoscebat terrae principem sine semine procreari. Non intelligebat Israeliticam quandoque terram, fructum daturam vivificum: *Et terra, inquit, nostra dabit fructum suum.*⁴ * Intumuit Mariae uterus, et Iosephi cor *735

¹ Matth. I, 18.

² Matth. I, 25.

³ Deut. XVIII, 15, 18; Act. III, 22.

⁴ Ps. LXXXIV, 13.

ἀπέγνω τῆς ἀγνείας τὸ μυστήριον παντελῶς· ἐθεώρησεν ἐγκύμονα, καὶ εἰς μέγιστον κατέπεσε κλύδωνα· προσέσχε πεφορτωμένην, καὶ ὑπενόησε πεφθαρμένην. Οὐκ ἔστιν ἡ τῆς γνώσεως ἀποστέρησις, συνουσίας ὑπόπτουσις, ἀλλ' ἐπίτασις ἀπιστίας κατηγορίας, καὶ οὐ μακροθυμίας τὸ πρᾶγμα. Ἦκουε τοῦ λέγοντος ἀγγέλου· «Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου»· καὶ μακροτέραν ποιεῖ τοῦ δισταγμοῦ τὴν μελέτην. Οὐ πιστεύω, φησί, τὴν σύλληψιν, ἐὰν μὴ κατίδω τὴν γέννησιν· ἐὰν μὴ θεάσωμαι τὸ βρέφος, οὐκ ἀπελαύνω τῆς ἀγνωσίας τὸ νέφος· ἐὰν μὴ ὄψωμαι τὸν πρωτότοκον υἱόν, οὐκ ἀποφορτίζομαι τὸν ἀτοπώτατον λογισμὸν· ἐὰν μὴ ἴδω τὸν νοητὸν ἥλιον ἐπαρθέντα, οὐ πείθομαι ὅτι ἡ νοητὴ σελήνη μένει ἐν τῇ τάξει τῆς παρθενίας. Τί δέ; τοῦτον περιπτύξομαι τὸν λογισμὸν, καὶ οὐκ ἔρχομαι εἰς τὸν χωρισμὸν; Ἐρχομαι· οὕτω γὰρ τῶν ἀνθρώπων καμὲ ἐκκλῖναι τὸν ὄνειδισμὸν, καὶ ταύτην τὸν ἔνομον διαφυγεῖν σωφρονισμὸν. Ὅποιων γὰρ ἀπήρξατο πρὸς αὐτὴν λόγων, ἀπιστῶν εἰς τὸν θεῖον λόγον ἀκούσωμεν.

PG
65, 737

X. Τότε λοιπὸν τίς ἦν ἡ Παρθένος ὁ Ἰωσήφ ἐπληροφορήθη, ὅτε καὶ τίς ἦν ὁ γεννηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐδιδάχθη. «Ἐγερθεὶς γάρ, φησί, παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ». Οὐκέτι λέγει· «Τὴν γυναῖκά σου. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρεῖτω». Τότε τὴν τῆς ψυχῆς ἀπέθετο δειλίαν, ὅτε τὴν ἀγγε-

1224

sauciatum est. Ventris tumorem vidit, ac castitatis mysterium deploratum omnino habuit. Inspexit gravidam, et in maximam incidit agitationem. Attendit onustam prole, venitque in mentem fuisse vitiatam. Non est cognitionis defectus, suspectus concubitus, sed incredulitatis contentio. Habet res criminationem, non longanimitatem. Audivit dicentem angelum: *Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam,*¹ amplioresque dubietatem meditatur. Non credam, inquit, conceptionem, nisi videro nativitatem. Nisi lumen aspexero, ignorantiae nebulam minime dispellam. Nisi primogenitum oculis ipse cernam, nimis absurdam cogitationem nunquam excutiam. Nisi spiritalem solem elevatum spectavero, haud unquam spiritalem lunam in virginitatis ordine permanere credam. Quid vero? Hanc animo cogitationem foveam, nec ad separationem procedam? Procedam utique. Sic enim, cum ego hominum declinabo convicia, tum ipsa, sancita lege effugiet supplicia. Nam rogo, audiamus, quibus eam verbis affari coeperit cum divino incredulus esset oraculo.

PG
65, 738

X. Tunc demum Ioseph, quaenam esset Virgo certo comperit, cum etiam quisnam esset qui natus erat, ab angelo didicit. *Surgens enim, inquit, accipe puerum, et matrem eius.*² Non iam amplius dicit, *Coniugem tuam. Qui potest capere capiat.*³ Tunc animi timiditatem

1224

¹ Matth. I, 20.² Matth. II, 13.³ Matth. XIX, 12.

λικὴν ἐθεάσατο χοροστασίαν· τότε τὴν γαστέρα ἐμακάρισεν, ὅτε τὸν ἀστέρα κατενόησε· τότε τοὺς λογισμοὺς τῶν σαρκικῶν ἀπέθετο γάμων, ὅτε τοὺς θησαυροὺς τῶν ἀνατολικῶν ἐδέξατο μάγων· τότε ἑαυτὸν ἐταλάνιζεν, ὅτε Συμεῶν τὸ βρέφος ἐθάσταζε, καὶ ὡς Θεὸν ἐδόξαζε· καὶ ἦν πρότερον ἀπεστρέφετο ὡς ἀκρατῆ, ὕστερον ἀπεδέχετο ὡς ἀγνήν· ἦν ἐλοιδῶρει ὡς ἄχρωμον, ὑμνολόγει ὡς ἄμεμπτον· ἦν ἀπῆλαυνεν ὡς βέβηλον, ἰκέτευεν ὡς ἄσπιλον· ἦν ἀπωθεῖτο ὡς ἀναιδῆ, περιεποιεῖτο ὡς θεοφιλῆ· ἦν ἐκάλεσε δημοσίᾳ μαινάδα, παρεκάλει ὡς ἁγίαν ἀμνάδα. Οὕτως ὁ Ἰωσήφ, ἕως οὗ ἔτεκεν ἡ Παρθένος τὸν Κύριον, οὐκ ἐγίνωσκε τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον· ἕως οὗ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν τῆς σωτηρίας, ἀμφέβαλεν εἰς τὸ ἀφθαρτον δένδρον τῆς ἀγνείας· ἕως οὗ ἐτελεσφορήθη τὸ δράγμα τῆς χαρᾶς, οὐκ ἐξηράνθη ἡ ὑποψία τῆς φθορᾶς. Οὐκ ἔστιν ἡ τοιαύτη * ἀγνωσία τοῦ δικαίου κατηγορία· οὐδὲ *740 ἔστιν ὑπὸ κατάγνωσιν, ὅτι τῇ θεῖᾳ συλλήψει ἐξ ἀγνοίας ἐπήνεγκε μέμψιν. Ὡ γὰρ ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ δικαιοσύνην, τίς τούτῳ δύναται ἐπαγαγεῖν ἀφροσύνην; Οὕτω γὰρ ἦν τὸ μυστήριον ἀκατάληπτον ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, καὶ τοσοῦτον τοῦ μυστικοῦ ἐτύγχανε τόκου τὸ παράδοξον, ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ ἁγία Παρθένος τὸν Θεὸν Λόγον ἐθάσταζε, καὶ εἰς τὸν τοῦ ἀρχαγγέλου λόγον ἐδί-

excussit, cum angelici chori tripudium vidit. Tunc beatum edixit uterum, cum stellam consideravit.¹ Tunc carnalium nuptiarum cogitationes abiecit, cum Magorum orientis thesaurus accepit. Tunc se ipse deplorabat, cum Simeon infantem gestabat,² atque ut Deum glorificabat: quamque prius quasi incontinentem aversabatur, eam postea ut pudicam et castam complectebatur: cui ut impudicae conviciabatur, huic ut irreprensae ac inculptae habebat laudem: quam ut profanam repellebat, supplex ut illibatam observabat: quam ut impudentem protrudebat, ut piam ac religiosam sibi vindicabat, quam publice maenadam vocitaverat, ut agnam sanctam obsecrabat. Ita plane Ioseph: Non cognoscebat dispensationis mysterium, donec virgo peperisset Dominum. Haesitavit anceps de incorrupta castitatis arbore, donec illa fructum salutis germinasset. * Non exaruit in eo *739 corruptionis suspicio, donec laetae segetis manipulus ad maturitatem venisset. Nihil ignoratio eiusmodi viro iusto crimini est; nec ullo modo est reus, quod ignorans divinam incusaverit conceptionem. Cuius enim Deus iustitiam testimonio approbat, ei quis insipientiae crimen inferat? Adeo enim erat humana mente incomprehensibile sacramentum, adeoque mirabile arcani partus miraculum; quando et sancta ipsa Virgo Deum gestabat Verbum, ancepsque animi erat de

¹ Matth. II, 10.

² Lc. II, 25 ss.

σταζε· τῷ σαρκουμένῳ ἐξ αὐτῆς ἔσωθεν ἔχαιρε, καὶ τῷ διαλεγομένῳ ἔξωθεν πρὸς αὐτὴν ἀντέλεγε· τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς περιεπτύσσετο, καὶ τὸν ἀσπασμὸν τῆς φωνῆς διελογίζετο.

PG
65, 753

XVII. Ποίοις οὖν ἐγκωμίων χρώμασι τὴν παρθενικὴν διαγράψω εἰκόνα; ποίοις ἐπαίνων ῥήμασι τὸν ἄσπιλον τῆς ἀγνείας παιδρύνω χαρακτῆρα; Αὕτη τὸ ἄδυτον τῆς ἀναμαρτησίας ἱερὸν· αὕτη ὁ ἡγιασμένος τοῦ Θεοῦ ναός· αὕτη τὸ χρυσοῦν τῶν ὀλοκαυτωμάτων θυσιαστήριον· αὕτη τὸ θεῖον τῆς συνθέσεως θυμίαμα· αὕτη τὸ ἅγιον τῆς κρίσεως ἔλαιον· αὕτη τὸ πολύτιμον τῆς πιστικῆς νάρδου ἀλάβαστρον· αὕτη τὸ ἱερατικὸν ἐφοῦδ, τὴν τοῦ Θεοῦ μηνύουσα βουλὴν· αὕτη ἡ τὸν ἐπτάμυξον λύχνον βαστάζουσα χρυσοῦν λυχνία· αὕτη ἡ κεχρυσωμένη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν κιβωτός, σῶματι καὶ πνεύματι ἡγιασμένη, ἐν ἧ τὸ * χρυσοῦν ἔκειτο θυμιατήριον, καὶ ἡ στάμνος ἡ χρυσοῦν ἡ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ τὰ λοιπὰ [περιέχουσαν], περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. Αὕτη ἡ πρωτότοκος ἄρτις, καὶ πυρὰ δάμαλις, ἧς ἡ σποδός, τὸ ἐξ αὐτῆς ληφθὲν τοῦ Κυρίου σῶμα, τοὺς κεκοινωνημένους ὑπὸ τοῦ μολυσμοῦ τῆς ἀμαρτίας καθαρίζει. Αὕτη ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολὰς πύλη, ἡ διὰ τῆς Δεσποτικῆς εἰσόδου καὶ ἐξόδου κλειομένη εἰς τὸν αἰῶνα. Αὕτη ὁ καινὸς τῆς Καινῆς Διαθήκης

1225

*756

angeli verbo: gaudebat intus de incarnato ex ipsa; eique qui foris alloquebatur, contradicebat: complectebatur thesaurum vitae, vocemque salutationis animo volvebat.

PG
65, 754

XVII. Quibus ergo encomiorum coloribus virginalem depingam imaginem? Quibus laudum praeconiis incontaminatum exornabo castimoniae characterem? Est haec penetrale innocentiae sacrarium; est sanctificatum Dei templum; aureum altare holocaustatum; divinum compositionis thymiamata; sacrum unctionis oleum; pretiosum nardi pistici alabastrum.¹ Haec, sacerdotale ephod divinam signans voluntatem; haec, aureum candelabrum septem ellychniorum lucernam portans; haec, arca intrinsecus et extrinsecus deaurata, corpore scilicet et spiritu sanctificata, in qua erat * thuribulum aureum, et urna aurea habens manna,² ac reliqua complectens, de quibus supra. Haec, primogenita illa iugi expers ac rufa vitula, cuius cinis,³ Domini scilicet corpus ex ea assumptum, inquinatos ab impura peccatorum lue emundat. Haec, porta ad orientem respiciens,⁴ propter Domini per eam ingressum egressumque in perpetuum clausa. Haec, novus Novi Testamenti tomus,⁵ per quam festine spoliatum

1225

*755

¹ Io. XII, 3.² Hebr. IX, 4.³ Hebr. IX, 13.⁴ Ezech. XLIV, 1.⁵ Isa. VIII, 1.

τόμος, δι' ἧς τῶν δαιμόνων ὀξέως ἡ δυναστεία ἐσκυλεύθη, καὶ τῶν ἀνθρώπων ταχέως ἡ αἰχμαλωσία προενομεύθη. Αὕτη τὰ τρία μέτρα τῆς ἀνθρωπότητος· Ἑλλήνων, Ῥωμαίων, Ἰουδαίων, ἐν ἧ [ἡ] ἄρρητος τοῦ Θεοῦ σοφία τὴν ζύμην τῆς οἰκείας ἐκρυσεν ἀγαθότητος. Αὕτη τῆς πατρικῆς εὐλογίας ὁ ἀγρός, ἐν ἧ ὁ τῆς Δεσποτικῆς οἰκονομίας ἔκειτο θησαυρός. Αὕτη ἡ βασιλικὴ ναῦς, ἡ τὸν πλοῦτον ἐκ Θάρσεως εἰσκομίζουσα, ἐκ τῆς ἐθνικῆς προσφέρουσα χώρας τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπιστροφὴν τῷ βασιλεῖ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ. Αὕτη ἡ καλὴ τῶν Ἀσμάτων νύμφη, ἡ τὸν παλαιὸν χιτῶνα ἀποδυσάμενη, καὶ τοὺς νομίμους πόδας ἀποπλυνάμενη, καὶ μετὰ αἰδοῦς τὸν ἀφθαρτον νυμφῶνα ἐν τῷ αὐτῆς ταμιεῖῳ ὑποδεχομένη. Αὕτη ἡ σκηνὴ τῶν πιστῶν, ἡ τὴν ἔμψυχον τῆς οἰκονομίας κιβωτὸν βαστάσασα, καὶ διὰ τῶν πρωτοτοκουσῶν δαμάλεων, τῶν δύο Διαθηκῶν, ἐπὶ τὴν ἀπλανῆ τῆς σωτηρίας ὁδὸν κατευθυνομένη. Αὕτη ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, ἀφ' ἧς Θεὸς ὢν ὁ ἀληθινὸς Ἰησοῦς μετὰ τὸν ἐναμηναῖον τοῦ ἐμβροῦ χρόνον ἐξεπορεύετο. Αὕτη ἡ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ἡσφαλωμένη θίβη, συνέσει καὶ εὐλαθείᾳ κεκοσμημένη, ἐν ἧ ὁ πνευματικὸς Μωϋσῆς ἐκ τοῦ νοητοῦ διασώζεται Φαραῶ· οὗ θυγάτηρ, τουτέστιν ἡ ἐθνικὴ Ἐκκλησία, ἐν ταῖς παρθενικαῖς ἐκτρέφουσα ἀγκάλαις, ὑπισχνεῖται

est imperium daemonum, citoque humana dirempta captivitas. Haec, trina humani generis mensura,¹ graecorum scilicet, romanorum ac iudaeorum; in qua ineffabilis Dei sapientia fermentum bonitatis suae abscondit. Haec, paternae benedictionis ager,² in qua Dominicae dispensationis thesaurus repositus fuit. Haec, navis regia quae de Tharsis divitias portat;³ quae, inquam, coelestis Regi Hierusalem ex gentilium regione gentium conversionem afferat. Haec, pulchra Canticorum Sponsa,⁴ quae veterem exuit tunicam, lavitque legales pedes, ac Sponsum immortalem in suo ipsius thalamo reverenter suscepit. Haec, tabernaculum fidelium, quae animatam oeconomiae portaverit arcam, ac per primiparas iuvenecas, utrumque, inquam, Testamentum, in rectam salutis viam directa sit. Haec, tabernaculum testimonii, ex qua verus Iesus cum Deus esset, post statum embryonis novem mensium tempus, egressus est. Haec, fiscella intrinsecus ac extrinsecus bitumine illita, nimirum prudentia ac pietate exornata, in qua spiritalis Moyses e mystico salvatur Pharaone: ⁵ cuius filia, gentilis nempe Ecclesia, in virgineis ulnis nutriens, matri ipsi lactanti aeternae vitae mercedem daturam promittit. Haec,

¹ Matth. XIII, 33.

² Gen. XXVII, 27.

³ III Reg. X, 22.

⁴ Cant. IV, 7.

⁵ Exod. II, 3.

δώσει αὐτῇ τῆς αἰώνιου ζωῆς τὸν μισθόν. Αὕτη τὸ πέμπτον τοῦ ἀψευδοῦς φρέαρ ὕδατος, ἐν ᾗ τὸ ὕδωρ ἔβρυσσε τῆς ἀθανασίας διὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Κυρίου παρουσίας, ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς πέμπτης διαθήκης. Πρώτη γὰρ ἐγράφη ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ· δευτέρα ἐπὶ τοῦ Νῶε· τρίτη ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· τετάρτη ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως· καὶ πέμπτη ἐπὶ τοῦ Κυρίου· ἐπειδὴ καὶ πεντάκις ἐξῆλθε τοὺς εὐσεβεῖς μισθούμενος ἐργάτας εἰς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀμπελῶνα· περὶ πρώτην ὥραν, περὶ τρίτην, περὶ ἕκτην, περὶ ἑνάτην, περὶ ἑνδεκάτην. Αὕτη ὁ τιθέμενος ἐν τῇ κοσμικῇ ἄλωνι ἄσπιλος τόκος, ἐν ᾗ ὁ σωτήριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὼν ὑετὸς πᾶσαν ἐξήρανε τὴν γῆν ἐκ τῆς ἀμέτρου φορᾶς τῶν κακῶν· καὶ πάλιν τὸν πόκον ἐξήρανε ἐκ τῆς * ὑπονοστούσης ἰκμάδος τῶν παθῶν, καὶ τὴν γῆν ἐπλήρωσε τῆς ἀφθόνου δωρεᾶς τῶν ἀγαθῶν. Αὕτη ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένη κατάκαρπος ἐλαία, ἐξ ἧς τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὸ σωματικὸν τοῦ Κυρίου λαβὼν κάρφος, τῇ χειμαζομένῃ τῶν ἀνθρώπων διεκόμεσε φύσει, τὴν ἀνωθεν εὐαγγελισάμενος εἰρήνην. Αὕτη ἡ εὐθαλῆς καὶ ἀφθαρτος παράδεισος, ἐν ᾗ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον φυτευθὲν πᾶσιν ἀκωλύτως χορηγεῖ τῆς ἀθανασίας τὸν καρπὸν. Αὕτη τῆς καινῆς κτίσεως ἡ οὐράνιος σφαῖρα, ἐν ᾗ ὁ ἀειφανῆς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος πᾶσαν ἀπὸ πάσης ἀπῆλασε

quintus puteus veri iurisiurandi,¹ in qua immortalitatis aqua, per adventum Domini in carne, in plenitudine quinti foederis effluxit. Primum enim foedus scriptum est tempore Adami; secundum tempore Noë; tertium tempore Abrahae; quartum tempore Moysis; quintum denique tempore Domini: nam etiam quinquies exiit, ut pios operarios in iustitiae vineam conducirer; nempe, circa horam primam, circa tertiam, circa sextam, circa nonam, circa undecimam.² Haec, incontaminatum vellus in mundi area positum, in quam salutis pluvia e coelo descendens,³ terram universam ab immensa malorum illuvie siccavit; rursumque vellus ipsum, a subsidente affectionum humore exsiccans, copioso bonorum munere terram replevit. Haec, oliva fructifera plantata in * domo Domini,⁴ ex qua Spiritus sanctus Dominici corporis ramum accipiens, tempestate iactato humano generi detulit, fauste de coelo annuntians pacem. Ipsa, floridus ac immarcescibilis hortus, in qua lignum vitae plantatum⁵ universis libere fructum immortalitatis praebet. Ipsa, novae creaturae coelestis globus, in qua Sol iustitiae nunquam occidens, omnem ab ani-

¹ Gen. XXVI, 32.

² Matth. XX, 1.

³ Iudic. VI, 37.

⁴ Ps. LI, 10.

⁵ Gen. II, 8.

ψυχῆς τῶν ἀμαρτιῶν τὴν νύκτα. Αὕτη τῶν παρθένων τὸ καύχημα· τῶν μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα· τῶν πιστῶν τὸ στήριγμα· τῆς Ἐκκλησίας τὸ διάδημα· τῆς ὀρθοδοξίας τὸ χάραγμα· τῆς εὐσεβείας τὸ σφράγισμα· τῆς ἀληθείας τὸ νόμισμα· τῆς ἐγκρατείας τὸ ἔνδυμα· τῆς ἀρετῆς τὸ φόρημα· τῆς δικαιοσύνης τὸ ὀχύρωμα· τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ κατάλυμα, κατὰ τὸ εὐαγγελικὸν διήγημα· « Πνεῦμα ἅγιον, φησίν, ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Αὐτῷ ἡ δόξα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

1226

Oratio VII, III. [...] Ὁ Νῶε ἐκ ξύλων ἀσῆπτων κιβωτὸν συνεπήξατο· ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστός, ὁ νοητὸς Νῶε, ἐκ τῆς ἀφθόρου Μαρίας τὴν τοῦ σώματος κιβωτὸν κατεσκευάσεν.

PG
65, 760

ma omni peccatorum noctem fugavit. Ipsa virginum gloriatio; matrum exsultatio; fidelium sustentatio; Ecclesiae diadema; rectae fidei expressa forma; pietatis signaculum; veritatis norma; indumentum temperantiae; vestis virtutis: iustitiae munitio; sanctae Trinitatis domicilium, iuxta quod habet evangelica narratio: *Spiritus sanctus, inquit, superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.*¹ Cui gloria, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

1226

Oratio VII, III. [...] Noë ex lignis incorruptibilibus arcam compegit; at Christus hic, spiritalis Noë, ex Maria incorrupta corporis sibi arcam composuit.

PG
65, 759

1227

Sermo IV, I. [...] Natus est igitur ex Virgine Christus, a qua carnem per oeconomiae rationem sumpsit, ut ipsi est libitum: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis;*² atque idcirco Virgo Dei mater evasit. Quomodo virgo post partum manserit verbis explicari nequit, neque item nativitas eius, propter incomprehensibile divini Verbi erga suam visibilem humanitatem mysterium. Nam secundum suam carnis dispensationem divinum Verbum visibile est; invisibile autem, quia manens quod erat, factum est quod non fuerat. Idem passibile est, et impassibile; passibile quidem in eo quod cernitur, impassibile vero, quatenus eius divinitatem de eadem Patris substantia esse cognoscimus. Porro est de substantia nostra, quia eadem humanitate praeditum, praeter peccatum. Iam vero Virgo, mater est, quia Verbum incarnatum sine semine edidit; sic tamen ut virginitatem retineat, propter mirabilem illius, qui sic voluit nativitatem. Ipsa mater est secundum substantiam naturae humanae divini Verbi, quod in ipsa incarnatum est, et apparuit, atque unitum est, iuxta sapien-

PG
65, 845¹ Lc. I, 35.² Io. I, 14.

tiam ac voluntatem eius, qui prodigia operatur. *Ex ipsis Christus in carne*, ut ait Paulus beatus.¹

PG
65, 846

II. Cave enim putes, eum qui natus est, simplicem esse hominem, vel tantummodo esse Deum. Nam si Christus tantummodo homo esset, qui fieri poterat, ut sancta Virgo post partum etiam virgo maneret? Igitur dicamus hinc confieri, Christum in duabus naturis subsistere divinitatis atque humanitatis, unum esse Iesum Christum, unicum Filium Dominum Iesum Christum.

1228

ACACIUS Melitenaeus († ante 449)

PG
77, 1469
*1472

Homilia.² [...] Ἀπαθῆς γὰρ ὢν οὐ παρητήσατο, ἀλλὰ τῷ παθητῷ συνάψας ἑαυτόν, * οὕτω τὰ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐδέξατο πάθη. Οὐκ ἀποστερεῶ τῆς τιμῆς τὴν Θεοτόκον Παρθένον, ἣν αὐτῇ ἢ τῆς οἰκονομίας ὑπηρεσία κεχάρισται. Καὶ γὰρ καὶ ἄτοπον, ἀγαπητοί, σταυρὸν μὲν τὸν ἐφύδριστον βαστάσαντα τοῖς θυσιαστηρίοις Χριστοῦ συνδοξάζεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς ἐκκλησίας ἐκλάμποντα φαίνεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ τοσαύτῃ εὐεργεσίᾳ δεξαμένην θεότητα, τῆς Θεοτόκου ἀποστερηθῆναι τιμῆς. Θεοτόκος οὖν ἡ ἁγία Παρθένος. Θεὸς γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς, οὐκ ἐκειῖθεν τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν λαβὼν, ἀλλὰ ἐκειῖθεν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως δεζόμενος. Μὴ οὖν ἀμέριμος

1229

PG
77, 1471

Homilia.² [...] Nam impassibilis corpori patibili semetipsum coniungens, passiones non recusavit, sed salutis meae gratia sustinuit.³ Deiparam Virginem eo honore non privo, quem dispensationis ministerium gratuito ipsi impertivit. Etenim, charissimi, absurdum fuerit, crucem ignominiosam, quae Christum portavit, cum altaribus Christi conglorificari, atque in fronte ecclesiae splendentem apparere; eam vero quae ad tantum beneficium deitatem suscepit, Deiparae honore privari. Deipara igitur est sancta Virgo. Deus enim est qui ex ea natus est, non quod initium ut esset ex ea sumpserit, sed quod ut homo fieret, principia inde hauserit. Ne igitur, o haere-

1229

¹ Rom. IX, 5.

² Homilia in Concilio Ephesino dicta.

³ Gal. II, 20-21.

• PG 65, 693, 704, 720, 721, 736, 737, 740, 741, 744, 745, 749, 752, 765, 769, 792, 804, 809, 813, 836, 847, 848, 854, 860, 865, 868, 872, 875.

• PL 67, 412, 415, 417.

• S. MARCUS EREMITA (saec. v): PG 65, 1128.

• B. MARCUS DIADOCUS (saec. v): PG 65, 1145.

ZACHARIAS Mitylenensis Ep. († post 536)

HISTORIA ECCLESIASTICA

- 1521 Cap. I. Mortuo fideli principe Theodosio, imperium obtinuit Marcianus, qui instante apud eum uxoremque eius Pulcheriam Leone Romano, congregari iussit synodum, quae reapse coacta est Chalcedone, anno Alexandri Macedonis 764, convenientibus ad eam episcopis sexaginta quatuor supra quingentos. Sed tamen Theodoretus Cyri episcopus Leonem antea concitaverat ad scribendum ad Flavianum eam epistolam, quae dogmatica dicitur, Eutychianae doctrinae adversantem. Scribens itaque Leo, Theodoretum Marciano Augusto eiusque coniugi impense commendavit: qui quidem Augustus Nestorii doctrinam hauserat, eiusque dogmatibus adhaerebat: quare et ipsum ex exsilio per Ioannem tribunum una cum Dorotheo Marciani ipsius populari, Nestorii socio, revocaverat. Porro redux Nestorius sanctam Virginem Deiparam coepit his verbis irridere: « Quid est Maria? Adhucne Mater Dei vocatur? » Moxque ei poena Dei vindex supervenit, veluti olim Ario, qui in Dei Filium blasphemus fuit: etenim iumento deiectus Nestorius, concisa lingua, atque ore vermibus abroso, in itinere exstinctus est; cum eoque simul Dorotheus socius obiit: quibus auditis, doluit imperator, neque hanc rem sine suspicione et cura transmisit.

PG
85, 1149PROCOPIUS Gazaesus¹ (465 † 530/538)

COMMENTARII IN GENESIN

- 1522 Cap. III, 16. [...] « Ὁ Ἀδάμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν ». Ἐνθα δὲ συνέθη τὸν μὲν ἄνδρα ἀπατᾶσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μένειν ἀνεξαπάτητον· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς εὐθὺς περιτρέπεται, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ διδάσκειν, λέγων· « Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις »; πᾶς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἡγούμενος, ἀρχῶν τοῦ σωζομένου καθέστη-
- 1522 Cap. III, 16. [...] *Adam non deceptus est, sed mulier circumventa transgressioni facta est obnoxia.*² Ubi vero fieri potest, ut imponatur viro, et mulier evadat doli et fraudis laqueos, ibi continuo mulieri iterum tribuitur imperii dignitas, ut doceat, quod quidem patefit ex his Pauli verbis: « Qui namque scis, mulier, an maritum sis ser-

PG
87, 212PG
87, 211¹ Vel Gazensis.² I Tim. II, 14.

κεν· οὕτω πανταχοῦ ἡ μὲν ἀρετὴ ἀρχικόν, ἡ δὲ ἁμαρτία δουλοπρεπές, δι' ἣν γυνὴ κατακρίνεται λύπη καὶ στεναγμῶ καὶ δουλεία, μέχρι τὴν ἀράν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἔλυσεν ὁ Χριστός, τεχθεὶς διὰ γυναικός· καὶ ἐπειδὴ ὑπαίτια οὖσα ἠδύνατο τεκεῖν τὸν ἀνεύθυνον, προδραμῶν ἄγγελος τῇ χαρᾷ τὴν λύπην διέλυσε, προσίμιον τοῦ λόγου τὸ «Χαίρειν» εἰπὼν· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήνεγκεν· «Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ»· εἰκὼν γὰρ αὕτη τῆς Εὔας ἐτύγχανε· παρθένος γὰρ ἑκατέρα· καὶ Εὔα γὰρ παρθένος οὖσα ἤμαρτεν· ἀλλ' ἡ μὲν ἔσχε τὴν λύπην ἐξ ὄψεως, καὶ ταῖς ἐφεξῆς ἀπάσαις καὶ αὐταῖς ἡμαρτηκυῖαις τῆς λύπης μετέδωκεν· ἡ δὲ τὴν χαρὰν ἐκ Θεοῦ· καὶ τὴν ἀράν τοῦ γένους διέλυσε, καὶ τόκος ἀπαθῆς τὸν ἐν στεναγμῶ καὶ λύπαις κατέπαυσε· ὅθεν τὴν μὲν πάντες αἰτιῶνται, τὴν δὲ μακαρίζουσιν ἅπαντες· καὶ ὡς πρόσωπον ἔχουσα τῆς Εὔας φησὶν· «Ἴδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί»· τὸ «ἀπὸ τοῦ νῦν» πρὸς ἀντιδιαστολὴν προσθεῖσα τοῦ φθάσαντος χρόνου, καθ' ὃν τῆς λύπης καὶ τοῦ στεναγμοῦ τὴν αἰτίαν ἐφέρετο· καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἔσχεν ὁ λόγος· ὡς γὰρ Ἰησοῦς εἰστήκει διδάσκων, φησὶ τις γυνὴ πρὸς

vatura? » Qui vero alii salutis praecepta suggerit, is servati dux et dominus constituitur. Unde liquet virtutem semper et ubique dominationis et imperii esse causam: sed peccatum semper inducere turpem servitutem. Quapropter mulier, secundum sententiam Dei, addicta est doloribus, luctui et gemitibus, imo et execrationi, quam tamen benignus Christus natus ex muliere sustulit. Cum peccatis impedita nequisset parere inculpato, angelus praecurrens et gaudio exsultans, laetum nuntium obicit, sic orationis exordium faciens: Ave. Hinc causam laetitiae subdit: *Dominus tecum*.¹ Maria enim typus Evae fuit. Utraque siquidem virginitate vigeat. Verum Eva in virginitate existens, deliquit. Proinde tristitiam et dolores a serpente traxit, quos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quae secutae sunt saeculis omnibus. Verum Maria gaudium et laetitiam toti mortalium generi obnuntiavit, humanique generis maledictionem, in quam devenerat, fugavit. Praeterea partus doloris expers, finivit eum, qui cum multis doloribus fit. Ideo Evam omnes culpant et inculant. Mariam omnes laudant et beatam pronuntiant: quae, quasi personam Evae gerens, inquit: *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes*.² *Ex hoc*, etc., additum est ad distinguendum praeteritum tempus, in quo, ut causa dolorum et gemituum, Eva criminabatur. Hic sermo statim ab initio vires habuit. Nam cum Christus stetisset suam sacrosanctam doctrinam spargens, quaedam

¹ Lc. I, 28.

² Lc. I, 48.

αὐτόν· « Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ οἱ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας ».

mulier acclamavit: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*¹

COMMENTARII IN EXODUM

- 1523 *Aureum caput, et aureum corpus, etc.* Quia Christus, qui templum censetur, ex Virgine prognatus, coelesti natura ditavit suum domicilium, scilicet beatam Virginem. PG 87, 645

COMMENTARII IN LEVITICUM

- 1524 *Mulier quae concepto semine peperit marem, etc.*² Suffecerat dixisse: Mulier si peperit filium. Sed excipit sanctam Virginem, quae nullius seminis interventu filium enixa est. Nam cum conceptus esset de Spiritu sancto, non requierebatur ad sanctorum primogenitum gignendum seminis fusio. Hunc primogenitum sanctorum credito esse primitias illorum qui regenerantur per Spiritum sanctum, de quibus ita profatur: *Qui non ex sanguinibus nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.*³ PG 87, 729

COMMENTARII IN ISAIAI

- 1525 Cap. VII, 13. [...] « Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαβίδ ». Ὁ μὲν Θεὸς οἶα φιλόανθρωπος « σημεῖον » ὑμῖν ἠβουλήθη « σωτήριον » παρασχεῖν, δι' οὗ τοὺς δύο βασιλέας νικήσετε. Ὑμῶν δὲ ἀπειθησάντων, οὐδ' οὕτω παρεῖδεν ἀπολλυμένους. Τὸ γὰρ σημεῖον ὑμῖν καὶ μὴ βουλομένοις χαρίζεται παράδοξον ὄν, καὶ οἶον οὐκ οἶδεν ἢ φύσις. Θεὸς γὰρ « ἐκ Παρθένου » τεχθήσεται, γαμικῆς συνόδου χωρὶς. PG 87bis, 1960

- 1525 Cap. VII, 13. [...] *Audite vero, domus David.*⁴ Statuerat Deus vobis, pro suo in homines amore, *salutis signum*, quo a vobis reges duos superatum iri crederetis, tradere. Quod etsi credere recusatis, ne sic quidem vos tamen in perniciem vestram ruentes praeterit. *Signum* enim vobis etiam invitis, signumque, inquam, quod omnium superat opinionem, cuiusmodi nec natura quidem ipsa novit, largitur. Deus enim *ex Virgine*, nullo nuptiali congressu nascetur. PG 87bis, 1959

¹ Lc. XI, 27.

² Lev. XII, 2.

³ Io. I, 13.

⁴ Isa. VII, 13.

PG
87^{bis},
1964

1526

[...] Πῶς «σημεῖον»; Πῶς δὲ πάλιν «Ἐμμανουήλ» προσηγόρευται; Ὅτι δὲ καὶ τὴν «Παρθένον νεᾶνιν» ἰδίως κέκληκεν ἡ Γραφή, δῆλον ἐξ ὧν ἐν Δευτερονομίῳ φησὶν· «Ἐὰν δὲ ἐν τῷ πεδίῳ εὕρη τὴν παῖδα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ ἐκδιασάμενος κοιμηθῆ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον μόνον. Καὶ τῇ νεάνιδι ποιήσετε οὐδέν», καὶ τὰ ἐξῆς. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, ἡ θάλπουσα τὸν Δαβὶδ παρθένος ἡ Ἀδισὰκ «νεᾶνις» εἴρηται, περὶ ἧς φησὶν· Καὶ ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔγνω αὐτήν. Ἐκ «Παρθένου» τοίνυν ἀγίας ὁ «Ἐμμανουήλ», τῆς εἰπόσης· Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Πρὸς ἣν εἶπεν ὁ ἄγγελος· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Αὐτὴ ὑπόδικος οὐκ ἔστι τῷ περὶ καθαρισμοῦ νόμῳ. Φησὶ γὰρ ἐν Δευτερονομίῳ· Γυνὴ ἥτις ἂν σπερματισθῆ καὶ τεκῆ ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας. Μὴ σπερματισθεῖσα δὲ τοῦ «Ἐμμανουήλ» ἡ μήτηρ, καθαρὰ τέ ἐστι καὶ ἀμίαντος. Ἐπεὶ γὰρ ὁ πρῶτος Ἀδὰμ οὐκ ἐκ συνόδου γέγονε γαμικῆς, ἐκ δὲ τῆς γῆς ἐπλάσθη ληφθεὶς, καὶ ὁ ἔσχατος ἀνακαινίζων αὐτοῦ τὴν φθοράν, ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ διαπλασθὲν τὸ σῶμα λαμβάνει, * ὡς ἂν ἐν ὁμοιώματι γένηται τῷ τῆς ἀμαρτίας διὰ σαρκός.

*1965

PG
87^{bis},
1963

1526

[...] Sin autem communis est generationis modus; qui *signum* iam exsistere, qui rursus *Emmanuel* nominari queat? Caeterum ne non de *virgine puellae* nomen etiam peculiariter usurpari putent, id ex Scripturae verbis in Deuteronomio patebit, sic enim legitur: *Si autem in agro repererit vir puellam, quae desponsata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus; puella nihil patietur.*¹ Tertio praeterea Regum volumine, quae Davidem fovebat virgo, Abisac nomine, *puella* dicitur; quam non regem cognovisse testatur historia.² Natus est ergo ille *Emmanuel* ex sancta *Virgine*; cui, cum illa quomodo futurum istud esset, quia virum non cognosceret, postulasset; in eam Spiritum sanctum esse illapsurum, virtuteque Altissimi obumbraturum respondit angelus.³ Nequaquam enim legi Deuteronomicae quae mulierem admissio semine masculum enixam septem dies immundam haberi volebat, obnoxia fuit.⁴ Sed nullo seminis auxilio facta *Emmanuelis* mater, pura, intemerataque remansit. Quoniam enim primus ille Adamus, non nuptiali coitu procreatus * fuerat, sed terra efformatus: et hic ultimus, qui eius corruptionem renovat, in virginis utero corpus sumit efformatum, ut eius similitudinem habeat, quod peccato per carnem natum est.

*1966

¹ Deut. XXII, 25-26.

² III Reg. I, 3-4.

³ Lc. I, 34-35.

⁴ Levit. XII, 2.

● PG 87, 813, 1081. PG 87bis, 1737, 1960, 1966, 1976, 1988, 2005, 2144, 2145, 2464, 2520, 2525.

do, istum habere filium. Sicut ipsa dicebat: *Ecce nunc beatam me dicent omnes generationes.*¹

- 1462 Homilia XXX. [...] *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ille mater mea et frater est.*² In qua cognatione spirituali nihilominus est haec Maria, quae non per coitum carnis, sed per gratiam fidei credendo facta est mater Christi. PG
56, 791

Ps.-DIONYSIUS Areopagita (saec. V-VI)

DE COELESTI HIERARCHIA

- 1463 Cap. IV, IV. [...] Οὕτω γοῦν ὁ θεϊότατος Γαβριὴλ Ζαχαρίαν μὲν τὸν ἱεράρχην ἐμυσταγῶγει, τὸ προφήτην ἔσεσθαι τὸν ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα χάριτι θεία γεννησόμενον παῖδα, τῆς ἀγαθοπρεπῶς καὶ σωτηρίως τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικῆς τοῦ Ἰησοῦ θεουργίας· τὴν δὲ Μαριάμ, ὅπως ἐν αὐτῇ γεννήσεται τὸ θεαρχικὸν τῆς ἀφθέγκτου θεοπλαστίας μυστήριον. PG
3, 181

Idem, in paraphrasi Pachymerae. – Γαβριὴλ τὸν Ζαχαρίαν ἐμυσταγῶγει, ὅτι προφήτης ἔσται ὁ ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα γεννησόμενος παῖς. Προφήτης δὲ ποίας ὑποθέσεως; τῆς κατὰ σάρκα ἐπιφανείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀνδρικὴν γὰρ θεουργίαν, τὴν τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν λέγει, καθ' ἣν, Θεὸς ὢν, ἐν σαρκὶ τὰ θεῖα εἰργάζετο. Τὴν δὲ Παρθένον θεοτόκον, ὅπως ἐν αὐτῇ γεννήσεται τὸ ἀρρήτῳ τῆς θεοπλαστίας μυστήριον. Θεοπλαστίαν δὲ λέγει, ὅτι, Θεὸς ὢν, ἐπλάσθη ἐν τῇ νηδύϊ τῆς πανάγνου Θεομήτορος, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. 193

- 1463 Cap. IV, IV. [...] Ita divinissimus ille Gabriel Zachariam quidem pontificem docuit, quod puer ex ipso praeter spem divina gratia nasciturus, propheta foret humanae divinaeque Iesu dispensationis benigne simul ac salubriter mundo appariturae: Mariam vero erudit, quomodo in ipsa divinum illud ineffabilis Dei formationis mysterium consummaretur. PG
3, 182

Idem, in paraphrasi Pachymerae. – Gabriel Zachariam docuit, prophetam fore puerum illum, qui ex ipso praeter spem nasceretur. Sed qualis argumenti propheta? Apparitionis Filii Dei secundum carnem. Virilem enim Dei operationem vocat Christi Domini incarnationem, secundum quam, cum Deus esset in carne, divina gessit. Deiparam vero virginem instruxit, quomodo in ipsa fieret ineffabile Dei formationis mysterium. Porro Dei formationem vocat, quod cum Deus esset, formatus sit in utero castissimae Dei Matris, in quantum homo factus est. 194

¹ Lc. I, 48.

² Matth. XII, 50.

• PG 3, 647, 682. Secundum paraphr. Pachymerae, 162, 671, 690.

EPISTOLAE

PG
3, 1072 Ep. IV. [...] Ἡμεῖς δὲ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἀνθρωπικῶς ἀφορίζομεν· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος μόνον (οὐδὲ ὑπερούσιος, ἢ ἄνθρωπος μόνον), ἀλλ' ἄνθρωπος ἀληθῶς ὁ διαφερόντως φιλόανθρωπος ὑπὲρ ἀνθρώπους καὶ κατὰ ἀνθρώπους ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος. Ἔστι δὲ οὐδὲν ἤττον ὑπερουσιότητος ὑπερπλήρης ὁ ἀεὶ ὑπερούσιος, ἀμέλει τῇ ταύτης περιουσίᾳ· καὶ εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθὼν, ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει τὰ ἀνθρώπου. Καὶ δηλοῖ παρθένος ὑπερφυῶς κύουσα, καὶ ὕδωρ ἄστατον, ὑλικῶν καὶ γεηρῶν ποδῶν ἀνέχον βάρος, καὶ μὴ ὑπεῖκον, ἀλλ' ὑπερφυεῖ δυνάμει πρὸς τὸ ἀδιάχυτον συνιστάμενον. 1464

VITA ET ENCOMIUM S. DYONISII AREOPAGITAE
EX MENOIS GRAECIS¹

PG
4, 580 Ad B. Virginem. Νυμφὼν φωτοφόρος τῆς ὑπὲρ νοῦν σαρκώσεως ὄφθης τοῦ τῶν ὄλων δημιουργοῦ· ἐκ σοῦ γὰρ τὴν σάρκα, Θεομητορ, τὴν ἡμετέραν ἠμφιάσατο. 1465

PG
4, 580 Ἱερουργὸς τῆς σωτηρίας ἐγένετο ὁ Υἱός σου πᾶσι τοῖς ὑμνοῦσί σε καὶ ποδηγὸς καὶ φωταγωγὸς καὶ δικαιοσύνη, Παρθένε, καὶ ἀπολύτρωσις· διὸ σὲ Θεοτόκον ἀληθῶς καὶ κυρίως οἱ πιστοὶ ὁμοφρόνως δοξάζομεν. 1466

PG
3, 1071 Ep. IV. [...] Nos autem Iesum non humanitus definimus, neque enim ille homo tantum est (quia nequaquam suprasubstantialis existeret, si solus homo foret); sed revera homo praecipuo quodam hominum amore captus supra homines, et secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam existeret, substantiam assumpsit. Verumtamen suprasubstantialitate supra modum plenus est, ut qui semper supra substantiam sit, abundantia quadam suprasubstantialitatis; etiam ad substantiam vere veniens supra substantiam substantiatus est, et supra hominum conditionem gessit ea quae sunt hominis. Quod declarat et Virgo quae supra naturam parit: et aqua profluens, quae pedum ex materia terraque concretorum gravitatem sustinet, neque cedit; sed virtute supernaturali, sine diffusionem subsistit. 1464

PG
4, 579 Ad B. Virginem. Lucifer thalamus incarnationis omnium Conditoris pro nobis factae, iudicata es; ex te enim, Dei genitrix, nostram induit carnem. 1465

PG
4, 579 Sacer salutis operator fuit Filius tuus omnibus te laudantibus et viae et lucis ductor et iustitia, Virgo, et redemptio; propterea te Deiparam, vere ac proprie unanimiter praedicamus. 1466

¹ Ex Libris liturgicis saec. VIII posterioribus.

- 1467 Ὡς κεχαριτωμένη τὴν καλλοποιὸν ὑπερεδέξω εὐπρέπειαν τὴν τὰ πάντα μόνῳ τῷ βουλήματι κατασκευάσασαν, καὶ τῷ θείῳ κάλλει καὶ φωτισμῷ τῆς εὐσεβείας, Θεομητορ, ἡμᾶς καλλωπίσασαν. PG 4, 581
- 1468 Ἴδου νῦν πεπλήρωται τοῦ Ἑσαίου ἡ προαγόρευσις· ἐν γαστρὶ σου, Παρθένε, τὸν Λόγον ἔσχες καὶ ἀπεκύησας τὸν ζωοδότην, ὃ πάντες κραυγάζομεν· Εὐλογητὸς ὁ Θεός. PG 4, 581
- 1469 Μητέρα Θεοῦ πανάμωμε, τῆς ψυχῆς μου τὰ τραύματα καὶ τῆς ἀμαρτίας τὰς οὐλὰς ἐξάλειψον· Ἰὶδὸν γὰρ ἐγέννησας τὸν ἐξουσίαν ἔχοντα τοὺς πεπεδημένους ταῖς σειραῖς τῶν πταισμάτων εὐκόλως ἀνίεναι τῶν δεσμῶν τῶν ἀλύτων, τὸν μόνον εὐεργέτην Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. PG 4, 584

- 1467 Velut gratia plena pulchrificum supra omnes accepisti decorem qui voluntate sola condidit universa, divinaque pulchritudine, atque pietatis illustratione, Dei genitrix, nos venustavit. PG 4, 582
- 1468 Ecce nunc impletum est Isaiiae vaticinium. In utero tuo, Virgo, Verbum habuisti datoremque vitae genuisti, cui clamamus omnes: Benedictus Deus. PG 4, 582
- 1469 Mater Dei irreprehensibilis, animae meae vulnera, et peccati cicatrices dele; Filium enim genuisti, qui potestatem habet catenis lapsuum vinctos ex indissolubilibus vinculis facile relaxandi, qui solus est Deus benefactor in saecula. PG 4, 583

PETRUS Diaconus et alii (saec. V-VI)

EPISTOLA ¹

- 1470 Cap. III, 4. Beatam vero Virginem Mariam non propter dignitatem hominis illius qui ex ipsa natus est (quem gratia et non natura Deum quidam impie praedicare non metuunt), sed proprie et secundum veritatem credimus Θεοτόκον, id est Dei Genitricem, eo quod pepererit vere et proprie Deum Verbum incarnatum et hominem factum, atque essentialiter sive naturaliter carni unitum.² PL 65, 444

¹ Est XVI inter op. S. Fulgentii Ruspensis (cf. PLS III, 1333). Similis est ep. Io. Maxentii, PL 62, 85-86 (Lau 135; Clavis 663).

² CCL XCI^A, 552.

- PG 4, 580, 581, 584.
- PL 65, 446.

ἡμῖν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκός, οὐκ ἐν ἴσῳ τιθεὶς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρίζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκός προσκυνεῖς· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσκυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτήν τῆς ἀνθρωπότητος.

29. [...] Ὁρθ. Ἄλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἐαυτοῦ σῶμα ἔλεγεν 1284 ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὃν τῇ θεότητι. [...]

[...] «Ὡμοίωται» γὰρ «κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος», ἐνωθεὶς ἀνθρωπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσία ὢν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασία σάρκα, ἀλλ' ἀληθεῖα, καὶ *μετὰ *1285 τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν;

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE

2065 Sermo II.¹ I. [...] Χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χάριν δεξαμένης, καὶ PG 89, 1377 προσφθεγγόμεθα σὺν τῷ Γαβριήλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μητέρα, λέγοντες· «Χαῖρε,

fiteris carnem saltem nobis consubstantialiam ex Virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exaequas, neque carnem segregas, et partem adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita et nos deitatem, quae seipsam homini univit, adoramus, nec eam ab humana natura seiungimus.

29. [...] *Orth.* Corpus ex Maria desumptum, Deus Verbum suum esse 1283 corpus dixit, quod tamen non est eiusdem atque deitas ipsa naturae. [...]

[...] *Est enim Deus Verbum per omnia fratribus suis similis factus,*² cum naturae humanae * uniretur et adoratur Deus homo factus, *1286 suique nobiscum coniunctionem nobis praebet, particeps factus sanguinis et carnis: idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus, natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quae ex semine Davidis est, et ex Maria Virgine, quaeque sese non phantasia, sed reipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem demonstravit?

2065 Sermo II. I. [...] Cum ea quae gaudium suscepit, gaudeamus, Deique PG 89, 1378 nostri Matrem in haec verba cum Gabriele salutemus: *Ave, gratiosa;*

¹ Viri docti dubitant aut negant hunc Sermonem, et subsequentem, esse *S. Anastasii Antioch.* († ca 598). Cf. Lau 169; Al 549; M. SCADUTO, in *EnC*, I, 1158.

² Hebr. II, 17.

● PG 28, 1272.

κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ»· ὅτι γεγονόςας ἡμῖν ὁδοῦ σωτηρίας, καὶ ἀνάβασις πρὸς οὐρανόν, καὶ τόπος ἀναπαύσεως, καὶ σκηνὴ ἀναψύξεως, ἐν ἧ κατεσκήνωσεν ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο σὺν πάσαις ταῖς γενεαῖς μακαριούμεν σε μόνην ἐν γυναιξίν· ἦν οὐκ ἐξέκαυσεν ἥλιος ἡδονῆς φλόγα ἐπάγων, οὐδὲ νυκτὸς σελήνης ῥοώδης ἔδλαψε δύναμις. «Οὐ γὰρ ἔδωκας εἰς σάλον τὸν πόδα» τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἔμεινας ἀκλινής, ἐπὶ τὴν πέτραν τοῦτον ἐρείσασα· καὶ ἐφύλαξέν σε ὁ Κύριος, μόνος εἰσελθὼν ἐπὶ σοί, καὶ ἐκ σοῦ προελθὼν, καὶ κεκλεισμένην, καὶ ἐσφραγισμένην διατηρήσας σε εἰς τὸν αἰῶνα. Χαίροις τοίνυν, ὦ Μῆτηρ καὶ Παρθένε, καὶ τροφὴ τῆς ζωῆς, καὶ πηγὴ τῆς ἀθανασίας· ἐκ σοῦ γὰρ προῆλθεν ὁ φθορεὺς τῆς φθορᾶς, καὶ ὁ θανατώσας τὸν θάνατον. Ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοί, ταῦτα πρὸς τὴν Θεομήτορα κατὰ δύναμιν εἰπόντες, νεύσωμεν λοιπὸν πρὸς ἑαυτούς, καὶ γινώμεν τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν, καὶ ἐγκαινίσωμεν σήμερον τὴν ἡμῶν γέννησιν. Καὶ ἔστιν ἡμῖν ἡ ἡμέρα αὕτη κλητὴ ἁγία, ἐν ἧ ἐπλάσθημεν, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ζωὴν ἐπανήλθομεν. Παράδοξον δὲ ὑμῖν ἴσως δόξῃ τὸ λεγόμενον· λεχθήσεται δ' ὅμως, Θεοῦ δύναμιν διδόντος, καὶ χορηγοῦντος λόγον τῷ λέγοντι.

II. Ἄλλὰ πόθεν δὴ δῶμεν ἀρχὴν τῷ διηγῆματι, ἢ ἐκ τῶν τοῦ εὐαγγελιστοῦ ῥημάτων; αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἀρχέτω τοῦ λόγου, ὁ καὶ τὴν ἡμέραν ταύ-

*Dominus tecum:*¹ quod facta sis nobis salutis via, ascensusque ad superos, ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum in quo Dominus habitavit. Quamobrem cum omnibus generationibus te solam beatam in mulieribus dicemus, quam neque sol, voluptatis flammam immittens, adussit, neque fluxa vis lunae noctu laesit. *Non enim dedisti in commotionem pedem*² animi, sed eo fixo in petra, inflexa mansisti: teque Dominus custodivit, in te solus ingrediens ac ex te egrediens,³ clausamque ac obsignatam in aeternum servans. Salvesis ergo, Mater pariter ac Virgo, vitaeque cibus ac fons immortalitatis: ex te enim is prodiit, qui interemit corruptionem ac mortem destruxit. Nos itaque, fratres, iis ad Dei Matrem pro nostra facultate dictis, in nos ipsi deinceps spectemus, ac noverimus diei virtutem, nataleque nostrum hodie dedicemus. Ita plane hic nobis dies vocatus est sanctus, in quo formati ad antiquam vitam postliminio reversi sumus. Porro vobis videatur forte novum quod dicitur: dicetur tamen, Deo largiente virtutem, ac dicenti subministrante sermonem.

II. Unde vero potius quam ab Evangelistae verbis ordienda nobis narratio sit? Ipse nimirum sermonem auspicetur, qui et diem

¹ Lc. I, 28.

² Ps. CXX, 3.

³ Ezech. XLIV, 2.

την γνωρίσας. «Ἐν τῷ μηνί, φησί, τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἥ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ». Καὶ ἴσως ἀπορήσειεν τις τῶν ἀκριβοῦντων τὰ τοιαῦτα· Τί ἐστὶν ὁ ἕκτος μῆν, καὶ πόθεν ἀριθμούμενος; ᾧ παριστᾶν βουλόμενοι τὸ σαφές, ἀνατρέχωμεν εἰς τὰ μικρῶ πρότερον τῷ εὐαγγελιστῇ εἰρημένα. Φησὶ γάρ· «Μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ, ἡ γυνὴ Ζαχαρίου, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε», καὶ τὰ ἐξῆς. Εἶτα ἐπάγει· «Ἐν δὲ τῷ μηνί τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ πρὸς τὴν Μαριάμ». Οὐδὲν δὲ ἤττον φήσειεν, ὅτι οὕτως ἔμεινεν ἡ ἀσάφεια. Ἐν γάρ τῷ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν· «Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ», οὐκ ἐσήμανεν ποίας ἡμέρας. Καὶ δοκεῖ μοι καλῶς ἀπορεῖν ὁ τοῦτο λέγων· μαθήσεται δὲ ὑπέχων τὸ οὖς πρὸς τὴν ἀκρόασιν, καὶ συνετῶς δεχόμενος τὰ λεγόμενα.

2066

III. [...] Τῷ οὖν ἕκτῳ τῆς συλλήψεως τῆς Ἐλισαβέτ μηνί, ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ, ὡς γέγραπται, πρὸς Μαρίαν· οὐ πάντως πεπερασμένου τοῦ ἕκτου μηνός, ἀλλ' ἐν τῷ πλάτει τοῦ παντός μηνός. Οὔτε γὰρ ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία πληροῦσθαι λέγει τὸν ἕκτον μῆνα, ὅτε ὁ πρὸς τὴν Παρθένον ἀσπασμός, ἦτοι

PG
89, 1380

hanc notam fecit. *In mense, inquit, sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo et familia David, et nomen Virginis Maria.*¹ Forte vero quaerat quis talium studiosus rimator: quid velit sextus ille mensis, ac unde numerandus sit? Ut vero quod res habet aperte suggeramus, ad ea recurrendum quae paulo superius dicta sunt ab Evangelista: ait enim: *Post hos dies concepit Elisabeth uxor Zachariae, et occultavit se mensibus quinque,*² etc. Tumque subdit: *In mense autem sexto missus est angelus Gabriel ad Mariam.*³ Verum, dicet, nihil minus his positis obscura manet narratio. Quod enim Evangelista dixerit: *Post hos autem dies concepit Elisabeth;* haud tamen quos velit dies, significavit. Ac certe videtur recte quaerere, qui sic ait: docebitur autem, dummodo aurem auditioni accommodans, intelligenti animo quae dicuntur acceperit.

2066

III. [...] Sexto igitur mense a conceptione Elisabeth, missus est Gabriel, uti scriptum est, ad Mariam: non omnino finito sexto mense, sed intra eius totam latitudinem. Neque enim historia evangelica impletum habet sextum mensem, quo tempore facta est Vir-

PG
89, 1379¹ Lc. I, 26, 27.² Lc. I, 24.³ Lc. I, 26.

εὐαγγελισμός, ἐγένετο· οὔτε οἱ λόγοι τοῦ Γαβριήλ, οἱ πρὸς αὐτήν, τοῦτο ἐμφαίνουσιν, ἀλλ' ἡ μὲν ἱστορία φησίν· «Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος». Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον φησί· «Καὶ ἰδοὺ ἡ συγγενὴς σου, καὶ αὐτὴ συνείληφεν υἷον ἐν γήρει αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ τῇ καλουμένην στείρα».

1384

VIII. Διὸ ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, «Ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ», εὐαγγελιζόμενος τῇ Παρθένῳ τὴν ἄφθορον γέννησιν, καὶ τὴν ἐσομένην τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῆς σωτηρίαν προκαταγγέλλων αὐτῇ· ἅμα τε τῷ ἀσπασμῷ, «Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο», ἀναπλάττων τὸ πλάσμα, ὃ ἔφθειρεν ἡ ἁμαρτία, τοῖς τοῦ πονηροῦ ὄφρα λόγους συνεισελοῦσα. Ἔδει γάρ, ἔδει τὴν καταφθαρεῖσαν σάρκα τῷ συριγμῷ τοῦ ὄφρα, τῷ ἀσπασμῷ τοῦ ἀγγέλου πρὸς ἀφθαρσίαν ἐπανελθεῖν· καὶ ὡσπερ διὰ γυναικὸς ἐνηργήθη ὁ θάνατος, οὕτω διὰ γυναικὸς οἰκονομηθῆναι ἔδει τὴν σωτηρίαν. Δι' ἐκείνην ἡδονὴν κλαπεῖσαν, ἀπεθάνομεν πάντες· [διὰ ταύτην ἐζωοποιήθημεν]· οὐκ ἐκεῖνα μόνον λαβόντες ὧν ἐκπεπτώκαμεν, ἀλλὰ πολλῶν μείζονα καὶ πλουσιώτερα, ἃ νοῦς μὲν ἀνθρώπων φαντασθῆναι ἀδυνατεῖ, ὀφθαλμὸς δὲ οὐκ ἐφικνεῖται τῆς ιδέας, ἀτονεῖ δὲ καὶ ἀκοή ὑποδέξασθαι. Ταύτην ἄγομεν ἑορτὴν καὶ πανήγυριν, τῆς μὲν ἀγίας καὶ σεμνῆς ταύτης Παρθένου

ginis salutatio, seu annuntiatio: neque Gabrielis ad eam verba hoc indicant, verum ita quidem historia: *In sexto mense missus est angelus.*¹ Angelus autem ad Virginem: *Et ecce cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.*²

1383

VIII. Quocirca ipsa die, *Missus est Gabriel*, fauste Virgini in-corruptam nativitatem annuntians, eique futuram eius ope gentibus salutem praenuntians: dumque interim ille salutatur, *Verbum caro factum est*,³ figmentum reformans, quod una cum maligni serpentis sermonibus ingressum peccatum corruptioni obnoxium fecerat: ac sicut per feminam mors causata est, sic oportuit dispensari salutem per feminam. Per illam deceptam voluptate omnes mortui sumus⁴ (per hanc vivificati sumus): non ea tantum accipientes a quibus excideramus, sed longe maiora ac pretiosiora, quae⁵ neque humanus intellectus possit concipere, nec oculus eorum valeat assequi speciem, sed et auditus ferre nequeat. Haec quam agimus, celebritas ac festa dies, sacrae quidem ac venerandae huius Virginis Annuntiatio est; mundi autem universi natalitius dies: quippe universa

¹ Lc. I, 26.

² Lc. I, 36.

³ Io. I, 14.

⁴ I Cor. XV, 22.

⁵ Isa. LXIV, 4.

εὐαγγελισμόν, παντὸς δὲ τοῦ κόσμου γενέσιον· ὅτι πάντα εἰς τάξιν μετεποιήθη· καὶ κόσμον ἢ πρὶν ἀκοσμία ἐδέξατο.

2067

Sermo III, II. Ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἁγίων ἀγγέλων πιστεύεται· μόνος δὲ οὗτος, τὸ πάντων θαρρῆται κεφάλαιον· Θεὸν ἀσπόρως ἐν παρθενικῇ κυφορούμενον μήτρα· Πνεῦμα ἅγιον τῷ τόκῳ συνεργαζόμενον· «τὸν ἐπὶ πάντων» Πατέρα καὶ Θεόν, τῇ Παρθένῳ λέγειν κελεύοντα· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ὡ φιλοτίμου καὶ θεϊκῆς φωνῆς· ὦ φιλανθρωπίας ὑπερβολῆς καὶ ἀγαθότητος· ὦ λειτουργίας ὄντως ἀγγελικῆς· ὦ μακαρίας Παρθένου τοιούτων καταξιωθείσης ῥημάτων· μᾶλλον δέ, τοιούτοις διακονήσασθαι πράγμασιν. Ἄσυνδυάστως ἐκυφόρησας· ἀνυμφεύτως ἀπέτεκες· μόνῃ Μήτηρ ὁμοῦ καὶ Παρθένος ἐγένου. Οὐ γὰρ διέκοψε τὴν παρθενίαν ὁ τόκος, οὐδὲ διέλυσε τὴν ἀφθορίαν ἢ σύλληψις. Ἄσυλον τὸ τῆς παρθενίας κειμήλιον καὶ μετὰ τόκον ἐφύλαξας. Ἐγαλακτοτρόφησας ὡς νήπιον «τὸν διδόντα τροφήν πάσῃ σαρκί». Ὑπὸ τὴν σὴν θηλήν ἤγαγες ὡς βρέφος, τὸν πηγάζοντα γάλα ταῖς τικτούσαις πρὸς διατροφήν τῶν τικτομένων βρεφῶν. Καὶ γὰρ μήτηρ ἐγένου, οὐκ ἀνθρώπου ψιλοῦ, ἢ προφήτου τινός, ἢ Θεὸν ἐνοικον ἔχοντος· ἀλλὰ μήτηρ

PG
89, 1388

suo quaeque ordini asserta sunt; priorque deformitas decorem accepit.

2067

Sermo III, II. Alii aliique sanctorum angelorum aliud quid negotii creditur: huic uni, quod est universorum caput, committitur; nimirum Deum in Virginis vulva sine semine concipi; Spiritum sanctum edendae proli cooperari; cum *qui est super omnia*¹ Pater ac Deus, in haec verba iubere Virginem salutari: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*² O magnificam ac divinam vocem! O excellentem clementiam ac bonitatem! O angelicum vere ministerium! O beatam Virginem, quae talia verba audire meruit! Seu magis, quae rebus eiusmodi ministrare digna fuit! Concepisti absque viri ulla coitione; innupta peperisti: sola Mater simul ac Virgo effecta fuisti. Neque enim partus virginitatem prohibuit, neque conceptio integritatem sustulit. Inviolatum servasti virginitatis thesaurum etiam post partum. Lacte, infantis instar, eum pavisti, *qui dat escam omni carni.*³ Sub tuam mammam tanquam parvulum eum collegisti, qui fontis instar lac puerperis scaturit, quo illae parvulos alant. Et enim facta es mater, non puri hominis, aut alicuius prophetae, aut Deum in se hospitem habentis; sed vera mater *magni Dei ac Salva-*

PG
89, 1387

¹ Rom. IX, 5.

² Lc. I, 28.

³ Ps. CXXXV, 25.

ἀληθῆς « τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ». « Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; » ποῖον οὖς χωρῆσαι δυνήσεται; ποῖος δὲ λόγος εὑρεθήσεται ἄξιος τῶν νοουμένων ἐρμηνεύς; μέχρι σοῦ ἤκουον γυναῖκες· « Ἐν λύπαις τέξεσθε τέκνα »· καὶ κατὰ πασῶν, ὡσπερ τις κλήρου διδασχῆ, τὸ θεϊκὸν ἔτρεχε πρόσταγμα, ἄλυτον καὶ ἀμετάθετον διαμένον. Ἀπὸ σοῦ λοιπὸν τὸ θῆλυ γένος ἀκούσει· « Χαίρετε », γυναῖκες, ἀρχὴν τοῦ χαίρειν λαβοῦσαι τὴν μόνην ἐν παρθένοις κεχαριτωμένην, τὴν καλὴν, τὴν ἄσπιλον, τὴν ἁγίαν, τὴν Θεομήτορα Μαρίαν.

III. Ὁ μὲν οὖν μέγας ἄγγελος τοιαῦτα τῇ Παρθένῳ εὐαγγελίζεται, καὶ ὁμοῦ τοῖς λόγοις ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Υἱὸς τὴν παρθενικὴν ὑπέδου νηδύν· καὶ ἐχώρησε γαστήρ, ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν ὅλως. Ἐμβρυον δι' ἡμᾶς γέγονεν ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς· κατὰ μέρος αὔξων, καὶ σωματικῶς τελειούμενος, ὁ παντέλειος τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ « πάντα φέρων τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ». Χρόνων ἀρχὴν λαμβάνων, ὁ χρόνων Ποιητῆς, καὶ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ἄνθρωπος ἐγένετο ὁ τῶν ἀνθρώπων Δημιουργός· μητέρα κτησάμενος ἐξ ἡμῶν, ὁ μόνος τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱός, σάρκα ἐξ αὐτῆς λαβὼν τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον.

*toris nostri Iesu Christi.*¹ *Quis loquetur potentias Domini?*² *Quae auris capere poterit? Quis sermo dignus invenietur eorum quae intelliguntur, interpretes? Ad usque te audierunt mulieres: In tristitiis parietis filios;*³ *inque omnes, ceu haereditaria quaedam successio, divinum currebat mandatum, indissolubile manens atque immotum. A te deinceps audiet femineus sexus, Avete,*⁴ *feminae, quae gaudii principium susceperitis, solam illam inter virgines gratiosam, pulchram, immaculatam, sanctam, Dei Genitricem Mariam.*

III. Magnus quidem Gabriel fausta eiusmodi Virgini nuntiat, dumque miscet sermones, unigenitus Dei Filius virginalem subiit uterum; cepitque venter, quem omnino coelum non capit. Nostri causa, factus est utero gestatus infans, qui nobis superior erat: paulatim crescens, ac corporaliter ad perfectum provehens,⁵ qui ipse omnibus numeris perfectum esset Dei Verbum, ac *omnia verbo virtutis suae portans:*⁶ annorum initium accipiens, qui Conditor esset temporum ac existeret ante saecula. Hominum Opifex, factus est homo, Matrem sibi ex nobis comparans; ipse unicus per naturam Dei Filius, carnem ex ea nobis consubstantiali assumens.

¹ Tit. II, 13.

² Ps. CV, 2.

³ Gen. III, 16.

⁴ Matth. XXVIII, 9.

⁵ Lc. II, 52.

⁶ Hebr. I, 3.

IV. Ἄλλ' ἐπειδήπερ ὁ λόγος οὐ συναναβαίνει τοῖς θαύμασιν, οὐδὲ θνητῇ γλῶττα κατ' ἀξίαν τὰς μεγαλοουργίας * τοῦ Θεοῦ ἐξαγγέλλει· δεῦρο τῶν *1389
 προφητῶν εὐτονώτατε καὶ μεγαλοφρονότατε Ἡσαΐα· δεῦρο, δίδαξον ἡμᾶς τὰ
 μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ· ὕμνησον διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ γεγενημένα· προθέσπι-
 στον ἵνα ἀκουσθῇ τὰ μηνυόμενα· δοξολόγησον τὸν φωτίζοντα οὐς βούλεται·
 πιστοποιήσαι τῇ προαγορεύσει τὰ ἄπιστα. «Ἴδού, φησὶν, ἡ Παρθένος ἐν γασ-
 τρῇ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ». Λέγε
 πάλιν, προφήτα, τῆς ἐπὶ τούτοις δοξολογίας τὸν ὕμνον· «Κύριος ὁ Θεός μου,
 δοξάσω σε, ὕμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστά πράγματα, βου-
 λὴν ἀρχαίαν, ἀληθινήν. Γένοιτο, Κύριε». Τίς δὲ ἦν ἀρχαία βουλή τοῦ Θεοῦ
 καὶ Πατρός; Τὸ σωθῆναι πάντας ἡμᾶς. Ὁ γὰρ τὸ εἶναι δούς, πῶς οὐκ ἂν
 μᾶλλον τὸ εἶναι δέδωκε, τὸ ἴδιον ἀνακαλούμενος πλάσμα ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον
 ἐνδιαίτημα, καὶ τὴν τῆς ἐντολῆς φυλακὴν, δι' ἣν ἀτελεύτητος ἐν ἡμῖν ἡ τῆς
 ζωῆς ἐπαγγελία, ἣν ἀπολέσαμεν εἰκότως, τὴν ἐντολὴν μὴ φυλάξαντες; Ἄλλ',
 ὦ θεία καὶ μακαρία Παρθένε, ἡ πρὸς οὐρανὸν ἐκτεταμένη κλίμαξ, ἡ πύλη
 τοῦ παραδείσου, ἡ πρὸς ἀφθαρσίαν εἴσοδος, ἡ τῶν ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν
 ἕνωσις τε καὶ συνάφεια, σὺ ἡμῖν ἐπισφράγισον τὸν λόγον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
 τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ

IV. Quia vero sermo haud satis coassurgit miraculis, nec mortalis lingua magna Dei opera pro * dignitate enuntiat; adesdum, propheta- *1390
 rum vocalissime Isaia; adesdum, inquam, doce nos Dei magna-
 lia; lauda per Spiritum facta; iube audiri quae sunt nuntianda; eum
 glorifica, qui quos vult illuminat: fide maioribus, praedictione astrue
 fidem: *Ecce, inquit, Virgo habebit in utero, et pariet Filium, et voca-
 bunt nomen eius Emmanuel.*¹ Dic sodes iterum, propheta, super istis
 laudis canticum: *Domine Deus meus, glorificabo te; laudabo nomen
 tuum; quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum.
 Fiat, Domine.*² Quodnam vero antiquum erat consilium Dei et Pa-
 tris? Utique omnium nostrum salus. Qui enim dedisset ut essemus,
 qui non potius daturus erat, ut bene essemus, figmentum suum ad
 antiquum domicilium revocans ac mandati observationem, per
 quam vitae in nobis immortalis promissio est, quam et merito ami-
 seramus, non servantes eiusmodi mandatum? Sed, o divina ac beata
 Virgo, extensa ad coelum scala; paradisi porta; ingressus ad incor-
 ruptionem; hominum ad Deum unio ac consortio, tu nobis sermonis
 esto signaculum: in Christo Iesu Domino nostro, per quem ac quocum

¹ Isa. VII, 14.

² Isa. XXV, 1.

παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶ-
νων. Ἀμήν.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE ¹

PG
96, 648

Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ καὶ ὑπέρξενος ἑορτὴ τε καὶ πανήγυρις
ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου ἐξέλαμψε. Νῦν ἡ καθολικὴ καὶ
ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ὠραῖζεται λίαν ἀγαλλομένη. Νῦν οἱ φιλοθεάμονες
καὶ πανηγυρισταὶ ἑορτὴν ἑορτῶν ἑορτάζοντες, πανδημεῖ ἐπαθροίζονται.
Νῦν εὐφραίνεσθωσαν τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, καὶ πάντα
τὰ ἐν αὐτοῖς ποιήματα. Νῦν εὐφημεῖσθω ἡ πανεὐφημος, ὡς εὐφημος πα-
νευφήμοις εὐφημίαις. Νῦν μεγαλυνέσθω ἡ θεομεγάλυντος, καὶ θεοπρό-
τακτος, καὶ θεοχρημάτιστος Παρθένος. Νῦν ἐπαινείσθω ἡ πολυώνυμος
ὄντως καὶ πολυόμματος, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ὑπερτάτη. Νῦν μα-
καριζέσθω ἡ θεόμιλος, καὶ θεοχώρητος, καὶ κοσμοσέβαστος τοῦ Θεοῦ κιβω-
τός. Σήμερον γὰρ ὡς ἀληθῶς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις
γίνεται. Σήμερον βοάτωσαν φιλεόρτων αἱ σύγκλητοι. Σήμερον βοάτωσαν
πάντες λαοὶ τῇ ἐκ Δαβὶδ βασιλίδι· « Δεδοξασμένα, λέγοντες μετὰ Δαβίδ, ἐλα-
λήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου ». Σήμερον ὑπα-

2068

gloria ac potestas Patri cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et sem-
per, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
96, 647

Nunc Reginae regale et eximie novum festum ac celebritas
supra aureos solis radios effulsit. Nunc catholica et apostolica Ec-
clesia mirum in modum gestiens decorem ostentat suum. Nunc
qui spectaculis gaudent, ac dies festos colunt, solemnitatem solemn-
itatum agentes, frequentissimo populo conveniunt. Nunc coe-
lestia, terrestria, et inferna, et quaecumque in eis condita sunt,
laetentur. Nunc illa praedicetur, quae omni ratione est praedi-
canda, ceu quae nullis non faustis acclamationibus celebrari de-
beat. Nunc Virgo extollatur, quae exaltata a Deo est, caeteris-
que praelata, ac divino oraculo dignata. Nunc ea laudetur, quae
multiplici tum nomine, tum lumine insignis est, ac super omnes res
creatas sublimissima. Nunc beata dicatur Dei arca, quae Deum ver-
santem secum, et in se manentem habuit, orbique toti venerabilis
est. Hodie si quidem in universo orbe gaudio et exultationi vere
indulgetur. Nunc eorum qui dies festos amant, conventus voces
edant. Nunc populi omnes cum Davide reginae ex Davide prognatae,
inclament: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, Regis magni.*² Hodie

2068

¹ Exstat inter op. Io. Damasceni, sed non est op. authenticum. Cf. Lau
171.

² Ps. LXXXVI, 3.

SERMO IN ANNUNTIATIONEM DEIPARAE¹

PG
28, 912

3. Τίνα δὲ καὶ τὰ ἀρτίως παραναγνωσθέντα, καιρὸς λοιπὸν ἐπιζητήσαι. Ποῖα ταῦτα; Τὰ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ μνησθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς Παρθένου πιστευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος προβιβασθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου θησαυρισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς σφραγισθέντα, καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν φυλαχθέντα. Ἦκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· «Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἧ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ». Ὡ μνηστρα ἄλλῳ μνηστευθέντα, καὶ ἄλλῳ κατεγγυηθέντα! Ὡ μνηστρα χαρᾶς ἐμφανιστικά, καὶ ταραχῆς διαιρετικά! Ἦκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸν οἶκον ὁ ἄγγελος, ἠσπάσατο τὴν Παρθένον καὶ εἶπε· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δέ, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ, ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος». Εἶδες τὴν χαρὰν τοῦ ἀγγέλου ταραχὴν ἐγείρουσαν; Οὐ μόνον δὲ ταραχὴν, ἀλλὰ καὶ διαλογισμούς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβολίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ παραπλήσια τούτων. Τὸ γὰρ ἄθροον τῆς ἀγγελικῆς εἰσόδου, καὶ τὸ ξένον τῆς ὄψεως, καὶ τὸ ἀσύνηθες τῆς συντυχίας, καὶ τὸ ὑπέρ-

1993

PG
28, 911

3. Nunc vero quaedam ex iam iam lectis disquirenda nobis sunt. Quenam illa? Quae a Gabriele annuntiata, et a Virgine credita, a Spiritu sancto promota, a Domino quasi thesaurus recondita, et a Patre obsignata, et a piis hominibus servata sunt. Audisti modo evangelistam Lucam dicentem: *In mense sexto, missus est angelus Gabriel in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph.*² O sponsalia cum alio contracta, alii promissa! O sponsalia, quae gaudium exhibent, perturbationem sedant! Audisti modo Lucam evangelistam ita loquentem: *Ingressus domum angelus, Virginem salutavit ac dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quae cum vidisset, turbata est in sermone eius; et cogitabat apud seipsam qualis esset ista salutatatio.*³ Vidistin' salutationem angeli perturbationem excitare? Nec modo perturbationem, sed etiam cogitationes; imo dubitationem, atque his similia. Tacitus namque angeli ingressus, vultus insuetus, colloquii insolentia, magnitudo promissionis, inexpectatae vocis au-

1993

¹ Viri docti attribuunt Sermonem hunc *Timotheo Antiocheno* vel *Proclo* aut *Amphilochio Iconiensi* (cf. RPhTh, 541) vel *Timotheo Hierosol.* Cf. Qua II, 54.

² Lc. I, 26, 27.

³ Lc. I, 28, 29.

ογκον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἀκοῆς, εἰς δειλίαν ἐνέβαλε τὴν Παρθένον, τῇ ἐπινοίᾳ τῆς σωφροσύνης πᾶσαν φαύλην ἐπίνοιαν ἐκποδῶν ποιησαμένην. Διὸ καὶ ἐταράχθη, καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινε. Τί ἐστι· Καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινε; Ἐκκοιτῶν ἄγγελος, ἀποστολικὴν διακονίαν πληρῶν, ἀψόφῳ ποδὶ ἐπὶ τὸν παρθενικὸν ἐχώρει κοιτῶνα· μόνη γὰρ παρῆν ἡ Παρθένος, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μνηστευσαμένου διάγουσα· ἵστε πάντες σαφῶς καὶ πῶς ἐρυθριᾷ παρὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ συναλλαγματος ἡ Παρθένος κάτω τὰς ὄψεις φέρουσα, ἡρέμα λαλοῦσα, μὴ ἀνανεύουσα, πάσης σωφροσύνης ἐπιμελουμένη. Ἐν τούτοις ἰδὼν αὐτὴν ὁ ἄγγελος φησι πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ », εἰ καὶ ἡγωνίασας, καὶ ὥσπερ παρθένος τῆς σωφροσύνης ἐφρόντισας, μὴ καταδραμῶν ὁ μνηστήρ σου καταψηφίσηται σοι τῆς εὐλαθείας. Τοῦτο γίνωσκε, Παρθένε, ὡς οὐδεμία σοι κοινωνία ἔσται πρὸς τὸν μνηστῆρά σου Ἰωσήφ. Ἐτερόν σε πρᾶγμα περιμένει, θεῖον, δεσποτικόν, ἄφραστον, ἀνερμήνευτον, λόγῳ παραστῆναι μὴ δυνάμενον. Δεσποτικὸς εὐρεθήσῃ σηκός, ἀπειρόγαμος ἀναδειχθήσῃ μήτηρ, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς δεσπότην μέλλεις ὑποδέχεσθαι, ἀδιάφθορον τόκον κυοφοροῦσα. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ », στήριξόν σου τὸν λογισμὸν, νεύρωσόν σου τὴν ψυχὴν, ἔδρασόν σου τὴν καρδίαν. Μὴ μιμήσῃ τὸν Ζαχαρίαν, μὴ ἀμφιβάλλῃς, ὡς ἐκεῖνος, σὺ τῶν γυναικῶν τὸ καύχημα· σὺ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὸ ἀναλλίαμα· σὺ τῶν ἐθνῶν τὸ ἐγκαλλώπισμα· σὺ τῆς γαρῶς τὸ ρίζωμα·

ditus, Virginem coniecit in metum, quae cogitatione temperantis animi omnem pravam abiecit cogitationem. Quamobrem turbata est, atque turbata imperturbata permansit. Quid est illud, atque turbata, imperturbata permansit? Studiose audi. Cum Gabriel angelus ut missionis suae ministerium impleret, nullo excitato pedum strepitu virginale cubiculum adiit; sola quippe Virgo erat in sponsi sui domo. Nostis porro cuncti quo pacto erubescat virgo sub initium initi nuptiarum pacti, inclinato vultu, demissa loquens voce, nullum exhibens nutum, nullam non gerens temperantiae sollicitudinem. Cum sic affectam videret angelus, ait illi: *Ne timeas, Maria*, tametsi anxia, et utpote virgo, temperantiae sollicita fuisti, ne irruens sponsus tuus, tuae vim afferret verecundiae. Illud scias velim, o Virgo, nullum fore tibi cum sponso tuo Ioseph congressum. Aliud te negotium exspectat, divinum, dominicum, ineffabile, inexplicabile, quod sermone enarrari nequeat. Dominicum futura es habitaculum; mater, nuptialis expers tori praedicaberis; coeli terraeque Dominum susceptura es, incorruptum gestatura fetum. *Ne timeas, Maria*, tuam firma cogitationem, animam corrobora, cor confirma. Ne imitere Zachariam: ne, quemadmodum ille, dubitaveris, tu quae mulierum gloria es; tu Israëlitici populi exsultatio: tu gentium or-

- *913 * σὺ τῆς εὐλογίας τὸ φυτούργημα. Σὺ εὔρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ παρὰ πάσας τὰς παρθένους. Καὶ « ἰδοὺ συλλήψῃ Υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται ». Τούτων σοι τῶν ἀγαθῶν ἤκω μηνυτῆς ὑπάρχων, εἰ καὶ ἔξω φύσεως τὰ λεγόμενα· ἀλλ' ὅμως παρὰ τῷ φυσιοουργῷ πάσης τῆς κτίσεως οὐδὲν σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ πάντα εὐθέα καὶ πρὸς εὐχέρειαν βλέποντα. Ἐν ταύταις ταῖς ἐπαγγελίαις ἡ Παρθένος σαγηνευθεῖσα, καὶ πάσης φαύλης ἐπινοίας ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτι ὡς ἀπαρῥήσιastos ἐσιώπα, λέγουσα πρὸς τὸν ἄγγελον· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Τί μου καὶ τὴν καρδίαν θροεῖς, καὶ τὴν ἀκοὴν ξενοφωνεῖς; Τί τὸ μὴ ἀκουσθὲν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος διαγγέλλεις; ἔγκυος εὐρεθήσομαι, καὶ ἄνδρὸς πεῖραν οὐ λήψομαι; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; ». Μήτηρ ὀνομασθήσομαι, καὶ μητρικῶν ὠδίνων ἔξω γενήσομαι; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; » Μαζὸν ἐπιδώσω, καὶ σπάργανα συσφίξω, καὶ παῖδα γαλακτοτροφήσω, καὶ τί τὸ ἐν ἐμοὶ οὐ γνώσομαι; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; » λέγε μοι τὴν εὐλογον αἰτίαν, ἵνα γνώσω τὴν ἀμφίβολον κυοφορίαν. Ξένον τῆς Εὐας ἡ γέννησις, ἀλλ' ὅμως ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· καὶ ἔσχε τὸ αἴτιον ὅθεν ἐγνωρίσθη τὸ φύραμα, ὅτι ἐκ αὐτοῦ ἢ αὐτῷ ληφθεῖσα, καὶ ὁ ἴδιος τῷ

- namentum, tu gaudii radix, tu benedictionis plantatio. Tu prae omnibus virginibus invenisti gratiam apud Deum. Et ecce concipies filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic * erit magnus et Filius Altissimi vocabitur.¹ Horum tibi bonorum nuntius accedo, etiamsi extra naturam sint quae dico; attamen a conditore totius rerum naturae nihil obliquum, nihil tortuosum; sed recta omnia, et suavem atque planum ordinem spectantia. His capta promissis Virgo, omnique prava suspicione liberata, non ultra quasi diffisa tacuit, sed ait angelo: *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco?*² Quid cor terres meum, auremque insolita voce attonitam reddis? Quid rem annuntias a saeculo non auditam? An praegnans inveniar, quin viri experimentum capiam? *Quomodo fiet mihi istud?* Mater vocabor, et maternis partus doloribus expers ero? *Quomodo fiet mihi istud?* Mammam praebebo, pannis involvam, puerum lactabo, cur quod me spectat non intelligam? *Quomodo fiet mihi istud?* Consentaneam profer mihi causam, ut obscuram illam uteri gestationem intelligam. Insolens fuit Evae generatio, attamen ex viro illa sumpta fuit:³ causaque fuit qua eiusmodi massae ratio cognosceretur, quoniam scilicet ex illo, quae pro illo, sumpta est: propriusque locus proprio

¹ Lc. I, 30-31.

² Lc. I, 34.

³ Gen. II, 23.

ἰδίῳ ἀνεπληρώθη τόπος. Ξενοπρεπεστέρα δὲ τῆς Εὐας ἢ τοῦ Ἀδάμ γέννησις· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ φανεροποιηθεῖσα, γραφῇ παρεδόθη, καὶ πῶς παραχρῆμα γέγονε σαφῶς ἐγνωρίσθη, ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς χοῦν λαβὼν ὁ δημιουργός, θεόμορφον ζῶον κατεσκεύασε τὸν πρωτόπλαστον. Ὡς ἐκεῖνα γνώριμα, καὶ τοῦτο σαφῆνισον· ἐπειδὴ τὸ προλεχθέν μοι παρὰ σοῦ ὑπερηκόντισε τὰ λεχθέντα· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Ὁ δὲ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον· Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Παρ' ἐμοῦ τὸν τρόπον ζητεῖς, Παρθένε, μαθεῖν; Μὴ δύναται δοῦλος σκοπὸν εἰδέναι δεσπότη; Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Μηνυτῆς ἀπεστάλην, οὐχ ἔρμηνευτῆς. « Τίς ἐγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » Ἄ ἀκούω λαλῶ, οὐδὲν ἴδιον πλάττω. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Τὸ πῶς ἐπὶ Θεοῦ μὴ ζῆτει. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο; Ὡς Ἡσαίας προηγόρευσε φάσκων· « Ἴδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει »· τὸ ἔξειν σε προηγόρευσε, ἐγὼ δὲ λέγω σοι, ὅτι « τέξεις υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν »· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

loco repletus est. Insolentior Evae generatione Adami generatio; attamen illa scripto tradita ac enarrata fuit, notumque est qua ratione repente facta sit. De accepto scilicet limo terrae Creator, animal deiforme, praeparavit, nempe primum parentem. Ut illa nota sunt, hoc item declara mihi, quandoquidem id quod ante dixisti mihi, illa alia longe superat: « Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? ». Tum Gabriel ad Virginem: Quomodo erit tibi istud? A me, Virgo, modum quaeris ediscere? An potest servus scopum nosse domini sui? Quomodo erit tibi illud? Nuntius, non interpres, missus sum. *Quis novit mentem Domini, aut quis consiliarius eius fuit?*¹ Quae audio loquor, nihil a me confingo. Quomodo erit tibi istud? Apud Deum ne quaeras quomodo. Quomodo erit tibi istud? Quemadmodum Isaias praenuntiavit dicens: *Ecce Virgo in utero habebit,*² te in utero habituram praedixit, ego autem dico tibi, quod *paries filium, et vocabis nomen eius Iesum*: ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

¹ Isa. XL, 13.

² Isa. VII, 14.

SERMO IN ANNUNTIATIONEM DEIPARAE¹PG
28, 917

1. Τοὺς θεῖους ἱεροκῆρυκας οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀπαιτουμένην δύναμιν, καὶ ὑπόθεσιν, καὶ αἰτίαν, ἣν ἐπιθεωροῦντας, προσῆκε καταστοχάζεσθαι τοῦ κηρύγματος. Διὸ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ κήρυγμα τοῦ θεοῦ Εὐαγγελίου τῆς Θεοτόκου καὶ Μητρὸς τοῦ Θεοῦ ἦγοντας ἡμᾶς, καὶ τοῦτο μέλλοντας ἀνακηρύττειν πρὸς συνέλευσιν τῆς ἑορτῆς, ἀνάγκη, καθ' ὑπόθεσιν καὶ αἰτίαν τῆς ἀσάρκου καὶ ὑπερθέου Τριάδος, τὴν σάρκωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ἀνατιθέναι. Ἐὰν γὰρ μὴ προδιαστελῆται τὰ περὶ Τριάδος, τὰ περὶ τοῦ ἑνὸς σαρκωθέντος πῶς ἐξέλθωμεν; Οὐκοῦν δέον, ἐκεῖθεν ἐπαναγαγόντας τὸν λόγον, μετέρχεσθαι εἰς τὰ κατὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ οὕτως τὰ κατὰ τὸν εὐαγγελισμὸν ἐπακούειν. Καὶ πρότερον ἐπισημαινόμενοι, ὑπαναμιμνήσκομεν, ὅτι μία τῶν δεσποτικῶν πρώτῃ τε καὶ πάνσεπτος ἑορτῇ, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν κηρύγμασιν, ὑπάρχουσα, τοῦ θεοῦ εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κατασκευάζει τὸ κήρυγμα. Καὶ γὰρ κατελθόντα αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πιστεύομεν, καθὼς καὶ ἀνελθόντα διομολογοῦμεν. Δέον τοίνυν, ἐπειλημμέ-

1994

PG
28, 918

1. Divos sacrarum rerum praecones, non infirmitatem auditorum spectare oportet; sed requisitam vim, argumentum et causam: quam prae oculis habentes, de praedicatione coniecturam facere convenit. Quare etiam nunc ad praedicationem divini Evangelii de Deipara, ac matre Dei nos conferentes, concionaturi ad conventum festivitatis huius, necessarium est ut in argumenta incorporeae et divinissimae Trinitatis, incarnationem unius ex Personis eiusdem Trinitatis in medium proponamus. Nisi enim distincte de Trinitate actum fuerit, quae ad unam personam incarnatam pertinent, quomodo expendi poterunt? Quamobrem par est ut inde orsi, transeamus ad ea quae Incarnationem spectant, atque ita de Annuntiatione consequenter verba faciamus. Ac primum quidem illud memoriae subiiciendum duximus, unam ex Dominicis festivitatibus, maxime venerandam, et primam ordine rerum pertractandarum in praedicationibus quae Christum respiciunt, quae divinae Annuntiationis sancta dies nuncupatur, descensum Filii Dei ex coelo denuntiare. Nos enim eum de coelo descendisse credimus, ut et eundem ascendisse confitemur. Oportet igitur nos divina praedicatione institutos, inde

1994

¹ BARONIUS attribuit Sermonem hunc *Anastasio Antiocheno*. Alii docti Auctores negant. JUGIE eum attribuit *Anonymo*, saec. VII vel VIII. Cf. Qua II, 54.

νοους τοῦ θείου κηρύγματος, ἐκεῖθεν ἀρξασθαι, ὅθεν καὶ διαστέλλεσθαι δυνήσεται τὰ λεγόμενα.

1995

7. Ἐν τούτοις οὖν διακηρύττοντες τὸ θεῖον τῆς σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, ἀποβαλλόμεθα τὰς τῶν αἰρετικῶν βλασφημίας, καθ' ἃς καὶ βεβουλισμένους αὐτοὺς καταλιμπάνοντες, μετερχόμεθα εἰς τὰ παρὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καθιστορούμενα περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς Θεοτόκου καὶ Μητρὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς ἔχει συντάξεως, διεξοδικώτερον ἀκουσόμεθα. Σημειούμεθα δὴ οὖν, ὅτι κατὰ καιρὸν εὐδοκίας τοῦ πατρικοῦ θελήματος ἐπὶ συμπληρώσει τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων Δανιὴλ τοῦ προφήτου, μετὰ τὸ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλήμ, ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα ἀπὸ Βαβυλῶνος, διὰ Σαλαθιήλ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ, ἀρχιερέων τότε γενομένων κατὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν τετρακοσίων ἐνεήκοντα ἐτῶν, κατ' ἐφημερίαν ἱεραρχίας αὐτοῦ, εἰσῆλθε Ζαχαρίας εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ θυμιάσαι· καὶ ὥφθη αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ εὐαγγελίζεται αὐτῷ περὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς συλλήψεται Ἐλισάβητ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ τέξεται τὸν Βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ δὴ τῆς συλλήψεως γενομένης, τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς ἐν γαστρὶ κιοφορίας Ἐλισάβητ, ἐξαποστέλλεται ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ παρὰ Θεοῦ, εἰς Ναζαρέτ πόλιν τῆς Γαλιλαίας πρὸς τὴν Παρθένον Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος, ἡσπάξατο ταύτην λέγων· * « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ».

PG
28, 925

*928

ordiri sermonem, unde quae pertractanda nobis sunt, probe distingui poterunt.

1995

7. His igitur divinum praedicantes mysterium Incarnationis, abiicimus haereticorum blasphemias quibus illos demersos relinquentes, ad historiam evangelistae pertransimus, qua narrat ille Annuntiationem Deiparae et Dei Matris, et ut res ordine se habet explicatius audiamus. Hoc significamus igitur: quo tempore paternae voluntati placuit in consummatione septuaginta hebdomadum Danielis prophetae post instaurationem Ierosolymae, in reditu Iudae ex captivitate Babylonica, per Salathielem et Iesum filium Iosedec tunc sacerdotes, in consummatione quadringentorum nonaginta annorum; Zacharias secundum vicem sacerdotii sui ingressus est in templum Dei ad incensum offerendum, apparuitque illi angelus Domini ad dexteram altaris, annuntiavitque illi de Ioanne filio suo, quo conceptura esset uxor sua Elisabet, et paritura Baptistam et praecursorem Christi. Ac conceptione peracta, mense sexto praegnantis Elisabet, mittitur archangelus Gabriel a Deo in urbem Nazaret Galilaeae ad virginem Mariam. Et ingressus angelus ad illam salutavit eam, dicens: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*¹ Etiam

PG
28, 926

¹ Lc. I, 28.

Κάνταῦθα πάλιν θεωροῦμεν, ὅτι ἡ μὲν φωνὴ τοῦ ἀγγέλου, κατὰ προφορὰν πνεύματος ἀπηχίσεως αὐτοῦ διερμηνευομένη, οὐκ αὐτὴ δὲ ἦν ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις, οὐδὲ αὐτὴ γέγονε σάρξ· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν φωνήν, ἑτέρα οὖσα κατὰ τὴν ὑπόστασιν ιδιότης τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ ἅμα ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Παρθένου. Καὶ βλασφημοῦσιν οἱ λέγοντες, ὅτι αὐτὴ ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου ἦν ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ Λόγου. Διὸ καὶ ἐσημειώσαμεθα τὸν τόπον, ἀποβαλλόμενοι τῆς βλασφημίας τὴν κατάκρισιν.

PG
28, 928

8. Ἐτέρα τοίνυν παρὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἀρχαγγέλου οὖσα ἡ ὑπόστασις τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἅμα, ὡς προδιανοιχθείσης τῆς ἀκοῆς τῆς Παρθένου διὰ τῆς ἀρχαγγελικῆς φωνῆς, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ἡ θεία τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις. Ὡς αὐτὴ μὲν ἡ Παρθένος οὐκ οἶδεν· οἶδε δὲ ὁ εἰσελθὼν, ὅπως εἰσῆλθε. Διὸ καί, ὡς μὴ εἰδυῖα τοῦ μυστηρίου τὴν ἔκθασιν, ἅμα διαταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ », καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἶη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ὅθεν καὶ ὑπολαβὼν ὁ ἀρχάγγελος, εἶπε πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέ-

1996

hic animadvertimus vocem illam angeli secundum prolationem spiritus soni sui, significationem habere, nec tamen ipsam esse * Filii hypostasim, neque ipsam esse quae facta est caro: sed ad eam vocem, Verbi et Dei proprietatem, quae alia est secundum hypostasim, statim descendit in uterum Virginis: blasphemantque ii qui aiunt, ipsam archangeli vocem, fuisse hypostasim Dei Verbi. Ideoque blasphemiae damnationem repudiantes, locum annotavimus.

*927

PG
28, 927

8. Cum diversa igitur esset a voce archangeli hypostasis Verbi et Filii Dei, apertis prius per archangeli vocem Virginis auribus, statim in illam introivit divina Filii hypostasis. Qua ratione autem, ne ipsa quidem Virgo cognovit: novit vero qui ingressus est qua ratione sit ingressus. Quare ut ignorans mysterii eventum, statim perturbata est ad sermonem angeli dicentis: *Ave, gratia plena, Dominus tecum; et cogitabat qualis esset haec salutatio*;¹ quare respondens archangelus dixit ad illam: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus thronum David patris eius, et regnabit in domo Iacob in saecula, et regni eius non erit finis*.² Ad haec item verba

1996

¹ Lc. I, 29.

² Lc. I, 30-33.

λος ». Ἄλλὰ γὰρ καὶ πρὸς ταῦτα ἔσθη διαποροῦσα ἡ Παρθένος, καὶ ὡς πρὸς τὴν φύσιν ἀποβλέπουσα, καὶ κατὰ τὸν Ἰωσήφ διαλογιζομένη, ἀνθ' ὧν μεμνηστευμένη αὐτῷ ἦν, ἀνταποκρίνεται πρὸς τὸν ἄγγελον, καὶ φησι· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Καὶ ἐπεὶ περ, φησὶν, ὃ ἄγγελε, ἄνδρα οὐ γινώσκω, σὺ δὲ διὰ τοῦ, ἰδοῦ, δεικτικοῦ προσρήματος, λέγεις· « Ἴδου συλλήψῃ », ὡς κατὰ χρόνον ἐνεστῶτα· πῶς ἔσται, οὐκ οἶδα. Ἄλλ' εἶπέ, ὃ ἄγγελε, καὶ διερμήνευσον· « Πῶς ἔσται τοῦτο; » Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύνამις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Οὗτος, φησὶν, ὁ τρόπος τῆς συλλήψεως, οὕτως συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, Πνεύματος ἁγίου ἐπερχομένου σοι, καὶ δυνάμειος Ἰψίστου ἐπισκιάζουσης σοι. « Διό, φησί, καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον Υἱὸς Ἰψίστου κληθήσεται ». Ἡ δὲ καὶ ἔτι διαποροῦσα, πλὴν ἐπευχομένη ἑαυτῇ, φησί· « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ». Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος. Ἐπισημαίνεται γὰρ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ καταλείψῃ ἀφορμὴν τοῖς ἐθέλουσι λέγειν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄγγελος ἐνοικήσας ἐν τῇ Παρθένῳ ἐσαρκώθη, οὐδὲ ὅτι ὁ λόγος αὐτοῦ κατὰ προφορὰν ἀπηχήσεως ἐνήργησε τὴν ἐνανθρώπησιν· ἀλλ' ὅτι ἀπελθόντος τοῦ ἀγγέλου ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθένον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτῇ ἡ δύνამις Ἰψίστου· καὶ οὕτως ὕστερον ἐτελέσθη τὸ σωτήριον κήρυμα. Ἰπὲρ ὧν καὶ αὐθις

stetit haesitans Virgo, utpote ad naturam respiciens, et de Iosepho cui desponsata erat cogitans, angeloque sic reponit: *Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco?*¹ Quandoquidem, ait, o angele, virum non cognosco, tu vero per illud, ecce, quod est adverbium demonstrandi, ais, *Ecce concipies*, quasi tempus instet; ignoro quomodo istud fiet. Sed, o angele, tu, dicito, tu interpretare *quomodo fiet istud*. Respondens autem angelus, dixit ei: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Haec est, ait, concipiendi ratio: ita concipies in utero, Spiritu sancto in te superveniente, et virtute Altissimi te obumbrante. *Ideoque*, ait, *et quod nascetur sanctum, Filius Altissimi vocabitur.*³ Illa vero adhuc haesitans, verum sibi haec optans, ait: *Fiat mihi secundum verbum tuum.*⁴ Et discessit ab ea angelus. Nam evangelista significat angelum ab ea discessisse, ne occasionem iis relinqueret, qui dicere vellent, ipsum angelum in Virgine habitantem incarnatum fuisse, aut verbum angeli secundum prolationem soni, Incarnationem operatum fuisse. Sed indicat, abscedente angelo Spiritum sanctum in Virginem supervenisse, et virtutem Altissimi obumbrasse illi: atque ita demum

¹ Lc. I, 34.

² Lc. I, 35.

³ Ibid.

⁴ Lc. I, 38.

χρῆ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι, πῶς εἴρηται πρὸς τὴν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». * Ἄρα γὰρ ὡσπερ * καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἔλεγε Χριστός· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ, ἕως οὗ ἐνδύσηθε δύναμιν ἐξ ὕψους », ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς; ἐπίσης γὰρ ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἐκ τοῦ Ἰσου τρόπου λαμβάνεσθαι δύναται, ἐπεὶ περ καὶ ἐνταῦθα δύναμιν ἐξ Ὑψίστου ἐπελεύσεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν. Τί οὖν; ἄρα ὡς πρὸς τοὺς ἀποστόλους τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἐπήγγελλται, οὕτως καὶ πρὸς τὴν Παρθένον;

PG
28, 929

9. Καὶ εἰ μὲν οὕτως ὡσπερ καὶ εἰς τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος γέγονε, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις οὐ παρηκολούθησε σάρκωσις· δῆλον, ὅτι οὔτε ἐν τῇ Παρθένῳ ἡ δύναμις ἐσαρκώθη, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἐνηθρώπησεν, εἰ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς κατὰ κοινολογίαν θεολογίας λέγεται δύναμις Ὑψίστου. Ἄλλ' ὡσπερ ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἡ δύναμις πρὸς τὸ δύνασθαι κατὰ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως ἐγένετο, καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος καθ' ὅλα τὰ οὐσιωδῶς προσόντα αὐτῷ, ἐνεργοῦσα ἐν πᾶσι σημείοις, καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσι, πρὸς βεβαίωσιν καὶ πίστωσιν τῆς Χριστοῦ ἐπαγγελίας· οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ Παρθένῳ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος ἐγένετο, ἐν πᾶσι τοῖς οὐσιωδῶς προσοῦσιν αὐτῷ κατὰ τὴν

1997

completum est sacrum puerperium. Quibus est iterum necessario insistendum, ac considerandum qua ratione ad Virginem dictum sit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Nunquid eodem modo quo ad apostolos aiebat Christus, *Vos autem sedete in civitate Ierusalem, donec * induamini virtute ex alto*,¹ Spiritu sancto in vos superveniente? Aequalis quippe est promissio, et pari ratione accipi potest, quandoquidem hic quoque dicitur, virtutem ex Altissimo in apostolos adventuram, nec non Spiritus sancti praesentiam. Quid igitur? Num sicut apostolis spiritus et virtus Altissimi promittitur, ita quoque Virgini?

PG
28, 930

9. Quod si, ut in apostolis, virtus Altissimi et adventus Spiritus sancti fuit, et in apostolis non est incarnatio subsecuta, nec in Virgine igitur virtus est incarnata, neque Spiritus homo factus est, etiamsi Filius ipse iuxta communem theologiae usum dicatur virtus Altissimi. Sed sicut in apostolos ideo virtus advenit, ut vim illi haberent contra omnem adversariam potestatem, fuitque adventus Spiritus secundum omnia quae substantialiter in eo sunt, operans in omnibus signis et prodigiis et virtutibus ad confirmandam et asserendam Christi promissionem; ita et in Virgine fuit adventus Spiritus sancti, cum omnibus quae substantialiter in eo sunt ratione

1997

¹ Lc. XXIV, 49.

θεαρχίαν, χάριν ἐμποιοῦν, πρὸς τὸ ἐν πᾶσι χαίρειν αὐτήν. Ἐπεὶπερ καὶ διὰ τοῦτο κεχαριτωμένη προσωνομάσθη, διὰ τὸ ἐν πάσαις χάρισι ταῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐμπεπληῆσθαι αὐτήν· καὶ δύναμιν Ὑψίστου ἐπεσκιαζεῖν αὐτῇ, καὶ ἔχειν ἐν παντὶ χρόνῳ τῷ κατὰ τὴν σύλληψιν, πεπίστευκα δὲ ὅτι καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν. Οὐδὲ γὰρ πρὸς καιρόν, ὡς πείθομαι, τοῦτο ἐγένετο ἐν τῇ Παρθένῳ, ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τότε, καὶ νῦν, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐπισκιάζουσιν αὐτῇ ἔχουσα τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου ἢ Παρθένος, καὶ τὴν ἐπέλευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπερχομένην αὐτῇ· ἵνα κεχαριτωμένη μένη. Οὕτω γὰρ διανοοῦμεθα περὶ τούτου· Ἦσαν αὐτῇ πάντα κεχαριτωμένα διὰ τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως· καὶ οὐχ, ὡς οἱ αἰρετικοὶ φασιν, ὅτι ἐνέργειά τις παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐγένετο ἐν τῇ Παρθένῳ, τοῦ τελεσθῆναι τὴν σάρκωσιν. Κἄν γὰρ ἄνευ σποράς, οὐχ οὕτω φαμέν, ὅτι κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος διαιροῦντος ἰδίᾳ, καθὼς βούλεται, διεπλάσθη σὰρξ, παρὰ τὴν ὑπόστασιν τὴν ἐξειδιάζουσιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μὴ γένοιτο! τοῦτο γὰρ τὸ οὕτω φρονεῖν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐστίν, καὶ τῶν λοιπῶν αἰρετικῶν· ἀλλ' οὕτω λέγομεν κατὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογματικῶν ὀρθότητα, ὅτι δυνάμεως καὶ Πνεύματος ἐπλήσθη ἡ Παρθένος. Πρὸς ἁγιασμὸν μέντοι τῆς σαρκὸς αὐτῆς, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι φέρειν τὸ σωτήριον κῆμα, οὕτως ἀκολούθως αὐτῇ ἡ θεία τοῦ Λόγου ὑπόστασις, ἐνσκηνώσασα ἐν αὐτῇ, ἐσαρκώθη καὶ ἐνηθρώπησεν· οὐ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, ἀλλ'

divini principatus, gratiam illi tribuens, ut in omnibus illa gaude-
ret. Siquidem eo gratia plena vocata est quod omnibus per Spiritum
gratiis repleta esset, et quod virtus Altissimi obumbraret ipsi; quod-
que id haberet toto conceptionis tempore, imo, ut credo, etiam post
conceptionem. Neque enim arbitror ad tempus in Virgine factum
illud esse, sed omni tempore, et tum, et iam, et in perpetuum ha-
bet Virgo obumbrantem sibi virtutem Altissimi, et Spiritum in se
supervenientem; nimirum ut gratia plena maneat. Hoc enim pacto
ea de re cogitamus: erant ei omnia gratia plena per Spiritum san-
ctum, et per virtutem Altissimi. Neque, ut aiunt haeretici, aliqua
ἐνέργεια a Spiritu sancto facta est in Virgine, ut compleretur incar-
natio. Etsi enim absque semine, non dicimus tamen, per divisionem
gratiarum Spiritus dividētis singulis prout vult, efformatam fuisse
carnem circa propriam Filii Dei hypostasin, absit! Eiusmodi enim
sententia, Pauli Samosatēni et reliquorum haeticorum est; sed
ita dicimus secundum orthodoxorum dogmatum puritatem: quod
virtute et Spiritu sancto repleta sit Virgo, cum ad sanctificationem
carnis suae, tum ut posset gestare salutarem fetum. Hoc pacto igi-
tur ipsa divina Verbi hypostasis, in Virgine inhabitans, incarnata
est et humanitatem assumpsit: non virtute et operatione, sed hy-

ὑποστάσει, καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, αὐτὴ ἡ ἀρχίθεος καὶ ὑπερ-
 ἀρχιος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπόστασις ἐσαρκώθη καὶ ἐνηθρώπησε.

932

10. Ἐπῆλθε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὴν Παρθένον, καὶ ἠγάσεν
 αὐτήν, ὡς καὶ ἐν Ψαλμοῖς φησι τὸ Πνεῦμα: «Ἠγάσαστο σκῆνωμα αὐτοῦ ὁ
 Ὑψιστος», καὶ ἐπεσκίασεν ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου, δυναμώσασα αὐτήν, καὶ
 σκιᾶς θείας ἐμφανείας ἐμποιήσασα, ἵνα ἔνθεν τυπουμένη ἰδεῖν δύνηται, καθ'
 ὅσον δύναται ἰδεῖν, τὸν ἐν αὐτῇ κυοφορούμενον ἀνείδεον Θεόν. Μηδὲ γὰρ
 ὑποληπτέον, ὅτι καθ' ἀπλήν τῆς φύσεως ιδιότητα ἰδεῖν ἠδύνατο τὸν ἐν αὐτῇ
 ἐνσκηνώσαντα Θεὸν ἡ Παρθένος (τοῦτο γὰρ οὔτε αὐτὴ ἡ ἔμφυχος, λογικὴ
 τε καὶ νοερὰ σάρκωσις ἰδεῖν ἠδύνατο): ἀλλὰ κατὰ τὸ δυνατόν, ὡς ἐπισκια-
 ζούσης αὐτῆς τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, καὶ οἷον σκιᾶς ἐμποιούσης πρὸς
 τὸ ἰδεῖν τὸν ἐνσκηνοῦντα Θεόν. Καὶ ὡσπερ ἡμεῖς αὐτοὶ ψυχὴν ἐνσκηνοῦσαν
 ἐν τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἔχοντες, οὐχ ὡς ἔστιν ἡ ψυχὴ ἰδεῖν αὐτὴν δυνάμεθα, ἀλλ'
 οἷον σκιᾶς αὐτῆς καὶ τύπους ἀπὸ τῶν δυνάμεων αὐτῆς καὶ τῶν ἐνεργειῶν
 τοιοῦτο ἢ τε Παρθένος, καὶ αὐτὴ ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ψυχὴ ἰδεῖν ἠδύνατο,
 καὶ νῦν δὲ δύναται ἐκ τῶν ἐνδιδομένων αὐτῇ δυνάμεων καὶ ἐνεργειῶν. Καὶ
 κατὰ τοῦτον μᾶλλον ἀναλογεῖ λόγον, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ
 κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Κατ' εἰκόνα γὰρ καὶ ὁμοίωσιν τῆς τριαύ-

postasi, secundum totam plenitudinem Divinitatis, ipsa quae ab
 initio et ultra initium Deus est Filii Dei hypostasis, incarnata est et
 humanitatem assumpsit.

931

10. Supervenit igitur Spiritus sanctus in Virginem et sanctifi-
 cavit illam, ut in Psalmis ait Spiritus: *Sanctificavit tabernaculum
 suum Altissimus*,¹ et obumbravit virtus Altissimi corroborans eam,
 et divinae umbrae ostensionem inducens, ut hinc instituta videre
 posset, quantum scilicet poterat videre, Deum formae expertem in
 ipsa gestatum. Neque enim suspicandum est Virginem secundum
 simplicem naturae proprietatem Deum in se habitantem videre
 potuisse (cum ne ipsa quidem animalis, rationalis et spiritualis in-
 carnatio id videre potuerit); sed pro viribus, utpote obumbrante ipsa
 Altissimi virtute, et quasi umbram faciente, ut videret, quatenus
 poterat, inhabitantem Deum. Et quemadmodum nos habentes ani-
 mam in carne nostra inhabitantem, eam ut in se est non possumus
 videre, sed quasi umbras quasdam et formas a viribus et operatio-
 nibus eius; tale quiddam tum Virgo, tum ipsa rationalis et intelli-
 gens anima videre potuit, iamque potest per traditas sibi facultates
 atque vires. Atque secundum hanc rationem potius res pertractanda
 est, quod fecerit Dominus hominem, et ad imaginem Dei fecerit
 ipsum. Nam ad imaginem et similitudinem huiusmodi incarnationis

¹ Ps. XLV, 5.

της σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἵνα, ἐν αὐτῷ φέρον τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, μὴ ἀμφίβολον ἔχη τὰ ἐπὶ τῆς τοιαύτης σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως· σαρκώσεως γὰρ καὶ ἐνανθρωπήσεως· καὶ γε καὶ συνεκφράσει προσηγορίαν κηρύττομεν, καὶ οὐ μόνον σάρκωσιν καταγγέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἐνανθρώπησιν· ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς αἰρετικοῖς ἄψυχον καὶ ἄνουν καὶ ἄλογον σάρκωσιν δογματίζειν ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοῦ λέγειν σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν, τὴν τε σάρκα πιστεύειν ἡμᾶς, τὴν τε ψυχὴν λογικὴν τε καὶ νοεράν διασημαίνοντας. Διὸ καὶ τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καὶ μὴ ἐπιφέροντας ἐψυχωμένην, λογικὴν τε καὶ νοεράν, οὐ πάνυ ἀποδεχόμεθα, πλην ἐπιλυομένους καὶ ἐν δόγμασιν ἀνατιθέντας τὴν ἐρμηνείαν τῆς ῥήσεως. Τὸ γὰρ καὶ πρῶην ἀπλάστως ἐβῆθη ὑπὸ τινων, ἀλλ' ἐκακουργήθη ὕστερον, πονηρευομένων τῶν αἰρετικῶν κατὰ τὴν ῥῆσιν.

11. Ἀγιασθεῖσα τοίνυν τῇ ἐπελεύσει τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἡ Παρθένος, καὶ δυναμωθεῖσα ἐκ τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, κυφορεῖ τὸν κατὰ τὴν ἐξειδιάζουσαν αὐτοῦ ὑπόστασιν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν μίαν αὐτοῦ τῆς θεότητος φύσιν· καὶ τίκτει τοῦτον σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα κατὰ τὴν τῶν δύο φύσεων ιδιότητα· ἐκ δύο καὶ ἐν δύο δογματιζόμενον ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως· οὐ θεοφόρον ἄνθρωπον, ἀλλὰ σαρκοφόρον Θεόν. Μὴ γὰρ, ὡς πάλιν εἶπεῖν, οὕτω ταῦτα νοήσαντες οἱ αἰρετικοί, ἀλλ' οἷον εἶρηται,

et assumptae humanitatis fecit Deus hominem; ut in se gestans illam imaginem et similitudinem, ne dubitaret de eiusmodi incarnatione et assumpta humanitate; incarnationem, inquam, et assumptam humanitatem, nam eam una duplici voce appellamus, nec solum incarnationem praedicamus, sed etiam assumptam humanitatem; ne impiis haereticis videatur nos mente et ratione carentem praedicare incarnationem; sed dicendo incarnationem et assumptam humanitatem, nos et carnem credere, et animam rationalem et intelligentem significare. Ideoque eos qui dicunt unam Dei Verbi naturam incarnatam, neque addunt animatam, rationalem et intelligentem, non admodum recipimus, nisi exponant, et dogmatibus adiciant dicti interpretationem. Illud enim, prius simpliciter dictum a quibusdam, postmodum in pravam sententiam deductum est, haereticis vocem illam depravantibus.

11. Sanctificata igitur Spiritus sancti adventu Virgo, et corroborata virtute Altissimi, gravida eum gestat qui secundum propriam suam hypostasim Filius Dei est, secundum unam deitatis suae naturam: paritque eum incarnatum et hominem factum iuxta duarum naturarum proprietatem: qui ex duobus et in duobus praedicatur, absque confusione, mutatione et divisione: non deiferum hominem, sed hominem carnem gestantem. Neque enim, ut iterum dicamus,

*933 κατ' ἐνέργειαν Πνεύματος καὶ δυνάμεως Ὑψίστου γενομένην τὴν ἐν Παρθένῳ κυοφορίαν, θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν ἐκ τῆς * Παρθένου ἐδογματίσαν· πεφορημένην θεϊὰν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος, ἐνεργήσαντα ἐναντίον Φαραῶ καὶ πάντων τῶν υἰῶν Ἰσραήλ. Ὅθεν καὶ προσλαμβάνουσι τὰς παρὰ τοῦ κορυφαίου φωνάς, δημηγοροῦντος ἐν ταῖς Πράξεσι περὶ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ μὲν ὀρθῶς λέγοντος, οὗτοι δὲ στρεβλῶς καὶ πονηρῶς ἐκλαμβάνοντες, ἀνθ' ὧν καὶ φησιν· « Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ » τοιοῦτον λέγοντες, ὅτι ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου ἐπλασεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον ἄνευ σπορᾶς, ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἔχρισεν αὐτὸν δύναμιν Ὑψίστου, ὡς καὶ ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ, γέγραπται.

PG 28, 933 12. Κάντεῦθεν σημειωτέον, ὅτι πρῶτον ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς πέμπεται, καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικός, οὐ πρῶτον γίνεται, καὶ ἐκ τότε πέμπεται· ἀλλὰ πρῶτον πέμπεται, καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικός. 1998

PG 28, 936 13. [...] « Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ », οὐκ ἐπεσημῆνατο, ἐφ' ᾧ στηρίζαι ἢ βεβαιῶσαι· ἀλλ' ἀπολύτως λέγει· « καὶ δώσει ». Κάντεῦθεν χρῆ ἐκ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἀποτελεσθέντων ἐπιλύσασθαι τὸ ἄπορον· ὅτι τὸ « δώσει » εἴρηται, ἐφ' ᾧ μεταστῆσαι τοῦτον τὸν θρόνον, ὡς καὶ 1999

hoc pacto intelligunt haeretici, sed prout dictum est, secundum efficaciam Spiritus et virtutis Altissimi, uterum gestasse Virginem, * Deiferumque hominem ex Virgine docuerunt esse gestatam Dei virtutem et efficaciam Spiritus, qui operatus sit coram Pharaone et omnibus filiis Israel. Quapropter verba usurpant Principis apostolorum praedicantis in Actibus de Christo, qui recte quidem locutus est: at illi tortuose et maligne interpretati, cum ille dixerit: *Iesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto*,¹ de ipso illi aiunt, quod in utero Virginis efformaverit Deus hominem sine semine, operatione Spiritus sancti, et unxerit eum virtute Altissimi, uti scriptum est² oleo exsultationis prae consortibus eius.

PG 28, 934 12. Atque hinc notandum quod primum Filius a Patre mittitur, ac tum nascitur ex muliere, non primum nascitur et tunc mittitur; sed primum mittitur, ac deinde nascitur ex muliere. 1998

PG 28, 935 13. [...] *Et dabit illi Dominus thronum David*,³ nequaquam addidisse, ut confirmaret et corroboraret; sed absolute, *et dabit*. Hinc oportet ex iis quae re et opere completa sunt, difficultatem solvere. Nam illud, *dabit*, dictum est, ita ut transtulerit regnum illud, ut ipse 1999

¹ Act. X, 38.

² Ps. XLIV, 8.

³ Lc. I, 32.

αὐτὸς ὁ Χριστὸς διερμηνεύων ἔλεγε πρὸς Ἰουδαίους· « Διὰ τοῦτο ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρπούς αὐτῆς ». Οὐκοῦν λαβὼν ὁ Χριστὸς τὸν θρόνον Δαβίδ, μετέστησεν αὐτὸν καὶ ἔδωκε τοῖς ἁγίοις Χριστιανῶν βασιλεῦσι, ἐπαναστρέψαι τούτους ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ· καὶ παραδούς αὐτὸν εἰς ὀνειδισμόν καὶ εἰς διαρπαγὴν, βασιλεύει ἐν Χριστιανοῖς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· οὐδὲ γὰρ λαῶ ἑτέρῳ ὑπολειφθήσεται, κατὰ τὰς ὁράσεις Δανιὴλ τοῦ προφήτου· ἀλλ' ἀνακηρύττουσιν αὐτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι, αὐτὸν διαρκῆ μέχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, καθ' ἣν ἐλευσόμενος, μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἰ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ πάντα τελέσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σταυροῦ, ἀναστάς φησιν· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς »· ἤδη ἐκεῖθεν ἐβασίλευσε, καὶ ἀνακηρύττεται Χριστιανῶν βασιλεὺς· ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν εὐχῶν συγκαλούμενοι ἀλλήλους, ἀνακράζουσι λέγοντες· Δεῦτε, προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Καὶ ἐρχόμενος * κατὰ τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ αὐτοῦ δευτέραν παρουσίαν, αὐτὸς μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ ἐπεὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθεὶς,

*937

Christus ad Iudaeos loquens interpretatus est: *Ideo auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus eius.*¹ Itaque accepto Christus regno Davidis, transtulit illud deditque sanctis Christianorum regibus, ut converteret eos ad domum Iacob, et traderet illam in opprobrium et in direptionem. Regnat in Christianos in saecula, et regni eius non erit finis. Neque enim alii populo relinquetur iuxta visiones Danielis prophetae; sed praedicant (prophetae) ipsum Christum regem esse, perseverantem usque ad secundum suum adventum: quo tempore cum venerit, rex manebit in saecula, et regni eius non erit finis. Cum enim natus ex Virgine omnia compleverit quae spectant oeconomiam mortis et crucis, et post resurrectionem dixerit: *Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra;*² iam inde regnavit, et Christianorum rex praedicatur: quemadmodum initio precum mutuo compellantes, clamare solent: Venite, adoremus et procidamus coram Christo Rege nostro. Et venturus in magno et illustri secundo adventu suo, ipse manebit rex in saecula, et regni eius non erit finis. Siquidem is * ipse qui ex Virgine natus est, rex

*938

¹ Matth. XXI, 43.

² Matth. XXVIII, 18.

καὶ αὐτὸς Κύριος ὁ Θεός. Δι' αὐτὸν ἡ τεκοῦσα αὐτὸν βασίλισσα, καὶ Κυρία καὶ Θεοτόκος, κυρίως καὶ ἀληθῶς δογματίζεται.

PG
28, 937

14. Καὶ ἐφαρμόζεται κἀντεῦθεν λέγειν ὡς πρὸς αὐτὴν ἀφορῶντας ἡμᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα σαρκοφόρον Υἱὸν αὐτῆς· Νῦν « παρῆστη ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσω, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη ». Καὶ γὰρ καθὰ γυνὴ ἐχρημάτισεν ἡ βασίλισσα, καὶ Κυρία, καὶ Μήτηρ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γυναικεῖον αὐτῆς σχῆμα, καὶ νῦν ὡς βασίλισσα παρισταμένη ἐκ δεξιῶν τοῦ παμβασιλέως Υἱοῦ αὐτῆς, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσω τῆς ἀφθαρσίας, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, ἱερολογεῖται· ἀνθ' ὧν μηδὲ καθ' ἀπλότητα πνευματικὴν, καὶ οἷον ἄσαρκον καὶ ἀσώματον παρίσταται, ἀλλὰ περιβεβλημένη μὲν κατὰ τὴν παναγεστάτην αὐτῆς σάρκα τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν, καὶ πεποικιλμένη κατὰ τὰ ἐπερείδοντα αὐτῆς τὴν σάρκα παναγιώτατα ὄσῃ. Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῆς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτῆς, ὡς ἐκ τοῦ πάλαι Ἀδάμ, ὁ νέος Ἀδάμ, κατ' ἀντιπρόσωπον πλάσας ἑαυτῷ τὴν ὡς πλευράν σάρκωσιν, φέρει αὐτὴν εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ ἐντεῦθεν ἡ νέα Εὐα, Μήτηρ τῆς ζωῆς ὀνομαζομένη, μένει περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, εἰς ἀπαρχὴν ζωῆς ἀθανάτου πάντων τῶν ζώντων. Εἴπωμεν τοίνυν καὶ αὔθις καὶ πάλιν καὶ αἰεὶ καὶ διὰ παντός, ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα Κύριον καὶ Θεόν, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν βασίλισσαν Κυρίαν τε καὶ Θεοτόκον ἀποδλέποντες, κινή-

2000

est, et ipse Dominus Deus. Eiusque gratia, quae ipsum genuit, Regina, Domina et Deipara proprie ac vere praedicatur.

PG
28, 938

14. Hincque decet nos eam respicientes, nec non ex ea genitum carniferum filium, dicere: Nunc *astitit a dextris tuis in vestitu deaurato, circummicta, circumdata varietate*.¹ Ut enim femina, Regina est atque Domina et Mater Dei: iamque ut regina astans a dextris omnium regis Filii sui, in vestitu deaurato incorruptionis et immortalitatis, circummicta, varietate circumdata, sacris verbis celebratur; non quidem secundum simplicitatem spiritualem et quasi sine carne et corpore astat, sed circummicta, secundum suam sanctissimam carnem, incorruptione et immortalitate, et circumdata varietate, secundum ossa eius sanctissima quae carnem ipsius fulciunt. Et enim ex carnibus et ossibus eius, quasi ex veteri Adamo, novus Adam incarnationem sibi quasi costam efformavit, gestatque illam in perpetuum. Atque hinc est quod nova Eva, Mater vitae nuncupata, manet circummicta et circumdata varietate, ad primitias vitae immortalis omnium viventium. Dicamus igitur iterum atque iterum semper et in perpetuum, cum ad ipsum Regem Dominum et Deum, tum ad ipsam Reginam, Dominam et Deiparam respicien-

2000

¹ Ps. XLIV, 10.

σει θεωρίας τοῦ κατὰ νοῦν ἡμῶν διορατικοῦ ὀφθαλμοῦ· « Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη ». Καὶ δὴ ἄκουσον, θύγατερ Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ μὴ ἐπιλάβῃ τοῦ λαοῦ σου, μηδὲ ἡμῶν τοῦ οἴκου Πατρὸς σου. Πατέρες γὰρ σου ἐσμέν κατὰ τὴν ἀναλογίαν, καὶ θυγάτηρ ἡμῶν κατὰ τὴν ἐξ ἡμῶν γέννησιν, καὶ πρέπον σοὶ ἐστὶν ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ γενομένην, βασιλίσσαν τε καὶ Κυρίαν, καὶ δέσποιναν, δι' αὐτὸν τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα βασιλέα καὶ Κύριον, καὶ Θεόν, καὶ δεσπότην, μνημονεύειν, παρεστῶσαν ἐπὶ τοῦ ἡμῖν μὲν φοβεροῦ, σοὶ δὲ τερπνοῦ, καὶ πάσας παρέχοντος χάριτας· ἀνθ' ὧν καὶ κεχαριτωμένη ὠνομάσθης, ὡς πάσης χαρᾶς ἀνάπλεως ἀναδειχθεῖσα, διὰ τῆς ἐπὶ σέ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπελεύσεως. Διὸ καὶ τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύοντες οἱ πλοῦσιοι τοῦ λαοῦ πεπλουτισμένοι τοιούτων καλῶν καὶ πνευματικῶν θεωρημάτων, περὶ σοῦ βοῶμεν· Μνήσθητι ἡμῶν, παναγία Παρθένε, καὶ μετὰ τὸ γενῆσαι παρθένος μείνασα, καὶ ἀντίδος ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τούτων λογίων μεγάλας τὰς δωρεὰς ἀπὸ τοῦ πλούτου τῶν χαρισμάτων σου, κεχαριτωμένη· ὑπὲρ ὧν, καὶ ὡς ὑποκειμένων καὶ συστατικῶν διαφωνῶν, * διαφερόντως σοὶ πρὸς ἐγκώμιον, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, προσάγεταί σοι παρ' ἡμῶν καὶ πάσης τῆς κτίσεως ὕμνος, τῇ κεχαριτωμένῃ, τῇ Κυρίᾳ, τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ κιβωτῷ τοῦ ἁγιάσματος.

*939

tes, ex motu quodam contemplationis spiritualis ac perspicacis oculi nostri: *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circummicta, varietate circumdata*. Et iam audi, filia David et Abraham, et inclina aurem tuam ad supplicationem nostram, ne obliviscaris populi tui, neque nostrum qui domus Patris sumus tui.¹ Patres namque tui sumus quadam ratione, et filia nostra tu es per generationem tuam ex nobis: decetque te, utpote Dei Matrem, Reginam, Dominam et heram, propter Regem, Dominum, Deum et herum ex te natum, nostrum recordari astantem illi qui terribilis nobis, tibi iucundus est, omnesque tibi largitur gratias; unde gratia plena nuncupata es, quasi omni laetitia plena, propter adventum Spiritus sancti in te. Quamobrem vultum tuum deprecamur omnes divites plebis, talibus ditati bonis ac spiritualibus contemplationibus: ad te clamamus: recordare nostri, sanctissima Virgo, quae post partum virgo permansisti, et tribue nobis pro exiguis his sermonibus, magna dona ex divitiis gratiarum tuarum, o gratia plena: pro quibus, quasi veris et celebrandis laudibus, tibi ad encomium, si qua virtus, si qua laus, a nobis, nec non ab omni creatura hymnus offertur, gratia plenae, Dominae, Dei Matri et arcae sanctificationis.

¹ Ps. XLIV, 11.

PG
28, 940

15. Ἴδου δὴ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἀρχῆς ἡμέρας ὡς ἀπαρχὴν ἐγκωμίου, προσεπλέξατό σοι κατ' ἐπώνυμον ἐγκώμιον ὁ ἀρχάγγελος βοῶν· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαί, καὶ πρότερον αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι τῶν ἀγγέλων τετραρχίαι, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἱεραρχικὰς χειῖρας ἐπαίρουσαι, εὐλογοῦσί σε τὴν ἐν οὐρανοῖς εὐλογημένην, καὶ ἐπὶ γῆς μακαριζομένην. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». Τοιαῦτα ἡ πρώτη τῶν θρόνων χερουβὶμ τε καὶ σεραφὶμ ἱεραρχία ἐμπρηστῶν ἀνακαλουμένων, ἣ πλήθος γνώσεως γενέσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέως, εὐλογοῦσαι λέγουσι· Μακαρία σὺ ἐν γυναιξί, καὶ μακαρία ἡ κοιλία σου Θεὸν βαστάσασα, καὶ μασθοί, οὓς αὐτὸς νητιάσας ἐθήλασεν. Ἡ δευτέρα ἱεραρχία τῶν κυριοτήτων καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν πρὸς σὲ ἀναθλέπουσαι βοῶσιν, ὡς μαθοῦσαι παρὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτῶν καὶ προτελουμένης ἱεραρχίας· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένη ἡ κοιλία σου, ἣ Θεὸν χωρήσασα, καὶ μασθοὶ οἱ ἐξέθρεψαν Θεὸν παιδίον γενόμενον. Τοιαῦτα καὶ ἡ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἱεραρχία, κεκελευσμένη καὶ ἐπιτετραμμένη παρὰ τοῦ ἀποστείλαντος Θεοῦ, ὡς δι' ἐνὸς ἀρχαγγέλου τοῦ Γαβριὴλ ἐκδοῶν τὸν ἐκφαντορικώτατον καὶ περιληπτικώτατον ὕμνον, αἰεὶ ἀνακράζει· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ».

2001

PG
28, 939

15. Ecce iam a praesenti tempore et initio diei, quasi primitias encomii tibi archangelus contexit clamando: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*;¹ beatam te dicunt omnes generationes. Ac primum omnes coelestes angelorum hierarchiae, et quae super terram sunt, hierarchicas manus attollentes, te benedicunt quae in coelis es benedicta, et in terra beata praedicaris. *Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui*.² Eiusmodi te benedictionibus, prima hierarchia thronorum, cherubim, et seraphim, qui inflammati appellantur, dicunturque esse plenitudo cognitionis Dei et Regis, celebrat dicens: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum gestavit, et ubera, quae infans ipse suxit*. Secunda hierarchia dominationum, virtutum, et potestatum, ad te respiciens clamat, prout scilicet didicit a sublimiore et prius initiata hierarchia: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum continuit, et ubera quae nutrierunt Deum infantem factum*. Similia quoque, tertia principatum, angelorum et archangelorum hierarchia, iussa a mittente Deo ut per unum archangelum Gabrielem, magnificentissimum, et multa complectentem hymnum concelebret, semper clamat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Ab iis

2001

¹ Lc. I, 28.² Lc. I, 42.

Ἐκ τούτων καὶ οἱ κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες, μαθόντες ἢ δανειζόμενοι τὰς φωνάς, ἀνυψοῦμεν μεγάλην καὶ διαπρυσίῳ τῇ φωνῇ λέγοντες· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Πρέσβευε, Κυρία, καὶ δέσποινα, βασίλισσά τε καὶ Μήτηρ Θεοῦ, ὑπὲρ ἡμῶν· ὅτι ἐξ ἡμῶν σύ τε καὶ ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς σαρκοφόρος Θεὸς ἡμῶν· ὃς πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, πᾶσά τε τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SERMO DE DESCRIPTIONE DEIPARAE ¹

2002

1. Ὡσπερ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν μεταλλεῦν λαχόντες ἐργάται, ἐπὰν εὐρωσι φλέβα ψήγματα τοῦ ζητουμένου προβάλλουσιν, ἐκεῖ σχολάζουσιν, ἐκεῖ παρορύττουσιν, ὡς ὁδηγῶ τοῦ κέρδους· καὶ οὐ κατόπιν ὀδεύουσι, μὴ πρότερον τὸν τόπον ἀμείβοντες, ἕως οὗ τὸν φωλεὸν τοῦ προκειμένου καταλάβωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐργασίας ἐργοδοτοί, τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν μετὰ χεῖρας ἔχοντες, πρὸς κατανόησιν τοῦ δεσποτικοῦ τῆς ἐκ Παρθένου ἀποκυήσεως θησαυροῦ, οὐ πρότερον τῆς ἐρέυνης παυσώμεθα, ἕως οὗ τὸν προκειμένον πλοῦτον γνησίως ἀναλεξώμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τάξιν τὸν εὐαγγελιστὴν ἀνιχνεύσομεν, ἵνα μηδὲν τῶν ἐπι-

PG
28, 944

edocti, nos qui terrenae sumus hierarchiae, exaltationes Dei in gutture ferentes, vel easdem mutuati voces, te exaltamus magna et alta voce canentes: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Intercede pro nobis, Domina et hera, Regina et Mater Dei, quia ex nobis orta es tu, et qui ex te genitus carnem gestat Deus noster: quem decet gloria et magnificentia, omnisque honor, adoratio et gratiarum actio, cum Patre eius initio carente, et sancto, bono vivificoque Spiritu nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

2002

1. Quemadmodum operarii auriferae terrae metalla effodienda nacti, cum in venam incidunt, quaesiti auri ramenta exhibentem, illic operam ponunt suam, illic effodiunt, utpote via ibi ad lucrum commonstrata, non retro cedunt, nec ante sedem commutant, quam propositae rei latibulum deprehendant; eadem prorsus ratione nos ecclesiastici operis distributores, Lucam evangelistam prae manibus habentes, ut Dominicum virginei partus thesaurum contemplemur, non ante finem perquirendi faciamus, quam propositas diligenter colligamus divitias. Quamobrem ordine evangelistae vestigia

PG
28, 943

¹ Sermo hic attribuitur *Timotheo Ierosol., Proclo, Amphiloquio Iconien.* (cf. RPhTh, 541).

- κερδῶν καταλείπωμεν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὰ ἐν προοιμίῳ τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὅμως μεγάλα τῆς χαρᾶς τὰ μυσταγωγήματα. Καὶ μηδεὶς ἀκηδιάσῃ τῷ λόγῳ, μικρὰ τὰ παραναγλωσθέντα τῇ ἀκοῇ δεξάμενος. Ὡς γὰρ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ γεννηθέντος Δεσπότης μικρὰ καὶ σφόδρα μικρὰ τὰ παραναγλωσθέντα, σπάργανα, καὶ φάτνη, καὶ τόπος ἀνεπιτήδειος. Καὶ ταῦτα μὲν μικρὰ, τὰ δὲ προκείμενα μυστικά· γαστήρ ἀνερμήνευτος, κόλπος ἀκατάληπτος, μαζὸς ἀγιόριζος, * γάλα ξενοῤῥυές, θήλη τῆς φυσικῆς νομῆς ἄλλοτρία, ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου ἐναπόγραφος γενομένη, ὁ μνηστήρ Ἰωσήφ ὀνόματος, καὶ οὐ πράγμα-τος κοινωνίαν ἀσπαζόμενος.
- ^{PG}_{28, 945} 2. [...] Ἡ Ἐλισάβετ ἐν οἰκίσκῳ φαιδρῷ ἀπεκύησε, καὶ ἡ Παρθένος ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἐγέννησεν. Ἰωάννης ἐπὶ κλίνης, καὶ ὁ Κύριος ἐν φάτνῃ. Οὐχ ἀπλῶς ἡ τοῦ Κυρίου ἐκ Παρθένου γέννησις· οὐχ ἀπλῶς τὸ τοῖς σπαργάνοις αὐτὸν κατελιθῆναι· οὐχ ἀπλῶς τὸ μαζὸν ἐλκῦσαι· οὐχ ἀπλῶς τὸ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθῆναι· οὐχ ἀπλῶς τὸ τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀπογραφῇ προσκληθῆναι· πάντα διὰ τί, καὶ πρὸς τί, καὶ αἰνιγματώδη. Ἐκ Παρθένου τίττεται, ἵνα τὸν ἐκ Παρθένου γῆς χοοπλασθηθέντα πρωτόπλαστον Ἀδάμ διορθώσῃται.
- ^{PG}_{28, 952} 5. [...] Τί ἐστίν· Ὁ μνηστήρ τῆς Παρθένου ἐστύγνασεν, ἄκουε διὰ βραχέων. [...] ἡγνῶει ὁ Ἰωσήφ τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ μυσταγωγούμενον· οὐκ ἦν οὐδέπω χρησμὸν ἀγγέλου δεξάμενος. Ἡ δὲ Παρθένος τὸ ἀσφαλὲς ἐκέκτητο,

-
- indagabimus, ne quidpiam lucro faciendo idoneum omittamus. Etiam si enim verba principio exigua videantur, at magna gratiae mysteria. Nemo sermonem fastidiat, quasi parvi momenti lectionem audierit. Nam si spectetur nati Domini potestas, exigua et perquam exigua sunt quae modo lecta sunt, panni scilicet, praesepe, incommodus locus. Et haec quidem exigua sunt, quae autem in hisce proponuntur mystica sunt, nempe uterus inenarrabilis, sinus incomprehensibilis, ubera sanete radicata, * lac insolito fluens modo, mamilla a naturali ordine aliena, Mater Domini censu descripta, Ioseph sponsus nomine, nec re consortio fruitur.
- ^{PG}_{28, 946} 2. [...] O res stupendas! Elisabet in concinna aedicula parit, et Virgo in parva gignit spelunca: Ioannes in lecto, Dominus in praesepio. Non sine causa Dominus ex Virgine natus: non sine causa pannis involutus est: nec sine causa mamillam suxit: non sine causa in praesepio reclinatus est: nec sine causa Augusti descriptione accitus est; omnia ex certa causa et ratione, etsi occulta, peracta sunt. Ex Virgine nascitur, ut primum hominem Adam ex limo virginis terrae formatum reformet.
- ^{PG}_{28, 951} 5. [...] Quid illud est, Sponsus Virginis moerore affectus est? [...] ignorabat Ioseph mysterium in Virgine abditum, necdum angeli oraculum acceperat: at Virgo, tum ex verbis, tum ex uteri tumore,

καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὄγκῳ· ὅσον γὰρ τῆς γαστρὸς ἢ αὐξησις ἐγένετο, τοσοῦτον ἢ Παρθένος ἀμεριμνότερον βίον διέτριβεν· ὁμοῦ καὶ τὴν παρθενίαν ἀμόλυντον φυλάττουσα, καὶ τὸν τόκον ἄσχυλτον ἄγουσα, οὐ τοσοῦτον κοπουμένη, ὅσον κουφιζομένη.

- 2005 7. [...] Διὰ τοῦτο λοιπὸν ὁ Ἰωσήφ συμπεριεφέρετο τῇ Παρθένῳ, ὁμοῦ καὶ βοηθὸς καὶ σκόπος τῶν μελλόντων γενόμενος· οὐχ ὅτι ἔχρηζεν βοηθοῦ ἢ Παρθένος, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν Παρθένῳ κυοφορούμενος· αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων βοηθὸς ἦν καὶ ἔστι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκέκραγεν ὁ κράζων· «Ἡ βοήθειά μου παρά Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν». Ἄλλ' ὅτι ἀναγκαῖον ἦν ὡς πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, τοῦ εἶναι τὸν Ἰωσήφ βοηθόν, πρὸς τὸ τὴν Παρθένον ὡς ὑπανδρον φημίζεσθαι, πρὸς τὸ λαθεῖν τὸν διάβολον τὸ κατασκευαζόμενον, ὅπως μὴ μάθῃ τὸ γενόμενον· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τῶν ἀνθρώπων συναναστραφῆναι κατεδέξατο. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστῆς Λουκᾶς; Καλὸν γὰρ λοιπὸν συνιδεῖν καὶ τὸν Ἰωσήφ πληροφορούμενον, καὶ τὸν οἰκίσκον, ἔνθα ἢ Παρθένος ἀπεκύησε, τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον δεχόμενον.
- 2006 8. [...] «Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτόν ἐν τῇ φάτνῃ». Βλέπε τὴν μυστικὴν ἀποκύησιν τῆς Παρθένου· αὕτη ἔτεκεν, αὕτη ἐσπαργάνωσεν. Ἐπὶ τῶν κοσμικῶν γυναικῶν ἄλλη

PG
28, 953PG
28, 956

certo sciebat quid gestum esset; quanto enim magis uterus intumescerebat, tanto securiorem Virgo vitam degebat, una virginitatem servans intemeratam, fetumque gestans citra vel minimam molestiam; nec tantum illo gravata, quantum levata.

- 2005 7. [...] Ioseph una Virgini comes, et adiutor erat, atque futurarum spectator rerum. Non quod Virgini adiutore esset opus, nedum ei qui in Virgine gestabatur, quique omnium auxiliator erat et est, et ad quem exclamat ille qui ita vociferatur: *Auxilium meum a Domino qui fecit coelum et terram*;¹ sed quod necesse esset, ad oeconomiae illius negotium, adiutorem Ioseph esse, ut Virgo coniux reputaretur, ut diabolo lateret quod agebatur, neque rem gestam ille edisceret; qua ratione scilicet Deus cum hominibus conversari dignatus sit. Quid igitur Lucas evangelista? Nam operae pretium est videre et Ioseph certiore factum, et domicilium in quo peperit Virgo, quod Ecclesiae typum gerit.
- 2006 8. [...] *Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret filium suum primogenitum: et pannis eum involvit et reclinavit eum in praeseptio*.² Perpende mysticum Virginis partum: ipsa peperit, ipsa pannis involvit. Inter feminas huius saeculi, alia parit, alia pannis

PG
28, 954PG
28, 955

¹ Ps. CXX, 2.

² Lc. II, 6-7.

τίκτει, καὶ ἄλλη σπαργανοῖ· ἐπὶ δὲ τῆς Παρθένου οὐχ οὕτως· αὕτη ἔτεκεν, καὶ αὕτη ἐσπαργάνωσεν· καὶ αὕτη ἄκοπος μήτηρ καὶ ἀδίδακτος μαῖα, οὐ συνεχώρησεν ἀνάγκοις χερσὶν ἄψασθαί τινα τοῦ ἀχράντου τόκου· αὕτη διὰ ἑαυτῆς τὸν ἐξ αὐτῆς, πρὸ αὐτῆς καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐθεράπευσεν· «Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι». Εἶδες, ὦ φίλε, πῶς τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον προανειργράφησε τὸ εὐτελὲς καταγώγιον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἔτεκεν, ἡ ἄπαξ κυοφορήσασα, καὶ δευτέρον μὴ γεννήσασα, καὶ ὕβρεως ἔμφρασιν μὴ ὑπομείνασα· εἰ καὶ τινες μανέντες, διὰ τὸ ἀκοῦσαι αὐτοὺς λέγοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ· «Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον», καὶ δευτέραν σύλληψιν τῆς Παρθένου ἐδογματίσαν, τὴν ἀφθαρσίαν εἰς φθορὰν μεταβάλλοντες· φάσκοντες ἐν τοῖς οἰκείοις δόγμασιν· Οὐκ ἂν λεχθεὶς πρωτότοκος, δευτέρου μὴ παρακολουθήσαντος. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἐξ ἐναντίας τὸν Λουκᾶν τῆς οἰκείας ἀβελτηρίας προβάλλονται μάρτυρα, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον τὰ αὐτὰ μηνύοντα, καὶ ἔτι σαφέστερον παρεγγυῶντα· ὅθεν καὶ τὰς ἐκείνου λέξεις φανεροποιοῦσιν οἱ ἄθροισμοί, ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι λέγοντες ἄπερ Ἰωσήφ ἐν ὀπτασίᾳ δεξάμενος ἀναγέγραπται, τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου λέγοντος· «Ὡφθη δὲ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσήφ, λέγων· Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριάμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Ἀναστὰς δέ, φησὶν,

involvit: apud Virginem non item; ipsa peperit, ipsa pannis involvit: ipsa infatigabilis mater, ipsa obstetrix sine magistra, non permisit quemquam impuris manibus partum intemeratum contingere; ipsa per sese curavit eum, qui ex se, et ante se, et propter se natus erat: *Et pannis eum involvit: et reclinavit eum in praeseptio, quia non erat eis locus in diversorio.* Vides, o dilecte, quomodo Ecclesiae typum nobis iam ante depinxerit vile illud diversorium, ubi Virgo illa peperit quae semel uterum gestavit, nec secunda vice genuit, nec contumeliae notam sustinuit: licet insani quidam, quod audierint Lucam evangelistam sic loquentem: *Et peperit filium suum primogenitum,* secundam fuisse Virginis conceptionem docuerint, incorruptionem in corruptionem transmutantes: in suis dogmatibus ita loquentes: Nequaquam primogenitus dictus fuerit, nisi subsequatur alter. Adversarii autem nostri, non modo Lucam suae pravitatis producunt testem; sed etiam evangelistam Matthaeum qui ea ipsa enarret, et apertius adhuc affirmet, atque eius voces impii illi proferunt, in scriptis suis ea loquentes quae Ioseph in visione accepisse scribitur, Matthaeo evangelista dicente: *Apparuit autem angelus Domini in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est. Sur-*

Ἰωσήφ, παρέλαβε Μαριάμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Αἴγυπτον· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον». Ὅμοίως καὶ * ταύτας τὰς λέξεις οἱ ἐξ ἐναντίας παρεγγυῶνται, ἐκ δευτέρου τὴν ἐνδοξον Παρθένον κυοφορῆσαι δογματίζοντες. Ἄλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας! ἀκηλίδωτον ἔμεινε πάντως τὸ παρθενικὸν καὶ ἐνδοξον κειμήλιον· οὐκ ἐμολύνθη ὁ δεύτερος οὐρανός· οὐκ ἤχρειώθη τὸ τοῦ Ὑψίστου θεοχώρητον σκεῦος. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς Παρθένου· καὶ καλῶς ἤκουσεν· οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμοιογενῆ προσεκαλέσατο· ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ὑπῆρχε, τουτέστιν ἀσύγκριτος.

*957

2007

9. Διὸ ἄκουε συνετῶς, καὶ πίστευε θεοφιλῶς. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῆ τὸ μοναδικὸν τῆς υἰότητος ἀξίωμα. Ἀσύγκριτος δὲ ὁ δεσποτικὸς τόκος· ὅπου γὰρ ἡ Μήτηρ Παρθένος, πῶς τόκος ἐρμηνευόμενος; Ὅμοίως καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον περὶ τοῦ Ἰωσήφ, ὅτι «οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· οὐκ ἐγίνωσκεν γὰρ αὐτήν ἀληθῶς, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Ἔως οὗ ἡ Παρθένος ἐκυφόρει, οὐκ ἐγνώριζεν αὐτήν ὁ Ἰωσήφ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ ἐν αὐτῇ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ᾔδει, τί τὸ κατασκευαζόμενον· μόνον

PG
28, 957

26, 1098 Lib. I, 4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit eum increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere ostendetur. Nam carnis cum Verbi divinitate coniunctio ex utero facta est; inde enim ipsi Verbum cum e coelo advenisset originem dedit, quippe quae non erat antequam Verbum adveniret, aut ante Deiparam Mariam, cuius solius origo ex Adamo, et genus ex Abraham et Davide ortum² narratur, et una sponsi sui Ioseph, qui erant duo in carne una, sicut scriptum est,³ non mutua inter se copulatione, sed quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati remanserint, testatum est. Nascitur ergo Christus in Bethleem Iudaeae,⁴ Iosephque patrem suum vocat, qui eandem quam Maria ex Davide originem ducebat.
- PG
26, 1107 9. [...] Etenim carnem divinitati consubstantialiam dicere audetis, non advertentes in duplicem vos incidisse impietatem. Idcirco enim in hanc sententiam animum appulistis, ut vel carnem negetis, vel in Deitatem blasphemetis, dicentes: Certe nos eum qui ex Maria

¹ Exstat inter *apocrypha* S. Athanasii. Al attribuit lib. I *Didymo* et lib. II *Ambrosio*, eius discipulo (cf. Al 280); Lau attribuit op. discipulis *Athanasii*, ca 380 (cf. Lau 158).

² Matth. I, 1.

³ Gen. II, 24.

⁴ Matth. II, 1.

σιον τοῦ Πατρὸς. Αὕτη δὲ ὑμῶν ἡ νομιζομένη εὐφημία δειχθήσεται ἢ περιέργως ἢ ἀνόητος. Ἐπεὶ τίς τῶν πιστῶν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ὅτι ὁ ἐπιδημήσας Θεὸς Λόγος, καὶ ἐκ Παρθένου τῆς ἁγίας Μαρίας προσελθὼν ἄνθρωπος, ὁμοούσιος ὦν τοῦ Πατρὸς, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ γέγονεν ἄνθρωπος, οὗ καὶ υἱὸς ἀναγέγραπται, καὶ ὅτι ὁ ὁμοούσιος τοῦ Θεοῦ Λόγος γέγονε κατὰ σάρκα υἱὸς τοῦ Δαβὶδ; Διὸ καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ προφῆται καὶ ἀποστολοὶ καὶ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσι τὸν Χριστὸν τὸ κατὰ σάρκα. Πῶς οὖν ταῦτα λέγοντες οὐκ ἐρυθριᾶτε, τὴν σάρκα, τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γενεαλογομένην, ὁμοούσιον τοῦ Λόγου ἀποφαινόμενοι;

2058

12. [...] Εἰ δὲ ὁμοούσιος τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ καὶ συναΐδιος, ἐκ τούτου ἐρεῖτε καὶ τὰ πάντα κτίσματα συναΐδια τῷ τὰ πάντα κτίσαντι Θεῷ. Καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοί, οἱ τοιαύταις συμπλεκόμενοι στραγγαλιαῖς; Τὸ γὰρ ὁμοούσιον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνεπίδεκτον θανάτου, πρὸς τὸ ὁμοούσιον ἔνωσιν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἐπιδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· καθ' ὑπόστασιν δὲ τὴν ἰδίαν τελειότητα ἐκδεικνύμενον. Ὡστε τῇ νομιζομένη ὑμῶν εὐφήμῳ ἐφευρέσει, ἢ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου σάρκα ἀρνεῖσθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημεῖτε.

PG
26, 1113

2059

13. Διὸ οὐ δεῖ τὸν εὐσεβοῦντα τοιαύταις χρῆσθαι ἐπινοίαις· ἀλλ' ὅτι ὁ

PG
26, 1116

natus est, consubstantialem Patri dicimus. Porro haec vestra, quam praeclaram existimatis, loquendi ratio, aut superflua, aut stulta comprobabitur. Etenim quis e fidelibus non confiteatur Deum Verbum, qui advenit, et ex sancta Virgine Maria homo prodiit, Patrique consubstantialis est, ex semine Abrahae, cuius filius recensetur, hominem esse factum: aut Verbum, Deo consubstantiale, secundum carnem filium David factum esse? Ideo prophetae, apostoli, et evangelistae Christum ex semine David secundum carnem ortum duxisse narrant. Quomodo igitur, cum haec dicatis, non erubescitis carnem quae ex semine * David orta narratur, consubstantialem Patri asseverare?

*1110

2058

12. [...] Quod si Verbo consubstantialis est caro, et coaeterna; iam hinc dicetis omnes creaturas omnium creatori Deo coaeternas esse. At qui, quaeso, adhuc Christiani eritis, qui talibus vos laqueis implicatis? Nam quod consubstantiale, impassibile, et mortis incapax est, unionem cum consubstantiali non admittit secundum hypostasin, sed secundum naturam; porro secundum hypostasin, propriam perfectionem exhibet. Itaque per religiosum, ut aestimatis, vestrum commentum, aut carnem ex Virgine et Deipara assumptam negatis, aut in deitatem blasphematis.

PG
26, 1114

2059

13. Quamobrem nefas est pium hominem huiusmodi verborum

PG
26, 1115

πρὸ τῶν αἰώνων ὁμοούσιος ὢν Λόγος τῷ Πατρὶ, ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς ἀγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου τὴν τοῦ Ἀδάμ πλάσιν καὶ ποίησιν καινὴν ἀνεστήσατο, ἰδιοποιησάμενος καθ' ἑνωσιν· καὶ οὕτως ὤφθη ἄνθρωπος ὁ Χριστός, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

*1128

* 20. Ἀλλὰ πάλιν λέγετε· Ἡμεῖς Θεὸν λέγομεν τὸν ἐκ Μαρίας. Πῶς τοίνυν λέγετε, ὡς Μαρκίων, Θεὸν ἐπιδημήσαντα, καὶ Θεὸν ἀθιγῶς προσεληλυθότα, φύσιν ἔχοντα ἀνεπίδεκτον σαρκὸς ἀνθρωπίνης; Ἡ πῶς λέγετε Θεόν, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς; τοῦτο γὰρ τῆς ἐκείνου ἀσεβείας τὸ πρόσχημα, Θεὸν ὁμολογεῖν τὸν ἐκ Μαρίας, πρὸ αἰώνων μὲν προορισθέντα, ἐκ δὲ Μαρίας τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως ἐσχηκότα. Λόγον δὲ ἐνεργῆ ἕξ οὐρανοῦ καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, πλεῖον παρ' ὑμᾶς χαριζόμενος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν· ὡσπερ ὑμεῖς λέγετε νοῦν ἐπουράνιον ἐν σώματι ἐμψύχῳ. Οὔτε δὲ σῶμα ἐμψυχον ἤδη ἄνθρωπος τέλειος, οὔτε νοῦς ἐπουράνιος ἤδη Θεός. Σῶμα γὰρ ἐμψυχον λέγεται, ἐφ' ᾧ ἐνουποστάτως τὸ τῆς ψυχῆς φέρεται ὄνομα. Σῶμα δὲ ἀνθρώπου σῶμα λέγεται, καὶ οὐ ψυχῆ· καὶ ψυχῆ ἀνθρώπου λέγεται, καὶ οὐ σῶμα, ἕτερον πρὸς ἕτερον ὄν, τουτέστι πνεῦμα πρὸς σῶμα. «Τίς δέ, φησίν, ἔγνω νοῦν Κυρίου;» Νοῦς Κυρίου οὐπω Κύριος, ἀλλὰ Κυρίου θέλησις, ἡ βουλή,

commentis uti: sed dicendum est Verbum quod ante saecula consubstantialiale est Patri, in extremis temporibus, ex sancta et Deipara Virgine, Adae plasma et opificium novum restituisse, cum illud sibi per unionem proprium effecit: atque ita visus est homo Christus, qui ante saecula Deus erat.

*1127

* 20. Sed rursus dicitis: Nos Deum dicimus eum qui ex Maria natus est; cur itaque dicitis, veluti Marcion, Deum advenisse, ac Deum intactili modo accessisse, quod naturam habeat carnis humanae non capacem? Aut cur Deum illum dicitis sicuti Paulus Samosatensis? Ea enim est illius impietatis ratio, ut Deum confiteatur eum qui ex Maria natus est, qui ante saecula quidem praefinitus sit: qui tamen ex Maria initium existendi habuerit. Verbum autem efficax e coelo, et sapientiam in illo confitetur (ac plus quam vos, illi per suam impietatem attribuit) ut vos dicitis mentem coelestem in corpore animato. Verum nec corpus animatum eo ipso homo perfectus est: neque mens coelestis, eo ipso Deus est. Nam corpus animatum dicitur, in quantum nomen animae per modum subsistentis in illo exprimitur. Corpus autem hominis, corpus dicitur et non anima: et anima hominis, anima dicitur et non corpus: alterum ad alterum, id est spiritus ad corpus. *Quis autem, ait Scriptura, novit mentem Domini?*¹ Mens Domini, nondum Dominus; sed Domini voluntas, consilium,

¹ Rom. XI, 34.

ἡ ἐνέργεια πρὸς τι. Πῶς οὖν ταῦτα λαλεῖν ἐπινοεῖτε, πλαστοῖς λόγοις καταπλεύοντες τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ; Ἄλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία οὔτε οὕτω παρείληφεν, οὔτε οὕτω παρέδωκεν· ἀλλά, καθὼς γέγραπται, τὸν Θεὸν καὶ Λόγον, τὸν ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν πρὸ αἰώνων, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπιδημήσαντα, καὶ ἐξ ἀγίας Παρθένου, καὶ ἐκ Πνεύματος ἀγίου γεννηθέντα Υἱὸν ἀνθρώπου, ὡς γέγραπται· «Ἔως οὗ ἔτεκε τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· ἵνα γένηται πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, αὐτὸς ὢν Θεὸς ἀληθινός· ἵνα καὶ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ λυτρώσῃται ἡμᾶς ἐκ πάθους καὶ θανάτου, ὡς Θεός.

2060

Lib. II, 5. Εἶπατε τοίνυν, πῶς λέγετε Θεὸν ἐκ Ναζαρετ γενενηθῆσθαι, τῆς θεότητος ὡς ἀρχὴν γενέσεως ἀπαγγέλλοντες κατὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἡ τῆς σαρκὸς * τὴν γέννησιν ἀρνούμενοι κατὰ Μαρκίωνα καὶ τοὺς ἄλλους αἰρετικούς, οὐ τῷ εὐαγγελικῷ στοιχοῦντες ὄρω, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖν θέλοντες; Διὰ τοῦτο γὰρ λέγετε Θεὸν γενενηθῆσθαι ἐκ Παρθένου, καὶ οὐχὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν ὄρον· ἵνα μήποτε, γέννησιν σαρκὸς ὁμολογήσαντες, φυσικὴν αὐτὴν εἶπητε, ἐπαληθεύοντες τῷ λόγῳ· ἀλλὰ Θεὸν γεννηθέντα, ἴδιαν δὲ σάρκα δεῖξαντα ὡς ἐν δοκῆσει. Οὐ γὰρ ἀρχὴν γεννήσεως ἐκ Ναζαρετ ὁ Θεὸς ἐπιδείκνυται· ἀλλ' ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώ-

PG
26, 1137

*1140

aut efficacia ad aliquid. Quo igitur animo haec profertis verba, verbisque commentitiis Verbum Dei adulteratis? Atqui Dei Ecclesia, neque ita accepit, neque ita tradidit; sed, ut scriptum est, Deum Verbum qui erat apud Deum ante saecula in consummatione saeculorum advenisse: ac ex Maria Virgine, et ex Spiritu sancto genitum esse Filium hominis, ut scriptum est, *Donec peperit Filium suum primogenitum*:¹ ut fieret primogenitus in multis fratribus, cum tamen Deus verus esset: ut et quatenus homo pro nobis pateretur, et quatenus Deus, ex morte et passione nos redimeret.

2060

Lib. II, 5. Respondete igitur, qua ratione dicitis Deum ex Nazaret factum fuisse, deitatisque initium existendi iuxta Paulum Samosatensem ascribitis; aut * carnis generationem negatis, iuxta Marcionem et alios haereticos; nec in statutis evangelicis inceditis, sed vultis ex propria loqui sententia? Ideo enim dicitis, Deum ex Virgine natum esse, ac non Deum et hominem, iuxta evangelicam definitionem: ne si carnis generationem confiteamini, ipsam naturalem admittere cogamini, qua sane in re vere diceretis; sed Deum genitum affirmatis, qui propriam carnem specie tantum exhibuerit. Non enim Deus initium nascendi ex Nazaret sortitus est: sed qui

PG
26, 1138

*1139

¹ Matth, I, 25.

νων Λόγος Θεὸς ἐκ Ναζαρετ ἄνθρωπος ὤφθη, γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται· πάντα λαβὼν ἐκ Παρθένου, ὅσα ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς εἰς σύστασιν ἀνθρώπου ἔπλασε καὶ ἐποίησε χωρὶς ἁμαρτίας· ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· «Καθ' ὁμοιότητα κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας», οὐ τῆς θεότητος μεταποίησιν ἐπιδειξάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος καινοποίησιν ἐργασάμενος, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα· ὥστε εἶναι τὰ ἔθνη «σύσσωμα, καὶ συμμετόχα» τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος γράφει· ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ἧ Θεὸς ἀληθῶς, καὶ ὁ Θεὸς ἧ ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἵνα ἧ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς καὶ Θεὸς ἀληθῶς· οὐχὶ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, ὡς ἡμεῖς συκοφαντοῦντες λέγετε, διασύροντες τὸ τῶν Χριστιανῶν μυστήριον· ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐδοκῆσαντος τῷ πληρώματι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν τοῦ ἀρχετύπου πλάσιν ἀνθρώπου, καὶ ποίησιν καινὴν, ἐκ μήτρας Παρθένου ἀναστήσασθαι ἑαυτῷ, φυσικῇ γεννήσει καὶ ἀλύτῳ ἐνώσει· ἵνα τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτήριον πραγματεῖαν ποιήσῃται, ἐν πάθει καὶ θανάτῳ καὶ ἀναστάσει τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενος.

existit ante saecula Verbum Deus, ex Nazaret homo visus est: natus ex Maria Virgine, et Spiritu sancto, in Bethlehem Iudaeae, ex semine David, Abrahæ et Adæ uti scriptum est: omniaque assumpsit ex Virgine, quaecumque ab initio Deus ad constitutionem hominis efformavit et condidit, excepto peccato. Ut Apostolus quoque ait: *pro similitudine per omnia, praeter peccatum*:¹ nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem arbitrio suo effecit; quo gentes Christo *concorporales et comparticipes*² fierent, quemadmodum scribit Apostolus: utque homo revera Deus, et Deus revera homo foret: essetque ille vere homo, et vere Deus: non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes, Christianorumque mysterio obtrectantes dicitis: sed quod Deo unigenito placuerit, plenitudine suae divinitatis archetypi hominis naturam, novumque opificium, ex utero Virginis in seipso per naturalem generationem, et indissolubilem unionem restaurare; ut et pro hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte et resurrectione, hominum redemptionem absolveret.

¹ Hebr. IV, 15.

² Ephes. III, 6.

● PG 26, 1136, 1145, 1152.

DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS IV¹

- 2061 2. Ὁρθ. [...] Θεός, βουληθεὶς ὀφθῆναι, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα τὸ δυνάμενον ὀφθῆναι· καὶ βουληθεὶς παθεῖν, ἤνωσεν ἑαυτῷ σῶμα ἔμψυχον τὸ δυνάμενον παθεῖν ἔκουσίως, οὐ πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε κατ' ἀρετὴν ἐνώθεν· οὔτε ἐξ ἀνθρώπου ἀπλῶς τῆς Μαρίας, ἀλλὰ πρότερον αὐτῆς ἀγιασθείσης, καὶ τότε ἐξ αὐτῆς μετασχόντος τοῦ Θεοῦ Λόγου τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ ἐνώσαντος ἑαυτῷ κατ' οἰκονομίαν ἔμψυχον σῶμα, ὡς εἶναι ἓνα τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. PG
28, 1252
3. Ἀπολλ. Δύο οὖν τέλεια. Ὁρθ. Δύο οὐσιῶν τελείων ἔνωσις. Ἀπολλ. Δύο τελείων ἐν τέλειον οὐ γίνεται. Ὁρθ. Παρ' ἀνθρώποις ἴσως ἀδύνατον γενέσθαι, παρὰ δὲ Θεῷ δυνατόν. Ἀπολλ. Πῶς; Ὁρθ. Ὡς τὸ Παρθένον γεννῆσαι, ὡς τὸ θυρῶν κεκλεισμένων σῶμα παχυμερές εἰσελθεῖν, ἐκ σαρκῶν καὶ ὀστέων συμπαγόν, ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ θαλάσσης. Ὡς γὰρ ταῦτα δυνατὰ παρὰ Θεῷ, κάκεινο. Ἀπολλ. Ἄνθρωπον οὖν ἐγέννησεν Μαρία; Ὁρθ. Ψιλόν, οὐ· ἀλλὰ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Πρῶτον γὰρ ὁ Κύριος μετ' αὐτῆς θεϊκῶς, καὶ τότε ἐξ αὐτῆς οἰκονομικῶς παιδίον· διὸ καὶ Θεοτόκος ἢ Μαρία. 1253
-
- 2061 2. *Orthodoxus* [...] Deus cum vellet conspici, univit sibi corpus quod conspici posset: et pati volens, univit sibi corpus animatum quod sponte pati posset, neque quod quidem prius exstiterit, postea vero virtute unitum fuerit: neque simpliciter ex homine Maria, sed ipsa prius sanctificata, ut Deus Verbum desumptam ex ea humanitatem, tum demum participans, et sibi ipsi per oeconomiam uniens corpus animatum, unus et idem esset Deus et homo. PG
28, 1251
3. *Apollinarista*. Duo sunt igitur perfecta. *Orth.* Imo duarum perfectarum substantiarum unitio. *Apoll.* Ex duobus perfectis unum perfectum non efficitur. *Orth.* Apud homines fortassis id fieri non potest, sed apud Deum fieri potest. *Apoll.* Quomodo? *Orth.* Ut quod Virgo genuerit, ut quod ianuis clausis corpus solidum, et ex carnibus et ossibus compactum, introierit, ut quod supra mare ambularit. Nam ut haecabilia apud Deum, ita et illud. *Apoll.* Hominem igitur genuit Maria? *Orth.* Nudum et dumtaxat hominem, nequaquam, sed Deum, hominem factum. Primum enim Dominus fuit cum ea divine, et tum demum infantulus ex ea oeconomice: quamobrem etiam Deipara est Maria. 1254

¹ Dialogus iste, et subsequens, qui exstant inter spuria *S. Athanasii*, a viris doctis tribuuntur *Didymo* (Günthör, Stolz), vel *Maximo Conf.*, *Diodoro Tars.*, aut *Theodoreto Cyren.*, vel *Apollin. Laod.* Cf. Qua II, 34, 91.

PG
28, 1256
*1257

5. [...] Ὁρθ. Ἀλλὰ ὁ ὢν πρὸ τῶν αἰώνων Θεὸς Λόγος, βουλευθεὶς ἐνανθροπῆσαι, * ἠγίασεν τὴν Παρθένον, καὶ ἤνωσεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς σῶμα, οὐ πρότερον ὑπάρξαν, καὶ τότε ἐνώσας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ὑπάρξει ἐνώσας.

5.* [...] Ἀπολλ. Θεὸς ἦν ὁ Λόγος ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας; Ὁρθ. Ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας, τὸ ἐκ ταύτης ὃν τῆς οὐσίας, οὐκ ἦν Θεὸς οὐσιωδῶς, ἀλλὰ ἐνώσεως οἰκονομία. Ἀπολλ. Καὶ πῶς « Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου », λέγεται; Ὁρθ. Ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὢν Θεὸς Λόγος, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς, ἔλαβε μορφήν δούλου, καὶ σχήματι εὗρεθεις ὡς ἄνθρωπος, καρπὸς τῆς κοιλίας αὐτῆς εὗρέθη. Ἀπολλ. Συνῆπται οὖν ὁ Λόγος τῷ ἐνωθέντι σώματι ἐξ αὐτῆς, ὡς ζῶον; Ὁρθ. Ὡς ζῶον οὐ γέγραπται, ἀλλ' ὡς ἐν ναῷ ζῶντι.

1260

6. Ἀπολλ. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ γεγεννημένος ἐκ Μαρίας; Ὁρθ. Μόνον ἄνθρωπος, οὐ. Ἀπολλ. Ἀλλὰ καὶ τί; Ὁρθ. Ἀλλὰ καὶ Θεός· ὡς γὰρ οὐκ ἔστι μόνον σὰρξ Ἰσαὰκ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Ἀβραάμ, οὐδὲ ἄλλος τις τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου γεγέννηται ἕκαστος ἡμῶν, οὐ γενωμένης ψυχῆς λογικῆς ἐκ ψυχῆς λογικῆς· καίτοιγε τοῦ ἀνθρώπου ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος συγκειμένου· οὕτω Θεὸν λέγω τὸν ἐκ Μαρίας γεγεννημένον, ψυχῇ καὶ σώματι ἐνωθέντα. Καθάπερ γὰρ ἐνωθεῖσα

2062

PG
28, 1258

5. [...] *Orth.* Deus Verbum, quod erat ante saecula, cum vellet fieri homo, sanctificavit Virginem, et corpus ex ea sibi univit, non quod prius exstiterit, et tum demum univerit, sed in ipsa existentia uniens.

5.* [...] *Apoll.* At nonne Deus erat Verbum qui genitus est ex Maria? *Orth.* Qui genitus est ex Maria, quantum ad id attinet, quod ex eadem est substantia atque Maria, non erat Deus substantialiter, sed oeconomia unitiois. *Apoll.* Quomodo igitur dicitur: *Benedictus fructus ventris tui?*¹ *Orth.* Quoniam Deus Verbum quod est ex Patris substantia, formam servi accepit, et habitu inventum ut homo, fructus etiam esse ventris ipsius compertum est. *Apoll.* Coniunctumne est igitur Verbum unito corpori ex Maria desumpto, sicut animal? *Orth.* Non scriptum est, sicut animal, sed, ut in templo vivo.

1259

6. *Apoll.* Homo igitur non est, qui ex Maria genitus est? *Orth.* Solummodo quidem homo, nequaquam. *Apoll.* Sed quidnam praeterea? *Orth.* Sed etiam Deus. Sicut enim Isaac genitus ex Abrahamo, nec alius quisquam hominum, est caro dumtaxat sed unusquisque nostrum genitus est homo ex homine, non quod anima rationalis alteram animam rationalem genuerit; quamvis homo sit ex anima rationali et corpore compositus; ita illum, qui ex Maria genitus est, appello Deum, animae videlicet et corpori unitum. Quemadmodum enim si anima corpori unita fuerit, gignitur

2062

¹ Lc. I, 42.

ψυχὴ σώματι, γεννᾶται ἄνθρωπος διὰ γυναικός, οὕτως ἐνωθεὶς Θεὸς Λόγος ψυχῇ καὶ σώματι, ἐγεννήθη Θεὸς καὶ ἄνθρωπος διὰ γυναικός. Ἀπολλ. Καίτοιγε « ἐκ γυναικός » γέγραπται. Ὁρθ. Ἐκ γυναικός κατὰ σάρκα, διὰ τῆς γυναικός κατὰ πνεῦμα. Ἀπολλ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, τίς ἐστίν; ὁ Λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; Ὁρθ. Ὁ ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτός ἐστιν « ὁ ταπεινώσας ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν », καὶ ἐν αὐτῇ τῇ δουλικῇ μορφῇ παραδοθεὶς. Ἀπολλ. Οὐχ ὁ γεννηθεὶς οὖν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦς, ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς δι' αὐτῆς Λόγος, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐταπεινώσας μέχρι θανάτου. Ὁρθ. Μὴ δίαίρει τὴν ἅπαξ ἐνωθεῖσαν ἔνωσιν. Εἶπον γάρ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἴδιος Υἱός, ὁ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα, καὶ δι' αὐτῆς κατὰ πνεῦμα.

DE SANCTA TRINITATE DIALOGUS V

2063

6. Ἀπολλ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων προϋπάρχει τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ· Χριστὸς δὲ προϋπάρχει τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος, εἰ μὴ κατὰ σάρκα. Ὁρθ. Χριστὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα οὐ προϋπάρχει τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα πρεσβυτέρων αὐτοῦ· προϋπάρχει δὲ κατὰ τὴν θεότητα οὐ τῶν κατὰ σάρκα πρεσβυτέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν αἰώνων, Θεὸς ὢν αὐτῶν. Οὐκ ἄρα Χριστὸς κατὰ σάρκα πρὸ τῆς Μαρίας. Πῶς

PG
28, 1268

homo per mulierem, ita Deus Verbum, ubi unitum est animae et corpori genitus est Deus et homo per mulierem. *Apoll.* Atqui *ex muliere* scriptum est.¹ *Orth.* Ex muliere, secundum carnem: per mulierem secundum Spiritum. *Apoll.* Proprius ille Dei Filius, quem pro nobis tradidit, quisnam est, Verbum, an homo? *Orth.* Proprius Dei Filius ille est, qui *humiliavit semetipsum, formam servi accipiens*,² et in illa servili forma traditus est. *Apoll.* Non igitur Iesus ex Maria genitus, sed per eam genitum Verbum, is est, qui semetipsum humiliavit usque ad mortem. *Orth.* Ne separa unionem semel unitam. Dixi enim, eum esse proprium Filium, qui ex ea sit secundum carnem, et per eam secundum Spiritum.

2063

6. *Apoll.* Nullus homo existit ante eos, qui aetate ipsum praecedunt: Christus autem existit ante eos, qui secundum carnem ipsum aetate praecesserunt. Non est igitur homo, nisi secundum carnem. *Orth.* Christus, si humanam naturam spectes, non existit ante eos, qui secundum humanam naturam fuerunt ipso seniores: sed quod ad deitatem attinet, existit non modo ante eos, qui secundum carnem fuerunt ipso seniores, verumetiam ante omnia saecula, ut qui sit eorum Deus. Ergo non fuit Christus ante Mariam,

PG
28, 1267¹ Gal. IV, 4.² Philipp. II, 8.

γὰρ τὸ ἐξ αὐτῆς ὄν, πρὸ αὐτῆς ὑπάρχει; προϋπάρχει δὲ αὐτῆς θεϊκῶς, Θεὸς ὢν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ὁ αὐτός, ὡς Θεὸς προϋπάρχων, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς.

1272 11. Ἀπολλ. Πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατ' ἀρετὴν· Χριστὸς δὲ οὐ· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὁρθ. Ποία νεκρώσει ἐνέκρωσεν ἑαυτοῦ τὴν σάρκα ὁ Ἰωάννης, σκιρτῶν ἐν κοιλίᾳ, καὶ ὄφθεις ἐν ἀγαλλιᾷσει; Εἰ δὲ καὶ δοθείη, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατὰ ἀρετὴν, ἀλλὰ τελειωθείς, καὶ ἐν οὐρανῷ πολίτευμα ἔχων, ζωοποιεῖσθαι αὐτὸν παρασκευάζει διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ Πνεύματος, ὡς ἐν ἀρετῇ τελειωθέντα λέγειν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα ». Χριστὸς δὲ οὐκ ἐξ ἀσκήσεως τετελείεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συλλήψει ἐξ ἐνώσεως Ἐμμανουὴλ τεχθεὶς, Θεὸς ἔστι καὶ ἄνθρωπος· διὸ καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία.

PG 28, 1281 28. [...] Ὁρθ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, 2064 Κύριος ὢν τῆς δόξης καὶ πάσης ἐξουσίας, ἐπειδὴ, Θεὸς Λόγος ὢν, ἐγένετο ἄνθρωπος, ὅλην ἀνθρωπότητα λαβὼν. Ἡ γὰρ μορφή τοῦ δούλου ὅλη ἐστὶν ἀνθρωπότης, ὡς ἡ μορφή τοῦ Θεοῦ ὅλη θεότης. Καὶ ἡμεῖς καὶ ἄγγελοι προσκυνοῦμεν αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, μορφήν δούλου λαβόντι· καὶ οὐκ ἐν μέρει τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ ἐν μέρει τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ κτίσμα καὶ κτίστην ἐν ἴσῳ τιθέμεθα· ἀλλ' ὥσπερ σύ, εἴ γε ὁμολογεῖς καὶ γοῦν σάρκα ὁμοούσιον

quod ad carnem attinet. Quomodo enim ante ipsam exstiterit, * quod ex ipsa est? Sed quatenus Deus est, exstitit ante ipsam, cum sit ipsius Deus: estque idem ante ipsam ut Deus, et ex ipsa, ut homo.

1271 11. *Apoll.* Omnis homo ut virtute perficiatur carnem mortificat. At Christus non mortificat. Non est igitur homo Christus. *Orth.* Qua mortificatione Ioannes carnem suam mortificavit subsiliens in utero, et exsultare visus? Quod si etiam concederetur omnem hominem, ut virtute perficiatur, carnem suam mortificare, at certe iam perfectus, et in coelis versans, ipsi vivificationem parat per inhabitantem in ipso Spiritum, ut postquam virtute perfectus fuerit, dicat: *Cursum consummavi.*¹ Caeterum Christus perfectus non evasit ulla exercitatione, sed in ipso conceptu ex ipsa unitione, natus Emmanuel, Deus et homo est: quamobrem etiam Deipara est Maria.

PG 28, 1282 28. [...] *Orth.* Qui Dominus est gloriae omnisque potestatis, idcirco 2064 accepit iudicii exercendi potestatem, quod cum Deus esset Verbum, factus sit homo, totam naturam assumens humanam. Forma enim servi est tota humana natura, ut forma Dei est tota deitas. Et nos, et angeli ipsum Deum Verbum adoramus, qui formam servi assumpsit: neque partim Deum, partim hominem adoramus, neque rem creatam Creatori aequiparamus: sed ut tu ipse, si quidem eum con-

¹ II Tim. IV, 7.

ἡμῖν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκός, οὐκ ἐν ἴσῳ τιθεὶς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρίζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκός προσκυνεῖς· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσκυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτήν τῆς ἀνθρωπότητος.

29. [...] Ὁρθ. Ἄλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἐαυτοῦ σῶμα ἔλεγεν 1284 ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὃν τῇ θεότητι. [...]

[...] «Ὡμοίωται» γὰρ «κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος», ἐνωθεὶς ἀνθρωπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσία ὢν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασία σάρκα, ἀλλ' ἀληθεῖα, καὶ *μετὰ *1285 τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν;

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE

2065 Sermo II.¹ I. [...] Χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χάριν δεξαμένης, καὶ PG 89, 1377 προσφθεγγόμεθα σὺν τῷ Γαβριήλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μητέρα, λέγοντες· «Χαῖρε,

fiteris carnem saltem nobis consubstantiali ex Virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exaequas, neque carnem segregas, et partem adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita et nos deitatem, quae seipsam homini univit, adoramus, nec eam ab humana natura seiungimus.

29. [...] *Orth.* Corpus ex Maria desumptum, Deus Verbum suum esse 1283 corpus dixit, quod tamen non est eiusdem atque deitas ipsa naturae. [...]

[...] *Est enim Deus Verbum per omnia fratribus suis similis factus,*² cum naturae humanae * uniretur et adoratur Deus homo factus, *1286 suique nobiscum coniunctionem nobis praebet, particeps factus sanguinis et carnis: idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus, natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quae ex semine Davidis est, et ex Maria Virgine, quaeque sese non phantasia, sed reipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem demonstravit?

2065 Sermo II. I. [...] Cum ea quae gaudium suscepit, gaudeamus, Deique PG 89, 1378 nostri Matrem in haec verba cum Gabriele salutemus: *Ave, gratiosa;*

¹ Viri docti dubitant aut negant hunc Sermonem, et subsequentem, esse *S. Anastasii Antioch.* († ca 598). Cf. Lau 169; Al 549; M. SCADUTO, in *EnC*, I, 1158.

² Hebr. II, 17.

● PG 28, 1272.

HOMILIA IN ILLUD « EXIIT EDICTUM »¹
 ET IN DESCRIPTIONEM DEIPARAE²

- PG 50, 797 « Ποιμανεῖς τοίνυν αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ ». Ὅρα συμφωνίαν τῆς προφητείας· εἶδε μέντοι, ὅτι ὁ λίθος ἐτμήθη ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν. Πῶς ἐτμήθη; Οὐ σιδήρῳ, ἀλλ' ἄνευ χειρῶν· αὐτομάτως γὰρ τίκτει ἡ Παρθένος· ὁ δὲ λίθος ἐπάταξε τὴν εἰκόνα, καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Εἰς λίθος πληροῦ πᾶσαν τὴν γῆν· « Ἐκεῖνος μὲν ὁ λίθος ἐτμήθη ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐγένετο εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ».
- PG 50, 799 3. [...] Ταῦτα τὰ ῥήματα τοῦ προφήτου, ταῦτα τὰ πράγματα τοῦ Εὐαγγελίου. « Αὕτη πρώτη ἀπογραφὴ· ἀνέβη δέ, φησί, καὶ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρετ εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰς πόλιν Δαυὶδ, ἣτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριάς Δαυὶδ, ὥστε ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριάμ τῇ μεμνηστευμένη αὐτῶ γυναικί, οὔσῃ ἐγκύβη ». Ἐπὶ γὰρ μόνους τοῖς μνήστροις ἢ σύλληψις ἐγένετο. « Ἐν δὲ τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν, καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι ». Οὐδὲν εὐτελέστερον τούτου τοῦ πράγμα-

- PG 50, 797 1. [...] *Reges itaque illos in virga ferrea.*³ Vide concentum et concordiam prophetiae: vidit quippe quomodo sine manibus lapis de monte sit abscissus. Quo pacto abscissus est? Non ferro, sed sine manibus; sponte enim et absque aliena ope Virgo parit: lapis autem percussit imaginem, et factus est in montem magnum, et implevit universum orbem terrarum. Unus lapis terram implet omnem: *Ille quidem lapis obscissus est sine manibus, et factus est in montem magnum, et implevit universum orbem terrarum.*⁴
- PG 50, 799 3. [...] Haec sunt verba prophetarum, haec Evangelii sunt facta: *Haec descriptio prima. Ascendit autem et Ioseph, inquit, a Galilaea ex civitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David: ut describeretur illic cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.*⁵ Nam in solis sponsalibus conceptio evenit. *Factum est autem cum essent ibi, et impleti sunt dies, ut pareret, et peperit filium suum primogenitum, et pannis involvit, et posuit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio.*⁶ Nihil hac re vilis,

¹ Le. II, 1.

² Viri docti attribuunt Homiliam hanc Severiano Ep. Gabalen. vel Theodoro Cyrensi (cf. RPhTh, 542).

³ Ps. II, 9.

⁴ Dan. II, 34, 35.

⁵ Le. II, 2, 4, 5.

⁶ Le. II, 6, 7.

τος, οὐδὲν πτωχότερον τῆς Ἰησοῦ γενέσεως. Ἰησοῦς ἐπτόχευε δι' ἡμᾶς, πλούσιος ὢν· ἔθηκεν ἐν φάτνῃ Μαριάμ τὸν Σωτῆρα· οὐδὲν ἦν ὑποκείμενον, οὐδὲν ἐπικείμενον· οὐδὲ γὰρ χρεῖαν εἶχεν ὁ Σωτὴρ τῆς τοιαύτης θεραπείας, οὐδὲ ἐπιμελείας τῆς ἕξωθεν ἐπεδέετο, * ὥσπερ οὐδὲ νόμῳ φύσεως συλλαμ- *800
βάνεται.

2029

[...] Οἱ μὲν οὖν ποιμένες, εὐαγγελισθέντες καὶ ἀκούσαντες τὸν λόγον, εἶδον τὰ πράγματα· ἦλθον εἰς τὸ σπήλαιον· οὐκ εἶδον στρωμνὴν, οὐκ εἶδον κλίνην, οὐκ εἶδον τραπέζης παρασκευὴν, ἀλλὰ καθημένην Μαριάμ καὶ Ἰωσήφ, καὶ τὸν παῖδα ἀνακεκλιμένον. Οὐ λέγει τοῖνυν ὁ εὐαγγελιστὴς πρῶτον πατέρα, ἀλλὰ λέγει πρῶτον Μαριάμ· ἐκεῖνη γὰρ μήτηρ ἀληθῶς· μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὴ μήτηρ, ἐπειδὴ οὐδὲ ἔτεκε φυσικῶς, ἀλλὰ συνέλαβεν ὑπερφυσικῶς. Οὐ γὰρ ἤδει τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐργαλεῖον ἦν τοῦ τεχνίτου. Εἶδον μέντοι τὴν Μαριάμ καὶ τὸν Ἰωσήφ καὶ τὸν παῖδα ἀκούσαντες τὸν λόγον, εἶδον τὰ πράγματα, ἐθαύμασαν, ἀνεσώθησαν. Ἐκειτο μέντοι τὸ παιδίον ἀνεχόμενον τῆς τέως ἀτελοῦς κατασκευῆς τοῦ σώματος, καὶ φέρον τὴν αὕξισιν τούτου· καὶ ὥσπερ τεχνίτης ἐξεδέχετο καὶ κατεσκευάζε τὸ ἐργαλεῖον, ἵνα ὥσπερ ὁ κιθαρῳδὸς χρήσῃται τῇ κιθάρᾳ, καὶ ὥσπερ ὁ τοξότης χρήσῃται τῷ τόξῳ καὶ τῷ βέλει εἰς δέον· οὕτω καὶ Ἰησοῦς, κοινωνῶν τοῖς πᾶσι, κατ' ὀλίγον αὐξάνεται. Διὰ τί οὖν μὴ ἀθρόως; διὰ τί μὴ τέλειος ἅμα παρεγένετο; *Ἦλθε

PG
50, 800

nihil Christi natiuitate pauperius. Iesus mendicum agebat propter nos, qui dives erat; in praesepio Maria posuit Salvatorem; nihil erat quod substerneretur, nihil quo tegeretur: nam neque obsequio huiusmodi cultuve indigebat, neque saeculari isto apparatu illi opus fuit: quemadmodum neque ex * naturae legibus est conceptus.

*800

2029

[...] Pastores itaque felici nuntio accepto, et hoc audito sermone, rem ipsam viderunt, in speluncam venerunt: non stratum viderunt, non lectum viderunt, non mensam apparatus viderunt, sed Mariam sedentem et Ioseph, et puerum reclinatum. Non commemorat primo loco patrem evangelista, sed Mariam primum commemorat: illa quippe vere est mater: imo vero nec ipsa mater, quandoquidem non naturaliter peperit, sed supernaturaliter concepit. Non enim sciebat, quid fieret, sed artificis instrumentum erat. Viderunt igitur Mariam et Ioseph et puerum: auditis verbis res ipsas viderunt; mirati sunt, salutem nacti sunt. Iacebat ergo puerulus illo interim vili corporis cultu contentus, eiusdemque incrementum exspectans: et quemadmodum artifex quidam exspectabat, atque officinam construebat, ut tamquam citharoedus quidam cithara uteretur, et ut sagittarius ad id, quod opus fuisset, telo et sagitta uteretur: ita et Iesus communicans omnibus paulatim augetur. Cur non igitur confertim? Cur non adulta simul aetate perfectusque vir advenit? Venit ut naturam nostram

PG
50, 800

μιμήσασθαι τὴν φύσιν ἡμῶν, ἵνα ἀγιάσῃ τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς. Εἰ μέντοι τέλειος ἐπεδήμησε καθ' ἡλικίαν, ἔμελλον οἱ αἵρετικοὶ φάσκειν· Οὐκ ἔτεκεν αὐτὸν παρθένος, οὐκ ἔλαβεν ἐκ τοῦ ἡμετέρου γένους τὸ φύραμα. Ἐτέχθη τοίνυν ἐκ παρθένου, ἐκ τοῦ κοινοῦ φυράματος λαβὼν, ἵνα ἀγιάσῃ τὸν Ἀδὰμ τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα· καὶ διὰ τοῦτο κατ' ὀλίγον αὐξάνεται, καὶ ἀνθρώποις συναναστρέφεται μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ Κύριος ὢν τῆς φύσεως, ἀναμαρτήτως ἐπολιτεύσατο.

DE OCCURSU D. N. IESU CHRISTI DEQUE DEIPARA ET SIMEONE ORATIO ¹

- PG 50, 809 [...] «Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται». Ὁ λόγος οὖν οὗτος καὶ ὁ νόμος ὅλος καὶ ἡ αἰτία τοῦ νόμου διὰ τὸν μέλλοντα διανοίγειν μήτραν ἐτίθετο. Ὅλα γὰρ τὰ πρωτότοκα τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων οὐδέποτε διήνοιξαν μήτραν, ἀλλ' ἦν πρωτότοκα μόνον· ὃν δὲ Παρθένος ἐγέννησεν, αὐτὸς μόνος διήνοιξε μήτραν. Ὅρα μοι τοίνυν ὅλου τοῦ νόμου τὴν διατύπωσιν διὰ τὸν μέλλοντα μόνον ἐκ παρθένου γεννᾶσθαι. **2030**
- PG 50, 810 [...] «Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριάμ τὴν μητέρα **2031**

imitaretur, ut massam per delibationem sanctificaret. Enimvero si iam adultus aetate venisset, et vir perfectus, in mundum, dicturi fuissent haeretici virginem eum minime peperisse, neque ex genere nostro massam accepisse. Natus est ergo ex virgine, cum ex communi massa accepisset, ut Adamum creaturam et figmentum suum sanctificaret, ideoque paulatim crescit: cum hominibus quidem conversatur ut homo, sed cum sit naturae Dominus, sine peccato vitam traducit.

- PG 50, 809 [...] *Sicut scriptum est in lege Domini: Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.*² Hic igitur sermo, et haec sanctio tota eiusque ratio ferebatur propter eum qui vulvam erat aperturus. Numquam enim ulli fetus animalium hominumve primogeniti vulvam aperuerunt, sed sunt tantum primogenita: quem autem Virgo peperit, is solus vulvam aperuit. Considera ergo, quaeso, totius legis constitutionem, quae ad eum referebatur, qui solus ex Virgine nasciturus erat. **2030**
- PG 50, 810 [...] *Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem eius,* **2031**

¹ A viris doctis oratio haec attribuitur Severiano Ep. Gabalen., Chrysostomo, Proclo, Gregorio Thaumaturgo, Gregorio Ep. Neocaesareae vel Amphilochio Iconiensi (cf. RPhTh, 542).

² Le. II, 23.

αὐτοῦ· Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον». Τίνων εἰς πτώσιν; Δηλονότι τῶν ἀπιστούντων, τῶν ἀντιλεγόντων, τῶν σταυρούντων. Τίνων εἰς ἀνάστασιν; Τῶν ἐπιγινωσκόντων καὶ εὐγνωμόνως ὁμολογούντων. «Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον». Ποῖον σημεῖον ἀντιλεγόμενον; Τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, ὃ οἶδεν ἡ Ἐκκλησία σωτήριον τοῦ κόσμου, ᾧ ἐχθραίνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅπερ πολλάκις καὶ ὁ οὐρανὸς ἐκήρυξεν. Ἀντιλέγεται δὲ τὸ σημεῖον, ἵνα νικήσῃ ἡ ἀλήθεια· ἀνευ γὰρ ἀντιλογίας ὀλόκληρος οὐ γίνεται νίκη. Ἔδει τοίνυν τὴν ἀντιλογίαν εἰσαχθῆναι, ἵνα ὁ δικαστὴς μακροθυμία τὴν ψῆφον δι' ὄλου τοῦ αἰῶνος προσενέγκῃ. Διὸ φησι· «Καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον»· ἀντιλέγουσι δὲ οἱ ἀπιστοῦντες. Καὶ σὺ δέ, φησί, δοκεῖς εἶναι μήτηρ· ἄρα οὖν σὺ ἀπείραστος γενήσῃ, ἐπειδὴ ὠμολόγησας εἶναι μήτηρ, ἐπειδὴ ἔτεκες αὐτόν, ἐπειδὴ ἔδοξας αὐτῷ κυχρᾶν σου τὴν μήτραν; ἐγένετο γὰρ σου ἡ κοιλία ἄγγος τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος. Ἄρα οὖν ἀπείραστος γενήσῃ, * ἐπειδὴ γεγονόςας Θεοτόκος, ἐπειδὴ ἀπειρόγαμος οὕσα συνέλαβες, ἐπειδὴ κατεσκευάσθης μήτηρ τοῦ σοῦ δημιουργοῦ; ἄρα σὺ ἀπείραστος γενήσῃ; Οὐδὲ σὺ ἀπείραστος ἔσῃ, ἀλλὰ «καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία». Διὰ τί, ὦ Κύριε; τί γὰρ ἐγὼ ἡμαρτον; Ἡμαρτες μὲν οὐδέν· ὅταν δὲ ἴδῃς αὐτὸν ἐν σταυρῷ κρεμᾶμενον,

*811

*Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israël, et in signum, cui contradicitur.*¹ Quorum in ruinam? Haud dubium, quin incredulorum, eorum qui contradicunt, qui crucifigunt. Quorum in resurrectionem? Eorum qui agnoscunt, et bona fide confitentur. *Et in signum, cui contradicitur.* Quodnam signum cui contradicitur? Signum crucis, quod salutem esse, mundi novit Ecclesia, cui sunt infensi Iudaei, quod caelum saepenumero divulgavit. Contradicitur signo ut veritas vincat: nam sine contradictione integra non obtinetur victoria. Itaque contradictionem oportuit introduci, ut patienter sententiam iudex per totum saeculum proferret. Propterea dicit, *Et in signum, cui contradicitur:* contradicunt autem increduli. Et tu, inquit, esse mater videris: an tu igitur tentationis expers eris, quandoquidem esse te matrem confessa es, quandoquidem illum peperisti, quandoquidem uterum tuum visa es commodasse? Vas enim et receptaculum illius Spiritus operationis venter tuus fuit. Num tu igitur tentationis expers eris? Numquid quia Deipara facta es, nullasque nuptias experta concepisti, quia conditoris tui mater effecta es, num tu tentationis expers eris? Ne tu quidem tentationis expers eris: sed *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*² Quare vero, Domine? Quid enim ego peccavi? * Nihil peccasti: sed cum illum in cruce videris,

*811

¹ Lc. II, 34.

² Lc. II, 35.

ὅταν ἴδῃς αὐτὸν πάσχοντα ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ὅταν ἴδῃς αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἠπλωμένας ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ προσηλωμένας, τότε ἄρχῃ ἀμφιβάλλειν καὶ λέγειν· Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἄγγελός μοι διελέχθη; οὗτός ἐστιν ἐφ' οὗ γέγονε τῆς ἐμῆς συλλήψεως τὸ θαῦμα; Παρθένος ἦμην καὶ τέτοκα καὶ ἔμεινα παρθένος. Διὰ τί οὗτος σταυροῦται; «Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελύσεται ῥομφαία». Ὡστε οὐδεὶς ἀπείραστος γέγονε, κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ δικαίου Συμεῶν.

IN MEMORIAM MARTYRUM HOMILIA ¹

PG
52, 828

1. [...] Εἰ γὰρ ἐλθὼν ὁ Σωτὴρ εἰς τὸν κόσμον εὗρέ σε ἄνθρωπον λογικόν, ἀναγκαίως σοι ὡς Θεὸς ἐπεφαίνετο· ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνθρωπον μὲν οὐχ εὗρεν, ὡς πρόβατον δὲ πλανώμενον ἐξ ἀρχαίων χρόνων, καὶ παρακαλοῦντα διὰ τῶν προφητῶν τὸν Δεσπότην· «Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου»· διὸ κρύπτει τὴν βασιλικὴν ἀξίαν, καὶ προσφέρει τὴν ποιμαντικὴν κηδεμονίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπ' ἀρχῆς οἰκονομεῖ ἐν φάτνῃ τεθῆναι τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ συνάγει εἰς ἀνάγκην τὴν μητέρα, καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ὑπηρέτην Ἰωσήφ· οὐ γὰρ εἴποιμι πατέρα ἐκεῖνον τοῦ Σωτῆρος, οὐδὲ ἄνδρα Μαρίας, ἀλλὰ κοινωνὸν καὶ μεσίτην τοῦ μυστηρίου. Μνηστὴρ γὰρ ἦν τῆς παρθένου, καὶ οὐκ ἀνὴρ, ἀλλ' ἀνὴρ μὲν τῇ προσηγορίᾳ, ὑπηρέτης δὲ τῆς οἰκονο-

2032

cum illum pro mundo videris patientem, cum expansas videris eius manus in cruce, clavisque ligno affixas, tunc dubitare incipies ac dicere: Hiccine est ille de quo mihi narravit angelus? Hiccine est, in quo miraculum mihi conceptionis est editum? Virgo cum essem, peperit et virgo permansi: cur hic crucifigitur? *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Itaque tentationis expers nemo fuit, iuxta Symeonis prophetiam.

PG
52, 828

1. [...] Si enim Servator, cum in mundum venit, te hominem rationabilem reperisset, ut Deus tibi necessario apparuisset: sed quia te hominem non invenit, tamquam ovem a praeis usque temporibus errantem, et per prophetas Dominum invocantem: *Erravi sicut ovis, quae perivit, quaere servum tuum.*² ideo regiam occultat dignitatem, et pastoris curam profert. Quocirca a principio statuit in praesaepio corpus suum collocari: matremque et oeconomiae ministrum Ioseph in angustias deducit: neque enim illum dixerim vel patrem Servatoris, vel Mariae virum, sed socium et mediatorem mysterii. Siquidem sponsus erat virginis, non maritus eius; sed maritus quidem

2032

¹ Attribuitur homilia haec Severiano Gabalen. Ep. (cf. RPhTh, 542).

² Ps. CXVIII, 176.

μίας. Στενοῦται οὖν οὗτος μετὰ Μαρίας ἐν Βηθλεέμ, ὥστε διὰ τὸ στενὸν τοῦ καταλύματος ἀναγκασθῆναι τὸ βρέφος ἐν φάτνῃ τεθῆναι.

IN ILLUD « DOMINUS REGNAVIT, EXSULTET TERRA »¹

- 2033** 3. [...] Οὗτος δὲ ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ αἰώνιος, ἐπιφανεῖς τοῖς ἀνθρώποις, ἀναλαμβάνει σάρκα ἐκ Πνεύματος ἁγίου κατασκευασθεῖσαν. «Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου». Πῶς οὖν Πνεύματος δημιουργήσαντος; Ἐπλασε γὰρ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ ἀγία ἐκείνῃ καὶ μεγάλη παρθένῳ, καὶ προῆλθε σῶμα ἔχων ἐκ παρθένου κατασκευασθὲν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θείᾳ δυνάμει ἀοράτως καὶ ἀφράστως.

PG
55, 607

IN SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI NATIVITATEM ORATIO³

- 2034** [...] Σήμερον ὁ ὦν * τίκεται, καὶ ὁ ὦν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν· ὦν γὰρ Θεός, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. Οὐδὲ γὰρ κατ' ἕκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ πάλιν κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε Θεός· ἀλλὰ Λόγος ὦν, διὰ τὸ ἀπαθὲς σὰρξ ἐγένετο, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. Ἄλλ' ὅτε μὲν ἐτέχθη, Ἰουδαῖοι ἠρνοῦντο τὸν ξένον τόκον, καὶ Φαρισαῖοι παρηρμήγνουσαν τὰς θείας Βίβλους, καὶ γραμματεῖς ὑπε-

PG
56, 385
*386

nomine, re minister oeconomiae. Hic itaque in angustum deducitur cum Maria in Bethlehem: ita ut propter diversorii angustias infantem in praesepio locari necesse fuerit.

- 2033** 3. [...] Hic vero Deus magnus et aeternus, apparens hominibus, accepit carnem a Spiritu sancto concinnatam. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.*² Quomodo igitur Spiritu creante? Formavit enim templum Verbi Dei Spiritus sanctus in sancta illa et magna Virgine, et prodiit corpus habens ex virgine, concinnatum a Spiritu sancto divina virtute invisibiliter et inenarrabiliter.

PG
55, 607

- 2034** [...] Hodie qui est, gignitur, et rursum qui est, fit id quod non erat; nam cum Deus esset, fit homo; ab ea tamen, quam habeat, deitate non excidit. Neque enim cum deitatis iactura factus est homo, neque rursum per succedentia incrementa ex homine factus est Deus; sed Verbum existens, natura propria ob sui impatibilitatem manente immutata, factum est caro. Quando autem natus est, Iudaei quidem inusitatum partum negabant, Pharisei vero perperam sa-

PG
56, 386

¹ Ps. XCVI, 1; Homilia attributa Severiano Gabalen. Ep., vel Theodoro Cyrensi (cf. RPhTh, 543).

² Matth. I, 20.

³ Oratio attributa Chrysostomo, Gregorio Thaumaturgo, Severiano Gabalen. Ep., Proclo (cf. RPhTh, 543).

*387 ναντία τοῦ νόμου ἐλάλουν. Ἡρώδης τὸν τεχθέντα ἐζήτει, οὐχ ἵνα αὐτὸν τιμήσῃ, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἀπολέσῃ. Σήμερον γὰρ πάντα ὑπεναντία εἶδον. «Οὐκ ἐκρούθη γὰρ, κατὰ τὸν ψαλμωδόν, ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἐτέραν». Βασιλεῖς μὲν γὰρ ἦλθον, τὸν ἐπουράνιον βασιλέα θαυμάζοντες, ὅτι πῶς ἐπὶ γῆς ἦλθεν οὐκ ἀγγέλους ἔχων, οὐκ ἀρχαγγέλους, οὐ * θρόνους, οὐ κυριότη-
 τας, οὐ δυνάμεις, οὐκ ἐξουσίας, ἀλλὰ ξένην καὶ ἀτριβῆ βαδίσας ὁδόν, ἐξ ἀγεω-
 γήτου προῆλθε γαστρός, οὔτε τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ἐρήμους τῆς ἐπιστασίας αὐτοῦ καταλιπών, οὔτε τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐνανθρωπήσει τῆς οἰκειίας θεότητος ἐκστάς· ἀλλὰ βασιλεῖς μὲν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα τῆς δόξης ἦλθον προ-
 σκυνήσοντες, στρατιῶται δὲ τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως θεραπεύοντες· αἱ γυναῖκες τὸν ἐκ γυναικὸς τεχθέντα, ἵνα τὰς λύπας τῆς γυναικὸς εἰς χαρὰν μεταβάλλῃ· αἱ παρθένοι τὸ τῆς παρθένου παιδίον, ὅτι πῶς ὁ γάλακτος καὶ μαζῶν δημιουργὸς τὰς πηγὰς μαζῶν αὐτόματα ρεῖθρα φέρεσθαι ποιῶν, παρὰ μητρὸς παρθένου παιδίου τροφήν ἔλαβε. [...] Σήμερον ὁ γεννηθεὶς ἀβρόχως ἐκ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τίκτεται, ἀφράστως δι' ἐμέ. Ἄλλὰ τότε μὲν κατὰ φύσιν ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων ἐγεννήθη, ὡς ὁ γεννήσας οἶδε· σήμερον δὲ πάλιν παρὰ φύσιν ἐτέχθη, ὡς ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίσταται χάρις. Καὶ ἡ ἄνω αὐτοῦ γέννησις ἀληθής, καὶ ἡ κάτω γέννησις ἀψευδής, καὶ ἀληθῶς

cros libros interpretabantur, et scribae quae legi erant contraria loquebantur; Herodes eum qui natus erat, quaerebat, non ut eum honore afficeret, sed ut eum interficeret. Hodie namque contraria cuncta cernebant. *Non enim occultata sunt, ut cum Psalmorum auctore loquar, a filiis eorum in generationem alteram.*¹ Siquidem reges venerunt, et caelestem Regem * suspexerunt, quod in terram venerit, non angelos secum habens, non archangelos, non thronos, non dominationes, non virtutes, non potestates, sed nova et minime trita incedens via ex illibato processerit utero: nec tamen angelos suae gubernationis exsortes dereliquit, neque propter incarnationem suam a sua excidit deitate: sed reges quidem venerunt, ut caelestem Regem gloriae adorarent, milites autem, ut Principem exercitus cohererent: mulieres, eum qui ex muliere natus est, ut mulieris dolores in laetitiam commutet: virgines, filium Virginis, admirantes qui fiat ut lactis conditor, qui efficit ut uberum fontes spontanea fluentia diffundant, a Virgine matre pueruli alimentum accipiat. [...] Hodie qui ex Patre ineffabiliter genitus est, ex Virgine propter me inexplicabili modo nascitur. Sed tum quidem secundum naturam ante saecula genitus est ex Patre, prout novit ille, qui genuit: hodie vero rursus ex Virgine praeter naturam natus est, prout Spiritus sancti novit gratia. Et superna eius generatio vera est, et inferior eius generatio minime

¹ Ps. LXXVII, 4.

Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθη, καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἐκ παρθένου ἐτέχθη. Ἄνω μόνος ἐκ μόνου Μονογενῆς, κάτω μόνος ἐκ παρθένου μόνης Μονογενῆς ὁ αὐτός. Ὡσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ἄνω γεννήσεως ἀσεβὲς ἐνοῆσαι μητέρα· οὕτω βλάσφημόν ἐστιν ὑπολαβεῖν καὶ ἐπὶ τῆς κάτω γεννήσεως πατέρα. Ὁ Πατὴρ ἀρρέυστως ἐγέννησε, καὶ ἡ παρθένος ἀφθόρως ἔτεκεν· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς ῥέυσιν ὑπέμεινε γεννήσας· θεοπρεπῶς γὰρ ἐγέννησεν· οὔτε ἡ παρθένος φθορὰν ὑπέμεινε τεκοῦσα· πνευματικῶς γὰρ ἔτεκεν. Ὅθεν οὔτε ἡ ἄνω αὐτοῦ γέννησις ἐξήγησιν ἔχει, οὔτε ἡ ἐν * ὑστέροις καιροῖς πρόοδος πολυπραγμονεῖσθαι ἀνέχεται. Ὅτι μὲν γὰρ ἔτεκεν ἡ παρθένος, σήμερον οἶδα, καὶ ὅτι ἐγέννησεν ὁ Θεὸς ἀχρόνως, πιστεύω· τὸν δὲ τρόπον τῆς γεννήσεως σιωπῇ τιμᾶν μεμάθηκα, καὶ οὐ διὰ λόγων πολυπραγμονεῖν παρέλαβον. Ἐπὶ γὰρ Θεοῦ οὐ δεῖ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων προσέχειν, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος πιστεύειν. Φύσεως γὰρ ἐστὶ νόμος, ὅταν γυνὴ προσομιλήσασα γάμοις τέκη· ὅταν δὲ παρθένος ἀπειρόγαμος τεκοῦσα πάλιν παρθένος φανείη, ὑπὲρ φύσιν τὸ πρᾶγμα. Τὸ οὖν κατὰ φύσιν ζητεῖσθω, τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν σιγῇ τιμάσθω, οὐχ ὡς φευκτόν, ἀλλ' ὡς ἀπόρρητον, καὶ σιωπῇ τιμᾶσθαι ἄξιον. Ἄλλ' ἀπονεύματέ μοι συγγνώμην, παρακαλῶ, ἐν προοιμίαις καταπαῦσαι τὸν λόγον βουλομένω. Δειλὸς γὰρ ὢν πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἔρευναν, πῶς ἢ ποῦ τρέψω τῶν λόγων τὰ πηδάλια οὐκ ἔχω. Τί γὰρ εἶπω, ἢ τί λαλήσω; Τὴν τεκοῦσαν ὀρῶ, τὸν τεχθέντα βλέπω, τὸν δὲ τρόπον τῆς γεννήσεως οὐ συνορῶ· νικᾶται

falsa: et vere Deus ex Deo genitus est, et vere homo idem ex Virgine natus est. Sursum solus ex solo Unigenitus, deorsum solus ex sola Virgine idem Unigenitus. Sicut enim in superna generatione matrem intelligere impium est: sic in inferiori generatione patrem existimare blasphemum est. Pater absque defluxu genuit, et Virgo sine corruptione peperit: nam neque defluxum sustinuit Pater; * quippe qui, prout conveniebat Deo, genuit: neque Virgo corruptionem sustinuit pariendo; quippe quae spiritualiter peperit. Unde neque superna eius nativitas explicari potest, neque progressus eius in novissimis temporibus curiose pervestigari se sinit. Nam Virginem quidem hodie peperisse scio, et Deum sine tempore genuisse credo: modum autem generationis silentio didici venerari, non oratione curiose illam inquirendam accepi. Siquidem in Deo non rerum natura est attendenda, sed eius, qui operatur, virtuti fides habenda. Lex enim est naturae, cum mulier matrimonio iuncta parit: cum vero virum non experta virgo postquam peperit, virgo rursus apparet, tum res naturam excedit. Quod igitur secundum naturam fit, inquiratur: quod vero naturam superat, silentio colatur: non tamquam fugiendum, sed tamquam inenarrabile, dignumque quod silentio veneremur. Sed date mihi, quaeso, hanc veniam, ut in exordio finem faciam dicendi. Cum enim

γὰρ φύσις, νικᾶται καὶ τάξεως ὄρος, ὅπου Θεὸς βούλεται. Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν γέγονε τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν τὸ θαῦμα· ἤργησε γὰρ ἡ φύσις, καὶ ἐνήργησε τοῦ Δεσπότη τοῦ βούλημα. Ὡ χάριτος ἀφράστου! Ὁ πρὸ αἰώνων Μονογενής, ὁ ἀναφής, καὶ ἀπλοῦς, καὶ ἀσώματος, ὑπεισηλθέ μου τὸ φθαρτὸν καὶ ὄρατὸν σῶμα. Διὰ τί; Ἴνα βλεπόμενος διδάξῃ, διδάξας δὲ πρὸς τὸ μὴ βλεπόμενον χειραγωγῆσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ἀκοῆς πιστότερον ποιοῦσιν, ὃ δὲ μὴ βλέπουσιν ἀμφιβάλλουσι, διὰ τοῦτο ἠνείχετο καὶ ὀφθαλμοῖς τὴν ἑαυτοῦ θεάν διὰ τοῦ σώματος παρασχεῖν, ἵνα λύση τὴν ἀμφισβήτησιν. Καὶ τίκεται ἐκ παρθένου ἀγνοούσης τὸ πρᾶγμα· οὔτε γὰρ συνήργησε πρὸς τὸ γινόμενον, οὔτε συνεβάλλετο πρὸς τὸ πραττόμενον, ἀλλ' ἦν ψιλὸν ὄργανον τῆς ἀπορρήτου αὐτοῦ δυνάμεως, μόνον εἰδυῖα, ὃ παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἐρομένη ἔμαθεν, ὅτι « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Καὶ φησι· Τοῦτο βούλει μαθεῖν; « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι ». Καὶ πῶς ἦν μετ' αὐτῆς, καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτῆς; Ὡσπερ τεχνίτης εὐρῶν ὕλην χρησιμωτάτην, κάλλιστον ἀπεργάζεται σκεῦος· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς εὐρῶν τῆς παρθένου ἅγιον καὶ τὸ σῶμα

rerum sublimiorum investigationem attingere reformidem, quo pacto, aut quam in partem orationis clavum flectam nescio. Quid enim dicam, aut quid loquar? Matrem video, quae peperit; filium partu editum cerno, modum autem generationis non conspicio: vincitur enim natura, vincitur ordinis limes, quando vult Deus. Non enim secundum naturam res accidit, sed supra naturam miraculum evenit: quievit enim natura, sed Domini voluntas operata est. O ineffabilem gratiam! Unigenitus, qui est ante saecula, qui tangi non potest, qui simplex est et incorporeus, corpus meum subiit corruptioni obnoxium et aspectabile. Quam ob causam? Ut conspectus doceat, docens autem, ad ea quae non cadunt sub oculos, manu ducat. Nam quoniam oculos auribus fideliores esse existimant homines, de eo vero dubitant, quod non vident, propterea dignatus est et per corpus oculis conspectum sui praebere, ut dubitationem tolleret. Et nascitur ex Virgine, quae rem ignorabat: nam neque cooperata est ad rem gerendam, neque contulit quippiam ad id quod fiebat: sed nudum fuit arcae virtutis eius instrumentum; tantum id noverat quod ex Gabriele seiscitata didicerat: *Quomodo mihi fiet istud, quia virum non cognosco?*¹ Tum inquit ille: Vis hoc scire? *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*² Et quomodo cum ipsa erat, et paulo post ex ipsa? Quemadmodum artifex, inventa materia utilissima, vas pulcherrimum fabricatur: ita Christus, invento virginis sancto

¹ Lc. I, 34.

² Lc. I, 35.

καὶ τὴν ψυχὴν, ἔμφυχον ἑαυτῶ κατακόσμησε ναόν, ὃν ἐβουλήθη τρόπον πλάσας τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ ἐνδυσάμενος αὐτόν, σήμερον προῆλθεν, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸ δυσειδὲς τῆς φύσεως. Οὐδὲ γὰρ ὕβριν ἔφευγεν αὐτῶ, φορέσαι τὸ ἴδιον ἔργον· καὶ τὸ πλάσμα δὲ μερίστην ἑκαρποῦτο δόξαν, ἐνδυμα τοῦ τεχνίτου γινόμενον. Ὡσπερ γὰρ παρὰ τὴν πρώτην πλάσιν ἀδύνατον ἦν συνεστάναι τὸν ἄνθρωπον, πρὶν ἢ τὸν πηλὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἔλθειν· οὕτω καὶ τὸ φθαρὲν σκεῦος ἀδύνατον μεταποιηθῆναι, εἰ μὴ γέγονεν ἐνδυμα τοῦ ποιήσαντος.

2035

2. [...] «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται». Εἰπέ μοι, ὦ Ἰουδαῖε, εἰπέ μοι λοιπόν, τίνα ἔτεκε; Θάρρησόν μοι, κἄν ὡς τῶ Ἡρώδῃ. Ἄλλ' οὐ θαρρήεις. Οἶδα διὰ τί· διὰ τὴν ἐπιβουλήν. Ἐκείνῳ γὰρ εἶπας, ἵνα αὐτὸν ἀνέλῃ· ἐμοὶ δὲ οὐ λέγεις, ἵνα μὴ αὐτὸν προσκυνήσω. Τίνα δὲ ἔτεκε; Τίνα; Τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως. Κἄν γὰρ σὺ σιωπᾶς, ἡ φύσις βοᾷ· ἔτεκε γὰρ, ὡς ὁ τεχθεὶς τεχθῆναι ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπετρέπετο, ἀλλ' ὡς Δεσπότης τῆς φύσεως ξένον τῆς γεννήσεως εἰσήγαγε τρόπον, ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γενόμενος οὐχ ὡς ἄνθρωπος τίκεται, ἀλλ' ὡς Θεὸς γεννᾶται. Ἐκ παρθένου οὖν σήμερον προῆλθε νικησάσης φύσιν, ὑπερβάσης γάμον. Ἐπρεπε γὰρ τῶ τῆς ἁγιοσύνης πρυτάνει ἐκ καθαρῶν καὶ ἁγίων προελθεῖν τόκων. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πάλαι ἐκ παρθένου γῆς τὸν Ἀδὰμ πλάσας, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄνευ

PG
56, 389

corpore et anima, templum sibi construxit animatum, et hominem qua ratione voluit, efformavit ex virgine, eumque indutus hodie processit, neque naturae deformitatem erubuit. Neque enim probrosum illi fuit, ut suum opus ipse gestaret: ipsum quoque opificium maxima gloria cumulabatur, quod opificis sui fieret indumentum. Nam quemadmodum in prima formatione fieri non poterat, ut homo constitueretur, antequam lutum in eius manus veniret: ita fieri nequit ut vas corruptibile transmutetur, nisi fiat Opificis indumentum.

2035

2. [...] *Ecce virgo in utero concipiet.*¹ Dic mihi, Iudaeae, dic mihi porro, quem peperit? Fide mihi, saltem ut Herodi. Sed non fidis. Scio quam ob causam: propter insidias. Illi enim dixisti, ut eum interficeret: mihi vero non dicis, ut ne eum adorem. Quemnam vero peperit? Quemnam? Naturae Dominum. Licet enim tu sileas, clamat natura: peperit enim, ut voluit partu edi, qui partu est editus. Non enim id a natura permittebatur, sed ut naturae Dominus inusitatum nativitatis modum invexit, ut ostendat se hominem factum, non ut hominem partu edi, sed ut Deum nasci. Ex Virgine igitur hodie prodiit, quae naturam vicit, et nuptias superavit. Etenim sanctitatis Dispensatori conveniebat, ut puro et sancto partu in lucem ederetur. Ipse namque est, qui e terra virgine quondam formavit Adamum,

PG
56, 389

¹ Isa. VII, 14.

«Χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἡ πύλη τῶν οὐρανῶν, περὶ ἧς ὁ προφήτης κέκραγε λέγων· «Ἴδου ἡ πύλη κεκλεισμένη, καὶ οὐδεὶς εἰσελεύσεται δι' αὐτῆς, οὐδὲ ἐξελεύσεται, εἰ μὴ Κύριος ὁ Θεὸς μόνος· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη τῷ ἡγουμένῳ, διότι ἡγούμενος αὐτὸς κληθήσεται, καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπιούσι πάντα τὰ ἔθνη».

PG
43, 492

Περὶ ταύτης τῆς πύλης καὶ ἐν τοῖς ᾠσμασι τῇ λέξει ὁ προφήτης τρανώς καὶ σαφῶς καταλέγεται κεκραγώς· «Κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου, νύμφη· κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη». Ἔμεινεν ἐν τῇ παρθενίᾳ ἡ ἁγία καὶ σεμνὴ κόρη Μαρία, ἡ φωτεινὴ νεφέλη, ἡ ἔνδον ἔχουσα τὸν Θεὸν Λόγον· πρὸς ἣν ὁ μεγαλόφωνος Ἡσαΐας· «Ἴδου νεφέλη κούφη, καὶ ἕξει εἰς Αἴγυπτον»· τὸ ἀλατόμητον ὄρος, ἡ τὴν ἀκρότομον ἔχουσα πέτραν Χριστόν, περὶ ἧς ὁ σοφώτατος Δανιὴλ λέγει· «Ἀπετμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν»· τουτέστιν, ἄνευ ἀνδρὸς τὴν στερεὰν πέτραν Χριστόν ἔτεκεν ἡ Παρθένος, ὁ ἀσύνθετος ναός, ἡ τὸν οὐράνιον ἔχουσα λίθον Χριστόν, ἡ βροντοειδὴς νεφέλη, ἡ τὴν ἀστραπὴν ἔνδον κοιλιοφόρως βαστάσασα· καὶ μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα· «Κοιλία σου θημωνία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις»· ἡ

2025

Spiritus sancti in se ipsa reconditum deduxit in mundum, et imbrem Spiritus sancti in universam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demisit.

Ave, gratia plena, porta coelorum, de qua propheta vociferatus est, his verbis.¹ Ecce porta clausa, et nullus ingrediatur per eam, nec egreditur, praeterquam Dominus Deus solus; et erit porta clausa duci, quia dux ipse vocabitur, et in ipsum sperabunt omnes gentes.

PG
43, 491

De hac porta etiam in Canticis propheta in discursu orationis plane et aperte proloquitur inclamans: *Hortus conclusus, soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*² Mansit in virginitate sancta et praeclara puella Maria, quae est nubes lucida, habens intus Deum Verbum: ad quam vocalissimus Isaias: *Ecce nubes levis, et veniet in Aegyptum,*³ mons nullatenus incisus, praeruptam habens petram Christum; de qua sapientissimus Daniel ait: *Abscissus est lapis de monte sine manibus,*⁴ hoc est absque viro solidam petram Christum Virgo peperit, ipsa templum minime compositum, quae lapidem coelestem habet Christum, ipsa nubes tonitruiformis, quae fulgur interius in utero gestat; sermonique meo attestatur divina Scriptura, dum ait:

2025

¹ Ezech. XLIV, 2 ss.

² Cant. IV, 12.

³ Isa. XIX, 1.

⁴ Dan. II, 45.

ἀγεώργητος χώρα, ἢ τὸν Λόγον ὡς κόκκον σίτου δεξαμένη, καὶ τὸ δράγμα βλαστήσασα, ἢ νοερά κλίβανος, ἢ τὸ πῦρ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ἔχουσα· ἢ ὁσία μήτηρ τοῦ Σωτῆρος, * ἢ τὸν Λόγον τοῦ Πατρὸς ἐκ σοῦ σαρκωθέντα *493 τεκοῦσα, πρὸς ἣν Ἑσαΐας· « Ἴδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἑμμανουήλ ». Ὡ Παρθένος ἅγια, ἅγια μήτηρ Κυρίου· μακαρία νύμφη Τριάδος ἀχωρίστου· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἡ τεκοῦσα ἐπὶ γῆς ὡς βρέφος τὸν πάντων κτίστην Θεόν· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἡ μόνη ἐπὶ γῆς κυήσασα τὸν οὐράνιον Θεόν· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἥς μασθοὺς ἐθήλασεν ὁ τρέφων τὰ σύμπαντα· μακαρία σὺ ἐν γυναιξίν, ἡ νῦν γεννήσασα τὸν ποτὲ πλάσαντα πηλῶ τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, Θεοτόκε ἅγια παρθένε Μαρία. Θεοτόκος γὰρ ὑπάρχεις, ἢ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα· Θεοτόκος ὑπάρχεις ἢ τὸν Θεὸν Λόγον ἐν μορφῇ δούλου κυήσασα· Θεοτόκος ὑπάρχεις, ὅτι Θεὸν Λόγον δεξαμένη σαρκωθέντα ἔτεκες· Θεοτόκος ὑπάρχεις ἢ μόνη τοῦ μόνου μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ γεννήσασα· οὐ πρόσκαιρον Θεὸν γεννήσασα, ἀλλ' αἰώνιον τὸν πρὸ σοῦ καὶ πάντων Θεόν, ἐκ σοῦ σαρκωθέντα· τὸ ἄσπιλον πρόβατον, ἢ τὸν ἀμὸν τεκοῦσα Χριστόν· ἢ

*Venter tuus acervus frumenti vallatus in liliis.*¹ Ipsa est ager minime cultus, quae Verbum velut granum frumenti² suscipiens, etiam manipulum germinavit. Ipsa clibanus intellectualis, quae ignem et vitae panem habebat. Ipsa est * sancta mater Salvatoris, quae Verbum Patris ex se incarnatum peperit. Ad quam Isaias: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*³ *494 O Virgo pura, sancta mater Domini, beata sponsa Trinitatis individuae, beata tu inter mulieres, quae Deum et hominem omnium creatorem velut infantem in terra peperisti; beata tu inter mulieres, quae sola in terra Deum coelestem concepisti; beata tu inter mulieres, cuius ubera suxit is qui alit universa. Sancta Maria virgo Deipara, beata tu inter mulieres, quae nunc genuisti eum, qui olim in paradiso formavit Adam e luto. Tu enim es Deipara, quae Verbum ex te incarnatum peperisti; Deipara existis, quae Deum Verbum in forma servi concepisti; Deipara existis, quia Deum Verbum suscipiens incarnatum peperisti; Deipara existis, quae sola solius Dei unigenitum Filium genuisti; non temporaneum Deum genuisti ex te incarnatum, sed aeternum, qui ante te est, et ante omnia. Ovis immaculata, quae peperit agnum Christum; iuvenca numquam iugum

¹ Cant. VII, 2.

² Io. XII, 24 sqq.

³ Isa. VII, 14.

δάμαλις ἢ ἀπειροζυγος, ἢ τὸν μόσχον γεννήσασα· ἢ νοερά τῆς πίστεως τράπεζα, ἢ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς τῷ κόσμῳ χορηγήσασα.

Τί εἶπω; καὶ τί λαλήσω τὴν δόξον δόξαν; Περὶ ταύτης τῆς ὀσίας κόρης τῆς ἀείπαιδος καὶ παρθένου, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος ὁ Θεός φησιν· « Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ· καὶ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης, τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ· καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχυί Κυρίου». Ὡ Παρθένε ἀγία, φωτὸς αἰωνίου ὑπάρχουσα μήτηρ· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος ἐν οὐρανοῖς τὰς τῶν ἀγγέλων στρατιάς· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος τῶν σεραφείμ τὸ ἀνεκλάλητον ὄμμα· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος λαμπραῖς λαμπάσι τὸν ἥλιον· φωτὸς τοῦ φωτίσαντος τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῆς Τριάδι· φωτὸς τοῦ εἰπόντος· « Ἐγὼ εἶμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου»· φωτὸς τοῦ εἰρηκότος· « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα»· φωτὸς τοῦ ἀναληφθέντος καὶ φωτίσαντος ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς τὰ σύμπαντα. Ὡ παναγία Παρθένε, ἢ στρατιάς ἀγγέλων ξενίσασα! Ξένον γὰρ θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, γυνή τὸ φῶς ἐν ἀγκάλαις βαστάσασα· ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, χερουβικὸς θρόνος ἕτερος· ξέ-

experta, quae vitulum genuit; fidei mensa intellectualis, quae panem vitae mundo suppeditavit.

Quid dicam, et quibus verbis explicabo gloriam radicibus fundatam? De hac sancta puella, semper, inquam, puella et virgine, Deus per prophetam ait: *Ex te mihi exhibit dux, qui sit dominator in Israël, et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis; propterea dabit eos usque ad tempus parientis; pariet, et reliqui filiorum eius convertentur ad filios Israël; astitit et videbit, et pascet ovile suum in potentia Dominus.*¹ O virgo sancta, lucis aeternae mater, lucis, inquam, quae in coelis illuminat copias angelorum; lucis, quae illuminat ipsorum seraphim incomprehensum oculum; lucis, quae illuminat solem splendidis facibus; lucis, quae fines terrae illuminat ad credendum Trinitati; lucis, quae dixit: *Ego sum lux mundi,*² lucis, quae dixit: *Ego lux in mundum veni:*³ lucis, quae assumpta est, et illuminavit cuncta, quae sunt in coelis et in terra. O Virgo sanctissima, quae exercitus angelorum in stuporem deduxisti! Stupendum enim est miraculum in coelis, *mulier amicta sole;*⁴ stupendum miraculum in coelis, mulier gestans lucem in ulnis; stupendum miraculum in coelis, alter thronus cherubicus; stupendum miraculum

¹ Mich. V, 2-4; Matth. II, 6.

² Io. VIII, 12.

³ Io. XII, 46.

⁴ Apoc. XII, 1.

νον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, γυναικὶς υἱός, αὐτῆς καὶ τῶν αἰώνων πατὴρ ὑπάρχων·
 ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, Παρθένου θάλαμος, Υἱὸν Θεὸν νυμφίον ἔχουσα
 Χριστόν· ξένον θαῦμα ἐν οὐρανοῖς, τὸ βρέφος τῆς Παρθένου, Δεσπότης τῶν
 ἀγγέλων πέφυκεν. Ὡ παναγία Παρθένε, μήτηρ τοῦ Σωτῆρος, ἡ τὸν ἀναρχον
 γεννήσασα Λόγον, τὸν τοῦ Πατρὸς σύνθρονον Υἱόν, τὸν ὁμοούσιον τοῦ Πα-
 τρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸν προαιώνιον σὺν Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύ-
 ματι, τὸν τοὺς οὐρανοὺς καμαρώσαντα, τὸν τὴν γῆν ἐδράσαντα. Χαῖρε, πα-
 ναγία Παρθένε, ἡ τὸ πῦρ τῆς θεότητος * ἀφλέκτως, ὡς νοερὰ βάτος, κα-
 τέχουσα, ἡ νοερὰ κλίβανος, ἡ τὸ πῦρ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς θερμὸν τῷ
 κόσμῳ πρὸς βρωσὶν ἐνέγκασα· περὶ οὗ λέγει ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου Χριστός·
 « Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεισιν
 ἁμαρτιῶν ». Πλουσία τῆς παρθενικῆς ἡ πανάρετος τράπεζα, ὧ ἀγαπητοί, παν-
 τοίων καλῶν βρωμάτων πρὸς ἀπόλαυσιν τῇ οἰκουμένῃ ἐδωρήσατο ἡ ὁσία
 Παρθένος καὶ μήτηρ τοῦ Χριστοῦ, ἡ τὸν φωτεινὸν λύχνον τὸν ἐκλάμποντα
 ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς βαστάσασα Χριστόν· πρὸς ἣν ὁ προφήτης Ζαχαρίας·
 « Ἴδου λυχνία χρυσῆ καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς ». Τοιγαροῦν καὶ ὁ Δαβὶδ
 τὸ μελωδικὸν ἄσμα τοῦτο βοᾷ· « Λύχνος τοῖς ποσὶ μου ὁ λόγος σου, καὶ
 φῶς τοῖς τρίβοις μου ».

*496

in coelis, mulieris filius, qui et ipsius, et saeculorum est pater; stu-
 pendum miraculum in coelis, thalamus Virginis, habens Filium Dei,
 Deum sponsum Christum; stupendum miraculum in coelis, Domi-
 nus angelorum, infans Virginis effectus est. O sanctissima Virgo ma-
 ter Salvatoris, quae genuisti principio carens Verbum, Filium scilicet
 eundem cum Patre habentem thronum, consubstantiali Patri
 et Spiritui sancto, qui cum Patre et Spiritu sancto est ante saecula,
 qui concameravit coelos, et terram condidit. Ave, sanctissima Virgo,
 quae velut rubus intellectualis absque combustionem * divinitatis ignem
 tenes. Clibanus intellectualis, qui ignem et panem vitae calidum
 mundo in esum attulit, de quo Salvator mundi Christus ait: *Acci-
 pite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in re-
 missionem peccatorum.*¹ Locuples est, charissimi, virtutibus plena
 mensa Virginea, optimis quibuscumque cibis abundans, quibus terra
 fruatur, largita est sancta Virgo et mater Christi, quae splendidam
 lucernam relucentem in coelo et terra Christum gestavit, ad quam
 propheta Zacharias: *Ecce candelabrum aureum et facula super ipsum.*²
 Quinetiam David canticum hoc suavissimum inlclamat: *Lucerna
 pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis.*³

*495

¹ Matth. XXVI, 26, 28; Marc. XIV, 22-24; Lc. XXII, 19-20.

² Zach. IV, 2.

³ Ps. CXVIII, 105.

ᾠ λυχνία παρθενική, ἡ τὸ σκότος ἀπελαύνουσα καὶ τὸ φῶς καταυγάζουσα. ᾠ λυχνία παρθενική, ἡ τὸ πῦρ καὶ τὸ ἔλαιον ἀχώριστον πρὸς φωτισμὸν ἐνέγκασα. ᾠ λυχνία παρθενική, τρίφωντον ἐν πῦρ ἄσβεστον, ὁμοούσιον ἀφ' ὑψηλοτάτου θρόνου λαβοῦσα, καὶ πρὸς φωτισμὸν τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψασα. ᾠ λυχνία παρθενική, περὶ ἧς διὰ τοῦ Προφήτου λέγει ὁ Θεός· «Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρασ τῷ Δαβίδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου». Ὁ βασιλικὸς στέφανος, τὸν μαργαριτοειδῆ πολύτιμον ἔχουσα λίθον Χριστόν· ἡ βασιλικὴ πορφύρα, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐνδύσασα βασιλέα τὸ οἰκουμενικὸν τοῦ σώματος πορφυροειδῆς ἔνδυμα· ἡ ἀκηλίδωτος τῶν Χριστιανῶν πίστις· ἡ ἀκατάληπτος βίβλος, ἡ τὸν Λόγον καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς τῷ κόσμῳ παραναγνώσασα. Ἡ μακαρία ἐν γυναιξίν, ἡ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱόν, Λόγον τὸν προαιώνιον Θεόν, Λόγον ἀναρχον, καὶ ἀτίδιον, Λόγον τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν χερουβείμ καθήμενον, Λόγον, ὃν τὰ τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, Λόγον τὸν τοὺς ἀγγέλους κτίσαντα, Λόγον τὸν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας εἶναι ποιήσαντα, Λόγον τὸν οὐρανοὺς ἐκτείναντα, καὶ τὴν γῆν ἐδράσαντα, Λόγον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν, ὃν ἔτεκες, παναγία Παρθένε, καὶ μετὰ τόκον

O candelabrum virgineum, quod illustravit tenebris involutos. O candelabrum virgineum repellens tenebras et lucem splendere faciens. O candelabrum virgineum, quod ignem et oleum inseparabile ad illuminandum intulit. O candelabrum virgineum, quod ab altissimo throno accepit ter lucidum ignem, unum, inexstinguibilem, consubstantialem et ad illustrandam terram resplenduit. O candelabrum virgineum, de quo per Prophetam Deus inquit: *Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.*¹ Corona regia pretiosissimum habens lapidem, et gemmis similem Christum; purpura regia, quae coeli terraeque regem induit, universale corporis indumentum purpuram referens, constantissima Christianorum fides; liber incomprehensus, quae Verbum et Filium Patris mundo legendum exhibuisti. Beata inter mulieres, quae Verbum ex te incarnatum peperisti, Verbum, inquam, Patris Filium, Verbum ante saecula Deum, Verbum initio carens et aeternum, Verbum cum Patre et Spiritu sancto unitum, Verbum eundem cum Patre habens thronum, Verbum sedens super cherubim, et Verbum quod glorificant animalia quadruplicem faciem habentia, Verbum quod creavit angelos, Verbum quod fecit ut principatus et potestates essent, Verbum quod extendit coelos et terram condidit, Verbum verum Deum ipsum Christum Dominum nostrum, quem, sanctissima Virgo, peperisti,

¹ Ps. CXXXI, 17.

πάλιν παρθένος, ἢ τὸν μαργαρίτην τεκοῦσα, καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον πλέξασα. Ὡ μακαρία Παρθένε, ἢ τὴν οὐράνιον δόξαν βλαστήσασα, ἢ ἀπὸ πολλῶν ἀνθῶν τοῦ παραδείσου τὸν κόσμον εὐωδίᾳ πληρώσασα. Κρίνον ἄσπιλον ὑπάρχει ἡ Παρθένος, τὸ ἀμάραντον ῥόδον γεννήσασα Χριστόν, ἢ ἄμπελος τῆς ἀληθείας, ἢ πολύφορος καὶ ἀτρύγητος τῆ παρθενία, ἢ μὴ σκαφεῖσα, καὶ βοτρυοφορήσασα, ἢ τὸν πέπειρον βότρυν βλαστήσασα Χριστόν. Πῶς οὖν ἐδλάστησας, πεῖσον ἡμᾶς, παναγία Παρθένε· πῶς μήτηρ Θεοῦ ὄφθης ἐπὶ γῆς, Λόγον προαιώνιον δεξαμένη. Ἡ κοιλιοφορήσασα παρθένος ἐγὼ ἄφθαρτος, καὶ ἀμόλυντος γέγονα τοῦ ἐνοικήσαντος ἐν ἐμοὶ Λόγου Θεοῦ ἀπειρογάμου.

* Τὸν Ἐμμανουὴλ ἐν ἀφθάρτῳ κοιλίᾳ φέρουσα, εἰς γαστέρα ἀμόλυντον, ἀφομοιουμένη θρόνῳ χερουδικῶ· εἰς ἣν ὁ Λόγος τοῦ Πατρὸς σὰρξ ἐγένετο, ὁ ἀναρχος καὶ ἀόρατος· ὁρατὸς οἰκονομικῶς, ὁ ἐνανθρωπήσας Θεός· πεῖραν οὐκ ἐγνωκυῖα ἀνδρός, τὸν προαιώνιον Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν ἔτεκεν. Παρθένος γὰρ καὶ νῦν ὑπάρχω μετὰ τὸν τόκον, καθαρωτέρα τοῦ πρῶην. Ἀπόνως ἔτεκεν, οὐχ ὡς πᾶσα γυνή· ἀνόμοια γὰρ ἐμοῦ κἀκείνων τὰ μεταξὺ πράγματα. Οὐκ ἔγνω φύσις ἀνθρώπων τὸν τόκον μου, εἰ μὴ ὁ μόνος ὁ ἐν ἐμοὶ οἰκήσας Θεός. Ὡ Παρθένε, φρικτὸν τῆς Ἐκκλησίας κειμήλιον, τὸ μέγα τυχὸν μ-

et denuo post partum virgo, quae gemmam produxisti, coronam regiam plexuisti. O beata Virgo, quae gloriam coelestem portasti, et ex multis floribus paradisi mundum odore bono replesti. Virgo est lilium immaculatum, quae rosam immarcescibilem genuit, Christum; vitis veritatis fertilissima, et quod ad virginitatem minime vindemiata; quae licet non fossa, uvarum tamen feracissima: nempe quae maturam uvam germinavit Christum. Quamobrem, sanctissima Virgo, fac nobis fidem, qua ratione germinaveris, quo pacto suscipiens Verbum, quod est ante saecula, mater Dei visa sis super terram. Ego virgo incorrupta, quae in utero gestavi, effecta sum templum impollutum habitantis in me Verbi Dei nuptiarum expertis.

* Emmanuelem gestavit in utero incorrupto, in ventre impolluto, similis effecta throno cherubico: in qua caro factum est Verbum Patris, qui Deus est initio carens, et licet invisibilis, spectabilis tamen per dispensationem assumptae carnis factus est. Non experta, nec cognoscens virum, peperit Deum, qui est ante saecula, ipsum Christum. Nam etiam nunc sum virgo post partum, purior (si dicere licet) quam antea; sine labore peperit, non ut omnes mulieres; dissimiles enim fuerunt res meae ac illarum inter pariendum. Non novit natura humana partum meum, excepto solo Deo, qui in me habitavit. O Virginem, stupendum Ecclesiae thesaurum, qui adeptus

στήριον, ιερέα καλεῖ τὴν παρθένον ὁμοῦ τε καὶ θυσιαστήριον· ἥτις τραπεζοφοροῦσα τὸν οὐράνιον ἄρτον Χριστὸν ἔδωκεν ἡμῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ὡ γαστήρ ἀμόλυντος οὐρανὸν κύκλον ἔχουσα, καὶ Θεὸν ἀχώρητον, ἐν σοὶ δὲ χωρητὸν βαστάσασα. Ὡ γαστήρ οὐρανοῦ πλαυτέρα, Θεὸν τὸν ἐν σοὶ μὴ στενοχωρήσασα. Ὡ γαστήρ ἐπτάκυκλος οὐρανός, καὶ μειζοτέρως αὐτῶν τυγχάνουσα. Ὡ γαστήρ ἐπτά οὐρανῶν ὑψηλότερα καὶ πλαυτέρα. Ὡ γαστήρ ὁ ὄγδοος οὐρανός στερεωμάτων ἀνωτέρα. Ὡ γαστήρ ἐπταφώτου χάριτος τὸ ἄσβεστον ἔχουσα φῶς. Τί εἶπω, ἢ τί λαλήσω περὶ τῆς σεμνῆς καὶ ἀγίας Παρθένου; Ὁ πόθος ἔλκει με λέγειν περὶ τῆς Θεοτόκου, καὶ φόβος κατέχει με τοῦ σιωπᾶν, οὐκ ἀξίως ἔχων τοῦ λέγειν. Ὁ νοῦς προκαλεῖται, καὶ ὁ φόβος ἀπαθεῖται· ὃς μὲν ἔλκει με, ὃς δὲ ἀνθέλκει με. Ἐπειδὴ οὖν συνέχομαι τῶν ἀμφοτέρων, συμφέρει μοι λαλῆσαι περὶ τῆς μεγαλωνύμου καὶ ὀσίας Παρθένου. Λέγω γὰρ ταύτην οὐρανὸν καὶ θρόνον ὁμοῦ τε καὶ σταυρόν· τὰς γὰρ ἀγίας ἀγκάλας ἐκτείνας, τὸν Δεσπότην ἐβάστασεν ὁ θρόνος χερουβικός, σταυροειδής, οὐράνιος, περὶ ἧς διὰ τῶν Γραφῶν ἐν οὐρανοῖς παρακύπτω, καὶ βλέπω ταύτην ὑπὸ ἀγγέλων προσκυνουμένην. Ὅθεν πρῶτον ὁ Γαβριὴλ τὴν Παρθένον ἀσπάζεται· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ»· «χαῖρε, καχαριτωμένη», ὁ λαμπρὸς οὐρανός· «χαῖρε, κεχαριτωμένη», ἢ τὸν ἐξαστράπτοντα ἐξ οὐρανοῦ λαμπραῖς λαμπάσιν ἀκτῖνα ἔχουσα ἥλιον τὸν Χριστόν.

est ingens mysterium, Virginem appellat velut sacerdotem pariter, et altare; quae quidem mensam ferens, dedit nobis coelestem panem Christum in remissionem peccatorum. O uterum impollutum, habentem circulum coelorum, qui Deum incomprehensum, in te vero comprehensum portasti. O uterum coelo amplioem, qui Deum in te non coarctasti. O uterum, qui coelum es septem circulis constans, et capacior illis existis. O uterum, septem coelis sublimiorem atque latioreem. O uterum, qui es octavum coelum, septem firmamentis celsiorem. O uterum, habentem inexstinguibile lumen septies lucentis gratiae. Quid dicam, aut quid loquar de praeclara et sancta Virgine? Desiderium me trahit, ut de Deipara verba faciam; et formido me retinet in silentio, ut qui non habeam facultatem dicendi pro dignitate. Animus hortatur, et metus deterret: ille quidem trahit me, iste vero me abstrahit. Cum ergo ab utroque distinear, expedit mihi ut sermonem habeam de percelebri et sancta Virgine. Dico enim illam esse coelum, thronum simul et crucem; extendens enim sanctas ulnas Dominum portavit thronus cherubicus, cruciformis et coelestis, de qua per Scripturas in coelos incumbo, et conspicio illam ab angelis adorari. Hinc Gabriel in primis salutatur Virginem: *Ave, gratia plena*, quae es splendidum coelum. *Ave, gratia plena*, quae habes radium de coelo lucidis facibus coruscantem, utpote solem Chri-

Σεραφεῖμ γέγονεν ἡ Παρθένος, ἡ πολυώνυμος, καὶ πολυόμματος, τῆς ἀκατάληπτου θέας· σκέπη τις νοερά, δι' οἰκουμενικοῦ σώματος εὐρεθεῖσα, τὰ χερουβεῖμ ὑπερβαίνουσα. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀποστρέφονται μὴ δυνάμενα ἀτενίσαι πρὸς νοητὸν πῦρ τῆς θεότητος. Αὕτη δὲ τρανοῖς ὄμμασιν ἐνατενίζουσα τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀκοίμητον ὄμμα Χριστοῦ, ποθοῦσα καὶ φιλοῦσα ἠσπάζετο. Στρατιαι ἀγγέλων ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Σωτῆρος προσπίπτοντες, οὔτε ἰδεῖν, οὔτε προσψαῦσαι ἰσχύουσιν· αὕτη δὲ χεῖλη χεῖλεσι συνάπτουσα τὸν ἀκατάληπτον ἠσπάζετο. Ὡ Παρθέने, ἀκατάληπτου μυστηρίου φέρουσα θαῦμα, τριπόθητον πίστιν τῇ οἰκουμένη κηρύξασα.

Ἀγγέλων ἀνωτέρα γέγονεν ἡ Παρθένος, μειζότερα τῶν χερουβεῖμ καὶ τῶν σεραφεῖμ, ἀρέσκουσα τῷ βασιλεῖ Χριστῷ, ὡς ἀξία δούλη καὶ μήτηρ τιμηθεῖσα παρὰ Θεῶ. Ἀγία μήτηρ ἀμόλυντε, ἡ τὸν πρὸ σοῦ * γεννήσασα *500 Χριστὸν τὸν εἰπόντα· « Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμι »· ἡ τὸ σπήλαιον δοξάσασα, καὶ τὴν φάτνην μεγαλύνασα. Παρθένος γὰρ καὶ σπήλαιον καὶ φάτνη, οὐρανοῦ κύκλον ἔχοντες, Θεὸν ἀχώρητον ἔφερον, οἱ τρεῖς τῇ Τριάδι σαφῶς λειτουργήσαντες, ὅτε ἡ Παρθένος ἀπόνως τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Δεσπότην ἐν τῷ σπηλαίῳ κυήσασα, ἐν τῇ φάτνῃ ἔθετο, τότε καὶ τάξεις ἀγγέλων τὴν Παρθένον ἐκύκλωσαν βοῶντες καὶ λέγοντες· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ

stum. Virgo plurium nominum et multocula effecta est seraphim incomprehensae visionis; quae inventa est velamentum quoddam intellectuale corporis universalis, cherubim transcendens. Illa enim avertuntur, cum nequeant spiritalem ignem divinitatis fixis oculis intueri: haec autem apertis oculis fixe intuens incomprehensibilem et somni expertem oculum Christi, cum desiderio et osculo salutabat. Exercitus angelorum (qui sunt scabellum pedum Christi) procidentes nec videre possunt, nec contingere: haec vero labra labris coniungens, incomprehensum salutabat. O Virgo incomprehensi mysterii ferens miraculum, quae fidem ter optatam orbi praedicasti!

Virgo sublimior angelis facta est, superior ipsis cherubim et seraphim, placens Christo regi, a Deo in honore habita, tamquam ancilla digna et mater. Sancta mater immaculata, quae genuisti Christum, * qui est ante te, et dixit: *Priusquam Abraham fieret, ego sum.*¹ Quae stabulum gloria exornasti, et praesepe illustrasti. Virgo siquidem, spelunca et praesepe, coeli circulum prae se ferentes Deum incomprehensum gestabant: utpote tres Trinitati aperte ministrantes, quando Virgo in spelunca citra laborem praegnans, coeli et terrae Dominum deposuit in praesepio; tunc etiam ordines angelorum circumstabant Virginem cum clamore dicentes: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae vo-*

¹ Io. VIII, 58.

γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία». Ὅθεν καὶ ποιμένες ἀγραυλοῦντες τὴν τοιαύτην δοξολογίαν τῶν ἀγγέλων ἤκουσάν τε περὶ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῷ δρόμῳ βαδίσαντες, τὸ φῶς προσεκύνησαν, ξένον θαῦμα θεασάμενοι, τὴν δούλην τοῦ Δεσπότη καὶ τὴν ἐπίγειον παρθένον, οὐράνιον νύμφην. Αὕτη γὰρ καὶ νύμφη, καὶ παστὰς, καὶ Θεοῦ μήτηρ ὄφθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅτε τὸ βρέφος ἔτεκε Χριστόν, κατὰ τὴν προφητικὴν Ἑσαίου φωνήν· ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν· υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὄμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρός, ἐξουσιαστής, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος». Εἰτὰ φησι μετὰ ταῦτα· Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν ὑπὸ ἀστέρος φωτεινοῦ καταλαμπόμενοι, καὶ ὁδηγούμενοι, τὸ μῆκος τῆς ἐξ ἀνατολῆς ὁδοῦ βαδίσαντες, ἤκασιν εἰς προσκύνησιν τοῦ τεχθέντος ἐν Βηθλεέμ.

PG
43, 501

[...] Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν ἀστέρα, μᾶλλον δὲ τὸν Σωτῆρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, οἱ καὶ κύψαντες προσεκύνησαν, καὶ ἐκβαλόντες τὰ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίθον καὶ σμύρναν. Χρυσὸν μὲν ὡς βασιλεῖ· λίθον δὲ ὡς Θεῷ· καὶ σμύρναν ὡς θνητῷ· μᾶλλον δὲ ἵνα καὶ τὸν ἐνταφιασμὸν μηνύσωσι τοῦ πάντων κτίστου καὶ δημιουργοῦ Χριστοῦ, ὃν ἔτεκεν ἡ οὐράνιος νύμφη Μαρία, ὁ οὐρανὸς καὶ ναὸς καὶ θρόνος τῆς θεότητος, τὸ ἀνεκλάλητον τοῦ παραδείσου

2026

luntatis.¹ Quapropter etiam pastores, qui ruri pernoctabant, huiusmodi glorificationem angelorum audierunt de Salvatore, et celeri cursu properantes, lucem adoraverunt; spectantes miraculum insolens, ancillam Domini et virginem in terra versantem, evasisse sponsam coelestem. Ipsa enim et sponsa, et thalamus, et Dei mater visa est in stabulo, quando peperit infantem Christum: iuxta prophetica[m] Isaiae vocem, nempe: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius imperium super humerum eius, et vocatur nomen eius magni consilii Angelus, Deus fortis, potestate pollens, Princeps pacis, Pater futuri saeculi*.² Tum post haec, Magi a partibus Orientis, a stella splendida illustrati et deducti, peracta itineris ab Oriente longitudine, venerunt Bethlehem ad adorandum partum. [...]

PG
43, 502

[Magi] vero cum vidissent stellam, imo potius Salvatorem, gavisissimi sunt gaudio magno: et incurvantes se adoraverunt, obtuleruntque dona, aurum, thus, et myrrham: aurum quidem velut regi, thus autem tamquam Deo, et myrrham tamquam mortali; vel potius ut indicarent sepulturam creatoris et opificis omnium Christi, quem peperit sponsa coelestis Maria, quae est coelum, templum, et thronus divinitatis, inexplicabile paradisi monile. Angeli accusabant

2026

¹ Lc. II, 14.² Isa. IX, 6.

κειμήλιον. Ἄγγελοι τὴν Εὐαν ἐμέμφοντο, νυνὶ δὲ τὴν Μαρίαν δοξάζουσιν· ἢ τὸ ἀσθενὲς τῶν γυναικῶν κυρίως δοξάσασα, ἢ τὴν πεσοῦσαν Εὐαν ἀναστήσασα, καὶ τὸν ἐκβληθέντα τοῦ παραδείσου Ἀδὰμ εἰς οὐρανοὺς ἀποστείλασα, ἢ τὸν κλεισθέντα παραδείσον ἀνοίξασα, καὶ διὰ ληστοῦ πάλιν τὸν Ἀδὰμ καταφυτεύσασα. Διὰ σοῦ γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ τὴν ἔχθραν κατέλυσεν, ὧ ἅγια Παρθένε· διὰ σοῦ ἡ οὐράνιος εἰρήνη τῷ κόσμῳ ἐδωρήθη, διὰ σοῦ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐφωτίσθη, διὰ σοῦ ἄνθρωποι ἄγγελοι γεγόνασι, διὰ σοῦ φίλοι, καὶ δοῦλοι, καὶ τέκνα Θεοῦ ἄνθρωποι ἐκλήθησαν, καὶ διὰ σοῦ σύνδουλοι ἀγγέλων καὶ συνόμιλοι ἄνθρωποι ἠξιώθησαν γενέσθαι· διὰ σοῦ γινώσκουσιν οὐράνιος, καὶ δοξολογία ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναπέμπεται· διὰ σοῦ παρρησίαν ἄνθρωποι ἐν οὐρανῷ πρὸς τὸν Ὑψιστον ἔχουσι· διὰ σοῦ σταυρὸς ἔλλαμψε κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἐν ᾧ τὸ βρέφος σου ἐκρέματο Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· διὰ σοῦ θάνατος πατεῖται, καὶ ἄδης σκυλεύεται· διὰ σοῦ τὰ εἰδῶλα πεπτώκασι, καὶ γινώσκουσιν οὐράνιος ἐγήγερται· διὰ σοῦ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐγνώκαμεν, ὃν ἔτεκες, παναγία Παρθένε, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ᾧ πάντες ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι προσκυνοῦντες λέγομεν, ἄναρχον τὸν Πατέρα, ἄναρχον τὸν Υἱόν, ἄναρχον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ἀχώριστον καὶ ὁμοούσιον δοξάζοντες εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Evam, nunc vero Mariam gloria prosequuntur, quae mulierum infirmitatem vere gloriosam reddidit, quae lapsam Evam erexit, et Adamum e paradiso deiectum in coelos misit; quae paradysum clausum aperuit, et per latronem rursus Adamum complantavit. Per te enim, o sancta Virgo, medius obstructionis paries inimicitias dissolvit; per te pax coelestis donata est mundo, per te homines facti sunt angeli, per te homines appellati sunt amici, servi, et filii Dei, per te homines meruerunt esse conservi angelorum, et cum eis familiariter conversari, per te notitia coelestis a terra transmittitur in coelos; per te homines fiduciam habent in coelo erga Altissimum; per te crux resplendit per universam terram, in qua quidem cruce pependit filius tuus Christus Deus noster; per te mors conculcatur, et spoliatur infernus; per te ceciderunt idola, et excitata est notitia coelestis; per te cognovimus unigenitum Filium Dei, quem, sanctissima Virgo, peperisti, Dominum nostrum Iesum Christum, quem omnes angeli atque homines adorantes, dicimus principio carentem Patrem, carentem principio Filium, et principio carentem Spiritum sanctum, Trinitatem individuum et consubstantialem glorificantes in saecula saeculorum. Amen.

ut legimus, ignobiliter, advenit obscure, adeo ut Ioseph, qui pater interim putabatur, quod deferret in censum praeter virginem et uterum virginis nihil haberet. O si et nostra talis professio teneretur in saeculo! Conservaremus plane in corde nostro universa quae Dominus aut dixit aut gessit, sicut illo tempore Ioseph Mariaque faciebant.

SERMO DE INCARNATIONE DOMINI¹

SR IX, 22

[...] Ἐπειδὴ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον τὸν Ἀδὰμ δολεροῦς ῥήμασιν ἠπάτησεν ὁ διάβολος ὄντα ἐν τῷ παραδείσῳ διὰ τῆς γυναικός, διὰ τοῦτο ὁ κύριος πρῶτον * ἐνόκισεν ἐν τῇ παρθένῳ, καὶ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς καὶ προῆλθεν ὡς ἠθέλησεν, ἵνα πρῶτον τὴν Εὐάν ἐκ τῆς κατάρας ἐλευθερώσῃ, καὶ πᾶν τῶν γυναικῶν γένος λύσῃ τοῦ ἐγκλήματος· εἰ μὴ γὰρ οὗτος ἐκ τῆς παρθένου ἐγεννήθη, ἀπεγνωσμένον ἦν τὸ τῶν γυναικῶν γένος· ὅτε δὲ ἐγεννήθη ὁ κύριος ἐκ τῆς παρθένου, λοιπὸν καὶ Πέρσαι οἱ τὸ πρὶν μητέρας γαμοῦντες, νῦν παρθενίαν φυλάττουσιν· κόραι εὐτελεῖς καὶ παῖδες νέοι, ἐν θερμῇ ἡλικίᾳ ὑπάρχοντες, τὸν καύσωνα τῆς ἐπιθυμίας καταπατοῦσιν· καὶ τότε γὰρ ἰσχυρὰ γέγονεν ἡ παρθενία, ἐξ ὅτε τὸ ἀμάραντον ῥόδον Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς παρθένου προῆλθεν.

2072

*23

Ἔστιν δὲ καὶ ἡ δευτέρα· εἰ μὴ ἐσαρκώθη ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἐκάλυψεν τὴν θεότητα σαρκί, οὐχ ὑψίστατο οἰκουμένη φέρειν τὴν θεάν τὴν ἐξαστράπτουσαν τῆς θεότητος.

SR IX, 22
*23

[...] Quia diabolus dolosis per mulierem verbis deceperat primum hominem Adamum in paradiso degentem, * idcirco sibi habitaculum Dominus in virgine delegit, et in ipsa incarnatus, atque eo quo voluit modo natus est, ut in primis Evam maledictione liberaret, cunctumque mulierum genus crimine illo expediret. Nisi enim ipse de virgine natus fuisset, actum erat de sexu muliebri. Postquam autem de virgine Dominus ortus est, iam Persae quoque, qui antea matribus miscebantur, nunc servant virginitatem: puellae humiles, puerique adolescentes, in aetatis fervore, concupiscentiae vim domant. Tunc enim valida evasit virginitas, quum intemerata rosa Christus Iesus processit de virgine.

2072

Verumtamen aliam quoque causam in medium adferam. Nisi Deus ex virgine prodiisset incarnatus, deitatemque corpore velavisset, mundus quidem conspectum eius deitate fulgentem non sustinisset.

¹ Sermo *Ps.-Eusebii* Ep. Alexandrini, sc. cuiusdam *Anonymi* saec. iv vel v.

Γαβριήλ οὐκ ἴσχυσεν ἐρμηνεύσαι; εἰ δὲ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, τὴν γενομένην ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, οὐδεὶς κατ' ἀξίαν δύναται διηγῆσασθαι, ἐκεῖνην τὴν γέννησιν, τὴν οὐράνιον, τὴν ἄχρονον, τὴν ἀσώματον, τὴν ἀόρατον, τὴν ἀπαθῆ, τὴν παντελῶς ἀνέκφραστον καὶ ἀκατάληπτον, πῶς τολμᾶς πολυπραγμονεῖν; τίς παρέσχε σοι τῆς τοιαύτης τόλμης τὰ σπέρματα;

dicere possis id, quod Gabriel non * potuit interpretari? Quod si generationem Christi secundum carnem, in novissimis temporibus factam, nemo potest digne enarrare: quomodo tu illam generationem caelestem, ante tempora, incorpoream, invisibilem, impassibilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, audes curiose inquirere? Quis tibi tanti ausus semina indidit? *768

IN SANCTAM DEI GENTRICEM ET SEMPER VIRGINEM MARIAM¹

2047 I. Quod ab hominibus nec inspicere nec enarrari potest, Verbum, quod absconditum est a saeculo generationibus ab ipso existentibus, quod solum est immortale, possidens scientiam vitae, ignota ad lucem proferens, secreta revelans, in terram delapsum vidimus ut partus maledictiones in benedictionem transmutaret, mortem occideret, creaturasque illuminaret. A Maria initium coepit incarnationis mysterium, atque qui infinita adoratione dignus erat vocatus est homo Dei. AS
4, 406

2048 II. O inscrutabile prodigium! O mysterium divinum solum inexplicabile! Dei Verbum, Dei actus, Dominus coeli et terrae, consubstantiale et cooperans Patris in creatione, Filius aeternus in terrenum descendit uterum, in quo, plasmato corpore modo inintelligibili, factus est perfectus homo, natus est de muliere, remanens quod erat, Filius Dei sicut est Deus in saecula. In tempore, sibi, absque peccato dolores corporis, famem, sitim, lassitudinem, dolores, humana omnia assumpsit, etiam mortem, et nihilominus semper vivit et perdurat cum Patre, suae divinitatis fruens honore. Nihil humiliando se, vel hominis more subiiciendo se morti, imminutus est, quin imo exaltatus est, quoniam exinde sub pedibus illius positi sunt inimici eius:² *Atque, in nomine Iesu, omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quod Dominus est Iesus Christus in gloria Dei Patris.*³ AS
4, 406

III. Hodie absconditum a saeculo mysterium evasit manifestum. Dedecori * mortique finis impositus est, orbis autem (vivere) coepit. *407

¹ Exstat in *Analecta Sacra*; non est *S. Gregorii Thaumaturgi* (cf. RPhTh. 551).

² Ps. CIX, 1.

³ Philipp. II, 10, 11.

Hic steterunt Lex et Prophetæ, quoniam novæ in Christo creaturæ factæ sunt, quas *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis cecidit.*¹ Hic quando enarrabimus, quæ linguam excedunt, mirabilia? Stupor et terror mentem fugant, unde cor attonitum considerat quomodo os et lingua fari valeant Dominum esse Iesum Christum in gloria Dei Patris, simulque matris suæ esse redemptorem thronumque coelestem.

AS
4, 407

IV. O timendum ac tremendum (mysterium)! Illius, qui a serpente deceptus est, cuius causa terra maledicta est, ob quem mors hominem voravit universaque rerum natura corrupta periit; illius, inquam, filia super Cherubim, iuxta Divinitatem sedet, Mater Dei et Regina coelestis vocata! Quis vidit, quis audivit homini imbelli summeque imperfecto tanta esse possibilia? Peccato enim lapsus (homo) damnatus est, verum Dominus omnia potest. Quod olim eramus, ipse nos effecit. Et, quando (nos) fecit, immortalis creator principes et dominos creaturarum (nos) constituit; cumque periissemus, idem ipse iterum magnis et divinis signis multos sanavit. Verum et ad hæc extrema accessit, ad nativitatem, ad crucem, ad resurrectionem; unde ipsius magnitudinis mysterium mirum, inexplicabile, incomprehensibile est. Maledictis benedixit, mortuos vivificavit immortalesque reddidit, terrestria coelestibus miscuit, terrenas naturas adeo elevavit ut eas paene deificaret, et, ad dexteram Patris, super Divinitatis thronum collocaret. At, cum hæc omnia contra Diabolum irent, eo quod, ob invidiam suam caecitare percussus atque in irremeabilem aeternamque perditionem actus, hominum genus perdere moliretur et perderet; Deus, qui misericordia magnus est, ob infinitum quo dilexit nos amorem, iterum nos inenarrabili renovavit, modo; unde in eandem, quam industria sua foderat atque extruxerat, foveam cecidit Satanæ. Desuper caput Diaboli invertit Christus dolores atque super cranium illius iniquitates suas coacervavit. Hic est, de quo Dominus locutus est, *inextinguibilis ignis, qui a sæculis paratus est Satanæ et angelis illius.*²

2049

AS
4, 407

V. Et nunc, o genus hominum, quid rependemus Domino pro omnibus istis? Omnium bonorum radicem Virginem sanctam magnificabimus! Verum quis est qui in mente sua miram continere valeat gloriam, qua una mulier, Maria, digna inventa est in coelo et in terra? Attamen quæ dicta sunt in Lege, Prophetis, Apostolis et Evangeliiis repetamus, Ecclesiæ concinentes: Maria, summa prophetiæ et hominum honos! Maria Deo oblatum incensum, Deoque desponsata

2050

¹ I Cor. II, 9.

² Matth. XXV, 41.

sponsa! Maria, Verbi Dei habitaculum, Altissimi thronus, exaltata inter omnes creaturas! Maria, ovile a Deo fundatum, virga florida! Maria, porta clausa, terra a Deo habitata, beatitudine donata in aeternum! Maria, virtus mundi, virtus Entis et mater Christi! Maria, Dei liber, templum et fons! Maria, regina supernorum! Maria, lucis receptaculum, lampas * refulgens! Maria, mysterium crucis et pacis *408 initium! Maria, vita mundi, virgo sanctissima! Maria, sponsa Patris, requies Filii, Spiritu mundata! Maria, vox nuntiorum, figura mirabilis! Maria, rubus incombustus, magna inter creaturas! Maria, peccatorum advocata apud Filium suum! Maria, navis aurea, nardus fragrans! Maria, signum renovationis fidelium! Maria, oleum nardo plenum! Maria, corona Ecclesiae, murus inexpugnabilis! Maria, amphora aurea manna plena! Maria, pyxis odoramentorum suavium! Maria, gloria mundi, tuba creaturarum! Maria, laude et gloria digna! Maria, nuntia sanctitatis et gratiae! Maria, testimonii statua inter Iudaeos et Ethnicos! Maria, scala coelestis, secundum Patriarchae dictum: *Dominus est in loco isto.*¹ Illud est verbum quod dixit Dominus omnium: *Multi prophetae et iusti cupierunt videre quae vos videtis et non viderunt; et audire quae auditis et non audierunt.*² Instrumentum musicale primum, petra aquam fundens, tabernaculum mosaicum testimonii nomine dictum, omnibus ornatum, in quo Sanctum sanctorum et gloriae Cherubim, ornatus sacerdotii splendidissimus in quo revelationes! Nunc, si *Lex paedagogus fuit nobis in Christo*³ et si *Lex bonorum futurorum figuram*⁴ possedit, ut ait beatus Paulus, quomodo culpandi essemus, ex Lege a Deo scripta hominibusque in adiutorium et in salutem data, asserentes sanctam Virginem omnium bonorum esse causam? Quae sunt enim futura bona, quorum Lex erat figura, nisi omnium bonorum causa, cherubico honore digna Maria?

O Virgo sanctissima, Dei Verbi mater, a quo illuxit divinitatis lux, Iesus Christus, qui est Deus in omnibus, cui gloria cum Patre Sanctissimoque Spiritu, in saecula saeculorum! Amen.

¹ Gen. XXVIII, 16.

² Matth. XIII, 17.

³ Gal. III, 24.

⁴ Hebr. X, 1.

Cap. XVII. Tunc Salvator ait: Fiat secundum verbum vestrum, et praecepit Michaël archangelo, ut animam sanctae Mariae deferret. Et ecce repente Gabriel archangelus revolvit lapidem ab ostio monumenti, et ait Dominus: Surge, amica mea, et proxima mea; quae non sensisti corruptionem per viri contactum, non patieris resolutionem corporis in sepulcro. Et statim surrexit Maria de tumulo, et benedicebat Dominum, et provoluta ad pedes Domini, adorabat eum, dicens: Non ego tibi condignas gratias possum rependere, Domine, pro impensis beneficiis tuis, quae mihi ancillae tuae conferre dignatus es. Sit nomen tuum, Redemptor mundi, Deus Israël, benedictum in saecula.

Cap. XVIII. Et osculatus eam Dominus recessit, et tradidit eam 1238
angelis, ut deferrent eam in paradisum. Et ait apostolis: Accedite ad me. Et cum accessissent, osculatus est eos, et ait: Pax vobis; quoniam ego semper vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Et statim cum haec dixisset Dominus, elevatus in nube, receptus est in coelum, et angeli * cum eo, deferentes beatissimam Dei Genitricem Mariam in paradisum Dei. *1239

DE REBUS PERSICIS POST CHRISTUM NATUM ¹

2052 [...] Φθασάντων δὲ ἡμῶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ μὲν σημεῖον ἅμα τῇ PG
10, 105
παρουσίᾳ ἡμῶν πάντας ἐκίνησε. Τί τοῦτο, φασί, Περσῶν σοφοὺς παρεῖναι μετὰ ἀστεροφανείας; [...]

Ἦλθομεν δὲ ἐνθα ἀπεστάλημεν, καὶ εἶδομεν τὴν γεννήσασαν καὶ τὸν γεννηθέντα, τοῦ ἀστέρος δεικνύοντος τὸ δεσποτικὸν βρέφος. Εἶπαμεν δὲ τῇ μητρὶ: Τίς καλῆ, περιφημὲ μητὲρ; Ἦ τις λέγει· Μαριάμ, δεσπότης. Εἶπομεν δὲ αὐτῇ· Πόθεν ὀρωμένη; Ἦ δέ· Ἐκ ταύτης, φησί, τῆς Βηθλεωτῶν χώρας. Εἶπαμεν δέ· Οὐκ ἔσχες ἄνδρα τινά; Ἦ δὲ φησί· Μεμνήστευμαι μόνον πρὸς γα-

2052 [...] Cum Ierosolymam venissemus, signum atque adventus PG
10, 106
noster universam civitatem commovit. Quid hoc, aiebant, Persarum sapientes adesse, simulque novam super ipsos stellam apparere? [...]

Tandem illuc, quo missi fueraus, pervenimus, vidimusque genitricem una cum genita ab ipsa prole, stella nobis Dominicum infantem monstrante. Diximus autem ad matrem: Quomodo vocaris, celeberrima mater? Quae ait: Maria, domini. Cui nos: Unde orta? Ad quod illa: Ex hacce Bethleemitarum regione. Habesne, inquit, virum? Desponsata tantum sum, respondit illa, in speciem

¹ Exstat inter op. *Iulii Afr.* († 237), sed est opus apocryphum. Cf. Lau. 156.

μιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἠβουλόμην γὰρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ ὀλιγωρούσης μου, σαββάτου διαφάσαντος καὶ ἡλίου εὐθὺς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἐξαίφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβηθεῖσα ἀνέκραξα· Μηδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἄνδρα γὰρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστασέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

*108

* Ἡμεῖς δὲ εἶπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἅπαντες οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμακάρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Ὑπερῆρσαι γὰρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναῖκας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνης.

quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate parituram.

*107

* Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

LIBRI GRADUUM ¹

PS
III, 623

Sermo XXI, 16. Porro dixit angelus Mariae: *Pax tibi, benedicta mulierum*, id est, humillima mulierum. *Dominus meus tecum*,² propter humilitatem tuam. *Et dixit Maria: confiteor Deo, quia respexit humilitatem ancillae suae*,³ non * autem venustatem et divitias. Si enim alia mulier exstitisset Maria humilior, ex ea natus esset Christus, omnium hominum humillimus, qui est amicus humilitatis.

2053

*626

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAEA EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREAE ⁴

PG
2, 1226

[...] Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevaricationem mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam aeternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet.

2054

¹ Opus *Ps.-Macarii* continens doctrinam *Messalianorum* (saec. iv).

² Lc. I, 28.

³ Lc. I, 48.

⁴ Epistola apocrypha saec. v/vi. Cf. Lau 156.

● PS III, 211, 442.

μιαίων συμβόλων, μεμερισμένης δέ μου τῆς διανοίας. Οὐκ ἠβουλόμην γὰρ εἰς τοῦτο ἐλθεῖν. Πάνυ δὲ ὀλιγωρούσης μου, σαββάτου διαφάσαντος καὶ ἡλίου εὐθὺς ἀνατείλαντος, ἐπέστη μοι ἄγγελος, εὐαγγελιζόμενός μοι ἐξαίφνης τόκον τινά. Καὶ θορυβηθεῖσα ἀνέκραξα· Μηδαμῶς μοι τοῦτο, Κύριε, ἄνδρα γὰρ οὐκ ἔχω. Καὶ ἐπίστασέ με, βουλήσει Θεοῦ τὸν τόκον τοῦτον ἔχειν.

*108

* Ἡμεῖς δὲ εἶπαμεν αὐτῇ· Μῆτερ, μῆτερ, ἅπαντες οἱ θεοὶ Περσῶν ἐμάκαρισάν σε. Τὸ καύχημά σου μέγα. Ὑπερῆρσαι γὰρ πάσας τὰς ἐνδόξους γυναῖκας, καὶ πασῶν βασιλίδων βασιλικωτέρα ἐφάνης.

quamdam connubii, mente longe a connubio aliena. Nolui enim ad hoc pervenire. Cum autem prorsus ab eo abhorrerem, sabbato quodam illucescente, sub ipsum fere solis ortum astitit mihi angelus, annuntians mihi subito partum quemdam. Ad quae ipsius verba ego compavescens exclamavi: Nequaquam mihi tale quid contingat, domine, virum enim non habeo. At ille fidem mihi adstruxit, divina me voluntate parituram.

*107

* Diximus autem nos ad illam: Mater, mater, omnes Persarum dii beatam te praedicarunt. Magna est gloria tua. Cunctas illustres feminas antecellis, maiorque est dignitas tua, quam omnium totius mundi reginarum.

LIBRI GRADUUM¹

PS
III, 623

Sermo XXI, 16. Porro dixit angelus Mariae: *Pax tibi, benedicta mulierum*, id est, humillima mulierum. *Dominus meus tecum*,² propter humilitatem tuam. *Et dixit Maria: confiteor Deo, quia respexit humilitatem ancillae suae*,³ non * autem venustatem et divitias. Si enim alia mulier exstitisset Maria humilior, ex ea natus esset Christus, omnium hominum humillimus, qui est amicus humilitatis.

2053

*626

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAEA EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREAE⁴

PG
2, 1226

[...] Quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni praevaricationem mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam aeternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet.

2054

¹ Opus *Ps.-Macarii* continens doctrinam *Messalianorum* (saec. iv).

² Lc. I, 28.

³ Lc. I, 48.

⁴ Epistola apocrypha saec. v/vi. Cf. Lau 156.

● PS III, 211, 442.

DE TRANSITU VIRGINIS MARIAE¹PG
5, 1231

2051

Cap. I. Melito, servus Christi, episcopus Ecclesiae Sardensis, venerabilibus in Domino fratribus, Laodiceae constitutis, in pace, salutem. Saepe scripsisse me memini de quodam Leucio, qui nobiscum cum apostolis conversatus, alieno sensu et animo temerario discedens a via iustitiae plurima de Apostolorum Actibus in libris suis inseruit; et de virtutibus quidem eorum multa et varia dixit; de doctrina vero eorum plurima mentitus est, asserens eos aliter docuisse, et stabiliens quasi ex eorum verbis sua nefanda argumenta. Nec solum sibi sufficere arbitratus est, verum etiam transitum beatæ semper virginis Mariae Genitricis Dei, ita impio depravavit stylo, ut in Ecclesia Dei non solum legere, sed etiam nefas sit audire. Nos ergo, vobis petentibus, quæ ab apostolo Ioanne audivimus, hæc simpliciter * scribentes, vestrae fraternitati direximus; credentes, non aliena dogmata ab hæreticis pullulantia, sed Patrem in Filio, Filium in Patre, Deitatis et indivisæ substantiæ Trina manente persona; neque duas hominis naturas conditas; bonam scilicet et malam, sed unam naturam bonam a Deo bono conditam, quæ dolo serpentis est vitata per culpam, et Christi est reparata per gratiam.

*1232

Cap. II. Igitur cum Dominus noster et Salvator Iesus Christus pro totius sæculi vita confixus clavis, crucis penderet in ligno; vidit circa crucem Matrem suam stantem, et Ioannem Evangelistam, quem prae caeteris apostolis peculiarius diligebat, eo quod ipse solus ex ipsis virgo degeret in corpore. Tradidit igitur ei curam sanctæ virginis matris Mariae, dicens ad eum: *Ecce mater tua*; et ad illam inquit: * *Ecce filius tuus*.² Et ex illa hora sancta Dei Genitrix in Ioannis cura specialius permansit, quandiu vitæ istius incolatum transegit. [...].

*1233

1238

Cap. XVI. [...] Tunc Petrus, et alii apostoli dixerunt: Domine, praelegisti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum, et nos servulos tuos in ministerium tuum. Omnia ante sæcula prae-scivisti cum Patre, et Spiritu sancto, cum quibus tibi est una deitas, aequalis et infinita potestas. Sic ergo visum nobis fuerat famulis tuis etiam rectum esse; ut sicut tu, devicta morte, regnas in gloria, ita resuscitans matris corpusculum, tu tecum duceres eam laetam in coelum.

¹ Exstat inter spuria Melitonis (†195). Opus saec. v vel, probabiliter, ca 550. Cf. Lau 156; Qua I, 218; Al 65.

² Io. XIX, 26, 27.

Cap. XVII. Tunc Salvator ait: Fiat secundum verbum vestrum, et praecepit Michaël archangelo, ut animam sanctae Mariae deferret. Et ecce repente Gabriel archangelus revolvit lapidem ab ostio monumenti, et ait Dominus: Surge, amica mea, et proxima mea; quae non sensisti corruptionem per viri contactum, non patieris resolutionem corporis in sepulcro. Et statim surrexit Maria de tumulo, et benedicebat Dominum, et provoluta ad pedes Domini, adorabat eum, dicens: Non ego tibi condignas gratias possum rependere, Domine, pro impensis beneficiis tuis, quae mihi ancillae tuae conferre dignatus es. Sit nomen tuum, Redemptor mundi, Deus Israël, benedictum in saecula.

Cap. XVIII. Et osculatus eam Dominus recessit, et tradidit eam 1238 angelis, ut deferrent eam in paradisum. Et ait apostolis: Accedite ad me. Et cum accessissent, osculatus est eos, et ait: Pax vobis; quoniam ego semper vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Et statim cum haec dixisset Dominus, elevatus in nube, receptus est in coelum, et angeli * cum eo, deferentes beatissimam Dei Genitricem Mariam in paradisum Dei. *1239

DE REBUS PERSICIS POST CHRISTUM NATUM ¹

2052 [...] Φθασάντων δὲ ἡμῶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ μὲν σημεῖον ἅμα τῇ PG
10, 105 παρουσίᾳ ἡμῶν πάντας ἐκίνησε. Τί τοῦτο, φασί, Περσῶν σοφοὺς παρεῖναι μετὰ ἀστεροφανείας; [...]

Ἦλθομεν δὲ ἐνθα ἀπεστάλημεν, καὶ εἶδομεν τὴν γεννήσασαν καὶ τὸν γεννηθέντα, τοῦ ἀστέρος δεικνύοντος τὸ δεσποτικὸν βρέφος. Εἶπαμεν δὲ τῇ μητρὶ: Τίς καλῆ, περιφημὲ μητὲρ; Ἦ τις λέγει· Μαριάμ, δεσπότης. Εἶπομεν δὲ αὐτῇ· Πόθεν ὀρωμένη; Ἦ δέ· Ἐκ ταύτης, φησί, τῆς Βηθλεωτῶν χώρας. Εἶπαμεν δέ· Οὐκ ἔσχες ἄνδρα τινά; Ἦ δὲ φησί· Μεμνήστευμαι μόνον πρὸς γα-

2052 [...] Cum Ierosolymam venissemus, signum atque adventus PG
10, 106 noster universam civitatem commovit. Quid hoc, aiebant, Persarum sapientes adesse, simulque novam super ipsos stellam apparere? [...]

Tandem illuc, quo missi fueramus, pervenimus, vidimusque genitricem una cum genita ab ipsa prole, stella nobis Dominicum infantem monstrante. Diximus autem ad matrem: Quomodo vocaris, celeberrima mater? Quae ait: Maria, domini. Cui nos: Unde orta? Ad quod illa: Ex hacce Bethleemitarum regione. Habesne, inquit, virum? Desponsata tantum sum, respondit illa, in speciem

¹ Exstat inter op. *Iulii Afr.* († 237), sed est opus apocryphum. Cf. Lau. 156.

ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἄλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέστη δι' αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ ὁ ἀχείμαστος λιμῆν.

SERMO DE SIMEONE ET ANNA ¹

- PG 18, 352 II. [...] « Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὐρίσκουσι γινῶσιν ». 1986
 Ἰδοὺ γὰρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ Παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ Σαβαώθ. Ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρὸς σέ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα Κύριον. Ἐπὶ τοῦτον τὸν παρθενικὸν φημι θρόνον προσκύνησον τὸν πρὸς σέ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στειλάμενον.
- PG 18, 353 III. [...] « Πᾶν ἄρσεν, διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται ». 1987
 Ὡ τοῦ θαύματος! Ὡ βάθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ἐπρεπε γὰρ τῷ Κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπραξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτὴν· συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. Διὰ τοῦτο ἡ ὑπερέτερα νόμου Μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγῆς τὸν κατὰ τῶν ἀναγκῶν

cilium. Ave, naturae illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque haec ita se habeant, adest per eam aegrotantibus medicus; in tenebris sedentibus, sol iustitiae; eunctis vero tempestate iactatis, anchora portusque tutissimus.

- PG 18, 351 II. [...] *Omnia sunt obvia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam.*² Ecce enim, ceu thronus sublimis et elevatus, ob eius gloriam qui est fabricatus, Virgo Mater regi Domino Sabaoth, spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc omnibusque laudibus prosequendam ad te profectiorem adornavit. 1986
- PG 18, 354 III. [...] *Omne masculinum, adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.*³ O res miranda! O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei.⁴ Decebat videlicet Dominum legis et prophetarum, ut iuxta propriam ipse legem omnia conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret: ac dehinc legis termino, gratiae suae principium adiungeret. Quamobrem, legi superior Mater se legi submittit: san- 1987

¹ Sermo hic, secundum doctos Viros, non est *S. Methodii* (sicut invenitur in PG 18, 348-381), sed *Anonymi* saec. v vel vi (cf. RPhTh, 540).

² Prov. VIII, 9.

³ Exod. XXXIV, 19.

⁴ Rom. XI, 33.

φυλάττει ὄρισμὸν τὸν τετταράκοντα ἡμερῶν, καὶ γίνεται νόμου ὑπήκοος ὁ τοῦ νόμου ἐλευθεριωτῆς, καὶ προσφορὰ προσάγεται ὑπὲρ τοῦ ἡμᾶς ἀγιάσαντος, ζευῆτος ὀρνέων ἀκεραίων, εἰς μαρτύριον τῶν ἀμωμήτως προσιόντων. Ὅτι δὲ ἀμόλυντος ὁ τόκος καὶ καθαρσίων ἀνεύθυνος, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Ἑσαΐας, διαβρόχην τῆ ὑφ' ἡλίῳ κηρύττων· « Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρβρον. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἐώρακεν οὕτως; » Ἐκπέφευγε τοίνυν ἡ παναγία Παρθενομήτωρ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὶν ἢ τεκεῖν, εἴτ' οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν, Πνεύματος ἀγίου προνομφεύσαντος καὶ ἀγιάσαντος. Τέτοκε τὸν πρωτότοκον, καὶ μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Υἱόν, τὸν ἄνω μονογενῶς ἄτερ μητρὸς ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς φυσικῆς ἐνάδος ἀμέριστον καὶ ἀδιάστατον φυλάζαντα· καὶ κάτω ἐκ παρθενικῆς παστάδος * νυμφικῶς *356 ἐνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀκήρατον τὴν μητρικὴν ἀγγελίαν διατηρήσαντα· τὸν ἄνω ἀρρέυστως γεννηθέντα, καὶ κάτω ἀφράστως τεχθέντα. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάζωμεν τὸν λόγον.

1988

IV. Προφήτης τοιγαροῦν ἐκ Ναζαρεθ ἀνήγαγε τὴν Παρθένον ἀποκουῆσαι

PG
18, 356

5. Dum haec secum verba tacite volvit, dumque arcanorum cognitorem deprecatur supplex, audit adesse Magos, puellum quaeritantes, ad quos statim: « Quinam estis vos? » * Virgo locuta est. At illi ad eam: « Immo tu qualis nata es, quae talem puerum edidisti? Quis tuus pater, quae genitrix, quum filii sine patre mater effecta sis et nutrix? Cuius stellam quum vidimus, conjectavimus apparuisse infantem novum, Deum ante saecula ».

7. Stupenda ut verba audiit Maria, natum ex visceribus suis adoravit cernua, et cum fletu ait: « Magna mihi, o fili, magna omnia quae fecisti cum egestate mea ». [...]

9. Iesus ille Christus, ac vere Deus noster, clam tetigit matris suae sensus: « Hos, inquit, introduce, quos verbo adduxi ». [...]

10. « Nunc igitur accipe eos, o alma; accipe qui me receperunt; in ipsis enim ego sum, sicut tuis in ulnis, neque a te recessi, dum illos comitabar ». Aperit illa ostium, et Magorum coetum recipit; aperit fores, quae porta est nemini aperta, quam solus permeavit Christus; aperit fores, quae reserata nunquam fuit, cui nihil ex virginitatis thesauris defraudatum est. Haec pandit ostium, per quam edita porta est, infans novus, Deus ante saecula.

11. Magi [...] inquebant: « Sane hic filius est genealogiae experts ». [...]

21. * Ὑπὸ τῶν ἀπλανῶν - μάγων αὐτὰ ἐλέγετο - ὑπὸ δὲ τῆς σεμνῆς - *9
πάντα ἐπεσφραγίζετο - κυροῦντος τοῦ βρέφους - τὰ τῶν ἀμφοτέρων, - τῆς
μὲν ποιούντος - μετὰ τὴν κύησιν - τὴν μήτραν ἀμίαντον, - τῶν δὲ δεικνύ-
ντος - μετὰ τὴν ἔλευσιν - ἄμοχθον τὸν νοῦν - ὥσπερ τὰ βήματα. [...]

22. * [Μάγοι] χρυσὸν καὶ σμύρναν - εἶτα καὶ λίβανον - Χριστῷ προσε- *10
κόμισαν - βοῶντες· « Δέξαι - δῶρημα τρίλυον, - ὡς τῶν Σεραφίμ - ὕμνον
τρισάγιον· - μὴ ἀποστρέψῃς - ὡς τὰ τοῦ Κάϊν, - ἀλλ' ἐναγκάλισαι αὐτὰ -
ὡς τὴν τοῦ Ἄβελ προσφορὰν - διὰ τῆς σε τεκούσης, - δι' ἧς ἡμῖν ἐγεννή-
θης - παιδίον νέον, - ὁ πρὸ αἰῶνων θεός ».

23. Νέα νῦν καὶ φαιδρὰ - βλέπουσα ἢ ἀμώμητος - μάγους δῶρα χειρὶ -
φέροντας καὶ προσπίπτοντας, - ἀστέρα δηλοῦντα, - ποιμένας ὑμνοῦντας, -
τὸν πάντων τούτων - κτίστην καὶ Κύριον - ἰκέτευε λέγουσα· - « Τριάδα
δώρων, - τέκνον, δεξάμενος - τρεῖς αἰτήσεις δὸς - τῇ γεννησάσῃ σε· - ὑπὲρ
ἄερων - παρακαλῶ σε - καὶ ὑπὲρ τῶν καρπῶν τῆς γῆς - καὶ τῶν οἰκούντων
ἐν αὐτῇ· - διαλλάγηθι πᾶσι - δι' ἐμοῦ, ὅτι ἐτέχθης - παιδίον νέον, - ὁ πρὸ
αἰῶνων θεός ».

24. « Οὐχ ἀπλῶς γὰρ εἰμι - μήτηρ σου, σῶτερ εὐσπλαγγνε· - οὐκ εἰκῆ
γαλουχῶ - τὸν χορηγὸν τοῦ γάλακτος· - ἀλλὰ ὑπὲρ πάντων - ἐγὼ δυσωπῶ
σε· - * ἐποίησάς με - ὄλου τοῦ γένους μου - καὶ στόμα καὶ καύχημα· - ἐμὲ *11

21. * Ita a veracibus Magis dictum. Ab augusta autem Virgine *9
cuncta sigillata sunt, confirmante puella, rataque habente hinc et
inde dicta, dum probat, post ipsius ortum, immaculatum matris
uterum, ostenditque Magorum, post longum iter, invictum animum
sicut et gressum. [...]

22. * [Magi] aurum et myrrham, tum etiam thus obtulerunt, *10
cum praeconio: « Suscipe munus aspectu tergegimum, sicut trisa-
gium hymnum ab ore Seraphim. Ne haec reiicias, ut quae Cain por-
rexit; sed ulnis amplectere, ut Abelis oblationem, per manum geni-
tricis; ex qua nobis ortus es novus infans, Deus ante saecula ».

23. Munera nova et splendida ut vidit intemerata Virgo Magos
manibus ferentes ac cernuos, stellam perspicuum indicem, pastores
hymnificos, haec Domino horum omnium conscio vovit supplex:
« Munerum triadem, fili, dum recepisti, tria imple vota tuae geni-
tricis: te pro aëris temperie invoco, et pro telluris fructibus, atque
pro eius incolis; cum omnibus in gratiam redito, per me namque
natus es infans novus, Deus ante saecula ».

24. « Haud solum ego mater tua sum, o fili clementissime, nec
tantum lac tibi * praesto, qui lactis praebitor es, sed mater omnium, *11
pro cunctis ego te oro supplex: fecisti me totius mei generis et os

γὰρ ἔχει - ἡ οἰκουμένη σου - σκέπην κραταιάν, - τεῖχος καὶ στήριγμα· - ἐμὲ ὀρώσιν - οἱ ἐκβληθέντες - τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, - ὅτι ἐπιστρέφω αὐτούς - λαβεῖν αἴσθησιν πάντων - δι' ἐμοῦ τῆς σε τεκούσης - παιδίον νέον, - τὸν πρὸ αἰώνων Θεόν». [...]

CANTICUM IN HYPAPANTE DOMINI

AS
I, 28

2. 'Ο σάρκα δι' ἡμᾶς - ἐκ παρθένου φορέσας [...]

1570

3. 'Ο μήτραν παρθενηκὴν - ἀγιάσας τῷ τόκῳ σου - καὶ χεῖρας τοῦ Συμεῶν - εὐλογήσας ὡς ἔπρεπε, - προφθάσας καὶ νῦν - ἔσωσας ἡμᾶς, - Χριστὲ ὁ Θεός. [...]

29

6. Ὑμνοῦν ἐν τούτοις οἱ ἄγγελοι - τὸν φιλόνηρον, - Μαριάμ δὲ ἐβάδιζεν - ἀγκάλαις τοῦτον βαστάζουσα· - καὶ διενοεῖτο, - πῶς καὶ μήτηρ ἐγένετο - καὶ παρθένος διέμεινεν· - ὑπὲρ φύσιν γινώσκουσα εἶναι τὴν γέννησιν - * ἐφοβεῖτο καὶ ἔφριπτε· - καθ' ἑαυτὴν δὲ - λογιζόμενη - ἐφθέγγετο τοιαῦτα· - « Ποίαν εὐρω, ὑπέ μου, - ἐπὶ σοὶ προσηγορίαν; - ἐὰν γὰρ ὡς βλέπω - ἄνθρωπὸν σε εἶπω, - ὑπάρχεις ὑπὲρ ἄνθρωπον, - ὁ τὴν παρθενίαν μου - φυλάξας ἀκήρατον, - ὁ μόνος φιλόνηρος ».

*30

7. « Τέλειον ἄνθρωπον εἶπω σε; - ἀλλ' ἐπίσταμαι - θεϊκὴν σου τὴν σύλληψιν· - οὐδεὶς ἀνθρώπων γὰρ πρόποτε - δίχα συνουσίας - καὶ σποράς συλλαμβάνεται - ὥσπερ σύ, ἀναμάρτητε. - κἂν Θεόν σε καλέσω, θαυμάζω ὀρώσα

et delicias. Me enim habet tuus terrarum orbis tutelam validam, murum et praesidium. In me respiciunt veteres paradisi tui exules: concede illis ut aliquando demum sentiant ex me ortum esse te, infantem novum, Deum ante saecula ». [...]

AS
I, 28

2. Tu qui propter nos carnem ex Virgine tulisti [...]

1570

3. Tu qui uterum virgineum partu sanctificasti, et ulnas Simeonis merita implesti benedictione, festinus etiam nunc salvasti nos, o Christe Deus.

29

6. Hymnis interea Angeli replebant humanae stirpis amicum; Maria autem procedebat, ulnis suis eum ferens, et cogitabat secum quo pacto mater facta sit ac manserit virgo. Conscia tamen super naturam esse partum, * expavebat ac tremebat, et secum meditata, in hunc modum eloquebatur: « Quo te nomine, fili mi, vocabo? Si enim te, ut video, hominem dixerim, palam es super homines, qui meam servasti virginitatem sinceram, tu solus hominum amator ».

*30

7. « Te ne perfectum dicam hominem? At novi divinum tuum conceptum. Nemo enim unquam hominum absque connubio et semine concipitur, sicut tu, o peccati expers! Te si vocavero Deum, in admirationem feror, cernens te per omnia similem mihi factum;

σε - κατὰ πάντα μοι ὅμοιον· - οὐδὲν γὰρ ἔχεις - παρηλλαγμένον - οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, - εἰ καὶ δίχα ἀμαρτίας - συνελήφθης καὶ ἐτέχθης ». [...]

8. Οὕτως εἰσῆχθη ὁ Κύριος - βασταζόμενος - σὺν τοῖς ὀλοκαυτώμασιν - ἐν τῷ ναῷ, καθὼς γέγραπται· - ὄνπερ ἐξ ἀγκάλων - τῆς μητρὸς ὑπεδέξατο - Συμεῶν ὁ μακάριος· - ἡ χαρὰ καὶ ὁ φόβος συνεῖχε τὸν δίκαιον· - τῆς ψυχῆς γὰρ τοῖς ὄμμασι - τῶν ἀρχαγγέλων - καὶ τῶν ἀγγέλων - τὰ τάγματα ἑώρα - μετὰ φόβου παρεστῶτα - καὶ Χριστὸν δοξολογοῦντα· - καὶ καθικετεύων - ἐν τῇ διανοίᾳ - ἐβόα· « Σὺ με φύλαξον - καὶ μὴ καταφλέξης με - τὸ πῦρ τῆς θεότητος, - ὁ μόνος φιλόανθρωπος ». [...]

11. « Μέγας ὑπάρχεις καὶ ἐνδοξος, - ὃν ἐγέννησεν - ἀπορρήτως ὁ ὕψι- 31
στος, - υἱὲ Μαρίας πανάγιε. - ἕνα γὰρ σε λέγω - ὄρατὸν καὶ ἀόρατον, - χωρη-
τὸν καὶ ἀχώρητον. - κατὰ φύσιν Θεοῦ υἱὸν προαιώνιον - καὶ νοῶ καὶ πι-
στεύω σε· - ὁμολογῶ δὲ - καὶ ὑπὲρ φύσιν - υἱὸν σε τῆς παρθένου ». [...]

12. Ἀκούων ταῦτα παρίστατο - καὶ ἐξίστατο - ἡ παρθένος ἡ ἄσπιλος, -
πρὸς ἣν ὁ γέρον ἐφθέγγετο· - « Πάντες οἱ προφήται - τὸν υἱὸν * σου ἐκή- *32
ρυξαν, - ὃν ἀσπύρως ἐγέννησας· - περὶ σοῦ δὲ προφήτης πρὸς τούτοις ἐκέ-
κραγε - καὶ τὸ θαῦμα κατήγγειλεν, ὅτι ἡ πύλη - ἡ κεκλεισμένη - ὑπάρχεις,
θεοτόκε· - διὰ σοῦ γὰρ καὶ εἰσῆλθε - καὶ ἐξῆλθεν ὁ Δεσπότης· - καὶ οὐκ
ἤνεψθη - οὔτε ἐκινήθη - ἡ πύλη τῆς ἀγνείας σου, - ἣν μόνος διώδευσε -
καὶ σώαν ἐφύλαξεν - ὁ μόνος φιλόανθρωπος ».

nihil enim habes praetermissum ex iis quae hominum sunt, nisi quod sine peccato conceptus et editus es ». [...]

8. Ita introducebatur Dominus, gestatus una cum donis igne consumendis, in templum, ut scriptum erat. Quem maternis ex ulnis accepit beatus Simeon; gaudio et tremore iustus perfusus est: mentis enim oculis intuebatur archangelorum et angelorum turmas, cum tremore astantes, Christoque Deo hymnis ovantes supplicii igitur cogitatu clamavit: « Tu me custodi, neu me comburat ignis divinitatis, tu solus amator hominum ». [...]

11. « Magnus es atque gloriosus, ut quem genuit inenarrabili 31
modo Altissimus, Mariae fili sanctissime! Te quippe unum aio conspicuum et invisibilem, loco septum et immensum, natura te Filium Dei, Deum ante saecula et intelligo et credo; et profiteor te simul et praeter naturae modum filium esse Virginis ». [...]

12. Audiens substitit et obstupuit Virgo intemerata, quam senior affatus est: « Omnes prophetae tuum praedicavere filium, quem * sine semine genuisti. De te praeconium praeterea propheta di- *32
rexit, illudque prodigium annunciavit, te aiens ianuam esse clausam, o Deipara. Per te enim introivit et exiit Dominus, neque ianua aperta est, neque motum est ostium integritatis tuae, quod unum inivit et intactum effecit solus amator hominum ».

13. « Nūn γνωριῶ σοι καὶ ἅπαντα - προφητεύσω σοι, - παναγία ἀμώμητε - εἰς πτώσιν γὰρ καὶ ἀνάστασιν - κεῖται ὁ υἱός σου, - ἡ ζωὴ καὶ ἡ λύτρωσις - καὶ ἡ πάντων ἀνάστασις ». [...]

33 16. Τοσοῦτον δὲ τὸ μυστήριον - ἀντιλέγεται, - ὅτι τῇ διανοίᾳ σου - γενήσεται ἀμφισβήτησις· - καὶ γὰρ ὅταν ἴδῃς - τῷ σταυρῷ προσηλούμενον - τὸν υἱόν σου, ἀμώμητε, - μεμνημένη τῶν λόγων, ὧν εἶπεν ὁ ἄγγελος, - καὶ τῆς θείας συλλήψεως - καὶ τῶν θαυμάτων - τῶν ἀπορρήτων - εὐθέως ἀμφιβάλεις· - ὡς ῥομφαία δέ σοι ἔσται - ἡ διάκρισις τοῦ πάθους. - ἀλλὰ μετὰ ταῦτα - ἴασιν ταχεῖαν - ἐκπέμψει τῇ καρδίᾳ σου - καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ - εἰρήνην ἀήττητον - ὁ μόνος φιλόνητος ». [...]

35 21. Σὲ δυσωποῦμεν, πανάγιε, - ἀνεξίκακε, - ἡ ζωὴ καὶ ἀνάκλησις, - πηγὴ ἡ τῆς ἀγαθότητος· - βλέψον οὐρανόθεν - καὶ ἐπίσκεψαι ἅπαντας - τοὺς αἰεὶ πεποιθότας σοι· - ἀπὸ πάσης ἀνάγκης καὶ θλίψεως λύτρωσαι - τὴν ζωὴν ἡμῶν, Κύριε, - καὶ ἐν τῇ πίστει - τῆς ἀληθείας - ὀδήγησον τοὺς πάντας - ταῖς πρεσβείαις τῆς ἀχράντου - θεοτόκου καὶ παρθένου.

CANTICUM DE VIRGINE IUXTA CRUCEM

AS
I, 101

1. Τὸν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα - δεῦτε πάντες ὑμνήσωμεν· - αὐτὸν γὰρ κατεῖδε Μαρία - ἐπὶ ξύλου καὶ ἔλεγεν· - « Εἰ καὶ σταυρὸν ὑπομένεις, - σὺ ὑπάρχεις - ὁ υἱὸς καὶ θεὸς μου ».

1571

2. Τὸν ἴδιον ἄρνα - [ἡ] ἀμνάς θεωροῦσα - πρὸς σφαγὴν ἐλκόμενον -

13. « Nunc tibi ergo vaticinans, Domina Dei feta, omnia tibi patefacio. In ruinam enim et resurrectionem positus est filius tuus, qui vita est et redemptio, et omnium resurrectio ». [...]

33 16. « Tantum autem mysterium contradicetur, ut menti tuae fortasse subierit anceps cogitatio: hinc enim quum videris cruci affixum tuum filium, o immacolata, memor sermonum quos tecum habuit angelus, divinique conceptus ac miraculorum inenarrabilium, statim haerebis anceps, et quasi gladius erit tibi aegri pectoris anxietas: verum post haec cito mittet medelam cordi tuo, invictamque suis discipulis dabit pacem unicus hominum amator ». [...]

35 21. Te deprecamur, sanctissime, malorum patientissime, tu nostra ultronea redemptio, tu fons bonitatis, desuper intuere et considera omnes in te confidentes; ex ira et necessitate et calamitate redime vitam nostram, Domine, et in fide veritatis deduc omnes ob Deiparae sanctae Virginis suffragia.

AS
I, 101

1. Pro nobis crucifixum, - venite omnes, celebremus. - Ipsum enim vidit Maria - affixum ligno, et aiebat: - « Tametsi crucem sustineas, - tu es manifeste - filius ac Deus meus ».

1571

2. Suum ipsius agnellum - ut agna aspexit - ad caedem raptam-

ἤκολούθει <ή> Μαρία - τρυχομένη - μεθ' ἐτέρων γυναικῶν - ταῦτα βοῶσα - « Ποῦ πορεύη, τέκνον; - τίνος χάριν τὸν ταχύν - δρόμον τελείεις; - μὴ ἕτερος γάμος - πάλιν ἔστιν ἐν Κανᾶ, - κάκει νυνὶ σπεύδεις, - ἴν' ἐξ ὕδατος αὐτοῖς οἶνον ποιήσης; - συνέλθω σοι, τέκνον, - ἢ μείνω σε μᾶλλον; - δός μοι λόγον, Λόγε· - μὴ σιγῶν παρέλθης με, - ὁ ἀγνὴν τηρήσας με, - ὁ υἱὸς καὶ θεὸς μου ». [...]

5. Τοιαῦτα Μαρίας - ἐκ λύπης βαρείας - καὶ ἐκ θλίψεως πολλῆς - κραυ- 102
γαζούσης καὶ κλαιούσης, - ἐπεστράφη - πρὸς αὐτὴν ὁ ἐξ αὐτῆς - οὕτω βοή-
σας: [...]

7. « Πικρὰν τὴν ἡμέραν - τοῦ πάθους μὴ δείξῃς· - δι' αὐτὴν γὰρ ὁ γλυ- 103
κὺς - οὐρανόθεν νῦν κατῆλθον - ὡς τὸ μάννα, - οὐκ ἐν ὄρει τῷ Σινᾶ, - ἀλλ' ἐν
γαστρὶ σου. - ἐνδοθεν γὰρ ταύτης - ἐτυρώθην, ὡς Δαυὶδ - προανεφώνει· -
τὸ τετυρωμένον - ὅρος νόησον, σεμνή, - ἐγὼ γὰρ ὑπάρχω, - ὅτι λόγος ὢν
ἐν σοὶ σὰρξ ἐγενόμην ». [...]

12. Ῥημάτων δὲ τούτων - ὡς ἤκουσε τότε - ἡ ἀμώμητος ἀμνάς, - ἀπε- 104
κρίθη πρὸς τὸν ἄρνα· - « Κύριέ μου, - ἔτι ἄπαξ ἂν εἰπῶ, - * μὴ ὀργισθῆς *105
μοι· - λέξω σοι ὃ ἔχω, - ἵνα μάθω παρὰ σοῦ - πάντως ὃ θέλω· - ἂν πάθῃς,
ἂν θάνῃς, - ἀναλύσεις πρὸς ἐμέ; - ἂν περιοδεύσης - σὺν τῇ Εὐᾶ τὸν Ἀδάμ,
βλέψω σε πάλιν; » [...]

tum, - Maria sequebatur, - moerore confecta, - cum caeteris mulie-
ribus, - haec lamenta edens: - « Quo vadis, fili? - cur praecipitem -
nunc cursum agis? - an forte aliae sunt nuptiae - iterum in Cana, -
et huc properas, — ut ex aqua illis — vinum facias? - tene comiter,
fili, - an te expectem potius? - Da verbum mihi, o Verbum, - ne
silentio me praetermittas, - qui castam servasti me, - filius ac Deus
meus ». [...]

5. Talia dum Maria prae nimio moerore et ob graves aerumnas 102
ederet lacrymabunda, conversus est ad eam eius natus, ita locu-
tus: [...]

7. « Acerbam ne reputes hanc diem in qua patior; propter hanc 103
enim suavis ego e superis descendi, sicut manna, haud quidem in
montem Sina, sed in uterum tuum: in eo siquidem coagulatus sum,
uti David praefatus est. Quid sit coagulatus mons intellige, augusta!
Ego quippe sum, qui Verbum cum essem, in te caro factus fuerim ». -
[...]

12. Verba haec postquam audivit, tunc respondit intemerata 104
ovis ad agnum: « Domine mi, si iterum loquor, ne mihi irascaris. *105
* Dico tibi quod habeo, ut sciam a te omnino quid optem; si passus,
si mortuus es, redibisne ad me? Si visitaveris Evam simul et Ada-
mum, tene iterum videbo? » [...]

13. Ὡς ἤκουσε ταῦτα - ὁ πάντα γινώσκων - πρὶν γενέσεως αὐτῶν, - ἀπεκρίθη πρὸς Μαρίαν· - « Θάρσει, μῆτερ, - ὅτι πρώτη με ὄρας - ἀπὸ τοῦ τάφου ». [...]

107 18. Ὑἱὲ τῆς παρθένου, - θεὲ τῆς παρθένου - καὶ τοῦ κόσμου ποιητά, - σὸν τὸ πάθος, σὸν τὸ βάθος - τῆς σοφίας. [...]

CANTICUM IN NATIVITATEM B. MARIAE V.

- ^{AS}
I, 198 1. Ἰωακείμ καὶ Ἄννα - ὀνειδισμοῦ ἀτεκνίας, - καὶ Ἀδάμ καὶ Εὐα - ἐκ 1572
τῆς φοροῦ τοῦ θανάτου - ἠλευθερώθησαν, ἄχραντε, - ἐν τῇ ἀγία γεννήσει
σου· - αὐτὴν ἐορτάζει - καὶ ὁ λαός σου, - ἐνοχῆς τῶν πταισμάτων - λυτρω-
θῆναι τῷ κράζειν σοι· - « Ἡ στεῖρα τίκτει - τὴν θεοτόκον - καὶ τροφὸν
τῆς ζωῆς ἡμῶν ». [...]
- 199 3. Ὡ τοκετὲ - τῆς Ἄννης ἀγαθέ, - πῶς ὑμνήσω σε ἢ πῶς δοξάσω σε, -
ὅτι ὑπάρχεις τεχθεὶς ναὸς ἅγιος; [...]
- *200 6. « Πρεῖθρον ζωῆς - ἐξέβλυσας ἡμῖν - ἡ τραφῆναι δοθεῖσα εἰς ἅγια - καὶ
τὴν ἀγγέλου * τροφὴν ἀπολαύσασα, - ἐν ἀγίοις ἀγία ὑπάρχουσα, - ὡς ὠρί-
σθη, καὶ ναὸς - καὶ δοχεῖον Κυρίου ». [...]

13. Audiens haec, qui omnia novit antequam fiant, Mariae res-
pondit: « Confide, mater, quod prima tu me videbis sursum e se-
pulehris ». - [...]

107 18. O fili Virginis, Virginis o Deus, mundique creator! Tua passio,
tua est altitudo sapientiae. [...]

^{AS}
I, 198 1. Ioachim et Anna - ex opprobrio sterilitatis, - Adamusque et 1572
Eva - ex corruptela mortis - erepti sunt, o immaculata, - in sacra
tua nativitate: - quam festive celebrat - tuus quoque populus, - e
vinculo peccatorum - solutus, dum ad te clamat: - « Sterilis parit
Deiparam, - vitaeque nostrae nutricem ». [...]

199 3. O optime fructus Annae, quibus te hymnis laudibusve pro-
sequar, quando oriris ut sacrum Dei templum? [...]

*200 6. « Torrentem vitae nobis effudisti, dum dedicata es, in templo
alenda, dum cibo * fruebaris angeli, sanctaque in sanctis fiebas, et
iuxta oracula, Domini templum et habitaculum ». [...]

SEVERIANUS Ep. Gabalensis († post 408)

DE MUNDI CREATIONE¹PG
56, 497

Oratio VI. 10. Τί οὖν; ὑποβέβληται τῇ καταδίκῃ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, καὶ μένει ἐν λύπαις, καὶ οὐ λύεται ὁ δεσμός; Ἦλθεν ὁ Χριστὸς ὁ λύων τὸν δεσμόν· ἀπήνησεν ἡ Κυριοτόκος ὑπὲρ τοῦ γένους ἀπολογουμένη, ἡ ἀγία Παρθένος ἀντὶ τῆς παρθένου· παρθένος γὰρ ἦν καὶ ἡ Εὐα ὅτε ἤμαρτεν· ἔλυσε τὴν λύπην καὶ τὸν στεναγμὸν τῆς καταδεδικασμένης. Ὡσπερ γὰρ ἐάν τις κληθῆ εἰς τὰ βασίλεια, σπουδάζει τοὺς ἰδίους τιμῆσαι, καὶ ὧσιν ἐν ἀνάγκῃ, ἀπολύσαι· οὕτω κληθεῖσα ἡ ἀγία Παρθένος εἰς τὰ βασίλεια ὑπηρετήσασθαι τῇ θεῷ γεννήσει, ἐλθοῦσα εἰς ξένας ὠδῖνας ταύτην πρώτην αἰτεῖ χάριν, μᾶλλον δὲ λαμβάνει. Ἐπειδὴ οὐκ ἔπρεπε τὴν κατάδικον γυναῖκα γεννήσαι τὸν ἀνεύθυνον, ἔρχεται ὁ λύων πρῶτον τῆς Εὐας τὴν λύπην διὰ χαρᾶς. Ἐρχεται ὁ ἄγγελος λέγων τῇ Παρθένῳ· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη». Εἶτα διὰ τοῦ Χαῖρε λύει τὸν δεσμόν τῆς λύπης. «Χαῖρε» ἤλθεν ὁ λύων τὴν λύπην. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη»· ἐπειδὴ ἕως νῦν κεκατηραμένη. Ὡδε πρόσεχε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ἐπειδὴ μετ' ἐκείνης ὁ ὄφις ἐν λύπῃ, χαῖρε, ἐπειδὴ μετὰ σοῦ ὁ Θεός. Καὶ βλέπε τὴν φωνὴν τοῦ ἀγγέλου, πῶς ὄλην ἐρμηνεύει τοῦ Χριστοῦ τὴν οἰκονομίαν. «Χαῖρε, κεχαριτωμένη».

770

PG
56, 497

Oratio VI, 10. Quid igitur? Damnationi obnoxius est mulieris sexus, manetque in doloribus, nec vinculum solvitur? Venit Christus qui vinculum solvit: occurrit ea quae Dominum peperit, sexui patrocianans, sancta Virgo pro virgine; nam virgo erat Eva cum peccavit; damnatae dolorem solvit, atque gemitum. Sicut enim si quis in regiam vocetur, suos honoribus augere studet, ac, si in angustia fuerint, liberare: sic sancta Virgo in regiam vocata, ut divinae generationi ministraret, insolito donata partu, hanc primam gratiam petit, imo accipit. Quia non decebat culpa obnoxiam feminam innoxium gignere, venit is qui primo Evae tristitiam per gaudium solvit. Venit angelus Virgini dicens: *Ave, gratia plena*.² Tum per *Ave*, seu *Gaude* illud, tristitiae vinculum solvit. *Ave*; venit is qui solvit tristitiam. *Ave, gratia plena*, quia haec hactenus maledicto obnoxia. Hic Dei gratiam animadvertite. *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Quia cum illa serpens in tristitia, gaude, quia tecum est Deus. Ac vide angeli vocem, quomodo totam Christi dispensatio-

770

¹ Cf. Bar, II, 143; Cay, I, 567; Al, 344. Inter locos, sub titulo *Incertus Auctor*, referimus alias homilias *Severiano* quoque attributas.

² Lc. I, 28.

Ἐπειδὴ ἐκείνη διπλὴν ἔλαβε κατάραν, τὴν λύπην καὶ τὸν στεναγμὸν τὸν ἐπὶ τῶν ὠδίνων, εἰσάγει τὸν τοκετὸν τὸν λύοντα ἐκεῖνον τὸν τόκον. «Ἴδου συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἷόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν». Τὰς ἁμαρτίας τῶν σῶν πατέρων λύει ὁ ἐκ σοῦ βλαστάνων καρπός. Λοιπὸν μετεβλήθη τὸ πρᾶγμα. Τὴν Εὐὰν ἕως σήμερον οἱ ἀκούοντες ταλανίζουσιν· Οὐαὶ τῇ ἀθλίᾳ, οἴας δόξης ἐξέπεσεν! οὐαὶ τῇ ἀθλίᾳ, τί ἔπαθεν! Ἡ Μαρία καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀκούει παρὰ πάντων μακαρία, ἀμέλει πλησθεῖσα Πνεύματος ἁγίου. * Καὶ *498 αὕτη ἡ Παρθένος λοιπὸν προφητεύσασα ἄκουσον τί λέγει· «Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο τὴν ταπεινώσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἀπὸ γὰρ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί». Ἴνα δείξῃ ὅτι τὸ πρόσωπον τῆς Εὐὰς φέρει, Ἐως νῦν, φησὶν, ὑβριζομένην, «ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί». Καὶ τί, φησὶν, ὠφελεῖται μὴ ἀκούουσα; Μάλιστα μὲν οὖν ἀκούει, ἐκ τοῦ ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν χώρᾳ ζώντων εἶναι, ἡ μήτηρ τῆς σωτηρίας, ἡ πηγὴ τοῦ αἰσθητοῦ φωτός· αἰσθητοῦ διὰ τὴν σάρκα, νοητοῦ διὰ τὴν θεότητα. Οὕτως οὖν δι' ὅλου μακαρίζεται. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἔτι ἔζη ἐν σαρκί, ἐμακαρίζετο· ἤκουσε γὰρ τοῦ μακαρισμοῦ ἔτι ἐν σαρκὶ οὔσα. Ἐκείνη

nem explicat. *Ave, gratia plena*. Quia illa duplicem maledictionem accepit, tristitiam et gemitum partus, inducit partum, qui solvat priorem illum partum. *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum*.¹ *Ipsa enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*.² Patrum tuorum peccata solvit qui ex te fructus oritur. Iam mutata res est. Haecenus qui Evam audiebant, miseram praedicabant: Vae miserae: quantam gloriam amisit! Vae miserae: quanta passa est! * Maria quotidie omnium vocem audit: Beata: *498 sane plena Spiritu sancto! Ac demum vaticinans Virgo audi quid dicat: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia respexit humilitatem ancillae suae: ex hoc enim beatam me dicent omnes generationes*.³ Ut ostendat se personam Evae gestare, «Me ad hoc usque tempus, inquit, contumeliae habitam, ex tum beatam dicent omnes generationes». Et quid, inquires, illi prodest, cum non audiat? At revera audit, quod sit in splendido loco, in regione vivorum, mater salutis, fons lucis, quae et sensu et mente percipitur; sensu propter carnem, mente propter divinitatem. Sic itaque prorsus beata praedicatur. Imo etiam dum viveret in carne, beata praedicabatur: audivit enim beatitudinem illam cum adhuc in carne esset. Illa primo vidit, ac

¹ Lc. I, 31.

² Matth. I, 21.

³ Lc. I, 68 et 48.

πρῶτον εἶδε, καὶ τότε ἐγεύσατο τοῦ δένδρου· αὕτη πρῶτον εἶπε, καὶ τότε ἤκουσε τοῦ μακαρισμοῦ. "Ὅτε γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκεν, «'Ἐπῆρε γυνή τις φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου», καὶ λέγει αὐτῷ, πάντων ἀκουόντων· «Μακαρία ἡ κοιλία ἣ βαστάσασά σε, καὶ μαστοί, οὓς ἐθήλασας».

deinde ex arbore gustavit; haec primo dixit, et tunc beatitudinem audivit. Cum enim Salvator doceret, *Extollens vocem quaedam mulier de turba*, cunctis audientibus, dicit illi: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*¹

RUFINUS TYRANNIUS Aquileiensis (ca 345 † 410/411)

DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

PL
21, 302

Benedictio Iudae, 2. [...] Sed multo convenientius aptabitur huic loco mystica expositio, in qua catulus leonis,² Christus, non solum φυσικῶς, verum etiam τροπικῶς designatur. Nam Physiologus de catulo leonis haec scribit, quod cum natus fuerit, tribus diebus ac tribus noctibus dormiat: tum deinde patris fremitu vel mugitu, tanquam tremefactus cubilis locus, suscitetur catulum dormientem. Iste ergo catulus ascendit ex germine: ex Virgine enim natus est, non ex semine, sed ex virgine absque concubitu virili, et absque semine naturali Christus. Velut virgultum, sive ramus, in quo manifestissime et veritas carnis assumptae ex Virgine declaratur in sacrosancto germine, et a contagio carnalis et humani seminis excusatur.³

771

COMMENTARIUS IN SYMBOLUM APOSTOLORUM (404)

PL
21, 348
*349

[...] 9. QUI NATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA * VIRGINE. Haec iam inter homines dispensationis nativitas est, illa divinae substantiae: haec dignationis est, illa naturae. De Spiritu Sancto ex Virgine nascitur: et iam in hoc loco mundior auditus requiritur et purior sensus. Huic enim, quem dudum de Patre natum ineffabiliter didicisti, nunc a Spiritu Sancto templum fabricatum intra secreta uteri virginalis intellige: et sicut in sanctificatione Sancti Spiritus nulla sentienda est fragilitas, ita et in partu Virginis nulla

772

¹ Lc. XI, 27.

² Gen. XLIX, 9.

³ CCL XX, 193.

SOCRATES (380/408 † 439/443)

HISTORIA ECCLESIASTICA

- 1082 Lib. VII, cap. XXXII. Συνῆν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς. Τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς· καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. Καὶ ποτε ἐπ' ἐκκλησίας ὁ Ἀναστάσιος διδάσκων ἔφη, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδεὶς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι, ἀδύνατον. Τοῦτο ἀκουσθέν, πολλοὺς κληρικούς τε καὶ λαϊκοὺς ἐν ταυτῷ πάντας ἐτάραξεν. Ἦσαν γὰρ πάλοι διδαχθέντες θεολογεῖν τὸν Χριστόν, καὶ *μηδαμῶς αὐτὸν τῆς οἰκονομίας, ὡς ἄνθρωπον, χωρίζειν ἐκ τῆς θεότητος, πειθόμενοι τῇ τοῦ Ἀποστόλου φωνῇ λεγούσῃ· «Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν»· καὶ· «Διὸ ἀφέντες τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα». Ταραχῆς οὖν, ὡς ἔφην, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενομένης, ὁ Νεστόριος τὸν τοῦ Ἀναστασίου λόγον κυρώσασθαι σπεύδων· οὐ γὰρ ἐξελέγχεσθαι ὡς βλάσφημον τὸν παρ' αὐτοῦ τιμώμενον ἤθελε· συνεχῶς περὶ τούτου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐδίδασκε, φιλονεικότερόν τε περὶ αὐτοῦ τὰς ζητήσεις ποιούμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν λέξιν τοῦ Θεοτόκος ἐκβάλλων. Διὸ τῆς περὶ τούτου ζητήσεως παρ' ἄλλοις ἄλλως ἐκδεχθείσης, διαίρεσις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐγένετο. Καὶ ὥσπερ ἐν

PG
67, 808

*809

- 1082 Lib. VII, cap. XXXII. Erat familiaris Nestorii Anastasius presbyter, qui una cum illo profectus fuerat Antiochia. Hunc Nestorius magno in honore habebat, eiusque consilio in rebus gerendis utebatur. Hic igitur Anastasius quodam die cum in ecclesia doceret, dixit haec verba: Nemo Mariam vocet Deiparam. Maria enim homo fuit. Ex homine autem Deus nasci non potest. Id ubi auditum fuisset, multos tam ex clero quam ex plebe, pariter conturbavit. Olim enim didicerant, Christum * confiteri Deum, nec ullatenus ob susceptam humanae salutis dispensationem, eum tanquam hominem a divinitate seiungere, sequentes doctrinam Apostoli ita dicentis: *Etsi Christum cognovimus secundum carnem, nunc tamen non cognoscimus amplius*. Et iterum: *Quapropter sermonem de Christo relinquentes, ad perfectionem contendamus*. Cum ergo hac de re tumultus, uti dixi, in ecclesia ortus esset, Nestorius dictum Anastasii confirmare studens: nolebat enim eum quem ipse tanti faceret, ut impie loquentem coargui: ipse de hac controversia subinde in ecclesia disseruit: quaestiones ea de re pervicaciter proponens, et vocem Deiparae perpetuo reiiciens. Proinde cum haec quaestio ab aliis aliter excepta esset, dissidium ortum est in Ecclesia. Ac veluti in nocturna quadam pugna temere dimicantes,

PG
67, 807

*810

νυκτομαχία καθεστῶτες, νῦν μὲν ταῦτα ἔλεγον, νῦν δὲ τὰ ἕτερα· συγκατε-
 τίθεντό τε ἐν ταυτῷ, καὶ ἡρνοῦντο. Νεστόριος δὲ δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς
 εἶχεν, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον λέγων τὸν Κύριον, καὶ ὡς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως
 καὶ Φωτεινοῦ τὸ δόγμα εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἄγων. Ἄλλὰ περὶ τούτου το-
 σαύτη ἐκινήθη ζήτησις καὶ ταραχή, ὡς καὶ συνόδου οἰκουμενικῆς δεηθῆναι.
 Ἐγὼ δὲ ἐντυχὼν τοῖς παρὰ Νεστορίου λόγοις δοθεῖσιν, ἀγνοοῦντα ἐφευρίσκω
 τὸν ἄνδρα, καὶ μετ' ἀληθείας ἐρῶ· Οὐδὲ γὰρ οὔτε ἀπεχθανόμενος πρὸς αὐτόν,
 ὧν εἶχεν ἐλαττωμάτων ἐμνήσθη· οὔτε χαριζόμενός τισιν, ἐλαττονοῦντα ὧν
 ἐφεῦρον, ἐκθήσομαι. Οὐ μοι δοκεῖ ὁ Νεστόριος, οὔτε τὸν Σαμοσατέα Παῦλον
 ζηλῶν, οὔτε μὴν Φωτεινόν, μηδ' ὅλως ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν τὸν Κύριον.
 Ἄλλὰ τὴν λέξιν μόνην ὡς τὰ μορμολύκια πεφόβηται. Καὶ τοῦτο πέπονθεν
 ὑπὸ ἀμαθίας πολλῆς. Φυσικὸς γὰρ εὐλαλὸς ὢν, πεπαιδευθῆναι μὲν ἐνομιζέτο·
 τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ἀνάγωγος ἦν· καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἐρμηνεῶν βίβλους, ἀπη-
 ξίου μανθάνειν. Τυφούμενος γὰρ ὑπὸ τῆς εὐγλωττίας, οὐκ ἀκριβῶς προ-
 σεῖχε τοῖς παλαιοῖς· ἀλλὰ πάντων κρείττονα ἐνόμιζεν ἑαυτόν. Αὐτίκα γοῦν
 ἠγγόησεν, ὅτι ἐν τῇ Καθολικῇ Ἰωάννου γέγραπτο ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγρά-
 φοις, ὅτι «Πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι». Ταύτην
 *812 γὰρ * τὴν διάνοιαν ἐκ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων περιεῖλον οἱ χωρίζειν ἀπὸ
 τοῦ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου βουλόμενοι τὴν θεότητα. Διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ

modo haec, modo illa dicebant, idem affirmantes pariter et negantes.
 Nestorium vero plerique in ea sententia esse existimabant, ut Do-
 minum nudum esse hominem assereret, et Pauli Samosatensis ac
 Photini dogma in Ecclesiam inveheret. Verum hac de re tanta alter-
 catio tantusque tumultus est excitatus, ut opus fuerit generali concilio.
 Ego vero cum libros a Nestorio editos legissem, hominem im-
 peritum esse deprehendi: prorsusque dicam ut se res habet. Nam
 neque odio et inimicitia adductus, vitia illius antea commemoravi:
 nec ut quibusdam gratificer, bona quae in illo deprehendi, oratione
 mea extenuabo. Mihi quidem videtur Nestorius, nec Paulum Samo-
 satensem, nec Photinum imitatus: neque omnino nudum hominem
 Christum dicere. Sed solam Deiparae vocem velut larvam quam-
 dam reformidat. Idque illi ex gravissima contigit imperitia. Cum
 enim naturali facundia esset praeditus, eruditus quidem videbatur,
 revera tamen erat indoctus. Libros etiam veterum interpretum haud-
 quaquam legere dignabatur. Arrogantia enim elatus ob dicendi fa-
 cultatem, non satis accurate vetustioribus legendis operam dabat,
 *811 sed seipsum reliquis * omnibus praestare arbitrabatur. Primum igitur
 ignoravit, in catholica Ioannis Epistola ita scriptum esse in antiquis
 exemplaribus: *Omnis spiritus qui Iesum a Deo separat, non est ex Deo.*
 Hanc enim sententiam e vetustis exemplaribus sustulerunt ii, qui ab
 hominis dispensatione divinitatem separare studebant. Quamob-

ἔρμηνεῖς αὐτὸ τοῦτο ἐπεσημήναντο, ὡς τινες εἶεν ῥαδιουργήσαντες τὴν ἐπι-
στολὴν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες. Συνανείληπται δὲ ἡ ἀν-
θρωπότης τῇ θεότητι· καὶ οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ ἓν. Τοῦτο θαρβρόντες οἱ
παλαιοί, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν λέγειν οὐκ ᾔκνησαν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παμ-
φίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου, κατὰ λέ-
ξιν ταῦτα φησί· Καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπομένειν ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς
ἠνέσχετο· καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, ὀνομαστὶ παρ' Ἑβραί-
οις ἢ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο. Διὸ δὴ καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη ἢ θεοφιλεστάτη,
τῆς Θεοτόκου τὴν κύησιν μνήμασι θαυμασίοις κατεκόσμη, παντοίως τὸ τῆδε
ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. Καὶ Ὁριγένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τῶν εἰς
τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολῆν, ἐρμηνεύων πῶς Θεοτόκος
λέγεται, πλατῶς ἐξήτασε. Φαίνεται τοίνυν ὁ Νεστόριος ἀγνοήσας τὰς πραγ-
ματείας τῶν παλαιῶν. Διὸ, καθὼς ἔφην, τὴν λέξιν μόνην περίσταται. Ἐπεὶ
ὅτι ψιλὸν οὐ λέγει ἄνθρωπον τὸν Χριστόν, ὡς Φωτεινὸς ἢ Παῦλος ὁ Σαμο-
σατεύς, καὶ αἱ ἐκδοθεῖσαι αὐτοῦ προσομιλῖαι διδάσκουσιν, ὡς οὐδαμοῦ τὴν
τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐνυπόστατον αὐτὸν ὁμο-
λογεῖ καὶ ἐνούσιον· οὐ μὴν ὡς Φωτεινὸς καὶ ὁ Σαμοσατεύς, ἀναιρεῖ αὐτοῦ
τὴν ὑπαρξιν. Τοῦτο γὰρ καὶ Μανιχαῖοι, καὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ δογματίζειν
ἐτόλμησαν. Οὕτω μὲν οὖν τὸν Νεστόριον φρονούντα εὕρισκω ἐγώ, ἐκ τε ὧν

rem et prisca interpretes idipsum observaverunt, fuisse nimirum
quosdam, qui hanc Epistolam depravarint, hominem a Deo seiungere
cupientes. Est quippe humanitas copulata divinitati: nec iam duo
sunt, sed unum. Hoc testimonio freti veteres Mariam Dei genitricem
dicere non dubitarunt. Nam et Eusebius Pamphili in tertio libro
De vita Constantini ad verbum ita scribit: Nam et Emmanuel, quod
est *Nobiscum Deus*, pro nobis nasci sustinuit, et locus nativitatis eius
Bethlehem ab Hebraeis est appellatus. Ideirco Deo charissima He-
lena Augusta Deiparae Virginis partum eximiis monumentis ornavit,
sacram illam speluncam omni cultus genere illustrans. Sed et Ori-
genes in primo tomo *Commentariorum in Epistolam Pauli ad Roma-
nos*, exponens qua ratione dicatur Deipara, eam quaestionem latis-
sime pertractavit. Apparet igitur Nestorium scripta veterum penitus
ignorasse. Et ob eam causam, ut iam dixi, solam Deiparae vocem
impugnat. Christum enim nudum hominem ab illo non dici, sicuti
Photinus et Paulus Samosatensis dixerunt, homiliae ab illo editae
satis docent. In quibus nusquam Verbi Dei hypostasim tollit, sed
personam illud habere, ac substantivum esse, ubique profitetur: nec
quemadmodum Photinus et Paulus Samosatensis, subsistentiam ei
adimit: quod quidem et Manichaei et Montani sectatores asserere
non dubitarunt. Et hanc fuisse Nestorii sententiam, partim ex libris

ἀνέγων αὐτοῦ λόγων, καὶ ἀφ' οὗ οἱ ἐρασταὶ αὐτοῦ λέγουσιν. Οὐ μικρὰν μέντοι ταραχὴν τῇ οἰκουμένῃ ἢ ψυχρολογία Νεστορίου ἐκίνησεν.

PG
67, 813

Cap. XXXIV. Οὐ πολὺς γὰρ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρόσταγμα τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ἐφεσίων συνιέναι ἐκέλευσεν. Εὐθὺς οὖν μετὰ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, ὁ Νεστόριος σὺν πολλῇ δυνάμει ὄχλων παρῆν εἰς τὴν Ἐφεσον, εὗρίσκει τε πολλοὺς τῶν ἐπισκόπων συνεληλυθότας ἐκεῖ. Ὁ δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλος μικρὸν ὑστερήσας, περὶ τὴν Πεντηκοστὴν ἀπήντησεν. Πέμπτη δὲ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἡμέρα, καὶ Ἰουβενάλιος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων, ἐπέστη. Ἰωάννου δὲ τοῦ Ἀντιοχείας βραδύναντος, οἱ παρόντες ἀνεκινοῦντο ζήτημα. Καὶ Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, ἀκροβολισμούς τινας ἐποιεῖτο τῶν λόγων, Νεστόριον ταραττεῖν βουλόμενος, καὶ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχε πρὸς αὐτόν. Καὶ δὴ πολλῶν θεολογούντων τὸν Χριστόν, Ἐγώ, ἔφη Νεστόριος, τὸν γενόμενον διμηνιαῖον καὶ τριμηνιαῖον, οὐκ ἂν Θεὸν ὀνομάσαιμι. Καὶ διατοῦτο καθαρὸς εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος ὑμῶν. Καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν, πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐλεύσομαι. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἤθροίζετο, οἱ τῇ αὐτοῦ ἠκολούθου γνῶμη. Διηροῦντο οὖν οἱ παρόντες εἰς δύο τμήματα. Οἱ οὖν περὶ Κύριλλον, συνέδριον ποιησάμενοι ἐκάλεσαν τὸν Νεστόριον. Ὁ δὲ οὐχ ὑπήκουσεν, εἰς τὴν παρουσίαν

1083

eius, quos quidem perlegi, partim ex fautorum illius sermonibus deprehendi. Caeterum stulta illa Nestorii garrulitas orbem terrarum non mediocriter perturbavit.

PG
67, 814

Cap. XXXIV. Quippe haud multo post imperator, edicto proposito omnes undique episcopos ad civitatem Ephesiorum convocavit. Statim ergo post festum Paschae diem, Nestorius cum ingenti promiscuae plebis multitudine Ephesum advenit, multosque illic episcopos congregatos reperit. Cyrillus vero Alexandrinus episcopus nonnihil cunctatus, circa Pentecosten adfuit. Iuvenalis vero Hierosolymorum episcopus, quinto post Pentecosten die adventavit. Ioanne porro Antiochenae urbis episcopo moras prolixius trahente, hi qui aderant quaestionem discutere coeperunt. Et Cyrillus Alexandrinus quibusdam quasi sermonum velitationibus pugnam exorsus est, Nestorium studens perterrere: quippe qui infenso erga illum animo esset. Porro cum multi Christum Deum esse confiterentur, Nestorius dixit. Ego vero, eum qui bimestris ac trimestris exstitit, Deum appellare non possum. Atque idcirco mundus sum a sanguine vestro, nec in posterum amplius ad vos accedam. His dictis, congregari deinceps coepit cum reliquis episcopis qui ipsius sententiam sequebantur. Itaque episcopi qui aderant, duas in partes divisi sunt. Et ii quidem qui cum Cyrillo erant, in concilio residentes, Nestorium evocarunt. Verum ille vocatus non paruit, usque ad Ioannis

1083

Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχέως ὑπεριθέμενος. Οἱ δὲ περὶ Κύριλλον, τὰς προσομιλίας Νεστορίου ἅς περὶ τοῦ ζητήματος εἰρήκει, πολλάκις ὑπαναγρόντες, ἐξ αὐτῶν τε κρίναντες εὐτόμως βλασφημήσαντα εἰς τὸν Ὑῖον τοῦ Θεοῦ, καθέλιον αὐτόν. Τούτου γενομένου, οἱ περὶ Νεστόριον ἕτερον καθ' ἑαυτοῦς συνέδριον ποιησάμενοι, καθαιροῦσι Κύριλλον, καὶ σὺν αὐτῷ * Μέμνονα τὸν *816 τῆς Ἐφέσου ἐπίσκοπον. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἐπέστη Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος. Καὶ γνοὺς τὰ γενόμενα, ἀπήχθητο πρὸς Κύριλλον, ὡς αἴτιον τῆς γεγενημένης ταραχῆς, τὸ θερμῶς ποιῆσαι τὴν Νεστορίου καθάρσειν. Κύριλλος δὲ ἅμα καὶ Ἰουβενάλῳ, ἀμυνόμενος τὸν Ἰωάννην, καθαιρεῖ καὶ αὐτόν. Τούτων δὴ τότε οὕτω συμπεφυρμένων, γνοὺς ὁ Νεστόριος εἰς κοινωνίαν προβάσσαν τὴν φιλονεικίαν, ἐκ μεταμελείας Θεοτόκου τὴν Μαρίαν ἐκάλει, λέγων· Λεγέσθω, φησί, καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία, καὶ παυσάσθω τὰ λυπηρά· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτόν ἐκ μετανόιας ταῦτα λέγοντα προσεδέξατο. Διὸ καὶ ἄχρι νῦν καθηρημένος, εἰς ἔξορίαν πεμφθεὶς εἰς τὴν Ὀασιν κατοικεῖ. Ἡ μὲν οὖν τότε γενομένη σύνοδος, τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

Antiochensis adventum praesentiam suam differens. Tum Cyrillus et qui cum illo erant, lectis saepius concionibus quas de ista quaestione Nestorius ad populum habuerat, * cum ex earum lectione iudicassent *815 Nestorium constanter de Filio Dei impie locutum esse, eum deposuerunt. Quo facto, illi qui cum Nestorio erant, alio seorsum concilio congregato, Cyrillum et una cum illo Memnonem Ephesinae urbis episcopum vicissim deponunt. Nec multo post advenit Ioannes Antiochensis episcopus. Qui cum ea quae gesta fuerant cognovisset, Cyrillum aversatus est tanquam totius tumultus auctorem, quippe qui temerario ac praecipiti impetu ad depositionem Nestorii prorupisset. At Cyrillus, adiuncto sibi Iuvenale, Ioannem ulcisci volens, ipsum quoque episcopatu discinxit. Rebus in hunc modum confusis ac perturbatis, animadvertens Nestorius contentionem usque ad communionis perniciem devenisse, poenitentia ductus, Mariam Deiparam appellare coepit, his verbis utens: Dicatur, si placet, Maria Deipara, et similtas omnis conquiescat. Verum licet mutata sententia haec diceret, nemo tamen illud admisit. Quippe etiamnum depositus et in exilium missus, Oasin incolit. Et synodus quidem eo tempore celebrata hunc habuit exitum.

- PG 67, 201, 221, 228, 280, 281, 289, 340, 348.
- SOZOMENUS (saec. v): *Historia Ecclesiastica*. PG 67, 1120, 1281.

matre sine Patre; ipse conditoris templum, ipse conditor templi; ipse auctor operis, ipse opus auctoris; manens unus de utroque, et in utraque natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione geminatus.

DE ORDINE CREATURARUM¹PL
83, 916

Cap. I, 5. Filius ex tempore carnem suscepit humanam, quae vitio caret; humanitatis naturam habuit, animam prudentem, intellectualem, sapientem, excepta divina natura, habens, ut humanitas integra fieret; quam ideo Filius, qui sine tempore Dei Patris est, assumpsit, ut qui in divinitate erat Dei Filius, in humanitate idem esset hominis Filius. Qua humanitate natus est de Spiritu sancto, et Maria semper Virgine; non quia et Spiritus sancti sicut et Mariae, Filius esse credendus sit, sed quia ex virtute et opere Spiritus sancti conceptus, ex Virgine natus sit.

1721

S. SOPHRONIUS Hierosolymitanus (ca 550 †638)

ORATIONES

PG
87^{ter},
3201

Oratio I. In Christi Natalitia.² [...] Hinc quidem ex utero virgineo exortus, inde vero ex aditis inferorum antris excitatus.

1722

*3202

* [...] Quamobrem laetae quoque festivaeque voces praesentem hanc solemnitatem illustrant fidelesque duplici nomine ad festum hunc diem celebrandum invitant. Hic virgo, quae eum in lucem edidit, angelum non absque iustissima causa, eiusmodi oratione se compellantem accipit: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*; ³ quasi dicat maledictio quae Evae iam olim irrogata fuerat, iam tandem per te finem facit.

PG
87^{ter},
3207

[...] Annon cum Dei Verbum esset, aeternumque ex aeterno Patre ortum haberet, impollutum matris Virginis uterum propter nos inhabitavit, veramque in illa, et ex illa carnem suscepit? Suscepit autem ex ea carnem non prius quidem formatam et existentem, quam indissolubili vinculo illi coniungeretur: sed una cum ipso, et in ipso Verbi complexu, existentium sortitam.

1723

PG
87^{ter},
3207

[...] Christus namque salutis nostrae causa nobis per omnia assimilatus, et similis expertem conceptionem habuit (viri enim, ut nasceretur, * synergia nulla egebat), et Virginis utero se circumscribi

1724

*3208

¹ Liber certus iuxta Al et Bar III, 171; spurius videtur, hibernicae originis, iuxta B. Bischoff et M. Diaz y Diaz (Clavis 1189).

² Festum tum temporis in Dominicam diem inciderat. Vide alium locum, Sophronio attributum, sub titulo «Incertus Auctor».

³ Lc. I, 28.

sustinuit, et hominum more pro sua clementia in lucem edi voluit, et in manifestissimum omnipotentis divinitatis suae iudicium et argumentum, Virginem, ex qua prodiit, integram incorruptamque conservavit, ipsamque nihilominus Deiparam esse palam ostendit.

1725

Si scires donum Dei, aiebat Christus, fons ille vitae nunquam deficiens ad Samaritanam, *et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petivisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. Omnis qui bibet ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae * salientis in vitam aeternam.*¹ Cisterna haec sacra sanctissimam Virginem designabat, quae et uterum gestura, et Deum paritura erat. Quod enim hic transigebatur, prophetia et figura erat de Christo, qui est aqua viva omnibus vitam infundens, deque mystica et spiritali cisterna, quae aquam illam, quae numquam deficit, utero comprehensam, in lucem dedit, hoc est de impolluta Virgine.

PG
87^{ter},
3209

*3210

1726

[...] At nos vero, qui Christum Servatorem gratanter suscipimus, et orthodoxa fide ornati sumus, et execrandam iudaeorum incredulitatem aversamus, et spuriam foedamque eorundem amentiam modis omnibus detestamur, sacram Bethleem adire enixe avemus, divinamque cisternam, quae iuxta portam exstat, Deiparamque Virginem mystice designat (haec namque aquam vivam quae vitam dat mundo effudit), mentis oculis contemplari, et salutem, quae in ipsa apparuit, hoc est Christum, qui humanum ortum hac luce in ea subiit (hic enim nostra est salus, et vita, et redemptio) accurate contueri, adire nequaquam possumus. Tenemur profecto desiderio, et siti aequae nos torrente, atque altera illa torrebat regem; videre autem aquam, ut decantatus ille David, et vel solo aspectu animam visumque inde pascere propter Saracenorum metum omnino non valemus.

PG
87^{ter},
3212

1727

Oratio II. In SS. Deiparae Annuntiationem, VI. Τοῦ Λόγου γὰρ σάρκωσιν οὐκ εἰπόντες οἱ τάλανες, οὔτε μὴν ἑτερογενῶν οὐσιῶν ὀνομάσαντες ἔνωσιν, θεότητός τε, φημί, καὶ ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὔτε τὴν ἐκ Παρθένου τῆς θείας αὐτοῦ καὶ κυρίως Θεοτόκου κηρύξαντες γέννησιν, ἄπερ ἅπαν-

PG
87^{ter},
3224

1727

Oratio II. In SS. Deiparae Annuntiationem, VI. Cum vero miseri illi² nec Verbi incarnationem profiteantur, neque etiam diversarum substantiarum, deitatis inquam et humanitatis, unionem dicant, neque generationem eius ex Virgine divina vereque Dei Genitrice praedicent, quae tamen omnia cruci praevia sint oportet, ita fit ut,

PG
87^{ter},
3223¹ Io. IV, 10 ss.² Haeretici.

τα σταυροῦ χρεῶν καθηγήσασθαι, σταυρὸν ἀθέσμως προσφέρουσι, τὴν μαρὰν θεοπάθειαν ἱεροῖς μιγνύναι βουλόμενοι δόγμασιν.

PG
87^{ter},
3232

XIV. Καὶ τίς ἡ βουλή, ἣν Θεὸς ἐβουλεύσατο πρὸς ἀνθρώπων σωτηρίαν καὶ λύτρωσιν; Ἡσαΐας βοάτω παρελθὼν ὁ θαυμάσιος, ὁ καὶ τὴν ἄσπορον Θεοῦ προφθεγξάμενος σύλληψιν, καὶ τὴν παρθενικὴν αὐτοῦ προδιηγησάμενος γέννησιν· ὃς ἐπὶ τῇ πληρώσει τῆς θείας βουλήσεως, ὥδῃν ἄδων Θεῷ χαριστήριον· «Κύριε, ὁ Θεὸς μου, δοξάσω σε, κέκραγεν· ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστά πράγματα, * βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινήν· γένοιτο· ὅτι ἔθηκας πόλεις ὀχυράς εἰς χῶμα, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια· τῶν ἀσεβῶν πόλεις εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ οἰκοδομηθῇ. Διὰ τοῦτο εὐλογῆσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχός· καὶ πόλεις ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. Ἐγένου γὰρ πάση πόλει ταπεινῇ βοηθός, καὶ τοῖς ἀθυμοῦσι δι' ἔνδειαν σκέπη. Ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύση αὐτούς».

1728

*3233

Ταῦτα ἡμῶν, ἀδελφοί, τὰ θεῖα ἐστὶν εὐαγγέλια· ταῦτα ὑμῖν εὐαγγελιζόμεθα σήμερον, οὐχ ὡς μετέπειτα γίνεσθαι μέλλοντα, ἀλλ' ὡς ἤδη θείως γενόμενα, καὶ σεσωκότα τῆς καταδίκης τὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴν προτέραν τοῦτον ἀναγαγόντα λαμπρότητα καὶ μακαριότητα, καὶ Θεοῦ φίλον ὡς τὸ πρὶν ἐργασάμενα.

sacrosanctis dogmatibus blasphemam divinitatis passionem perverso consilio immiscentes, crucem quoque impie proferant.

PG
87^{ter},
3231

XIV. At vero quodnam est consilium, quod ad salutem ac redemptionem hominum Deus excogitavit? Id proclamet in medium prodiens admirandus ille Isaias, qui Deum sine semine concipiendum praedixit, ipsumque e Virgine generandum in antecessum enarravit; qui pro divini huius consilii executione laudis canticum Deo in gratiarum actionem concinens, ita exclamavit: « Domine, * Deus meus, glorificabo te; in hymnis collaudabo nomen tuum, quoniam mirabilia fecisti, consilium antiquum verum. Fiat. Quoniam firmas urbes posuisti in tumulum, ut cadant ipsarum fundamenta; ne aedificetur in aeternum civitas impiorum. Propter hoc benedicet tibi populus pauper; benedicent tibi et civitates hominum iniuriam patientium. Quia factus es adiutor omni civitati pauperi, et praesidium iis qui propter inopiam animo fracti erant. Ab hominibus scelestis liberabis eos ».¹

1728

*3234

Hoc est, fratres, divinum nuntium quod afferimus: haec vobis hodierna die evangelizamus, non quasi deinceps eventura, sed uti divinitus iam facta, quaeque hominem iam praestiterunt a condemnatione liberum, inque pristinum decus beatitatemque restituerunt, ac Deo amicum non secus ac primitus effecerunt.

¹ Isa. XXV, 1 (iuxta LXX).

1729

XVI. Καὶ πῶς τοῦτο Θεῷ διανύεται, καὶ πρὸς πέρας περιώνυμον ἄγεται; Διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς Λουκᾶς ὁ θεσπέσιος, τὸ πάντων ἱερῶν ἱερώτατον συγγραμμάτων ἡμῶν Εὐαγγέλιον, ἵνα μηδεὶς ἀπιστῇ τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος, ἵνα μηδεὶς ἀδυναμίαν Θεοῦ καταψεύσῃται, ἀσθενῆς ὑπάρχων αὐτὸς καὶ ἀδύναμος, καὶ πρὸς πᾶσαν πράξιν θειοτέραν ἀνίκανος. Καθάπερ αὐτοῦ βοῶντος, ἀρτίως ἠκούσατε, ὡς· « Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριήλ ὑπὸ Θεοῦ, εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἣ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς Παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαβίδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς Παρθένου Μαριάμ ». Ἀκούεις Θεὸν ἀποστείλαντα, καὶ ἀπιστεῖν ἐθέλεις τῷ πράγματι; Μὴ ἀπίσται Θεοῦ τῷ διατάγματι, ἀλλὰ μᾶλλον εὐσεβέστατα πίστευε, ὡς πληροῦν ἐστὶ Θεὸς δυνατότατος, ἅπερ ἂν καὶ πράττειν βουλήσοιτο.

PG
87^{ter},
3236

XVII. Τί δὲ σταλεῖς ὁ μακαριστὸς ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον φησὶ τὴν ἀπειρανδρον; ἢ πῶς αὐτῇ τῶν τοιούτων εὐαγγελίων ἀπαγγέλλει τὴν δῆλωσιν; καὶ ὅσα τίκτει δι' αὐτῆς τὸ τοιοῦτον Θεοῦ μεγαλοῦργημα; « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ».

Ἀπὸ χαρᾶς πρὸς αὐτὴν ὁ τῆς χαρᾶς ἄγγελος ἄρχεται. Ἦδει γάρ, καὶ ἠπίστατο, ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ πᾶσιν ὡσαύτως τοῖς κτίσμασι χαρᾶς αὐτοῦ τὸ διάγγελμα πρόξενον γίνεται, καὶ λύτης ἀπάσης τοῖς πᾶσιν δλέ-

1729

XVI. [...] At quomodo Deus id perficit? Quomodo ad egregium finem perducit? Praclare nos id docet a Deo inspiratus Lucas, qui et bonum illud sacrorum omnium sacratissimum nuntium nostrum conscripsit, ut nemo ob rei magnitudinem incredulus existat, neve aliquis, infirmus cum ipse sit et impotens atque ad divinius quodque facinus ineptus, Deo impotentiam fallaciter attribuat. Audistis nuper, utpote ipso proclamante, quomodo *mense sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, de domo David, et nomen Virginis Maria.*¹ Audis Deum misisse, et rei fidem non vis habere? Noli de iis diffidere quae Deus ordinavit; sed potius summa cum pietate crede, Deum, quaecunque demum facere voluerit, ea perficere pro omnipotentia sua valere.

PG
87^{ter},
3235

XVII. Verum quid missus beatus ille angelus ad Virginem integerrimam dicit? Aut quomodo faustissimum hoc nuntium ipsi defert? Et qualia portenta per ipsam magnificentia haec divina molitur? *Ave gratia plena, Dominus tecum.*²

A gaudio incipit eam alloqui ille gaudii nuntius. Noverat enim et plane sciebat, nuntium illud suum universis hominibus atque omnibus pariter creaturis gaudium parare, et quoslibet a quibus-

¹ Lc. I, 26, 27.² Lc. I, 28.

*3237 θριον· ἦδει γάρ, ἐκ τούτου * θεογνωσίᾳ τὸν κόσμον ἀγάζεσθαι· ἦδει, τῆς πλάνης τὴν ἀχλὺν ἀφανίζεσθαι· ἦδει, τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἀμβλύνεσθαι· ἦδει, τῆς φθορᾶς τὴν δύναμιν φθείρεσθαι· ἦδει, τοῦ ἄδου τὴν νίκην καθέλκεσθαι· ἦδει, τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον σώζεσθαι, τὸν τούτοις πάλαι δουλεύοντα, ἀφ' οὗ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἀπελήλαται, καὶ τῆς ἐκεῖσε μακαρίας διατριβῆς ἐξελήλαται. Διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν εὐαγγελίων τὸ προοίμιον τίθησι, διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν λόγων προφθέγγεται, διὰ τοῦτο χαρὰ τῶν εὐαγγελίων τουτῶνι προηγῆσατο, ὡς πᾶσι γενησομένων χαρὰ τοῖς πιστεύουσιν. Ἔδει γὰρ ἀπὸ χαροποιῶν λόγων καὶ ῥημάτων ἄρχεσθαι τῆς χαρᾶς τὰ θεῖα μηνύματα. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ἄγγελος πρὸ πάντων χαρὰν ἀναφθέγγεται, τῶν οἰκείων εἰδὼς εὐαγγελίων τὴν ἔκβασιν, καὶ ὡς χαρὰ φανεῖται παγκόσμιος ἢ αὐτοῦ τελειωμένη διάλεξις.

XVIII. Ποίαν γὰρ οὐχ ὑπερβαίνει χαρὰν καὶ τερπνότητα, τὸ πρὸς τὴν μακαρίαν Παρθένον γενόμενον καὶ τῆς χαρᾶς μητέρα διάγγελμα; Χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἐπουρανοῦ γεννήτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ὑπερτάτης μαιεύτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς σωτηρίου μητρόπολις· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀθανάτου παραίτιε· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀλέκτου μυστικῶν καταγώγιον· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀρρήτου ἀξιάγαστος ἄρουρα· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀρεύστου πηγῆ παμμακάριστος· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς αἰδίου θεοφόρον κειμήλιον·

*3238 cumque dolores expellere; noverat, ex * divina huius mysterii cognitione mundum lumine collustrari; noverat, erroris disiiici caliginem; noverat retundi mortis aculeum; noverat vim corruptionis infringi; noverat inferno victoriam auferri; noverat salutem perdito affulgere homini, qui horum malorum iugo iamdiu premebatur, ex quo scilicet a paradisi deliciis expulsus, et a beato illo domicilio eiectus fuerat. Propterea legationis suae exordium a gaudio ducit; propterea sermonibus suis gaudii voces praemittit; propterea faustis hisce nuntiis gaudium antecedit, utpote quae omnibus credentibus gaudio futura erant. Et sane par omnino erat, ut divina gaudii denuntiatio a sermonibus verbisque gaudium elicientibus sumeret initium. Propterea enim et angelus gaudium ante omnia renuntiat, quia faustae legationis suae non ignorat exitum, ac probe novit colloquium quod habebatur, in totius mundi gaudium manifeste esse cessurum.

XVIII. Et profecto quodnam gaudium, aut quaenam reperiri potest iucunditas, quam non longe excedat alloquium ad Virginem illam beatam ac gaudii parentem habitum? Gaude, o supercoelestis gaudii genitrix. Gaude, o sublimissimi gaudii nutrix. Gaude, o salutaris gaudii sedes princeps. Gaude, o immortalis gaudii auctrix. Gaude, o ineffabilis gaudii mysticum diversorium. Gaude, o indeficientis gaudii fons beatissime. Gaude, o gaudii aeterni deiferum ci-

χαίροις, ὃ χαρᾶς τῆς ζωοπαρόχου φυτὸν εὐθαλέστατον· χαίροις, ὃ Θεοῦ Μήτηρ ἀνούμφευτε· χαίροις, ὃ Παρθένη μετὰ τόκον ἀσύλητε· χαίροις, ὃ πάντων παραδόξων παραδοξότατον θέαμα. Τίς σου φράσαι τὴν ἀγλαίαν δυνήσεται; Τίς σου φάναι τὸ θαῦμα τολμήσειε; Τίς σου κηρύξαι θαρσῆσει τὸ μέγεθος; Ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἐκόσμησας, Ἀγγέλων τὰς τάξεις νενίκηκας· τῶν Ἀρχαγγέλων τὰς φωταυγείας ἀπέκρυψας· τῶν Θρόνων τὰς προεδρίας, δευτέρας σου ἀπέδειξας· τῶν Κυριοτήτων τὸ ὕψος ἐσμίκρυνας· τῶν Ἀρχῶν τὰς καθηγῆσεις προέδραμες· τῶν Ἐξουσιῶν τὸ σθένος ἠεὐρώσας· τῶν Δυναμειῶν δυναμωτέρα προσήλυθας δύναμις· τὸ τῶν Χερουβιμ πολυόμματον γῆνιους ὀφθαλμοῖς ὑπερέβαλες· τὸ τῶν Σεραφίμ ἐξαπτέρυγον ψυχῆς θεοκινήτοις πτεροῖς ὑπερέβηκας· καὶ πάσης ὑπερέσχες τῆς κτίσεως, ὡς πάσης πλέον τῆς κτίσεως καθαρότητι λάμπουσα, καὶ τὸν πάσης Κτίστην δεξαμένη τῆς κτίσεως, καὶ τοῦτον κυοφοροῦσα καὶ τίκτουσα καὶ Θεοῦ Μήτηρ ἐκ πάσης γεγεννημένη τῆς κτίσεως.

1730

XIX. Διὰ τοῦτό σοι, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη », προσφθέγγομαι· ἐπειδὴ καὶ πάσης πλέον ἐχαριτώθης τῆς κτίσεως· καὶ τῆς τοιαύτης ἐν σοὶ χαρᾶς τε καὶ χάριτος γνωρίζω καὶ οἶδα τὸ αἴτιον· διὸ καὶ ἐπιφέρω βοῶν καὶ φθεγγόμενος· « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ »· ὁ πάσης μὲν, ὡς Κτίστης, κυριεύων τῆς κτίσεως· μετὰ σοῦ δέ, ὡς ἐν κοιλίᾳ τῇ σῇ βασταζόμενος, καὶ κυοφορίαν κυο-

PG.
87^{ter},
3240

XXXVIII. Non itaque Dei iussis fidem abnuo; nam eorum omnium, quae operari ipse voluerit, operator omnino ostenditur. Sed eorum, quae dixisti, vim miror; et quod ipsa praeferunt inopinati simul et novi, hominumque auribus inauditi, id obstupesco: ac merito inquirō, quo pacto haec fient, et qua ratione exitum sortientur. Idecirco neque, cum responsum tibi facerem, dixi: « Non erit hoc mihi prout dixisti, quoniam virum non cognosco »; sed sciscitata a te sum, *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Neque

1739

¹ Ps. LXXI, 6.

γινώσκω; » Οὐδὲ γὰρ γέγονε πώποτε, οὐδὲ παρθένος ὄραται γεννήσασα· διὸ τὸν τρόπον μαθεῖν ἐπεζήτησα, καθ' ὃν ἐγὼ μήτηρ παρθένος γενήσομαι, καὶ τέξω παῖδα, παιδὸς μὴ δεξαμένη σποράν καὶ γεννήματος. Καὶ διὰ τοῦτο σε πάλιν ἐρωτῶσά φημι σωφρονέστατα· « Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Οὐ γὰρ ἀπιστίας ῥήματα προφέρομαι, ἀλλ' ἀκριβείας ζητῶ τὴν ἀπόδειξιν. Τὸν τρόπον εἶπε τῆς συλλήψεως, καὶ τῆς γεννήσεως τὴν αἰτίαν ἐρμήνευσον, καὶ ἔξεις με οὐκ ἀπιστοῦσαν τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ πειθαρχοῦσαν τοῖς φθέγμασι. Τὸ γὰρ Θεῶ δοκοῦν τῶν ἀδυνάτων ἐστίν, εἰ μὴ γένηται.

XXXIX. Ταῦτα πρὸς αὐτῆς τῆς γεννησομένης ἀληθῶς Θεομητορος ὁ τῶν εὐαγγελίων ἀκηκοὺς κῆρυξ ἀρχάγγελος, θαυμάσας αὐτῆς τὴν ἀπόκρισιν καὶ τὸ ταύτης συνετόν, ἀπεκρίνατο· Ἄριστά γε καὶ σοφώτατα, ὦ Θεομητορ Παρθένε, διείλεξαι, ὡς πάλαι γυναῖκες * στεῖραι τυγχάνουσαι πρότερον, μη-^{*3269}τέρες παιδῶν γεγόνασιν ὕστερον, καὶ φύσιν τρόπον τινὰ τὴν ἑαυτῶν ἐδιέ-σαντο, καὶ παῖδας ὑπὲρ φύσιν τετόκασι, σπλαγχνισθέντος Θεοῦ καὶ οἰκτεί-ραντος τοῦ Δεσπότη καὶ Κτίστου καὶ Πλάστου τῆς φύσεως. Ὅπου γὰρ Θεὸς ἐπινεύσει, τῆς φύσεως ἀργεῖ τὰ ὅρισματα.

Ὡσπερ οὖν ἐκεῖναι, Θεοῦ διατάξαντος, τῆς οἰκειᾶς τὰ πάθη νενικήκασι φύσεως, καὶ πάθη μεγάλα παραλύσασαι φύσεως, κοιλίας καρπὸν προσηγά-

enim id aliquando factum est, neque virgo noscitur, quae genuerit; quamobrem interrogavi, ut modum discerem, quo virgo mater fiam, ac filii germinisque semen cum non susceperim, filium pariam. Atque eadem de causa prorsus merito a te denuo sciscitur, inquiring: *Et quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Non enim incredulitatis verba profero; tantummodo accuratam rei posco declarationem. Dicitō conceptionis modum, ac generationis causam explicā; meque non verbis incredulam, sed mandatis obsequentem habebis. Impossibile est enim, ut non fiat, quidquid Deo placitum fuerit.

XXXIX. Haec ab illa vere Dei Genitrice futura cum audisset archangelus nuntiorum lator, ipsius responsum huiusque sapientiam admiratus, reponit: Optime profecto et sapientissime, o Dei Mater Virgo, memorasti,¹ quomodo olim mulieres, * steriles antea cum^{*3270} essent, matres deinde liberorum factae sunt, ac miserante Deo et propter misericordiam suam indulgente Domino et Creatore ac Conditore naturae, propriam quodammodo naturam vicerunt, ac supra naturae vires filios procrearunt. Ubi enim Deus annuerit, cedunt naturae fines ac leges.

Quemadmodum ergo illae, Deo disponente, propriae naturae vicerunt infirmitatem, domitoque acerbo naturae vitio, uteri fructum

¹ In Cap. XXXVII, quod non referimus, loquitur de Sara, Rebecca et Anna.

γοντο· οὕτω καὶ σύ, ἡ ἐκ στείρας τῆς Ἄννης βλαστήσασα, καὶ τῆς τεκούσης τὴν φύσιν νικήσασα, ἀγνή παρθένος τυγχάνουσα, καὶ παρθένος μετέπειτα μένουσα, τέξῃ παραδόξως υἷον ἄσπορον καὶ ἀνήροτον, αὐτοῦ σε τοῦ τικτομένου κελεύοντος. Αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ τῆς φύσεως Κύριος, ὡς Κτίστης αὐτῆς τυγχάνων καὶ πρύτανις. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀκατάληπτος, κὰν ὡς ἄνθρωπος ἐκ σοῦ τῆς Παρθένου τεχθῆσεται. Ἐπεὶ καὶ ἔπρεπεν αὐτῷ, καὶ ὠφείλετο, ἀνθρώπῳ φιλανθρωπία γινομένη δι' ἀνθρώπων ἀπάντων ἐκλύτρωσιν, ἐκ μόνης Παρθένου τὸν τοκετὸν ἐπιδείξασθαι, ἡδονῆς ἐκτὸς γαμικῆς καὶ συμβάσεως ποιησαμένῳ τὴν ἐκ σοῦ περιφανῆ καὶ σωτήριον σάρκωσιν.

XL. Εἰ δὲ ὅτι παρθένος καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος οὐπὼ μέχρι καὶ τήμερον ἔτοκεν, οὐδὲ μήτηρ ἀσπόρου ποτὲ παιδὸς ἀνηγόρευται, ἀμφίβολόν σου ποιεῖ τὴν διάνοιαν, καὶ μαθεῖν ἐπιζητεῖς, πότε παρθένος γεγέννηκεν· κἀγὼ σε διερωτῶ καὶ πυθάνομαι, πότε γὰρ Θεὸς ἐνηνθρώπησεν· ἢ πότε σαρκωθῆναι Θεὸς κατεδέξατο· ἢ πότε Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος· ἢ πότε Θεὸς ἀσπόρως συνείληπται· ἢ πότε κυφορίας Θεὸς ἠνέσχετο· ἢ πότε Θεὸς σαρκικὴν ἐκ γυναικὸς ἐπεδείξατο γέννησιν· ἢ πότε Θεὸς γυναικείων μαζῶν ἀπεθήλασεν· ἢ πότε Θεὸς κλαυθμυρισμὸν ἀπηνέγκατο· ἢ πότε Θεὸς ἡλικίας αὖξῃσιν εἴληφεν· ἢ πότε Θεὸς σὺν τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν πεπολίτευται· ἢ πότε Θεὸς

attulerunt; sic et tu, quae e sterili Anna progenita, gignentis quoque naturam devicisti, pura existens virgo, et virgo dein perseverans, filium sine cuiuspiam opere aut semine, ipso id a te volente, qui ex te nascitur, ineffabili modo paries. Ipse enim Dominus est et naturae, utpote naturae ipsius creator et provisor. Est enim Deus incomprehensibilis, etiam ex te Virgine nasciturus sit tamquam homo. Deinde vero cum propter suam in homines caritatem ad omnium hominum redemptionem ipse fiat homo, conveniebat etiam, atque ipsi debebatur, ut, remoto quovis coniugali congressu ac voluptate, conspicuam ac salutarem ex te perficiens incarnationem, nativitate ex sola Virgine gloriari posset.

XL. Quod si hoc animum tuum suspensum tenet, quod necdum ad hodiernam usque diem intemerata ac munda virgo pepererit, nec sine viri opera quaequam umquam mater pueri fuerit compellata, et dici tibi postulas, quandonam virgo pepererit; ego quoque te interrogo, et percontor, quandonam Deus humanam naturam induerit, vel quando Deus dignatus fuerit incarnari, vel quando Deus factus sit homo, vel quando Deus sine semine conceptus fuerit, vel quando Deus in utero gestari tulerit, vel quando Deus carnalem ex muliere nativitatem habuerit, vel quando lac Deus e femineis suxerit uberibus, vel quando vagitus Deus emisit, vel quando aetatis acceperit incrementum, vel quando Deus inter vos homines conversatus

ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀπέθανεν· ἢ πότε Θεὸς σταυροῦ προσήλωσιν ἔσχηκεν· ἢ πότε Θεὸς λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἐκκεκέντηται· ἢ πότε Θεὸς τριήμερον ταφὴν ὑπελήλυθεν· ἢ πότε Θεὸς πάντα ταῦτα πάσχων θεάεται, ἵνα παθῶν ἀπάντων τὸν ἄνθρωπον * ῥύσῃται, καὶ θανάτου μὲν καὶ φθορᾶς ὀλοθρεύσῃ τὴν ἔφοδον, ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον ἀναστήσῃ τὴν οἰκίαν εἰκόνα, τὸν ἄνθρωπον. *3272

Εἰ τοίνυν μηδέποτε ταῦτα, ὦ Παρθένε, γεγένηται, εἰς τὸν παρόντα δὲ καιρὸν ἐτετήρητο, καὶ πληροῦσθαι διὰ σοῦ προτεθέσπιστο· πῶς ἂν ἄλλη παρθένος σου προτέρα γεγέννηκεν, ὅτι τοῦτο παρ' ἐμοῦ μαθεῖν ἐπεζήτησας πρὸς πίστῳσιν καὶ παράστασιν τῆς σῆς παρθενικῆς ἀποτέξεως; Οὐ τέτοκέ ποτε παρθένος, ὦ Παρθένε, οὐ τέτοκεν· ἀλλ' οὔτε μετὰ σέ παρθένος ἕτερα, ὦ Παρθένε, πώποτε τέξεται· ἀλλ' οὔτε Θεομήτωρ, ὦ Παρθένε, παρθένος γεγένηται· οὔτε μετὰ σέ παρθένος τις ἄλλη, ὦ Παρθένε, τὴν μόνην Θεομήτορα, γίνεται. Σὺ γὰρ καὶ μόνη γυναικῶν παρθένος γεννήσεας, καὶ σύ γε μόνη Θεομήτωρ ἐν γυναιξὶ χρηματίσεας. « Ἀπαξ γὰρ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰῶνων » ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατὴρ ἐνανθρωπήσειε, καὶ τὴν ἐκ σοῦ καὶ μόνης θαυμαστὴν ἐπιδείξεται σάρκῳσιν.

1740

XLI. Καὶ ὅτι τοῦτο Θεοῦ τὸ ἐπάγγελμα διὰ σοῦ καὶ μόνης τὴν πλήρωσιν ἔμελλε δέξασθαι, προφητικοῖς σε πιστώσομαι ῥήμασιν. Ἡσαΐας γοῦν ὁ θαυ-

PG
87^{ter},
327²

fuerit; vel quando Deus pro hominibus mortuus sit; aut quando cruci affigi Deus passus fuerit; vel quando Deus latus transfixus sit lancea: vel quando Deus * triduanum subierit sepulcrum; aut quando Deus perferre haec omnia visus sit, ut hominem malis universis eriperet, et mortis quidem atque corruptionis impetum frangeret, suam vero imaginem, hominem videlicet, incorruptibilem restitueret atque immortalem. Si itaque, o Virgo, numquam haec facta sunt, sed in tempus praesens fuerant reservata, atque eadem implenda per te fore iam antea praedictum divinitus fuerat; qui fieri potuit, ut alia virgo (hoc enim, ad probandum et confirmandum partum tuum virgineum, a me audire voluisti) ante te generaret? Numquam virgo peperit, o Virgo, numquam peperit; sed neque virgo altera post te, o Virgo, aliquando pariet; sed neque, o Virgo, unquam exstitit virgo Dei mater, neque post te solam Dei matrem, o Virgo, alia quaequam virgo (Dei Mater) existet. Tu enim, et tu sola inter mulieres virgo es paritura, et tu sola inter mulieres Dei mater es appellanda. *Semel enim in consummatione saeculorum,*¹ unigenitus Filius Dei ac Patris, naturam humanam induturus erat, et carnem ex te, atque ex te sola, mirabiliter assumptam ostendet.

*3271

1740

XLI. Hoc porro Dei propositum per te, ac per te solam, exitum accepturum esse, propheticiis tibi verbis persuadebo. Mirabilis ergo

PG
87^{ter},
327¹

¹ Hebr. IX, 26.

μάσιος τὴν ἐκ σοῦ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ προορώμενος σάρκωσιν, σύλληψιν τε θείαν καὶ ἄσπορον, καὶ κυοφορίαν ἀνώδυνον, καὶ γέννησιν ἄφραστον, καὶ γαλούχησιν ἄλεκτον, ὧδε φανερώς προανακέκραγεν· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Ὅρθῳ, Παρθένε ἀγνή καὶ ἀμόλυντε, ὡς παρθένον ἀναντιρρήτως προηγόρευσε τὴν τὸν Ἐμμανουήλ τέξεσθαι μέλλουσαν; ἤτις σὺ καὶ μόνη καθέστηκας, καὶ οὐχ ἕτερα τις πρὸ σοῦ ἢ μετὰ σέ θεαθήσεται. Οὐ γάρ, Ἰδοὺ αἱ παρθένοι, φησὶν ὁ θεόπνευστος, ἐν γαστρὶ ἔξουσι, καὶ τέξονται υἱούς, καὶ καλέσουσι τὰ ὀνόματα αὐτῶν Ἐμμανουήλ, ἵνα καὶ ἄλλην παρθένον παραστήσω σοι τίκτουςαν. Εἷς γὰρ ὁ Ἐμμανουήλ, ὃν σὺ σαρκικῶς, ὦ Παρθένε, γενήσας, καὶ οὐκ ἄλλος ὁ Ἐμμανουήλ ἢ πρότερον γέγονεν, ἢ μετὰ ταῦτα γενήσεται, ἵνα καὶ ἄλλη παρθένος τόκον τέκοι παράδοξον· καὶ μία σὺ εἶ, ὦ Παρθένε, ἡ τούτου θεία γεννήτρια, καὶ οὐκ ἄλλη τις πρὸ σοῦ Θεομήτωρ πεφήμισται, ἢ μετὰ σέ προσγενήσεται.

XLII. Οὐκοῦν κάλλιστα σοὶ καὶ πρεπωδέστατα κέκραγα· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ». Τὸ γὰρ Ἐμμανουήλ Ἑβραϊκῆ διαλέκτῳ λεγόμενον, εἰς Ἑλλάδα φωνὴν ἀμειβόμενον, « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός », ἐκλαμβάνεται. Πότε δὲ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων γεγένηται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑμῖν

ille Isaias, praevidens Dei ac Verbi ex te incarnationem, divinamque atque seminis expertem conceptionem, tum dolorum exsortem gestationem, et nativitatem ineffabilem, atque inenarrabilem lactationem, sic manifesto ante proclamavit: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel*. Videsne, Virgo pura et immaculata, quomodo eam, quae paritura erat Emmanuelem, absolute *virginem* appellavit? Quae quidem tu, et sola existis, non autem alia quaequam ante vel post te videbitur. Non enim ille, a Deo inspiratus, dixit: Ecce virgines in utero habebunt, et parient filios, et vocabunt nomina eorum Emmanuel, adeo ut etiam alteram parientem virginem tibi exhibere possim. Unus enim est Emmanuel, quem tu, o Virgo, gignes secundum carnem; alius autem Emmanuel, ut alia quoque virgo admirandum sortiatur partum, neque prius existit, neque posthac existet, et tu unica es, o Virgo, divina huiusce genitrix, neque altera quaequam vel ante te Dei mater nominata est, vel post te insuper erit.

XLII. Aptissime igitur et convenientissime tibi acclamavi: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Quod enim lingua hebraica dicitur Emmanuel, in graecum sermonem translatum intelligitur *Nobiscum Deus*. At vero, quandonam Deus cum hominibus conversatus, vobisque hominibus * connumeratus est, nisi modo in novissimis diebus

*3273 συνηρίθμηται, * εἰ μὴ νῦν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος, ὅτε καὶ « σπέρματος Ἀβραάμ ἐπελάβετο », καὶ σάρκα τὴν ἐκ σοῦ προσανείληφε;

Τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ ἐξηγούμενον, διττῆς ἐρμηνείας καθέστηκε· φύσεως ἀνθρωπίνης καὶ θείας, ἐξ ὧν καὶ συντέθεται, ἐν αἷς καὶ γνωρίζεται. Τέλειος γὰρ ὧν Θεὸς προαιώνιος, τέλειος ἐν σοὶ γέγονεν ἄνθρωπος, τὴν ἀνθρωπίαν φύσιν ἐκ σοῦ προσλαβόμενος, καὶ ταύτην ἑαυτῷ συνθεὶς καθ' ὑπόστασιν φυλάξας ἀναλλοίωτον, τὴν φυσικὴν ἑκατέρας ποιότητα φύσεως, καὶ τὰ τούτων φυσικά καὶ οὐσιώδη γνωρίσματα. Ὁ τε γὰρ Θεὸς Λόγος, Θεὸς Λόγος μεμένηκε, καὶ εἰ φύσιν σαρκὸς φυσικῶς ἠμφιάσατο· ἢ τε σὰρξ ἐμψυχωμένη λογικῶς, ἣν ἐκ τῶν σῶν ἀχράντων αἱμάτων προσείληφε, καὶ πνεύματι ζωῆς λογικῆς ἐψύχωσε, σὰρξ λογικῶς ἐμψυχωμένη μεμένηκε, καὶ εἰ μόνου Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἐγνωρίζετο, ἡνωμένη αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν, καὶ εἰς ἑνὸς προσώπου καὶ μιᾶς ὑποστάσεως συνδρομὴν οὐ τεμνομένην συνθέουσα, οὐδὲ μὴν τὰ ἐνούμενα τρέπουσαν, καὶ εἰς οὐσίας ταυτότητα φέρουσαν.

Εἰ καὶ ἑκατέρων οὖν ὁ Χριστὸς διεφύλαξε τῶν φύσεων καὶ οὐσιῶν τὸ διάφορον· εἰς Υἱὸς καὶ Χριστὸς ἐκ σοῦ τῷ κόσμῳ φανήσεται, οὐ δεικνὺς υἱῶν καὶ χριστῶν τὸ διάφορον. Ὁ γὰρ ὧν Θεὸς ἀληθῆς, ἄνθρωπος ἀληθῆς καὶ τεχθῆσεται, ψεῦδος οὐδὲν ἐνδεικνύμενος, ὧν ἂν καλοῖτο καὶ λέγοιτο. Διὰ

saeculi, quando et *semen Abrahae apprehendit*¹ et carnem, quae ex te est, assumpsit?

Emmanuel enim, si interpretemur, duplicem habet significationem, naturae scilicet humanae et divinae, e quibus etiam constituitur, et in quibus cognoscitur. Perfectus enim Deus ante saecula, perfectus in te factus est homo, humanam ex te naturam assumens, sibi hanc coaptans secundum hypostasim, naturalem utriusque naturae qualitatem ac naturales et essentiales utriusque proprietates immutabiles servans. Nam et quod erat Deus Verbum, etsi naturam carnis realiter indutus est; itemque quod erat caro, anima rationali praedita, quam e sanguine tuo immaculato assumpsit, rationalisque vitae spiritu animavit, caro anima rationali praedita permansit, etsi caro cognoscatur unius Dei Verbi, ipsi secundum hypostasim coniuncta, et in unius personae atque unius hypostasis indivisibilem conveniens unionem, quae sane neque connexas naturas immutat, neque in unius substantiae identitatem adducit.

Etsi igitur Christus utriusque naturae ac substantiae discrimen servaverit; tamen unus Filius et Christus ex te manifestabitur mundo, nullam (plurium) filiorum et christorum diversitatem praeferens. Namque idem, qui verus est Deus, verus quoque nascetur homo, nihil eorum, quae vocetur, et dicatur, non verissimum ostendens.

¹ Hebr. II, 16.

τοῦτο Ἐμμανουὴλ προσκληθήσεται, ὡς ἄμφω πεφυκῶς κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς ἀπερίγραφος, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς κατὰ ἀλήθειαν· τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐκ Πατρὸς αἰδίον γέννησιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ τῆς Μητρὸς χρονικὴν καὶ ἐνσώματον κύησιν. Οὕτω γὰρ σώζειν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἠδὲδοκῆσεν· ὅτιπερ εἰς τοσαύτην ἑαυτὸν καθῆκεν ὁ ἀκένωτος κένωσιν, ἵνα τὴν κενωθεῖσαν εἰς γῆν διαφθορᾶς ἀνθρωπότητα, πάλιν ἐκ γῆς ἀναστήσῃ, καὶ οὐρανίων κλήρων ποιήσῃ μέτοχον, ἀντὶ τῆς ἐν παραδείσῳ τὸ πρὶν ἀπολαύσεως.

PG
87^{ter},
3273

XLIII. Καὶ πῶς τοῦτο, ὦ Θεοδόχε Παρθένε, γενήσεται, ἐρῶ καὶ φράζω τοῖς ῥήμασιν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο πρὸς σέ λέξων ἐλήλυθα· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ἰψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Ἔχεις σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν, ἔχεις ἀληθῆ τὴν ἀγόρευσιν. Πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ σέ, τὴν ἀμόλυντον, κάτεισι, καθαρωτέραν σε ποιησόμενον, καὶ καρπογόνον σοι παρεξόμενον δύναμιν. « Ἐπισκιάσει δέ σοι ἡ Θεοῦ » παντοδύναμος « δύναμις », τοῦτ' ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ Υἱὸς ὁμοούσιος. Οὗτος γὰρ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ χεῖρ ἔστι καὶ βραχίον καὶ δύναμις, * καὶ δι' αὐτοῦ ὁ Πατήρ, ὡς δι' Υἱοῦ, τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ « ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκε », τὴν ἐκ σοῦ ποιησόμενος

1741

*3276

Vocabitur ideo Emmanuel, quippe qui verissime utrumque sit, et Deus idem incircumscribitus, et idem homo secundum veritatem: illud quidem secundum aeternam ex Patre nativitatem; hoc vero secundum temporalem et corpoream ex te matre generationem. Sic enim ipsi complacuit humanam salvare naturam; is videlicet, qui exinaniri non potest, in huiusmodi exinanitionem semetipsum demisit, ut humanitatem, in terram corruptionis misere deturbatam, rursus e terra erigeret, et loco deliciarum, quibus fruebatur primitus in paradiso, haereditatis coelestis participem efficeret.

PG
87^{ter},
3274

XLIII. Quonam autem modo, o Dei capax Virgo, id perficiendum sit, dicam, verbisque enarrabo, cum ad hoc quoque tibi revelandum advenerim: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.*¹ Ecce habes perspicuam declarationem, veram habes explicationem. In te immaculatam Spiritus sanctus descendet, nitidiori te exornaturus puritate, virtutemque tibi ferendi fructum collaturus. *Obumbrabit autem tibi omnipotens Dei virtus, Dei Verbum scilicet, atque consubstantialis * Filius.* Ipsius enim Dei ac Patris hic et manus est et brachium et virtus, ac per ipsum Pater tamquam per Filium fecit omnia, et *in ipso omnia constant.*² ipse ineffa-

1741

*3275

¹ Lc. I, 35.

² Coloss. I, 17.

ἀνερμήνευτον σάρκωσιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐνδειξόμενος ἀγεώργητον σύλληψιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐργασόμενος ἀπερινόητον γέννησιν.

XLIV. « Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Εἰ τοίνυν Θεοῦ Υἱός, ὃ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος τῆς Θεοτόκου Παρθένου, κληθήσεται, πῶς οὐ παρθένος ἢ τοῦτον γεννώσα φανήσεται; Δεῖγμα γὰρ τοῦτο σαφές καὶ ἀκράδαντον γνώρισμα ἔσται τῆς αὐτοῦ τῶν πάντων κρατούσης θεότητος, τὸ παρθένον σε τυγχάνουσαν ἄσπιλον τεκεῖν τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν, καὶ παρθένον μεῖναι μετὰ τὴν ἄφθορον λόχευσιν. Εἰ γὰρ Θεός, ὃ ἐκ σοῦ τῆς παρθένου τικτόμενος, ὡσπερ οὖν καὶ Θεὸς ἔστι καὶ κηρύττεται, τί οὐκ ἂν βουληθεὶς διαπράξαιτο; Θεὸς γὰρ ἔστι, κἂν εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος τίκῃται· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, κἂν εἰ καὶ ὡς Θεὸς παρθένον σε φυλάττη τὴν τίκτουσαν.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ Γαβριὴλ πρὸς σέ τὴν Παρθένον ἀπέσταλμαι, ἵνα μου καὶ αὐτῷ δηλῶ τῷ ὀνόματι, ὡς Θεὸς ὑπάρχει καὶ ἄνθρωπος ὃ ἐκ σοῦ τῆς ἀκράντου Παρθένου τικτόμενος. Καὶ γὰρ καὶ τὸ « Γαβριὴλ » ὄνομα εἰς ἐρμηνείαν ἀγόμενον, Θεὸν ἀγορεύει καὶ ἄνθρωπον. Ἐπεὶ πολλοὶ κατ' οὐρανὸν ἐτύγχανον ἄγγελοι, ἀλλ' οὐδένα τούτων στεῖλαι βεδοῦλεται· ἀλλ' ἐμέ, τὸν τούτων ἕνα φαινόμενον, Γαβριὴλ δὲ ὀνομαζόμενον, ἔπεμψεν, ἵνα καὶ λόγῳ τῷ ἐμῷ καὶ ὀνόματι δηλώσω σοι σαφῶς τὸν ἐκ σοῦ τεχθησόμενον,

bili modo ex te carnem assumet, et satus expertem ex te conceptionem subibit, humanaeque menti imperviam ex te nativitatem in opus deducet.

XLIV. *Propterea et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* Si itaque Filius Dei vocabitur, qui ex te Deipara Virgine nasciturus est, quomodo non virgo apparebit illa, quae ipsum est paritura? Quod enim virgo immaculata existens ineffabili generatione pepereris, quodque post incorruptum partum virgo permanseris, id luculentissime et citra quamlibet ambiguitatem omnipotentem illius divinitatem evincet. Si enim Deus est qui ex te nascitur, quemadmodum reipsa Deus et est et praedicatur, quid igitur erit, quod, si voluerit, efficere ipse non possit? Deus namque est, licet praeterea nascatur ut homo; et homo est, licet te parientem, uti etiam Deus, servet virginem.

Idcirco enim ad te Virginem ego Gabriel missus fui, ut vel ipso meo nomine palam faciam, eum, qui ex te Virgine intemerata gignitur, Deum pariter esse atque hominem. Nam et hoc nomen *Gabriel*, si ad interpretationem deducatur, Deum simul atque hominem enuntiat. Profecto cum multi in coelo essent angeli, nullum tamen eorum mittendum censuit; sed me, qui unus ex ipsis noscor, nominorque Gabriel, ideo misit, ut non solum alloquiis, sed et meo ipso nomine perspicue tibi significarem, eum qui ex te nasciturus est, Deum simul

ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, καὶ « πάντα φέρει τῷ τῆς οἰκείας δυνάμει ῥήματι » καί, ὡς ἅγιος εἶη, καὶ τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων ἁγιάσοι τὴν γέννησιν, καὶ ὡς Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ υἱὸς Ὑψίστου ποιήσεται χάριτι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Λοιπὸν τοῖς ἐμοῖς, ὦ Παρθέने, πίστευε ῥήμασι πάντως γὰρ οὗτοι πραγματικῶς πληρωθήσονται. Ἀληθεύω γὰρ σοι φθεγγόμενος, ὡς ἀληθείας κήρυξ καὶ ἄγγελος.

Καὶ πρὸς σὴν πληροφορίαν καὶ πίστωσιν μείζονα τῆς τῶν ἐμῶν ῥημάτων πληρώσεως, καὶ σημεῖον ἀναντιρρόητον δίδωμι, ὅπως μένοις περὶ τὴν πίστιν ἀσάλευτος· « Ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφύτα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἔκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρα· ὅτι οὐκ * ἀδυνατήσεται παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα ». Καὶ τοῦτό σοι δεῖγμα γενήσεται κράτιστον, ὡς πάντα μου τὰ ῥήματα, πρὸς σέ, τὴν πᾶσι σεπτὴν, εὐαγγέλια, τέλος ἀληθές καὶ σωτήριον δέξεται πρὸς ἀνθρώπων ἀπάντων ζωὴν καὶ ἐκλύτρωσιν. Τῆς γὰρ αὐτῆς παρὰ Θεῷ τυγχάνει δυνάμει, καὶ τὸ στείραν τεκεῖν τὴν οὐ τίκτουσαν, καὶ τὸ παρθένον τεκεῖν τὴν ἀνύμφευτον. Σὺ οὖν χαῖρε, ὦ κεχαριτωμένη παρθέने καὶ ἔνθεε, ἐφ' οἷς σοι Θεὸς ὁ τῶν ὄλων Δεσπότης κεχαρίσται, καὶ ἐφ' οἷς Θεοῦ τὸν Υἱόν, τὸν πάντων χαρὰν γενησόμενον τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει, γεννήσεται.

hominemque exsistere, atque *omnia verbo virtutis suae portare*,¹ et, quippe qui sanctus sit, universorum quoque hominum sanctificationum nativitatem, et Filium vocatum iri Altissimi, atque eos qui in ipsum credant, filios Altissimi per gratiam effecturum. Caeterum verbis meis, o Virgo, fidem habe: haec enim reipsa ex omni parte implebuntur. Vera siquidem tibi loquor, utpote veritatis praeco ac nuntius.

Atque ut in fide immota perseveres, ad firmiter argumentum ac certum indicium exitus, quem sermo meus sortietur, et hoc haud anceps signum praebeo: *Ecce enim Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis; quia non * erit impossibile apud Deum omne verbum*.² Hoc utique validissimum tibi argumentum erit, omnia verba mea, fausta haec ad te omnibus venerandam nuntia, certissimum ac salutarem exitum ad universorum hominum vitam ac redemptionem esse receptura. Divinae enim virtuti perinde est efficere sive ut pariat sterilis, quae impos erat gignendi, sive ut pariat virgo ignara connubii. Tu ergo, o Virgo, gratia plena ac divina, laetare de muneribus quibus Deus, universorum Dominus, te cumulavit, et quibus Filium Dei, qui universo hominum generi gaudio futurus est, generabis.

¹ Hebr. I, 3.

² Lc. I, 36, 37.

1742 XLV. Πρὸς ὃν ἡ Θεομήτωρ Παρθένος πιστεύασα, καὶ ὡς ἔσται πάν- PG
87^{ter},
3277
τως τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου, θαρσῆσασα, πράως ὁμοῦ καὶ ταπεινῶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρθερικῶς ἀποκρίνεται· τὸν « πρᾶον γὰρ καὶ ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ » Χριστὸν γεννᾶν ἡ πάναχνος ἔμελλε, καὶ πλουτεῖν αὐτὴν ἔδει τὴν αὐτοῦ ταπεινότητα καὶ πραότητα· « Ἴδου ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου ».

XLVI. Γαβριὴλ μὲν οὖν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα πρὸς τῆς Θεοτόκου Παρθένου πυθόμενος, εἰς οὐρανὸν ἀνελήλυθεν, ἔθεν πρὸς αὐτὴν καὶ ἀπέσταλτο. Ἡ δὲ Θεὸν ἐκυφοῦρει τὸν στείλαντα, τὸν ἄνω μὲν σὺν Πατρὶ δοξαζόμενον, κάτω δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς, σαρκικῆς κυφορίας ἀνεχόμενον. Ἄμα γὰρ ὁ Λόγος καὶ Θεὸς πρὸς αὐτὴν παραγέγονε, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς, εἰς τὴν θείαν αὐτῆς νηδὺν εἰσελήλυθε καὶ σεσάρκωτο, καὶ ἄνευ τροπῆς σεσωμάτωτο, σάρκα προσλαβὼν ἐξ αὐτῆς τὴν ἀνήροτον, καὶ ταύτην ἐνώσας ἑαυτῷ κατ' ἀλήθειαν, λογικῶς μὲν ἐμψυχωμένην, οὐ προὔποστασαν δὲ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀνεκφράστου συνθέσεως. Ἄμα γὰρ σάρξ, ἄμα Θεοῦ Λόγου σάρξ· ἄμα σάρξ ἐμψυχὸς λογική· ἐν αὐτῷ γὰρ τὴν ὑπόστασιν, καὶ οὐ πρὸ αὐτοῦ τὴν σύστασιν ἔσχηκεν.

Οὕτε τινὸς ἐτέρου σάρξ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων γέγονε πώποτε, καὶ

1742 XLV. Ad quem Virgo Dei Genitrix plane credens, et confidens, PG
87^{ter},
3278
omnia prorsus perfectum iri, quaecumque sibi a Domino dicta fuerant, mansuete simul et humiliter (nam *mitem et humilem corde*¹ Christum purissima illa generatura erat, atque oportebat ut propria illius humilitate et mansuetudine eximie ornaretur), imo vero et ratione Virgini consentanea respondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*²

XLVI. Porro cum Gabriel archangelus hoc a Virgine Deipara responsum tulisset, in coelum, unde et missus ad eandem fuerat, reversus est. Ipsa vero Deum, qui illum miserat, gestabat in utero, in coelo quidem cum Patre glorificatum in terris vero et ex ipsa in utero secundum carnem gestari sustinentem. Simul enim Verbum ac Deus ad ipsam descendit, ac per angeli vocem divinum eius ingressus est sinum et incarnatus est, et sine sui mutatione corpus induit, carnem non satam ex ipsa assumens et sibimet hanc vere uniens, atque eam rationali quidem anima praeditam, non tamen ante ineffabilem cum ipso coniunctionem iam subsistentem. Simul enim caro, simul Dei Verbi caro, simul caro animata rationalis; subsistentiam enim habuit in ipso, existentiam vero ante id ipsum non habuit.

Neque enim ea aliquando caro fuit cuiuspiam alterius hominis

¹ Matth. XI, 29.

² Lc. I, 38.

τότε τῷ Θεῷ Λόγῳ συνέδραμε, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο σύνθεσιν· ἀλλ' ἐν τῷ, τὸ εἶναι σὰρξ ἔμψυχος λογική, καὶ Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογική ἐκ παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων ληφθεῖσα τῆς ἀχράντου Παρθένου κεκλήρωκεν. Οὐδεμία γὰρ τοῖς διαιρεῖν τὸν ἕνα Υἱὸν καὶ Χριστὸν εἰς δύο υἱοὺς καὶ Χριστοὺς ἀσεβέστατα θέλουσιν ἔμφασις * ἢ πρόφασις ἔνεστιν, ὡς ὑπέστη ποτὲ καθ' ἑαυτήν, καὶ ἴδιον ἔσχηκε πρόσωπον, καὶ εἶθ' οὕτως τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ πρὸς ἔνωσιν φυσικὴν συνελήλυθε. Τὰ γὰρ ἀνά μέρος ὄντα, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐν χωρισμῷ θεωρούμενα, οὐδέποτε φυσικὴν, ἢ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν δέχεται. Ὅπου δὲ ἔνωσις φυσικὴ μὴ προσέρχεται, μηδ' ἢ καθ' ὑπόστασιν γίνεται σύνθεσις, οὐδὲ μία καὶ ἡ αὐτὴ ὑπόστασις δεικνύται, οὔτε ἐν καὶ τὸ αὐτὸ καταγγέλλεται πρόσωπον, ἀδιαίρετον ὁμοῦ καὶ ἀμέριστον, καὶ πᾶσαν τομὴν διωθούμενον.

PG
87^{ter},
3281

XLVII. Ὡσπερ δὲ τοὺς τοιοῦτους παράφρονας ἢ ἀδιαίρετος ἐκκλίνει τοῦ Λόγου καὶ ἀμέριστος σάρκωσις, καὶ πάντῃ τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων ἐξίστησι (Νεστόριοι οὗτοι καὶ Παῦλοί εἰσι, καὶ Θεόδωροι, καὶ οἱ τούτων πρὸς θεομάχον μανίαν συνόμιλλοι), οὕτω καὶ τοὺς συγγέειν τὰς φύσεις θέλοντας, καὶ φύσιν μίαν ἐξ ἀμφοτέρων ἐργάσασθαι σπεύδοντας φύσεων, συλλόγων ἕξω τῶν εὐσεβῶν ἀποπέμπεται. Οὔτε γὰρ, κατὰ τὴν ἐκείνων μανίαν,

1743

nobis similis, quae dein cum Deo Verbo coniuncta fuerit, in compositionemque cum ipso concurrerit; sed simul atque esse coepit caro animata rationalis, ex virginali atque intemerato Virginis immaculatae sanguine desumpta, accepit etiam ut esset caro animata rationalis Verbi Dei. Nulla enim unum Filium et Christum in duos * filios et Christos dividere impiissime volentibus nulla (inquam) praesto est sive demonstratio sive praetextus, ut affirmare possint, eam (carnem Verbi) substituisse aliquando per se ipsam, et propriam habuisse personam, deinde vero sic cum Verbo et Deo in naturalem unionem convenisse. Quae enim seorsim existunt, atque ab invicem seiuncta conspiciuntur, numquam unionem naturalem et secundum hypostasim accipiunt. Ubi autem naturalis primitus non adsit unio, neque ea, quae est secundum hypostasim, fit coniunctio, neque una atque eadem assurgit hypostasis, neque una atque eadem, indivisa pariter et individua, omnemque respuens divisionem, persona praedicatur.

PG
87^{ter},
3282

XLVII. Quemadmodum autem inseparabilis haec et individua Verbi incarnatio tali stultitia insignes praeterit, cuiusmodi sunt Nestorii, Pauli, et Theodori, horumque in furore adversus Deum collegae, atque eos proinde a verae pietatis alumnis plane excludit; sic a piorum coetu etiam eos removet, qui conantur naturas confundere, atque ex utraque natura unam nituntur naturam efficere. Neque

1743

ὁ Λόγος σαρκούμενος, τρέψας ἑαυτοῦ πρὸς σάρκα τὴν φύσιν σεσάρκωται, ἀλλ' οὔτε τὴν σάρκα τὴν ἔννου καὶ ἔμψυχον, ἣν ἐκ Παρθένου ταυτησί τῆς Θεοτόκου προσείληφε, πρὸς φύσιν ἑαυτοῦ τὴν θείαν ἠλλοίωσε, καὶ θεϊκὴν πρὸς οὐσίαν μετέβαλεν· ἀλλ' ἔμεινεν ἄτρεπτος, καὶ μεταβολῆς παντοίας ἀνώτερος, καὶ συγχύσεως πάσης ἐλεύθερος, καὶ σάρκα σαρκωθείς τὴν ἡμῶν ὁμοούσιον, καὶ γενόμενος δι' ἡμᾶς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος. Μεμένηκε δὲ καὶ ἡ σὰρξ ἀναλλοίωτος, καὶ πάσης ἕξω τροπῆς καὶ συγχύσεως· καὶ τῷ λόγῳ συμβᾶσα πρὸς σύστασιν, καὶ ἐνωθεῖσα καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ τὴν ἀμέριστον, ἔχουσα μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιον ἄτρεπτον, καὶ σώζουσα, ὅσον εἰς φύσιν καὶ οὐσίαν καὶ ὑπαρξίν, ἀπαράλλακτον πρὸς ἡμᾶς τὴν ὁμοίωσιν, οὐδένα δὲ τοῦ Λόγου μερισμὸν ὑπομένουσα, ἣ τομῆν καὶ διαίρεσιν πάσχουσα· ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἰδίᾳ καὶ ἰδικῇ χρηματίζουσα, καὶ πρὸς ὑπόστασιν αὐτῷ μίαν συντρέχουσα, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν, ἐπὶ τῶν ἰδίων ὄρων τῆς φύσεως ἐστῶσα καὶ μένουσα δείκνυται· διαφορὰν μὲν φυσικὴν πρὸς αὐτὸν ὑποφαίνουσα, διαφορὰν δὲ προσωπικὴν πρὸς αὐτὸν οὐ γινώσκουσα, ἀλλ' εἰς μίαν μὲν σὺν αὐτῷ τελοῦσα καὶ μόνην ὑπόστασιν, καὶ ταύτην ἐνιαίαν καὶ σύνθετον (οὐ γὰρ ἀπλῆν καὶ ἀσύνθετον), οὐκ εἰς μίαν δὲ φύσιν συνθέουσα

enim Verbum, dum carnem assumeret, suam ipsius naturam in carnem (secundum illorum insaniam) vertendo incarnatus est; neque rursus carnem mentis compotem et animatam, quam ex hac eadem Virgine Deipara assumpsit, in sua ipsius divinam naturam immutavit, in divinamque substantiam convertit; sed immutatus permansit, et a qualibet conversione remotus, ab omnique confusione immunis, et carnem nobis consubstantialiorem induit, ac verus propter nos homo factus est. Itemque caro nihil prorsus mutata permansit caro, cuiuslibet et conversionis et confusionis expers: et coniuncta Verbo, ut consistere possit, ipsique secundum individuum hypostasim adunata, id quidem, quod nobis est consubstantiale, sine ulla mutatione retinet, et in nullo pariter mutatam nobiscum similitudinem, quoad naturam et essentiam et substantiam, servat; neque tamen ullam a Verbo divisionem sustinet, neque scissionem aut seiunctionem ullam patitur; sed ipsius Verbi propria est et peculiaris; dumque propter unionem cum eo secundum hypostasim in unam cum ipso personam convenit, propriis tamen naturae suae finibus consistens ac perseverans ostenditur; diversam quidem ab ipso (Verbo) praeterens naturam, non tamen diversam ab eodem personam ulla tenus habens, sed in unam et solam cum ipso hypostasim, eamque unitam et compositam (non enim simplex ea est et incomposita), non autem in

σύνθετον· ἀρχὴ γὰρ τοῦτο τυγχάνει συγχύσεως, καὶ κρηπίς ὑπάρχει τρεπτικῆς ἀλλοιώσεως.

Ὡσπερ οὖν τοὺς διαιροῦντας καὶ τέμνοντας ὁ Λόγος σαρκωθεὶς ἀποσειεται, οὕτω καὶ τοὺς ἄμφω τὰς φύσεις συγχέοντας, καὶ κρᾶσιν αὐτῶν καὶ ἀλλοιώσιν φάσκοντας, περιβόλων ἱερῶν ἀποβάλλεται. Σευῆροι οὗτοι καὶ Εὐτυχεῖς, καὶ Διόσκοροι, Ἀπολινάριοι * τε καὶ Πολέμωνες, καὶ πρό γε τούτων Σίμωνες, Οὐαλεντῖνοι, Μαρκίωνες, Βασιλεῖδαι, Μανέντες τε καὶ Μαίνανδροι, καὶ ἡ νῦν κακῶς ἀνασκάλουσα, πᾶσα τῶν Ἀκεφάλων αἵρεσις πολυκέφαλος· ἡ ἓνα μὲν πόλεμον καὶ κοινὸν πρὸς τὴν εὐσεβείαν ἔχουσα, μυρίους δὲ πρὸς ἑαυτὴν καὶ παυομένους μηδέποτε φέρουσα. Ταῦτα οὖν τὰ ὄντως ἱερὰ καὶ πανίερα, καὶ ἀκοῶν ἐνθέων ἐπάξια τῶν εὐσεβούντων ἡμῶν εὐαγγέλια, ἡμᾶς μὲν ἡδέως προσίεται, ἐκείνους δὲ τοὺς μιαροὺς καὶ παράφρονας ἔξω διώκει ταυτησί τῆς εὐαγγελίου αὐτῶν πανηγύρεως, ὡς ἀσεδῶς αὐτὰ νοοῦντας ἐκείνους καὶ λέγοντας.

XLVIII. Ἐγὼ δὲ ὁ ἐλάχιστος, ὁ τούτων προελθὼν κήρυξ τήμερον, πρὸς μόνους ὑμᾶς, τοὺς εὐσεβείας παῖδας καὶ πίστεως, καὶ δεχομένους εὐσεβῶς τὰ λεγόμενα, μεγαλοφῶνως βοῶ, καὶ διαβῆδην κηρύττω καὶ φθέγγομαι· « Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια ». Εὐαγγέλια τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, εὐαγγέλια τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ δι' ἡμᾶς· εὐαγγέλια τῆς Θεοῦ παρουσίας πρὸς

PG
87^{ter},
3284

1744

unam compositam naturam conveniens; hinc enim suum confusio ducit initium hoc convertentis illius mutationis existit fundamentum.

Verbum igitur incarnatum quemadmodum illos reiicit, qui scissionem ac divisionem inducunt; ita et eos, qui ambas naturas confundunt, ipsarumque mixtionem atque mutationem praedicant, a sacris septis repellit. Eiusmodi sunt Severi, et * Eutychetes, et Dioscori; Apollinarii quoque et Polemones, et ante istos Simones, Valentini, Marciones, Basilidae, Manetesque ac Maenandri, et quae nunc omnia agit, universa acephalorum polycephala haeresis; quae quidem unum communeque adversus pietatem bellum gerit, innumera vero ac numquam finem habentia in se ipsa bella patitur. Haec itaque vere augusta, imo vero augustissima, divinique piorum auribus plane digna, quae modo annuntiamus, nos quidem suaviter invitant; sed a solemnibus laetitia felicis eorum annuntiationis sceleratos illos ac stultos foras expellunt, quippe qui impie de iisdem et sentiunt et loquuntur.

XLVIII. Ego autem minimus ad haec praedicanda hodie cum prodierim, ad vos solos pietatis fideique filios, ac pie illa, quae dicuntur, excipientes, clamo voce magna, et palam promulgo, et dico: « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium ». Bonum nuntium Salvatoris nostri; bonum nuntium Dei propter nos incarnati;

PG
87^{ter},
3283

1744

ἡμᾶς· εὐαγγέλια ἐνανθρωπήσεως Θεοῦ τῆς ἐξ ἡμῶν· εὐαγγέλια ἀσπόρου συλλήψεως Θεοῦ· εὐαγγέλια κυφορίας Θεοῦ παρθενικῆς· εὐαγγέλια ἀτρέπτου συνδρομῆς Θεοῦ πρὸς σάρκα· εὐαγγέλια, ἐφ' οἷς ἡμεῖς οἱ ἀπόβλητοι ὑψούμεθα καὶ θεούμεθα καὶ θεοὶ κατὰ χάριν γινόμεθα. Οὐκέτι φθορὰν δεδιττόμενοι· οὐκέτι πάθη φοβούμενοι· οὐκέτι θάνατον τρέμοντες· οὐκέτι τὸν μιὰρὸν ὀρθῶ-δοῦντες διάβολον· οὐκέτι τὰς ἀφανεῖς αὐτοῦ προσβολὰς εὐλαβούμενοι· οὐκέτι τὰς φανεράς αὐτοῦ τυραννίδας δειμαίνοντες· ἀλλ' ὅλοι θεοὶ φαινόμενοι, ὅλοι θεοειδεῖς εὐρισκόμενοι, ὅλοι τῆς ἄνω χορείας γραφόμενοι, ὅλοι πολῖται * τῆς *3285 ἄνω πόλεως Ἱερουσαλὴμ θεωρούμενοι. Ἐνθα γὰρ ἂν σχῶμεν ἡμῶν τὸ πολίτευμα, ἐκεῖ καὶ τοὺς κλήρους δεξόμεθα, καὶ τὰς ἀρρήτους μονὰς κατοικήσομεν.

XLIX. Τούτων ἀπάντων, ἀδελφοί, τὰ εὐαγγέλια φέροντες, πρὸς τοὺς φιλτάτους ὑμᾶς ἀφικόμεθα τήμερον. Τούτων γὰρ ἀπάντων ἀρχὴ καὶ ρίζα καὶ κρηπίς καὶ θεμέλιος τὰ νῦν πρὸς ὑμᾶς εὐαγγέλια πέφυκεν. Ἐκ τούτων γάρ, ὡς ἐμάθετε, πᾶσα ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀφθονία πηγάζει, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς τινος ἀναβλύζουσα, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην ἀρδεύουσα, καὶ εὐφραίνουσα καὶ ἐκτρέφουσα, καὶ εἰς οὐρανίους αὐλὰς ἀναφέρουσα, καὶ τῶν ἐκεῖσε θειοτάτων μονῶν καὶ μακαρίων δωρεῶν κοινωνοὺς ἀποφαινουσα. Καὶ διὰ

bonum nuntium divini ad nos adventus; bonum nuntium Dei naturam humanam e nobis assumentis; bonum nuntium conceptionis Dei sine semine; bonum nuntium Dei in virgineo sinu gestati; bonum nuntium Dei cum carne sine mutatione coniuncti; bonum nuntium, cuius virtute nos abiecti erigimur, et deificamur, et dii secundum gratiam efficiamur. Iam non amplius correptionem timeamus; non amplius passionibus terremur; non amplius mortem expavescimus; non amplius scelestum diabolum trepidamus; non amplius occultas eius insidias metuimus; non amplius manifestam eiusdem tyrannidem *formidamus; sed omnes dii cernimur, omnes Deo si- *3286 miles deprehendimur, omnes coelesti choreae adscripti, omnes supernae civitatis Ierusalem cives conspiciamur. Ubi enim conversationem nostram habemus, ibi haereditatem quoque accipimus, et ineffabilem mansionem obtinebimus.

XLIX. Horum omnium bonorum nuntium laetissimum ad vos dilectissimos, fratres, hodie pervenientes attulimus. Namque horum omnium origo, et radix, et fundamentum, et basis ea sunt, quae modo vobis annuntiavimus. Ex his siquidem, uti nostis, tamquam e fonte quodam dimanans, nobis omnis bonorum copia profluit, atque universam pariter terram irrigat, et exhilarat, et nutrit, et ad coelestes aulas reducit, et divinissimarum, quae illic sunt, mansionum, ac beatorum munerum participes efficit. Ac propterea saepius vehe-

τοῦτο πολλάκις βοῶ γεγηθῶς διαπύσιον· « Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια » πρὸς ἅπερ ὑμᾶς καλῶ καὶ προτρέπομαι, καὶ ἅπερ ὑμᾶς ἐορτάζειν βεβούλημαι σήμερον. Ἐνθεν γὰρ ἡμῶν ἡ σωτηρία προέρχεται· ἔνθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερία πυρσεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ πρὸς Θεὸν υἰοθεσία μαιεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ ἀνάκλησις τίκτεται· ἔνθεν ἡμᾶς ὁ Λόγος σώζειν καὶ Θεὸς ἀφικόμενος τῆς σωτηρίας ἀπάρχεται. Ταύτην τῆς εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας ποιεῖται προοίμιον· ταύτην τῆς ἡμῶν θεουργίας τὴν ἀρχὴν ἐπεδείξατο· ἥς ἀνθρώποις οὐδὲν θυμηρέστερον· ἥς γηῖνοις οὐδὲν τιμαλφέστερον· ἥς τοῖς θνητοῖς οὐδὲν χαριέστερον. Ὅθεν ὁ δεύτερος Ἀδάμ, τὴν παρθένον γῆν προσλαβόμενος, ἀναμορφώσας ἑαυτὸν ἐνθρωπίνῳ τῷ σχήματι, δευτέραν ἀρχὴν τῇ ἀνθρωπότητι τίθεται, τὴν τῆς προτέρας ἀνακαινίζων παλαίωσιν, καὶ δευτέραν ἡμῖν δεικνὺς ἀπαλαίωτον, τὸ μὲν συγγενὲς πρὸς ἐκείνην καὶ ὁμόφυλον ἔχουσαν, οὐ φέρουσαν δὲ πρὸς αὐτὴν τῆς ζωῆς τὸ ὁμότροπον, οὔτε τῆς ἀξίας καὶ δόξης ἱεραῶς τὸ ἰσόρροπον. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ κατεκρίνετο· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἡλευθέρωται μέμψεως. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, θεϊκῶν αὐγῶν ἐξωρφάνισται· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ, οὐρανίων αὐγῶν ἀναπέπλασται. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, τὸν ἐκ γῆς χοῖκὸν καὶ χόφρονα, δουλείας ζυγὸν ὑπεβάσταξεν· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ καὶ Θεοῦ

menti voce cum gaudio exclamo: « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium »; propter hoc vos voco et excito, et ut hodierna die hoc festive celebraretis, optavi. Inde enim salus nostra procedit; inde nobis elucet libertas; inde nostra in Dei filios adoptio enascitur; inde nostra revocatio paritur; inde Verbum ac Deus ad nos salvandos accedens salutiferum opus inchoat. Hoc suae in nos misericordiae facit exordium; hoc statuit deificationis nostrae initium, quo nihil iucundius hominibus, quo nihil terrestribus pretiosius, quo nihil mortalibus gratius; unde secundus Adam, terra virgine assumpta, se ipsum humano habitu (ut primum quondam Adamum) formans, alterum humanitati creationis initium facit, prioris renovans vetustatem, et secundam nobis exhibens non inveteratam, quae eiusdem cum (priori) illa est naturae atque eiusdem propaginis, non tamen eosdem habet cum illa vitae mores, neque dignitatis et sublimis gloriae pondus. Illa per primum Adam condemnata fuit; haec a crimine per secundum Adam est liberata. Illa per primum Adam divinis exspoliata fuit splendoribus; haec per secundum Adam coelesti luce est restaurata. Illa per primum Adam *e terra terrenum*,¹ ac terrena sapientem servitutis iugum subiit; haec per secundum Adam et consubstantialium Dei Filium « adoptionis in filium » digni-

¹ I Cor. XV, 47.

Υἱὸν ὁμοούσιον, υἰοθεσίας ἀξίωμα δέχεται· καὶ «Ἀβδᾶ, ὁ Πατήρ», κράζειν καὶ βοᾶν κατεπλούτησεν.

L. [...] Ἱερῶς τοῖνον καὶ ὑψηλῶς τῶν ὑψηλῶν ἡμῶν εὐαγγελίων καὶ ἱερῶν 3288
τὴν ὑψηλὴν καὶ ἱερὰν ἑορτὴν ἑορτάσωμεν· καὶ ἀξίως αὐτὴν καὶ πρεπόντως
τιμῆσωμεν· ἵνα δι' αὐτῆς ἀμαχότατα τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν
ἡμῖν αὕτη ρίζα καὶ πηγὴ καὶ γεννήτρια πέφησεν, ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ
Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος,
μεγαλωσύνη, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tatem recepit, et clamandi ac vocandi, *Abba, Pater*,¹ potestate aucta est.

L. [...] Sancte igitur et sublimi sensu sublimium ac sanctorum 3287
annuntiationum nostrarum sublimem sanctamque celebremus so-
lemnitatem, ac digno ipsam ac decenti honore prosequamur, ut per
ipsam invictissime consequamur bona illa coelestia, quorum ipsa
nobis radix et fons, et mater apparuit in ipso Christo Iesu Domino
nostro, quocum Patri et sancto Spiritui gloria, honor, imperium,
maiestas in saecula saeculorum. Amen.

1745 Oratio III. De Hypapante, cap. II, 7. Cereorum etiam splendo- PG
rem addimus, tum ostendendo splendorem accedentis divinum, a 87^{ter},
quo cuncta splendent, pessimisque depulsis tenebris illustrantur 3292
abundantia lucis aeternae; tum vel maxime manifestando splendo-
rem animae, quicum nos occurrere Christo necesse sit. Ut enim Dei
Mater Virgoque integerrima, veram ulnis tulit lucem, iisque adfuit,
qui iacebant in tenebris; ita et illustrationibus illius nos illustrati,
ac lumen omnibus apparens tenentes manibus, ei qui vere lux est,
obviam ire festinemus.

1746 8. Verum Christusne ubique praesens accedit? An lux implens PG
omnia procedit in medium? Nihil enim illius, cum natura non 87^{ter},
circumscribita sit, nullaque abs re arceri valeat, velitque legem implere 3293
priscam, vacuum est claritate. Imo vero accedit, ortumque suum
omnino summum praesignificans, de se Mosaico vaticinatus est ore.
At quale hoc vaticinium? *Omne masculinum adaperiens vulvam*,
inquit, *sanctum Domino vocabitur*.² Quod quidem praeceptum, magis
tamen denuntiationem propheticam, etiam solus implevit, cum ex
utero Virginis solus ipse prospexit, eamque tamen virginitate non
privavit sua, eiusdemque, cum procederet, vinculum non dissolvit:
quod de solo ipso aperte praedictum erat. Nam et ipse solus e sola
natus est Virgine, et a seminis experte vulva solus est genitus, et

¹ Rom. VIII, 15.

² Exod. XIII, 2; Lc. II, 23.

solus e Virginis utero progressus, ipsam Virginem conservavit, non corrupta eius gratia nascens, illius non minuto splendore in lucem veniens, vinculo illius non soluto progrediens: quae et Deum ostendunt eum esse, qui nascitur, et Deiparam declarant proprie eam esse quae parit. Ubi scelestus iterum videtur esse Nestorius, qui neque Deum dicere vult eum qui nascitur; nec Deiparam eam sustinet vocare quae peperit: ubi execrandus quoque Eutyches spectatur, qui carnem negat Domino eiusdem, atque nobis, esse naturae. Quo enim modo Verbum, quod caro nostra fieri causa sustinuit, *caro factum est*,¹ si natura carnis ab eo ex nobis neque vere assumpta, neque ita ipsi iuncta erat, ut ostenderet liquido, eamdem, quam nos, naturam Verbum ante corporis expers suscepisse, atque ita vere hominem factum esse nobiscum, si neque habeat corpus eiusdem cum corporibus nostris generis, neque animam eiusdem, qua nostrae constant naturae? At vere *Verbum caro factum*, nos servare cupit: et existens in ipso Deus vere factus homo, nihil falsi praesefert, neque homines nos decepit; sed nostra natura suscepta gratificatus est nobis suam.

PG
87^{ter},
3294

9. [...] Nam neque, qui omnium est expiator Christus, ulla expurgatione indigebat, accepta praesertim carne illa sola immaculata: neque quae peperit, inviolata illa impollutaque vere Virgo, quae omnium genuit expiamentum, expiatione per legem praescripta eguit. Quamquam hoc, secundum legem, ascriptum sit, ut ne Christus dissolutor esse legis existimaretur.

1747

PG
87^{ter},
3294

Cap. IV, 16. Solus enim hic, o Virgo Mater inviolata, ex Deo secundum naturam genitus est ac Deo Patri consubstantialis; solus ex Deo natus genitore, Filiusque eius unicus agnoscitur, et certe ex te Virgine incarnatus, generationem humanam ex te suscepit. Ac tuam ipsius, quae et magna Dei conspexisti mysteria, et thesaurum gratiae nobis hunc peperisti, animam pertransibit anceps gladius,² ac mentem stupore percussam ensis percurret, quando eum oculis conspexeris sponte clavis cruci affixum atque inter latrones medium sublatum, interimere ipsam mortem, a qua occidebamus; nobis vero, qui iuste moriebamur, donare vitam; ac ligatis legionibus daemonum, solvere peccatorum vinculis hominem, antiquitus a daemone alligatum. At non persistet, neque omnino in te permanebit gladius ille pertransiens: numquam enim, o Dei Mater, in divini ex te conceptus, miraeque ex te progenerationis oblivionem adducta fueris. Corripieris certe quodam humano stupore ex iis, quae infandae Crucifixionis tempore eventura sunt; quomodo Deus qui per naturam neque mori, ac ne pati

1748

¹ Io. I, 14.² Lc. II, 35.

quidem potest, in crucem agi sustineat, quomodo, qui ab angelis sempiterna effertur gloria, idem latronum medius contumeliis afficiatur, quomodo, qui escam praebet omnibus esurientibus, quique potum dat omnibus sitientibus, fel bibat et acetum: quomodo vita illa, quae dat vitam omnibus ea carentibus, subeat necem: quomodo latus illi hasta confodiatur, qui lancea sensum omnem oculorum fugiente mortem confoderit; quomodo, qui mortem corruptionemque sepelit, qui sepultos tumulis eximit, qui sortitis ex Adamo corpora eademque * mortua ob contractam eiusdem Adami primi parentis labem circumferentibus, vitam reddit a morte excitatis, ferat tridui sepulturam! Percelleris enim nonnihil, haec videns omnia: at non diu parebis ambigans: animam quippe tuam ac mentem pertransibit percussio tantarum tamque terribilium gladius. At non persistet: nec mansionis stationisve locum occupabit, occissime quippe depulsus abs tuo illo seminis experte conceptu, atque abs tuo illo semper virgineo partu. *3299

17. His omnino nihil est vel horribilius, vel, iis qui non intelligunt, visu incredibilis. Idcirco revelantur ex multis cordibus cogitationes, quae conspiciere nequeunt divina tua ac mira mysteria, quae nec coelorum virtutes quidem videre potuerunt. Idcirco cadit, qui non credit, praeconio: resurgit autem atque ad vitam immortalitatemque illustratur, qui proli tuae credit, ipsumque ore Deum praedicat, teque, quae genueris, sentit esse Deiparam. Idcirco Christus ita ex te natus, ignaris mysteriorum eius vere ponetur in signum, cui contradicetur,¹ patienturque illi lapsum, a quo erigi non poterunt, participes redditi infidelitatis; excitationemque a mortuis, vitamque, quae in coelis est, propterea quod vitae aeternae non crediderint, numquam contemplantur.

1749 19. Haec autem omnia cum et re ipsa fierent, et propalarentur verbis, stupebat Maria Dei Mater, admirabatur una cum ipsa praesens Iosephus. * Postquam tamen, quae a lege iniuncta erant, consummassent (omnia namque quae legis erant, Christus venerat implere et legalibus finem praeceptis imponere) revertuntur in Nazareth, ubi a Gabriele archangelo fuerat salutata, quae mundo genuit Salvatorem, et de seminis experte conceptu gravida, et virgo a partu manens, videntibusque declarans universis, notum factum esse Salutare Dei,² lumen gentibus illuxisse, omnibus terrarum finibus iustitiam redemptionemque Dei apparuisse: ac divinam gloriam claritatemque aeternam omnis interitus, corruptionisque nesciam induisse eos, qui illam expectabant.

PG
87^{ter},
3299

*3300

¹ Lc. II, 34.

² Lc. II, 30.

PG
87^{ter},
3318

Oratio IV. De Ss. Angelis et Archangelis. [...] Tu quoque, divinis-
sime angelorumque praestantissime Gabriel, qui mundi es exopta-
tissimus, gaudiique et laetitiae dator optimus; qui divinorum arca-
norum interpres es scientissimus, bonorumque omnium administer
et procurator primarius; qui sacrorum tandem ministrorum dux et
princeps es augustissimus; agedum mentem et cor meum instrue, et ad
*3319 universa Dei iudicia et iustificationes dirige, [...] * qui beatissimam
inculpatissimamque sacratissimae purissimaeque Dominae nostrae
Genitricis Dei Mariae animam, laeta salutarique annuntiatione ingenti
gaudio imbuisti;¹ Evaeque tristitiam, eiusdemque luctum, certae
salutis sponsione in laetitiam transformasti; paucis, qui totius mundi
moerorem in gaudium convertisti, vesteque luctuosa discissa, omnes
laetitiae stola induisti; te etiam atque etiam, o Gabriel, verae lae-
titiae conciliator et dator, rogo.

1750

PG
87^{ter},
3321
*9999

[...] Tu autem, Domine, vere clemens et *misericors, peculium,
quod prae caeteris omnibus tibi carum, diaboli tyrannis oppresse-
rat, nequaquam aspernatus es; verum tremendum illud mysterium,
quod ante omnia saecula definieras, expleturus, teipsum, qui Patris
es sapientia, et mens, et Verbum, et character, et terminus, et imago,
et sigillum, et Filius, et forma expressa, exinanivisti. Nam et in casta
Virgine per Spiritum sanctum inhabitasti, et ortum ex ea, qui om-
nem rationem excedit, sumpsisti. Nec enim virginea claustra om-
nino solvisti; sed carnis experts, modo, quem tu nosti, in eam ingres-
sus, carne indutus ex ea denuo egressus es, uteri ostio clauso, ut ante
erat, relicto.

1751

PG
87^{ter},
3352

Oratio VII. Encomium in S. Io. Baptistam, 18. [...] Εἰ δὲ ἂ παρ'
ἀνθρώποις Ἰωάννου τὸν κρείττονα βλέπειν ἢ φύσις οὐκ ἤνεγκεν ἄνθρωπον,
ἄρρενα δὲ φημι διὰ τὴν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους θηλείας καὶ ἄρρενας Πανα-
γίαν Παρθένον καὶ σεπτὴν Θεομήτορα.

1752

PG
87^{ter},
3351

Oratio VII. Encomium in S. Io. Baptistam, 18. [...] Natura au-
tem non permisit ut quis inter homines videndus sit melior Ioanne.
Inter homines dico, id est inter viros, Christus enim nullo concedit
modo ut quis suspicetur sanctissimam Virginem et venerabilem Dei
genitricem, quae omnes viros et feminas superat.

1752

¹ Lc. I, 28.

FRAGMENTUM

- 1753 ... Ὁς [Ἰωσήφ] τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ πατὴρ ἐνομιζέτο, ὡς ὁ πάνσοφος Λουκᾶς ἀπεγράψατο. Οὐ γὰρ ἦν πατὴρ ἔργῳ καὶ πράγματι· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ἀληθῶς Θεοτόκον καὶ ἀειπαρθένον Μητέρα τοῦ Κυρίου τὸ σὺ-
 νολον ἐγνώκεν, ἢ τῆς ἀχράντου καὶ παρθενικῆς αὐτὴν ἀπεγύμνωσε χάριτος. PG
87^{ter},
3364

ANACREONTICA

- 1754 I. In Deiparae annuntiationem. PG
87^{ter},
3733
 Ἄπο Πνεύματος Θεοῦ
 Ἐπ' ἀποστόλους μολόντος,
 Πυρίνην ἐμοὶ παράσχοις,
 Μαρίην, λιτῆσι γλῶσσαν.
 Βροτέη λέγειν γὰρ ὄντως
 Σφαλερὸν πέφυκε γλώττη,
 Θεόπαις, τεὴν λοχείην
 Θεόθεν βροτοῖς φανεῖσαν [...]
 Παρθενικῆς Μαρίης ἔθνεα κόσμου
 Σεμνά κυηφορίην μέλψατε πάντα.
 Μερόπων ὅλη γενέθλη,

- 1753 ... [Ioseph] omnium nostrum Salvatoris Christi pater existimabatur, sicuti sapientissimus Lucas retulit.¹ Neque enim pater revera erat: quandoquidem nec vere Dei Genitricem ac semper Virginem Matrem Domini ullatenus cognovit, aut eam immaculata virginalique gratia privavit. PG
87^{ter},
3363

- 1754 I. In Deiparae annuntiationem. PG
87^{ter},
3734
 A Spiritu Dei
 Ad apostolos accedente,
 Igneam mihi praebe,
 Maria, obsecro, linguam.
 Mortali nam dicere
 Arduum est linguae,
 Tuum partum, o Dei Mater,
 Divinitus conspectum hominibus. [...]
 Virginis Mariae nationes orbis
 Venerandum partum celebrate cunctae.
 Tota mortalium progenies

¹ Lc. III, 23.

Μαρίας κλυτῆ κῆσει
 Ἱερὸν μέλος λιγαίνους.
 Ἐπὶ γῆς δ' ἀνακτα θῆκεν
 Τὸν Ἀδὰμ βροτῶν τοκῆα,
 Ἴνα τῶν ὅλων ἀνάσση
 Χθονίων Κτίσαντος ἔργων.
 Ζαθέως δ' Ἀδὰμ βιοῦντι
 Στυγερός φθόνησε δαίμων.
 * Διὸ μιν δράκων κατέκτα
 Ἀπάτης ζήφος δονήσας. [...]
 Μερόπων ὀλλυμένων δαίμονος ἔργοις
 Ὁ Πατὴρ Ἰῶα Λόγον δῶκεν ἀρήγειν.
 Σατανᾶ βροτοὺς κακοῦντος,
 Ὁ Θεὸς γόνον παρέσχεν
 Ἀδικουμένοις ἀρήγειν.
 Ἱερὸν δ' ἔπεμψε λάτρην
 Γαβριήλ ἐς ἄστου θεῖον,
 Ὁ γε Ναζαρέθ καλοῦσιν,
 Μαρτίην πρὸς ἀγνὸν ἄνθος.

*3736

Inclito Mariae conceptui
 Melos sacratum concinat.
 Super terram autem regem posuit
 Adamum parentem hominum,
 Ut cunctis imperitaret
 Terrestribus Creatoris operibus.
 Sancte vero Adamo viventi
 Detestabilis invidit daemon,
 * Ideo ipsum draco interfecit
 Deceptionis ensem vibrans. [...]
 Omnibus pereuntibus opera daemonis,
 Pater Verbum Filium dedit adiutorem.
 Satana mortales laedente,
 Deus Filium praebuit
 Ut opem iniuria affectis ferret.
 Atque sacrum ministrum misit
 Gabrielem in sacrum oppidum,
 Quod quidem, vocitant Nazareth,
 Ad Mariam castum florem.

*3735

Κλυτὸς ἄγγελος Θεοῦ
 Τότε Παρθένον προσεῖπε·
 Μαρίη πάναγνε, χαῖρε,
 Μετὰ σοῦ Θεὸς γενέσθω.
 Λόγον ἀγγέλου δὲ κούρη
 Καθαραῖς φρεσὶν λαβοῦσα,
 Ἐλογίζετο κρατίστη
 Ποταπὸς λόγος θεόπτου.
 Μαρίην πάλιν δὲ λάτρης
 Γλυκεροῖς λόγοις προσεῖπεν·
 Μαρίη, φόβον διώξεις·
 Χάριν ἐν Θεῷ γὰρ εὔρες.
 Ὁ Θεὸς ἦν προτυπῶν, Παρθένε, σάρκα,
 Βάτον οὐ καιουμένην δεῖξε προφήτη.
 Προτυπῶν Θεὸς γε σάρκα,
 Μαρίη, τεήν, ἐδείκνυ
 Βάτον ἄφλογον προφήτη.
 Νόνον ἐνθεον λαχοῦσα
 Γόνον ἐνθέως λοχεύσεις,
 Γόνον ὃν καλεῖς Ἰησοῦν,
 Ὅτι τὸν λεῶν σώσει.

Inclitus nuntius Dei
 Tum virginem est allocutus,
 Maria purissima, ave,
 Tecum sit ipse Deus.
 Sermonem angeli puella
 Puris praecordiis excipiens,
 Cogitabat optima quale
 Eloquium esset Deum tuentis.
 Mariam rursus minister
 Dulcibus sermonibus est affatus
 Maria, timorem pelle,
 Nam in Deo gratiam invenisti.
 Deus, o Virgo, tuam praefigurans carnem,
 Rubum incombustum ostendit vati.
 Praemonstrans Deus carnem,
 O Maria, tuam, ostendebat
 Rubum inflagratum prophetae.
VIII. Verum videamus et prophetiam, ut mirandum hunc signaret partum. In medium prophetam adducamus, Dei explicantem partum, salute humanum genus donaturum. Altius itaque propheticum sermonem repetamus, ac vobis prophetiam ex abundantanti explicemus. Ait ergo Isaias propheta: *Dixit Dominus ad Achaz: Pete tibi signum a Deo tuo in excelsum, sive in profundum.*¹ Pete, *inquit, a Deo miraculum ac signum, quod ostendat universorum ipsum esse opificem. Quaere miraculum, ut Creatoris potentiam noveris. Pete rem novam et insolitam, quae de Deo doceat virtutem, servumque te fidelem Dei efficiat. Quid ergo fidelis Achaz? Mihi, inquit, fides sufficit. Ad eam minime requiro probationem, quae in rerum exhibitione consistit. Filius sum Abrahae qui fide iustificatus est, nec miracula requisivit. Non indiguit Abraham miraculorum probatione, ut Deum doceretur. Non opus habuit prodigiis, quibus illi universorum opifex declararetur. Mihi ergo, inquit, satis est paterna haereditas. Fidelis esse volo, filius fidelis Abrahae. Maiorum fidem suscipio, non curiosius inquirō. *Non petam, inquit, et non tentabo Domi-*

PG
77, 1416

*1417

¹ Isa. VII, 10, 11.

λαμβάνω τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως. Ἡ πίστις με διδάσκει ὅσα δύναται ὁ θεός ». Ταῦτα μὲν Ἀχάζ ὁ βασιλεὺς. Ἐπειδὴ δὲ ἡ συγγένεια τοῦ Δαυὶδ καταχθεῖσα εἰς τοὺς Ἰουδαίους καθ' ἑκάστην ἡμέραν σημεῖα καὶ θαύματα καὶ τεράστια ἦται παρὰ θεοῦ καὶ ἐπιδείξεις θαυμάτων εἰς τὸ γνωρίσαι θεόν, λέγει ὁ προφήτης τῷ οἴκῳ Δαυὶδ ἃ εἶπεν Ἀχάζ ὁ βασιλεὺς. Ἀκούσατε δὴ, φησὶν, οἶκος Δαυὶδ, τί λέγει Ἀχάζ μὴ αἰτεῖν σημεῖον εἰς πίστιν θεοῦ· ὑμεῖς δὲ ἀγῶνας κινεῖτε θεῷ, ἀποδείξεις αὐτὸν ἀπαιτοῦντες θαυμάτων καὶ ὡσπερ εἰς στάδιον καὶ ἀγῶνα ἔλκετε τὸν θεόν, ἔργα τῆς δυνάμεως εἰσπραττόμενοι καὶ οὐ πιστεύοντες εἰ μὴ ἴδοιτε θαύματα. Ὁ δὲ καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ Κύριος λέγει· «Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε ». Τοῦτο ἐδήλωσεν Ἡσαΐας, ἐλέγχων τοῦ Δαυὶδ τὴν συγγένειαν. Φησὶ γὰρ αὐτοῖς· «Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυὶδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; » Ἐλέγχει τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἀπόνοιαν αἰτούντων θαύματα, ἵνα τῇ ἀληθείᾳ πιστεῦσωσιν. Ἄλλ' ἐπειδὴ * ὑμεῖς στάδια, φησὶ, καὶ ἀγῶνας προτείνετε τῷ θεῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιζητοῦντες θαύματα, « δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον », εἰπὼν, ἐπάγει λέγων· «Ἴδου ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Τοῦτο δώσει σημεῖον ᾧ πιστεύσει μὲν ὁ κόσμος, ἀπιστήσουσι δὲ Ἰουδαῖοι μονώτατοι· ὁ δέξεται μὲν τὰ ἔθνη, ἀπο-

num. Non iam divinae virtutis experimentum capiam. Docet me fides, quanta Deus valeat. Haec quidem rex Achaz. Quia vero Davidis cognatio ad iudaeos deducta quotidie signa et miracula atque portenta a Deo flagitabat, miraculorumque probationes ad Dei praestandam cognitionem, ait propheta domui David quae rex dixerat. Audite, inquit, nunc, domus David, quid dicat Achaz, non quaerere se signum ut fidem Deo habeat: vos autem Domino certamina movetis, miraculorum ex eo exigentes probationes, velutque in stadium ac certamen Deum trahitis, potentiae opera exquirentes, neque credentes nisi videritis signa. Quod et Dominus de iudaeis ait: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.*¹ Hoc significavit Isaias, Davidis familiam increpans. Ait namque: *Audite nunc, domus David: Nunquid parum vobis est certamen praebere hominibus, et quomodo Domino praebetis certamen?*² Iudaeorum improbitatem arguit, eorumque dementiam qui miracula peterent ad fidem veritati praestandam. Quia vero vos, inquit, stadia ac certamina quotidie Deo praetenditis miracula exquirentes, *dabit Dominus ipse vobis signum.* Hoc dicto, subiungit dicens: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt*

¹ Io. IV, 48.

² Isa. VII, 13.

πέμψεται δὲ τὸ γένος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δώσει σημεῖον σωτήριον μὲν τοῖς ἔθνεσι, διασποράς δὲ πρόξενον τοῖς ἀπίστοις ἐσόμενον Ἰουδαίοις. Δώσει σημεῖον παρὰ μὲν τοῖς ἀπολλυμένοις ζητούμενον, παρὰ δὲ τοῖς σφζομένοις πιστευόμενον. Ὁ δὴ καὶ ὁ μέγας Παῦλος περὶ τοῦ σταυροῦ φησιν· «Ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μαρτία ἐστίν, τοῖς δὲ σφζομένοις ἡμῖν δύναμις θεοῦ ἐστίν». Οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐροῦμεν, τὸν παράδοξον φράζοντες τόκον. Παρθένου γὰρ κηρύσσομεν τόκον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, πιστοῖς δὲ σωτηρίαν. Δώσει οὖν Κύριος τοιοῦτον ὑμῖν σημεῖον, φησιν ὁ προφήτης, ὁ ζῶν φέρον μὲν ἔσται τοῖς ἔθνεσιν, Ἰουδαίοις δὲ σκάνδαλον. Ὁρᾶς ὅτι ὁ τόκος ἦν σημεῖου ἐπίδειξις. Γνωθὶ οὖν ἐκ τούτων τῶν Ἰουδαίων τὸν ἔλεγχον παραχαρᾶττόντων τὴν προφητείαν. Βλέπε τὸν ἐπίβουλον τῆς ἀληθοῦς προφητείας. Ἐπειδὴ γὰρ δῆλον ἐγένετο τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον τῆς προφητείας δηλούσης τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον· ἐδήλου γὰρ τόκον παρθενικὸν ἄγοντα πρὸς ἡμᾶς τὸν θεόν. Ἐμμανουήλ γὰρ ὁ κυφορούμενος καὶ τικτόμενος ἐρμηνεύεται μεθ' ἡμῶν ὁ θεός — ἀπάγοντες Ἰουδαῖοι τῆς ἐννοίας ταύτης τὴν προφητείαν, καὶ ἀφιστῶντες τὸν λόγον τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, οὐκ ἀκούουσιν· «Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει», ἀλλ' «Ἰδοὺ ἡ δάμαλις ἐν γαστρὶ ἔξει», παραχαρᾶττοντες τὴν προφητείαν, ἵνα ἀμβλύνωσι τὸ Χριστοῦ μαρτύριον. Οἱ μὲν οὖν φασιν· «Ἰδοὺ ἡ δάμαλις ἐν γαστρὶ ἔξει», οἱ

*nomen eius Emmanuel.*¹ Hoc dabit signum, cui mundus quidem credet, solique omnino iudaei negabunt fidem; quod gentes recipient, repudiabitque genus Israël. Dabit signum gentibus quidem salutare, at quod iudaeis incredulis causa erit ut dispergantur. Dabit signum quod ii quaerant qui pereunt, quodque credant qui salvi fiunt. Quod sane et magnus Paulus de cruce ait: *Verbum crucis pereur^tibus quidem stultitia est: iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est.*² Hoc nos quoque dicemus, novum illum exponentes partum. Virginis enim praedicamus partum: iudaeis quidem scandalum, fidelibus vero salutem. Dabit igitur vobis Dominus, ait propheta, eiusmodi signum; quod gentibus quidem salutem importet, iudaeis autem creet scandalum. Vides fuisse partum signi exhibitionem? Ex his ergo disce * iudaeorum reprehensionem, qui prophetiam depravent. Vide veram *1418 prophetiam cavillantes. Postquam enim manifestum est Christi mysterium (significabat enim partum virginalem ducentem nos ad Deum. Emmanuel namque, is qui utero gestatur ac partu editur, interpretatione valet *Nobiscum Deus*), ab hoc iudaei sensu prophetiam detorquentes, atque a Christi adventu sermonem abstrahentes, non audiunt, *Ecce virgo in utero habebit*, sed, *Ecce iuvenula in utero ha-*

¹ Isa. VII, 14.

² I Cor. I, 18.

δὲ « Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἔξει », καὶ οὐ λέγουσι « παρθένος », τὸν τόκον τοῦ Χριστοῦ χωρίσαι τῆς προφητείας βουλόμενοι. Ἄλλ' ὁ προφήτης φησὶν· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὃ ἐστι μεθερμηνευόμενον· μεθ' ἡμῶν ὁ θεός ». Σὺ δὲ σκόπει καὶ τοῦτο τῆς προφητείας. « Ἰδοὺ », λέγει ὁ προφήτης, ἐσόμενόν τι μηνύων. « Ἰδοὺ », φησὶν, * ὡς ὄρων ὅτι ἤμελλον ἔσσεσθαι ὕστερον. Τοιοῦτος γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς τῆς προφητείας τὸ ἐσόμενον ὡς παρῶν βλέπει. Οὕτως ὄρων, οὕτως λέγει. « Ἰδοὺ » ἀντὶ τοῦ « Ἐγὼ βλέπω ὃ ὑμεῖς ἀκούετε σήμερον ». « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ». Οὐ καλέσει ὁ Ἰωσήφ ἢ ἡ μήτηρ, ἢ καλέσουσιν αὐτὸν οὕτως οἱ νομισθέντες αὐτοῦ ἀδελφοί — καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐσκανδαλίζοντο — ἀλλὰ καλέσουσιν οἱ τῶν ἐθνῶν δηλονότι τῇ πίστει προλαβόντες τοὺς Ἰουδαίους. Καλέσουσιν οἱ πορρωτάτω, ἐγγύς ἐλθόντες τῆς χάριτος, πρὸς οὓς καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· « Ὑμεῖς οἳ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγύς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ». Καλέσουσιν οὖν οὔτοι πρὸ τῶν Ἰουδαίων Ἐμμανουήλ τὸ βρέφος, καὶ τὸ τεχθὲν « θεὸν μεθ' ἡμῶν » γνωρίσουσιν.

IX. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ προφήτης, ἀλλ' ὁ Παῦλος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φησὶν· « Ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός » καὶ οὐκ « ἐκ

bebit, prophetiam adulterantes ut Christi testimonium obscurant. Nam alii quidem dicunt: « Ecce iuvenecula in utero habebit »; alii, « Ecce adolescentula », Christi partum volentes separare a prophetia. Verum ait propheta: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Tu vero id quoque in prophetia considera. *Ecce*, inquit propheta, futurum quid annuntians. *Ecce*, inquit, ut videns quod postea erat futurum. Tale quid enim est propheticus oculus, id quod est futurum videns ac si in praesentia gereretur. Sic videns, sic loquitur. *Ecce*, pro eo ac est, Ego video quod vos hodie auditis. *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel*. Non vocabit Ioseph, autve mater: non sic vocabunt qui eius fratres videbantur: nam et illi offendeantur,¹ sed vocabunt gentiles, qui nimirum fide iudaeos praevenient. Vocabunt ii qui cum longissime abessent, prope gratiam venerunt, ad quos etiam Paulus aiebat: *Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi*.² Vocabunt ergo isti infantem Emmanuel priores iudaeis, ac eum qui natus est Deum nobiscum cognoscent.

IX. Haec quidem propheta ait, non ita Paulus, sed ait: *Misit enim*, inquit, *Filium suum factum ex muliere*.³ Quid ais, Paule? Pro-

¹ Io. VII, 5.

² Eph. II, 13.

³ Galat. IV, 4.

παρθένου » λέγει, ἀλλ' « ἐκ γυναικός », καίτοι τοῦ προφήτου πάλαι ἐκ παρθένου τὸν τόκον μηνύοντος ἔσσεσθαι. Ἄλλ' ὁ πάνσοφος Παῦλος φησιν ἐκ γυναικός τὸν υἱὸν τίκτεσθαι τοῦ θεοῦ. « Ἐξαπέστειλεν γάρ, φησί, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός ». Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; Ὁ προφήτης ἐκ παρθένου λέγει, καὶ σὺ τὸν τόκον ἐκ γυναικός εἶναι κηρύττεις; Ναί, φησί, κοινοποιῶ τὴν εὐλογίαν παντὸς εἶναι τοῦ γένους τῶν γυναικῶν βουλόμενος. Οὐ λέγω « ἐκ παρθένου », ἵνα μὴ εἰς μόνας τὰς παρθένους περιγράψω τὴν εὐλογίαν. « Ἐκ γυναικός » λέγω, ἐκ παντὸς τοῦ γένους τὴν χάριν εἶναι δηλῶν, ἵνα πᾶν τὸ γένος τῶν γυναικῶν καρπώσῃται τὴν εὐλογίαν καὶ ἐξ αὐτῶν εἰς ἄνδρας ἡ χάρις μετατεθῇ, ἵνα ἀφ' ἧς γέγονεν ἡ παράβασις ἐκ ταύτης γένηται καὶ ἡ χάρις, παρέχουσα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1201

Homilia VI,¹ XI. [...] « Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν ». Ἄντι γὰρ τοῦ τὰ λυπηρὰ εἰσαγηγότος τῷ βίῳ ἀρχεκάκου δράκοντος, χαιροποιὸς ἀρχάγγελος τῆς δεσποτικῆς ἀπ' οὐρανῶν καθόδου προδιήρχετο· καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ ἀρπαγμὸν ἠγῆσαμένου εἶναι ἵνα Θεῶ, ὁ φύσει Θεὸς καὶ δεσπότης, προστάτης καὶ ἀρχηγὸς ἀναγεννήσεως ἧς ἐτεκτῆνατο φύσεως ἐγένετο· ἀντὶ δὲ τῆς πρὸς θάνατον διακονησαμένης παρθένου Εὔας, θεοχαρίτωτο παρθένος, εἰς λειτουρ-

PO
19, 329

pheta ex virgine dicit, tuque ex muliere partum esse praedicas? Plane, inquit: benedictionem communem reddo, totius eam esse volens feminei sexus. Non dico ex virgine, ne benedictionem intra solas virgines restringam. Dico ex muliere, ex sexu universo gratiam esse declarans, quo sexus omnis femineus benedictionem decerpat, exque illis in viros gratia transeat: ut ex qua praevaricatio accidit, ex ipsa proveniat etiam gratia, humano generi regnum coelorum praestans: quod utinam nos omnes consequamur gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi: cum quo Patri et Spiritui sancto gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

1201

Homilia VI, XI. [...] *Posui adiutorium in potente.*² Pro mali enim auctore dracone qui mundo tristitia invexisset, laetum gaudii nuntium ferens archangelus Dominico e coelis praecit descensui: eiusque loco, qui rapinam arbitratus * erat esse aequalem Deo, qui natura Deus atque Dominus, praeses auctorque regenerationis eius naturae quam condiderat, existit: pro ea quae ad mortem ministra exstiterat virgo Eva, Deo gratissima ac Dei plena gratia Virgo in vitae obse-

PG
77, 1426

*1427

¹ M. JUGIE, *Homélies mariales byzantines*. Bar et Caro dubitant de paternitate huius Homiliae; minime vero Jugie. Cf. Lau 167 et RPhTh 546.

² Ps. LXXXVIII, 20.

γίαν ζωῆς προσεχειρίζετο· παρθένος ἐντὸς γυναικείας φύσεως καὶ ἐκτὸς γυναικείας σκαιότητος, παρθένος ἀνύβριστος, ἄσπιλος, πανάμωμος, ἀκήρατος, ἀμόλυντος, ἀγία ψυχῆ καὶ σώματι, ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν βλαστήσασα, οὐ μαθητευθεῖσα τοῖς τῆς Εὐας κακοῖς, οὐ καταρυπωθεῖσα γυναικείαις ματαιότησιν, οὐ παιδαγωγηθεῖσα γραῶδεσι μυθολογίαις, οὐ κηλιδωθεῖσα τὰς ἀκοὰς μοχθηρᾶ ἀκοῆ, οὐ βεβηλωθεῖσα τὴν γλῶτταν ἀκόσμη φθογγῆ, οὐ χρανθεῖσα ὄμμα ἀθεμίτῳ θεωρίᾳ, οὐκ ἀτιμάσασα φυσικὸν κάλλος χρώμασιν μαχλοσύνης, οὐ φοινίξασα παρειὰς ψευδογραφείᾳ, οὐ σκηνοποιήσασα τιμίαν κεφαλὴν περικρανίοις ἐπιπλάσμασιν, οὐ στιλδώσασα τράχηλον ἐπιθέμασιν τοῖς ἐκ λίθων, οὐκ ἀλύσεισι δῆσασα χεῖρας, καὶ πόδας χρυσοπέδοις κλοιοῖς, οὐ καταμαλακισθεῖσα ἡδύσμασι μυρεψικοῖς, οὐ νυμφοστολισθεῖσα ὑπὸ ἀνθρώπων ἱματισμῶ διαφανεῖ, οὐκ ἐγχαράξασα τῇ καρδίᾳ πλανικὰ εἰδῶλα· ἄπαγε τάδε πάντα καὶ τὰ ὅμοια· «οὐδὲν κοινωνία σκότει πρὸς φῶς». Ἄλλὰ πρὸ τῆς γεννήσεως μὲν ἀφιερωθεῖσα τῷ πλάσῃ, μετὰ γέννησιν δὲ ἀνατεθεῖσα εὐχαριστηρίως, ἱερὸν θρέμμα, ἱεροῦ ἐναύλισμα, νόμου * παιδαγωγῆμα, Πνεύματι ἀγίῳ μεμυρισμένη, περιβεβλημένη θεῖαν χάριν ὡς θέριστρον, τῇ ψυχῇ θεόφρων, τῇ καρδίᾳ θεοστεφής, τοῖς ὄμμασιν ἀγιολαμπής, τοῖς ὠσὶν ὑμνοηγής, τῇ γλώσση μελίρυτος, τοῖς χεῖλεσιν κηροσταγής, ὠραία τοῖς διαθήμασιν, ὠραιότερα τοῖς τρόποις, αἰδέσιμος τῷ λόγῳ, αἰδεσιμωτέρα τῇ πρά-

quium eligitur: virgo muliebri comprehensa sexu, at muliebris exsors nequitiae: virgo innocens, sine macula, omni culpa vacans, intemperata, impolluta, sancta animo et corpore,¹ sicut lilium inter medias spinas germinans: ² non docta Evae mala; non muliebri vanitate foedata; non anilibus instituta fabulis; non malo auditu aures sordidata; non inhonesto sermone polluta linguam, non visu illicito infecta oculos; quae nativum colorem luxuriae adductis coloribus non deturparit, non fucis genas obduxerit; non collo efformatis in torques lapillis fulgorem asciverit; non manus armillis, pedesque aureis torquibus vinxerit; non unguentariorum speciebus emollita sit; non splendidam vestem ab hominibus sponsa acceperit; non erroris simulaera cordi insculpserit: longe haec facessant, et similia (neque enim tenebris ad lucem ulla communio est):³ sed quae necdum nata auctori Deo consecrata sit; nata vero grati animi monumento, sacra alumna ut in sacrario ac templo moraretur oblata fuerit, legis discipula, Spiritu sancto delibuta, divina gratia ut palliolo amicta, animo divina sapiens, Deo corde nupta, sanctitatis splendores oculis spirans, auribus cantica insonans, lingua melliflua, labiis favum stil-

¹ I Cor. VII, 34.

² Cant. II, 2.

³ II Cor. VI, 14.

ξει, πραεῖα τοῖς τρόποις, πραύτερα τοῖς κινήμασιν, ἀγαθὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀνθρώπων, ἀγαθοτέρα τῇ δράσει Θεοῦ, τῇ γαστρὶ Θεοδόχος, τῷ ἔργῳ Θεοτόκος, καί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, « ὅλη καλή, ὡς εὐδοκία, καὶ ὅλη ἡδέϊα ὡς ἀπόδεσμος ἀρωμάτων ».

XII. Ταύτην ἡμῖν, τὴν ἀξίαν τοῦ κτίσαντος ἢ θεία δεδώρηται πρόνοια πρόξενον ἀγαθῶν, οὐ πρὸς παρακοὴν ἐρεθίζουσαν, ἀλλὰ πρὸς θείαν πειθαρχίαν εἰσοδηγοῦσαν, οὐ θανατηφόρον καρπὸν προτείνουσαν, ἀλλὰ ζωοποιὸν ἄρτον παρέχουσαν, οὐκ εὐπτόητον τῷ λογισμῷ, ἀλλὰ βωμολαίαν τῷ φρονήματι, οὐ χάνην τῇ διανοίᾳ, ἀλλ' ἐρωμένην τῇ ψυχῇ, ἀρχαγγέλῳ μεγαλοφυῶς προσδιαλεγομένην, τὸν ἀρχέκακον κατασχύνασαν· πρὸς μὲν τὴν ὄψιν τοῦ εὐαγγελιστοῦ θαυμάζουσαν, ὡς οὐχ ὁμοίαν τῷ Ἀδὰμ ἀπόγονον, πρὸς δὲ τὰ δηλούμενα νουεχῶς παρεσκευασμένην, μὴ που πάλιν πεπλανημένη εὐνοια τὴν ἐν τῷ ἱερῷ, ὡς ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐπισκέπτεται, μὴ ὕδριστοῦ πάλιν τολμηρία τῷ θεῷ σηκῷ ὡς τῇ Ἐδὲμ εἰσπεπήδηκεν, μὴ συλαγωγὸς ὁ εὐαγγελισμός. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστής; Τεκμαιρόμενος τῆς ἀγίας τὴν ἔνδον διαθέσειν καὶ ἀγγίνοιαν ἐκ τῆς προφανοῦς ὄψεως, καὶ ἀγασάμενος τὸ εὐτακτὸν τῆς συνέσεως, ἐκ δύο τε τῶν ἄκρων, χαρᾶς φημι καὶ εὐλογίας, τὸν στέφανον περιανθήσας, ὄρθιον τὸν ἔπαινον προσεκόμεζεν, ἐπισείων τῇ χειρὶ καὶ τῷ

lantibus; ¹ pulchra gressibus, moribus pulchrior; sermone venerabilis, actione venerabilior; mansueta moribus, mansuetior motibus; bona in hominum oculis, Dei obtutibus melior; quae Deum ventre suscepit, vereque Deum partu ediderit; atque, ut verbo dicam, tota pulchra ut propensa voluntas, totaque suavis ut cella unguentaria.²

XII. Hanc nobis conditore dignam donavit divina providentia, bonorum conciliatricem, non quae ad inobedientiam incitet, sed quae ad obsequendam ductrix exsistat; non quae fructum letiferum porrigat, sed quae panem vitalem praebeat; non quae animo facile lasciviat, sed quae robusto sensu exsistat; non mollem cogitatione, sed mente firma; archangelo magnifice colloquentem, ac quae mali confuderit auctorem; ad angeli quidem aspectum mirantem, velut neptem Adamo dissimilem; quae tamen his quae nuntius afferret, animo prudens cautaque attenderet, ne forte iterum falso benevolus in templo agentem, uti in paradiso inviseret; ne rursus iniurius violator in Dei aedem, uti in Edem temerarius insiliat; ne fausta annuntiatio deceptio exsistat. Quid ergo coelestis nuntius? Internam sanctae affectionem, animique solertiam ex conspicuo aspectu coniciens, admiransque prudentiae compo-

¹ Cant. IV, 11.

² Cant. IV, 7; VI, 3.

λόγω ἐπιφωνῶν· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ εἶ, καλλιστοτάτη καὶ ὑπερωραιοτάτη γυναικῶν»· «ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», ὀλόσεμνε, ὀλόδοξε, ὀλάγαθε· «ὁ Κύριος μετὰ σοῦ», αἰδέσιμε, ἀσύγκριτε, ὑπερένδοξε, ὀλόφωτε, ἀξιοθέε, ἀξιομακάριστε. Ἄγαμαί σε τῆς ἐπεικειείας, ὑπέρτερε. «Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ» θεονύμφευτε, καὶ ἀγίοθρεπτον κειμήλιον. Οὐ σύλληψιν * τὴν ἐν ἀνομίαις οὐδὲ κήσιν τὴν ἐν ἀμαρτίαις εὐαγγελιοῦμαί σοι, ἀλλὰ χαρὰν σοι προσερμηνεύω τὴν ἐκ τῆς Εὐας κοιμίζουσαν λύπην· οὐ κυοφορίαν ἐπάδωνον, οὐδὲ τοκετὸν καταστενακτικὸν προσαγγέλλω, ἀλλὰ γέννησιν παρακλητικὴν καὶ εὐφράσιμον προμηνύω. Μὴ ἀνθρωπίνως τὰ θεῖα νομίσης. Οὐδὲ γὰρ γοερὰν ὠδῖνα, οὔτε γόνον θλιβερόν κατασημαίνω, ἀλλὰ ἀνατολὴν παγκοσμίου φωτὸς προαναγινώσκω. Πέπαυται γὰρ διὰ σοῦ τὰ τῆς Εὐας στυγηρά· ὦλοντο διὰ σοῦ τὰ φαῦλα· ὤχοντο διὰ σοῦ τὰ τῆς πλάνης· κατήργηται διὰ σοῦ τὰ τῆς λύπης· ἐξήλειπται διὰ σοῦ τὰ τῆς καταδίκης. Λελύτρωται Εὐα διὰ σέ. Ἄγιον γὰρ τὸ ἐκ τῆς ἀγίας γεννώμενον, ἄγιον καὶ πάντων ἀγίων Κύριος, ἄγιον καὶ μεταδοτικὸν ἀγιότητος. Ὑπερφυῆς τὸ ἐκ τῆς ὑπερφυοῦς τικτόμενον· ἀνερμήνευτον τὸ ἐκ τῆς ἀνερμηνεύτου προερχόμενον· Ὑῖος Ὑψίστου τὸ ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης ἀνατέλλον. Οὐ θελήματος σαρκὸς ἐργασία, ἀλλὰ Πνεύματος ἀγίου ἐνέργεια τὸ ἀναδεικνύμενον· οὐκ ἀνδρὸς γεωργία, ἀλλὰ δυνάμεως ὑψίστου Θεοῦ εὐδοκία τὸ προσφερόμενον. Οὐκ

*331

*1428 sitionem, atque ex duplici extremo, gaudio, * inquam, et benedictione, ceu floribus coronam contexens, in pedes erectus laudem offert, manu quatiens verboque acclamans: *Ave, gratia plena; Dominus tecum.*¹ Benedicta tu, pulcherrima ac formosissima mulierum. «Dominus tecum», quae tota venerabilis, tota gloriosa, tota bona sis. «Dominus tecum», veneranda tu, incomparabilis, omnem claritatem superans, tota lucis fulgoribus concreta, Deo digna, beatificanda. Summe demiror tuam modestiam, o celsissima *Ne timeas, Maria,*² Deo sponsa, pignusque in sanctis educatum. Non conceptionem in iniquitatibus,³ aut partum in peccatis tibi sum annuntiaturus, sed gaudium expositurus quod Evae tristitiam auferat. Non partum in doloribus, luctuve plenam enixionem annuntio, sed nativitatem praesigno quae consoletur ac laetitiam afferat. Noli quae divina sunt humano more pensare. Neque enim lugubrem parturiginem aut molestum partum significo, sed mundi totius lucis ortum praedoceo. Propter te enim cessaverunt Evae tristitia; per te perierunt mala; per te abscessit error; per te maledictio abolita; Eva per te redempta. Sanctum enim, quod ex sancta natum est; Sanctum, ac omnium Dominus sanctorum;

¹ Lc. I, 28.

² Lc. I, 30.

³ Ps. L, 7.

ἄνθρωπος ψιλὸς τὸ τικτόμενον, ἀλλὰ Θεὸς Λόγος σαρκούμενος. Οὐ φθινόπωρος ὁ τῆς γαστρὸς σου καρπός, ἀλλὰ ἀθανασίας βλαστός. Οὐ φυσιδώρητος ἄμητος, ἀλλὰ θεοφύτευτον ἄνθος. Τίκτετε γὰρ ἀρχὴν ἀναρχον, βρέφος ὑπερχρόνιον, προαιώνιον, παρθενόγονον, αἰδιδιον, ὑποτίπιθιον, προμήτροφον, γαλακτότροφον, παντοτρόφον, ἀνθρωπόμορφον, θεαπαύγαστον, πτωχοφανῆ, βασιλέα ἀδιάδοχον. « Χαῖρε τοιγαροῦν, παρθένε κεχαριτωμένη », μῆτερ ἐν παρθένοις καὶ παρθένε ἐν μητράσιν, ἐνστέρων χαρακτήρ καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρα τῆ πράξει.

1202

XIII. [...] « Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτόν », ὅτι τοῦ Πατρὸς μὴ χωρισθεῖς, « ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη », καὶ ἐν γαστρὶ ἀχράντῳ τὸ ἀχώρητον πλήρωμα τῆς θεότητος χωρεθῆναι εὐδόκησεν, « ἄσαντες τῷ Κυρίῳ ἄσμα καινόν, ὅτι θαυμαστά ἐποίησεν ». « Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ ὁ χαρακτήρ τῆς πατρικῆς κρυφίότητος » ἐκ παρθένου ἀμωμήτου σαρκωθῆναι κατηξίωσεν. « Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ· εἶπατε τῷ Θεῷ· ὡς φοβερά τὰ

PO
19, 332

Sanctum, ac cuius sit ut sanctitatem impertiat;¹ eximium, quod ex eximia nascitur; inexplicabile, quod ex inexplicabili prodit; *Filius Altissimi*,² quod ex altissima oritur; non carnis volentis opus, sed Spiritus sancti effectio quod ostenditur; non viri cultura, sed virtus Altissimi. Quod provenit, Dei bona voluntas. Non purus homo quod nascitur, sed Deus Verbum incarnatum. Non autumnalis uteri tui fructus, sed immortalitatis proles. Non messis naturae dono concessa, sed flos Deo satore ortus. Paries namque principium principii expers; infantem, temporibus superiorem, saeculis anteriorem, Virginis prolem; sempiternum, ubera sugentem; matre seniore, lactaneum; omnia alentem, humana indutum forma; Dei splendorem, pauperem visum;³ regem, nullum qui succedat habentem. *Ave itaque, Virgo, gratia plena*; inter virgines mater, interque matres virgo; harum illarumque figura, atque utrasque re ipsa supergressa.

1202

XIII. [...] *Qui timetis Dominum, laudate eum*;⁴ quia nihil recedens a Patre *inclinavit coelos, et descendit*;⁵ placuitque ut in Virginis utero, quae non potest capi deitatis plenitudo, caperetur. *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit*.⁶ Splendor enim gloriae et figura occultioris paternae substantiae⁷ ex intemerata Virgine carnem voluit assumere. *Iubilate Deo, omnis terra; dicite Deo: Quam*

PG
77, 1429¹ Lc. I, 35.² Ibid. 32.³ Hebr. I, 3.⁴ Ps. XXI, 24.⁵ Ps. XVII, 10.⁶ Ps. XCVII, 1.⁷ Hebr. I, 3.

ἔργα σου». Ὁ γὰρ ἐν μορφῇ Θεοῦ Πατὴρ σύμμορφος κατεδέξατο γενέσθαι ἀναλλοιώτως ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πτωχείᾳ, καὶ ὁ πρὸ ἐωσφόρου γεννηθεὶς ἐπ' ἐσχάτων παρθένον ἁγίαν ἐπεγράψατο μητέρα, καὶ ἡ ἐνυπόστατος σοφία τοῦ Πατρὸς νὰν ἐαυτῇ ἀχειροποιήτων ἐν παρθένῳ τιμῆ ἀκοδόμησεν «καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν».

PO
19, 334

XIV. [...] Λέγεται γὰρ ὅτι, λοιμοῦ ποτε σφοδροτάτου ἐγκαθημένου τῇ Ἑλλάδι καὶ καταδαπανῶντος τὴν γῆν, λιταῖς καὶ θυσίαις ἐνδαψιλεύσασθαι τοὺς οἰκήτορας πρὸς ἐξευμενισμόν τῶν σφῶν κινδύλων. Ἐπεὶ τοίνυν «μὴ ἦν φωνὴ μηδὲ ἀκρόασις», κατὰ τὸν γραφικὸν λόγον, βουλὴν δευτέραν βουλευόνται οὐκ ἄσκοπον οὐδὲ ἄσοφον, ἐπὶ τὸν ἄγνωστον μετοχετεύσαι τὰς σπονδὰς Θεόν, ὡς ὄντα μὲν, διαλανθάνοντα δὲ τοὺς ἀναξίους. Ὡς δὲ ἔργῳ τὸ βουλευτήριον, καὶ ὁ ἰλασμός ἐπηκολούθησεν, διαστείλας τὴν τοῦ ὀλοθρευόντος πρὸς τοὺς ζῶντας ὁδόν, τί πεπραχέναι μετέπειτα φράζονται; Ἐκλιπαρῆσαι τὸν πρὶν μάτην ταῖς θυσίαις τετιμημένον, χρησμὸν ἐπιδουῖναι τῆς τοῦ ἰδρυσθέντος βωμοῦ τῷ ἀγνώστῳ θεῷ ἀποδόσεως. Ἀθηναῖοι δὲ οὗτοι, οἱ μάλα κεχηγότες λέγειν τι ἢ ἀκούειν καινότερον· μέμνηται δὲ τούτου τοῦ βωμοῦ ἢ τῶν Πράξεων βίβλος. Ἐχει δὲ ἡ πεῦσις οὕτως· «προφήτευσον ἡμῖν, προφήτα Τιτὰν Φοῖβ' Ἀπολλων, τίνος ἔσται δόμος οὗτος;» Ὁ δέ, μὴ συγχωρούμενος ἤρεμη-

1203

*terribilia sunt opera tua;*¹ qui enim est in forma Patris, nobis in nostra paupertate conformis indivise fieri voluit; quippe ante luciferum genitus est,² novissimis temporibus sibi matrem ascivit; atque subsistens Patris Sapientia, templum sibi in venerabilis Virginis utero non manufactum aedificavit, et *habitavit in nobis.*³

PG
77, 1430

XIV. [...] Aiunt enim cum pestis gravissima Graeciae incumberet universamque regionem consumeret, ac cives supplicationibus atque hostiis uberiores instarent, quibus falsa sua numina placanda existimarent: cum itaque non esset vox, aut ulla auditio, ut loquitur Scriptura,⁴ consilium aliud ineunt haud sane absonum minusve prudens; ut nimirum pacis foedera in ignotum Deum transferrent; ut qui esset quidem, sed quem indigni non nossent. Ubi autem quod consultum erat effectum est, secuta est et propitiatio, exterminatorem vivosque inter viam discernens. Quidnam vero tum fecisse aiunt? Nempe obsecratos eum quem frustra prius hostiis honorassent, responsum daret, quo aram ignoto Deo erectam ceu titulo exornarent. Hi porro Athenienses erant, viri in hoc toti hiantes, ut novi quidpiam

1203

¹ Ps. LXV, 1-3.

² Ps. CIX, 3.

³ Io. I, 14.

⁴ III Reg. XVIII, 26.

σαι ὑπὸ τῆς ἐκατέρους εἰς τοῦτο ἐλαυνούσης ἀρρήτου δυνάμεως, ἐκεῖνα ἐ-
 χρησιμοδότει ἀπαραχαράκτως, ἅπερ ἀκηκοί παρὰ τῶν τῆς εὐσεβείας προφη-
 τῶν κηρυττόμενα, λέγω τάδε· «Ὅσα μὲν πρὸς ἀρετὴν καὶ κόσμον ὤρων
 ποιεῖτε· ἐγὼ γὰρ ἐφετμεύω τρεῖς ἕνα ὑψιμέδοντα Θεόν, οὗ Λόγος ἀφθιτος
 ἐν ἀδαεῖ κόρη ἔγκυμος ἔσται· ὅς, ὥσπερ τόξον πυρφόρον μέσον διαδραμῶν
 ἅπαντα κόσμον ζωγρήσας, Πατρὶ προσάξει δᾶρον· οὗτος ἔσται δόμος. Μα-
 ρία δὲ τοῦνομα αὐτῆς». Ταῦτα δέ, ταῦτα ἐγκεκόλαπται παρ' Ἀθηναῖοις λι-
 θίναις φλιαῖς εἰς ἀνεπίληστον μνήμην. Προσθήσομεν δὴ καὶ ἕτερον τοῖς εἰρη-
 μένοις Βιργιλίου τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις παιδευτοῦ, οὐκ ἀσήμου ἀνδρὸς οὐδὲ
 ἀσόφου. Καὶ οὗτος γὰρ οὕτως ἐν τῷ γεγραμμένῳ παρ' αὐτοῦ εἰδυλλίων βι-
 βλίῳ ἐπιμνησθεὶς τῆς Σιδύλλης, ἐπήγαγεν τάδε· «ἡ νέα γονὴ ἀπὸ τοῦ ὑψη-
 λοῦ οὐρανοῦ καταπέμπεται».

aut dicerent, aut audirent. Huius autem arae mentio est in . . . rum
 libro.¹ Interrogatio vero ita habet:

*Propheta nobis, propheta, Titan Phoebe Apollo, cuiusnam domus
 ista erit?*

Non sinente autem silere, quae utrosque in hoc impellebat, divina
 virtute, illa sincere oraculo edit, quae veritatis prophetis praedicata
 audisset, ita aiens:

*Quaecumque veritati ac honestati congruunt, haec agite:
 Ego enim Deum supremum Regem trine unum edico;
 Cuius Verbum incorruptum placidae puellae conceptum utero,
 Igniti teli instar, medium transcurrens,
 Universum Patri capiens dono offeret mundum.
 Isthac domus erit: Maria autem ei nomen exsistit.*

Haec plane, haec Athenis lapideis tabulis ad sempiternam pro fo-
 ribus insculpta memoriam. Sed et alius his quae dicta sunt adiun-
 gemus, Virgilii apud Romanos poëtae eruditi, viri haud obscuri nec
 sapientiae laude exsortis. Nam et ille in suo idylliorum libro, Si-
 byllam memorans, haec addidit:

*Iam nova progenies caelo demittitur alto.*²

¹ Act. XVII, 23.

² Eglog. IV, 7.

● PG 77, 1317, 1320, 1329, 1332, 1337, 1340, 1345, 1368, 1377, 1380, 1389,
 1396, 1397, 1400, 1431.

TIMOTHEUS Presbyter Hierosolymitanus (saec. VI)

- 1613 Oratio in Symeonem. [...] Ἐν τούτοις ὁ Συμεὼν τὸν νηπιοφανῆ Κύριον ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀγκάλαις κατέχων, τὸν μὲν Ἰωσήφ εὐλόγησεν, τὴν δὲ προφητείαν εἰς τὸν Κύριον μετερῦθησεν, λέγων πρὸς τὴν Παρθένον· Τί βλέπεις τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε, τὸ σὸν καὶ μὴ σόν; μεμένηκας γὰρ ὡς ἦς τὸ πρότερον· τί μαζὸν αὐτῷ συχνῶς προσάγεις, εὐθαλέστερον ἔχειν ἐθέλουσα τέκνον; οὐ δέεται τροφῆς αὐτὸς τοῦ μάννα ὧν χορηγός. Τί ἀπαλαῖς παλάμαις κατασεῖεις, τὸ νήπιον πρὸς ὕπνον κατευνάσαι θέλουσα; οὐ νυστάζει, οὐ καθεύδει, κατὰ τὸ κρυπτόμενον τῆς θεότητος χωρίον· περὶ αὐτοῦ γὰρ φησιν ὁ Προφήτης· «Οὐ νυστάζει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ».
- Τί βλέπεις τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε; τῆ κρυπτομένη τῆς θεότητος δυνάμει οὐρανὸν ὡσεὶ δέξῃν ἐξέτεινεν, γῆν δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἐκρέμασεν, ὕδωρ ὑπόβαθρον τῷ κόσμῳ ἐθεμελίωσεν· τοῦτο τὸ παιδίον, διάφορε Παρθένε, ἥλιον ἠνιοχεῖ, σελήνην ζευγηλατεῖ, ἀνέμων θησαυροδότης, πάντων τῶν ὄντων Δεσπότης τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε· σὺ δὲ τοιουτοδύναμον ἀκούσασα τὸ παιδίον τοῦτο, μὴ βιωτικὴν, ἀλλὰ πνευματικὴν εὐφροσύνην προσδέχου. Ἰδοὺ γὰρ «οὗτος κεῖται εἰς πτωσίν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ,

PG
86, 244

- 1613 Oratio in Symeonem.¹ [...] Interea Symeon Dominum, qui in forma hae habitu infantis conspiciebatur, in ulnis suis tenens, Iosepho quidem et Virgini benedixit: prophetiam autem de Domino commode adiecit, ad Virginem dicens: Quis aspicias, Virgo, puerum hunc tuum et non tuum? Mansisti enim virgo, sicut eras prius. Quid eum continenter intueris, atque frequenter amplexaris? Quid mammam ei semper admoves, an nitidiorem filium habere vis? Non indiget nutrimento, ipse quippe mannae et vitae largitor est. Quid teneris manibus infantem ventilas atque demulces, ac somno consopire vis? Hic puer pro abscondita (suae) deitatis dignitate somnum non appetit, neque dormit. Nam de eo dicit Propheta: *Somno non premetur, neque dormiet, qui Israël custodit.*²

PG
86, 243

Quid aspicias, Virgo, hunc puellum? Hic puellus, o Virgo, occulta deitatis vi coelum tanquam pellem extendit: terram item super nihilum suspendit: aquam quasi fulcrum et sustentaculum mundo fundavit. Hic puer, incorrupta Virgo, solem regit, lunam gubernat, ventos tanquam in thesauros recondit, et omnium rerum potestatem habet atque dominatum. Ex hoc puero, Virgo, noli sperare laetitiam saecularem, sed spiritualem. Ecce enim *positus est hic in casum et erectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicetur: quin*

¹ Cf. Lau 167 et BHG ap. VII, 201.

² Ps. CXX, 4.

• Vide alios locos, Timotheo attributos, sub titulo «Incertus Auctor».

καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον· καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ».

*245

Ταῦτα ὁ Συμεὼν ἀρτίως πρὸς τὴν Παρθένον τῇ * ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Πνεύματος περὶ τοῦ νηπιοφανοῦς Ἰησοῦ· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ ». Καὶ διὰ τί εἰς πτώσιν; καὶ διὰ τί εἰς ἀνάστασιν; Ἀληθῆς γὰρ ὁ περὶ τοῦ Κυρίου λόγος. Ὁ Συμεὼν γὰρ οὐ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποκαλύψει, πᾶν ὃ τι οὖν διηγόρευσεν περὶ τοῦ Κυρίου πρὸς τὴν Παρθένον λέγων· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ »· εἰς πτώσιν τῶν ἀπίστων, εἰς ἀνάστασιν τῶν πιστῶν· εἰς πτώσιν τῆς συναγωγῆς, εἰς ἀνάστασιν τῆς Ἐκκλησίας· εἰς πτώσιν τῶν δαιμόνων, εἰς ἀνάστασιν τῶν ἁγίων· ἀνίσταται ὁ Ματθίας, ἔπιπτεν ὁ Ἰούδας· εἰς ἀνάστασιν τοῦ ἐκ δεξιῶν ληστοῦ, εἰς πτώσιν τοῦ ἐξ εὐνύμων· ὅτι ὁ μὲν εὐσεθεῖ, ὁ δὲ ἐδλασφήμει· « Εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον ». Ἀληθῆς ὁ λόγος. Εἰς σημεῖον γὰρ ἀντιλεγόμενον ὁ Κύριος ἡμῶν ἐγένετο κατὰ τὸν τῆς Παρθένου τόκον· ἐπειδὴ μέγα σημεῖον τὸ Παρθένον τεκεῖν, καὶ μείναι πάλιν

*etiam tuam ipsius animam penetrabit gladius, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes.*¹

*246

* Haec sanctus Deique susceptor Symeon, ex revelatione sancti Spiritus, de Iesu, qui in forma atque habitu infantis inspiciebatur, ad Virginem Mariam dixit: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël.* Et in casum quidem cur? cur item ad erectionem? Vera est de Domino oratio prolata. Quoniam cuim Symeon non sua virtute, sed revelatione sancti Spiritus, totum quidquid erat, disseruit, dum ad Virginem de Domino dicebat: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël:* in casum quidem dicebat (incredulorum nimirum), in erectionem vero credentium: in casum Synagogae, in erectionem autem Ecclesiae; ad casum et ruinam daemonum, erectionem vero sanctorum: in casum profanorum et impurorum, ad erectionem vero iustorum atque bonorum. In casum et erectionem. Surgit et erigitur Matthias, cecidit autem Iudas. In casum et erectionem multorum in Israël. Ad erectionem latronis a dextris pendentis, in casum alterius qui a sinistris pendebat: quoniam ille quidem presentiebat et loquebatur, hic autem verbis divinam maiestatem laedebat. In casum et erectionem multorum in Israel et in signum cui contradicatur. Vera est oratio. Pro signo cui contradicebatur, erat Dominus circa partum Virginis, quandoquidem magnum erat signum, Virginem, quae peperisset, virginem

¹ Lc. II, 34, 35.

παρθένου. Ὅτι δὲ σημεῖον ἡ Παρθένος, ἄκουε Ἡσαίου ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν τεύχει λέγοντος πρὸς Ἀχαζ· « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον εἰς βάθος καὶ εἰς ὕψος· καὶ εἶπεν Ἀχαζ· Οὐκ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω. Διότι δώσει ὑμῖν Κύριος αὐτὸς σημεῖον ». Ποῖον τοῦτο; Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει. Περὶ τούτου τοῦ παρθενογενοῦς Δεσποτικοῦ σημείου τοῦ μέλλοντος ὑπὸ πολλῶν ἀντιλέγεσθαι φιλονείκῃ γλώσσει ὁ Συμεὼν τὸ μέλλον προεμήνηυσεν πρὸς τὴν Παρθένου λέγων· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ».

1614

Ἐνθεν τινὲς ἔδοξαν τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα ξίφει θανάτῳ μαρτυρικῶν ἀπενέγκασθαι τέλος, διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Συμεῶνα· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία »· ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. Ῥομφαία γὰρ χαλκευτικὴ σῶμα διαιρεῖ, οὐ ψυχὴν διχοτομεῖ· ἐξ ὧν καὶ ἡ Παρθένος ἄχρι τῆς δεῦρο ἀθάνατος, τοῦ κατοικήσαντος ἀναληψίμοις αὐτὴν χωρίοις μεταναστεύσαντος. Τί οὖν βούλεται λέγειν ὁ Συμεὼν πρὸς θάνατον; « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν * ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλο-

PG
86, 245

*248

manere. Quod autem Virgo signum fuerit cui contradiceretur, audi Isaiam in suo opere (ita dicentem): *Cum diceret Dominus ad Achaz, Pete tibi signum in profundo aut in sublimi, dixit Achaz: Nequaquam petam, neque ullo modo tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Ecce dabit vobis Dominus ipse signum.*¹ Quodnam hoc? Ecce Virgo conceptum fetum in utero gestabit. De hoc a Virgine pariente edito Dominico signo, cui futurum erat ut a multis contentiosa lingua contradiceretur, Symeon rem futuram praesignificavit, ad Virginem dicens: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicatur. Quin etiam tuam ipsius animam penetrabit ensis, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes.*

1614

Hinc accedit ut nonnulli putarent matrem Domini, gladio interfectam, atque cruenta morte affectam, qualem martyres, vitae exitum habuisse: propterea quod dixit Symeon: Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius: sed non ita se res habet. Ensis enim a fabro excusus, corpus dividit, animam non dissecat: unde etiam supra omnes inculcata et omnibus modis sancta Virgo per illum qui domicilium habuit in ea, qui eam in supera loca assumptam traduxit, usque adhuc * immortalis est. Quid igitur vult dicere Symeon ad Virginem: *Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes?* Glaadium hoc

PG
86, 246

*247

¹ Isa. VII, 11-13.

γισμοί ». Ῥομφαίαν ἐνταῦθα ψυχοδιάδατον ὁ Συμεὼν τὴν ὀδύνην τῆς Παρθένου διελάλησεν, καὶ καθ' ἣν ἡμελλεν ὀδυνᾶσθαι, ὡς δοκοῦσα ἀπολελωκέναι τὸν ἐρχόμενον ζητῆσαι τοὺς ἀπολελωμένους. Ὅτι δὲ ὀδύνη κρατηθεῖσα τὸ τῆς Παρθενικῆς γαστρὸς δόξασα ἀπολελωκέναι τὸν ἑαυτῆς υἱόν.

PG
86, 249

Ταύτην τὴν ὀδύνην ὡς Ῥομφαίαν δίστομον ψυχῆς ὁ Συμεὼν τὸ μέλλον προεμήνυεν πρὸς τὴν Παρθένον λέγων· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται Ῥομφαία ». Οὐκ εἶπεν, Κρατήσῃ Ῥομφαία, ἦ, Κυριεύσει Ῥομφαία, τουτέστιν, Πρὸς ὀλίγον ὀδυνηθήσῃ, καὶ εὐθὺς τῆς ὀδύνης ἀπαλλαγῆσῃ. Ὅτι δὲ ὀδυνῆθη ἡ Παρθένος δόξασα ἀπολελωκέναι τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολυμένων ἐληλυθότα, ὡς ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Καὶ ἐγένετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας ». Ὅρα πόσῃ ὀδύνην ἡ Παρθένος μετέσχεν. « Καὶ ἐγένετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καθήμενον καὶ ἐρωτῶντα αὐτούς, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν; καὶ γὰρ ἰδοὺ ὁ πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Ἴδε ποῦ ἐπληροῦτο τοῦ Συμεῶνος ἡ προφητεία πρὸς τὴν Παρθένον· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται Ῥομφαία. Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; Ἴδοὺ ὁ πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Διὰ τί μὴ συγκατῆλθες ἡμῖν ὡς καὶ ἀνῆλθες; τί ἐκαθέσθης ἐν

1615

loco, qui animam transeat, Symeon dolorem Virginis dixit, quem latura erat: quippe quae putaret se amisisse eum qui venerat ut quae-
reret eos qui perierant. Quod autem dolor animam Virginis invaserit, ratae se amisisse eum, qui ipsius, id est, Virginis filius appellabatur.

PG
86, 250

Hanc igitur afflictionem, hunc dolorem, tanquam gladium animae ancipitem, Symeon rem futuram cernens, praesignificabat, dicens ad Virginem: *Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius*. Non dixit, Vincet gladius, aut dominabitur gladius; sed, *Transibit gladius*: hoc est, parumper dolebis et affligeris, ac statim dolore et afflictione liberaberis. Dolorem autem cepisse Virginem supra quam dici potest inculpatam omnibusque modis sanctam, cum putaret se amisisse eum qui ad salutem pereuntium venerat, audiebas modo Evangelistam dicentem: *Et accidit post dies tres*. Vide quantum dolorem et afflictionem Virgo triduum pertulerit. *Et accidit post dies tres, et ecce invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, et interrogantem et audientem illos. Ac dixit ad illum mater sua: Fili, cur fecisti hoc? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.*¹ Cur nobiscum non descendisti, quemadmodum etiam nobiscum una ascenderas? Cur consedisti in medio doctorum? Cur interrogas et doces, qui nondum litteras didicisti? Cur pro sapientiae doctore

1615

¹ Lc. II, 46 et 48.

μέσω τῶν διδασκάλων; τί ἐρωτᾷς καὶ διδάσκεις, οὐπω γράμματα μεμαθηκώς; τί σοφιστεύεις; τί βασκανίαν κατὰ σαυτοῦ ἐγείρεις; τί ἀτεκνωθῆναί με θέλεις; Ἴδε, πεπυρακτωμένοις ὀφθαλμοῖς σε περιβλέπονται· ἴδε, τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τρίζουσιν κατὰ σοῦ, ὡς θῆρες κατὰ ἀρνίου κινούμενοι.

« Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ γὰρ ὁ * πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Ὁ δὲ Κύριος ἀνακαλύπτων αὐτοῖς λοιπὸν τὴν κρυπτομένην τῆς θεότητος ἀξίαν ἐν τῇ πτωχικῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίνεται λέγων· Τί ἔτι ἐζητεῖτέ με; ποῦ δὲ καὶ ἐζητεῖτέ με; ἐν τῷ οὐρανῷ οὐκ ἀνήλθετε· εἰς τὸ κῆτος τοῦ Ἰωῶ οὐ κατακῆσατε. Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; οὐκ ἠκούσατε τοῦ Συμεῶνος τὴν προφητείαν; Οὐχὶ Κύριον καὶ Θεὸν ὡμολόγησεν; καὶ ὑμεῖς ὡς παιδίον ζητεῖτέ με; « Οὐκ ἤδευτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ με εἶναι; » Ἔνα Πατέρα κέκτημαι· ὑμᾶς ἐχρησάμην. *252

te geris? Cur invidiam adversus te concitas? Cur me liberis orbare vis? Ecce ardentibus oculis te undique aspiciunt, iam dentibus suis strident tamquam ferae bestiae, quae adversus agnum tenerum moventur.

*Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego * dolentes quaerebamus te.* At Dominus detegens eis deinceps latentem, in vili assumptae humanae naturae specie deitatis dignitatem, his verbis eis respondit: Quid est quod me quaerebatis? Atque etiam ubi quaerebatis? In coelo? Non ascendistis (illuc): in infernum non descendistis: in ceto Ionae non commorati estis. Quid est quod me quaerebatis? An ignorabatis quod in negotiis Patris mei occupatum me esse oportet? An non audivistis Symeonem? An non Dominum me atque Deum esse confessus est, et vos tanquam puerum me quaeritis? *An nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse?*¹ Unum Patrem habeo in coelo, vos autem usurarios habeo parentes.² *251

¹ Lc. II, 49.

² Hanc orationem esse Timothei affirmat Cayré, I, 889: « Signalons aussi le prêtre de Jérusalem ΤΙΜΟΘΗΕΕ, qui, au v^e ou peut-être au vi^e siècle, a composé sur la Purification de Marie, une homélie qui contient un témoignage très intéressant sur l'Assomption ». Altaner negat. M. Pellegrino, ad v. *Timoteo di Gerusalemme*, in *EnC*, vol. XII, 111, ait: « A T. presbitero di Gerusalemme, è attribuita in alcuni manoscritti (mentre altri recano i nomi di Metodio e di Esichio, pure designati come presbiteri di Gerusalemme) un'omelia per la festa dell'Hypapante, o Presentazione di Gesù al Tempio ».

Dom B. Capelle attribuit eidem Auctori *Sermonem in Annuntiationem Deiparae* (PG 28, 905-914) et *Sermonem de descriptione Deiparae* (PG 28, 943-958). Cf. *Ephem. Liturg.* 63 (1949), pp. 5-26. Cf. etiam Lau 167.

- 1782 Homilia CXXX. [...] Περὶ μὲν οὖν πίστεως, ἤγουν ὁμοουσιότητος, Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου ἀρκούντως ἐξεθέμεθα· νῦν δὲ διὰ τὴν κινήθεισαν αἵρεσιν, μετὰ παρρησίας ὁμολογοῦμεν καὶ κηρύττομεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου, καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, Θεὸν τέλειον τὸν αὐτόν, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἓνα καὶ μόνον Υἱόν· καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας, γενόμενον ἄνθρωπον· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτόν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἓνα καὶ μόνον Υἱόν, ἐν δύο φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαίρετως γνωριζόμενον.

TIMOTHEUS Presbyter Constantinopolitanus (saec. VII)

DE RECEPTIONE HAERETICORUM (ca 600)

- 1783 7. Λέγουσιν ὅτι σπέρμα καὶ Λόγος ἐνέπεσεν εἰς τὴν Μαρίαν· καὶ ὅτι τὸ σῶμα ὃ ἀνέλαθεν ἐξ αὐτῆς ὁ Κύριος, δαιμόνων ἦν πεπληρωμένον, καὶ ἐξέδωκεν τὰ δαιμόνια, καὶ οὕτως αὐτὸ ἐνεδύσατο.

- 1782 Homilia CXXX. [...] Ac de fide quidem sive de consubstantialitate Patris et Filii, et Spiritus sancti, sufficienter a nobis initio libri dictum est: iam vero propter haeresim, quae exorta est, cum fiducia confitemur et praedicamus Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Filium et Verbum Patris, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum esse atque hominem factum ex Spiritu sancto et sancta et gloriosa Dei Genitrice ac semper Virgine Maria: qui ipse perfectus fuit Deus et perfectus homo, unus et solus Filius et ante incarnationem, et post incarnationem, consubstantialis Patri secundum divinitatem, et consubstantialis nobis secundum humanitatem: similis nobis per omnia factus homo, excepto peccato: qui ante saecula quidem ex Patre natus est secundum divinitatem, novissimis autem diebus idem propter nos et propter nostram salutem ex sancta Dei Genitrice semperque Virgine Maria prodiit unus et solus Filius, qui in duabus naturis inconfuse, invariabiliter, indivise inclaruit atque innotuit orbi.

- 1783 7. Asserunt semen ac Verbum incidisse in Mariam: et corpus quod ex ipsa Dominus assumpsit, plenum fuisse daemonibus; quae daemona ipso eiecerit, sicque induerit illud.

8. Λέγουσιν ὅτι τὸν ἄνθρωπον ὃν ἀνέλαθεν ἐκ τῆς Μαρίας ὁ Κύριος, ποτὲ μὲν αὐτὸν εἰς πνεῦμα μετέβαλλεν, ποτὲ δὲ εἰς σῶμα· διότι αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἀπερίγραπτον ἦν, καθάπερ ἡ θεία φύσις.

S. ANASTASIUS Sinaita (630 † ca 700)

VIAE DUX ADVERSUS ACEPHALOS

PG
89, 97

Cap. IV. [...] Ἐξ ὧν ὡσπερ τις ῥίζα ἐλλεβόρου ἐδλάστησεν ὁ Χαλδαῖος χοῖρος ὁ Ἀσσύριος Νεστόριος, μέχρι καὶ νῦν τὸν ἴδιον βόρβορον τοῖς αὐτῶν πειθομένοις καταρῥαίνων. Καθαίρεθεις γὰρ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας [ἐπὶ] ἐνδημήσας κλίματα, ἐκεῖσε τὸν ἴδιον ἰὸν καὶ τὸν βόρβορον κατέσπειρε, κάκειθεν ὡς ἐκ καναλίσκου τινὸς πᾶσαν μάλιστα τὴν Ἀνατολὴν κατεμίανε. Καθ' οὗ διὰ πλάτους σύνταγμα πεποιήκαμεν, τὸν δόλον καὶ τὴν πανουργίαν αὐτοῦ στηλιτεύσαντες, κακεῖ τοὺς φιλοπόνους παραπέμπομεν. Εἰδέναι μέντοιγε προσήκει ὡς οὐκ ἔστι σήμερον κακουργότερα τῆς Νεστορίου αἰρέσεως δυσχερῶς τὸν ἴδιον ἰὸν φανεροῦσα. Καὶ γὰρ αἰσχροῦ κέδρους καὶ δόξης χάριν πολλάκις ἐν ὑποκρίσει καὶ Θεὸν λέγουσι τὸν Χριστόν, καὶ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ ἀναθεματίζουσι Νεστόριον, ἀποβάλλοντα τὸν λέγοντα δύο πρόσωπα ἐν Χριστῶ. Ὁ μὲν τοι τὸν δόλον αὐτῶν ἐλέγξει βουλόμενος τὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν σύνοδον τὴν κατὰ Νεστορίου προενέγκοι αὐτοῖς, καὶ ἐὰν ταῦτα εἰλικρινῶς

1784

8. Affirmant quod hominem quem de Maria assumpsit Dominus, aliquando in spiritum, aliquando in corpus mutabat: quia ipsum corpus Domini incircumscriptionem erat, sicut natura divina.

PG
89, 98

Cap. IV. [...] Ex quibus velut radix quaedam hellebori Chaldaeus porcus, Assyrius Nestorius prodiit, qui hodieque sibi addictos suoapte coeno aspergit. Nam Constantinopoli submotus, atque in Mesopotamiam evadens, venenum suum, ac lutum indidem consevit; unde velut e canali quodam, Orientem omnem maxime infecit, conspurcavitque. Contra quem prolixè opus conscripsimus, palamque hominis fallaciam fecimus, quo studiosos remittimus. Sane sciendum est nullam hodie Nestorii haeresi maligniorem exstare, quae aegrius venenum suum prodat. Siquidem foedi quaestus, ac gloriae vanae causa per simulationem saepe, et Deum appellant Christum, et Deiparam sanctam Virginem; ac Nestorium duas in Christo personas dicentem execrantur, et repudiant. Quamquam, qui eorum fraudes coarguere velit, beatum Cyrillum, initumque eius memoria concilium contra Nestorium iis proferat, quae, si sincere accipiant, in his ha-

1784

VITA S. MARIAE AEGYPTIAE¹

2055 Cap. III, 23. [...] Παρθένε Δέσποινα, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα, οἶδα μὲν, οἶδα ὡς οὐκ ἔστιν εὐπρεπὲς οὐδὲ εὐλογον τὴν οὕτως με ῥυπαρὰν οὔσαν, τὴν οὕτως πανάσωτον, εἰκόνα καθορᾶν σου τῆς Ἐειπαρθένου, σοῦ, τῆς ἀγνῆς, σοῦ τῆς σώμα καὶ ψυχὴν ἐχούσης καθαρὰν καὶ ἀμόλυντον· δίκαιον γὰρ ἔστιν ἐμὲ τὴν ἄσωτον ὑπὸ τῆς σῆς καθαρότητος μισεῖσθαί τε καὶ βδελύττεσθαι. Πλὴν ἐπέειπερ, ὡς ἤκουσα, διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ Θεός, ὃν ἐγέννησας, ἄνθρωπος, ὅπως καλέσῃ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· βοήθησον τῇ μόνῃ, καὶ μὴ ἐχούσῃ τινὰ πρὸς βοήθειαν· ἐπίταξον ἅμωι συγχωρηθῆναι τὴν εἴσοδον τῆς Ἐκκλησίας εἰσελθεῖν· μὴ στερήσῃς με τὸ ξύλον ἰδεῖν, ἐν ᾧ κατὰ σάρκα προσπαγεῖς ὁ Θεὸς ὃν ἐγέννησας, τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ὑπὲρ ἐμοῦ δέδωκεν εἰς ἀντίλυτρον· ἐπίταξον, ὦ Δέσποινα, ἅμωι τὴν θύραν ἀνοιγῆναι τῆς θείας τοῦ σταυροῦ προσκυνήσεως, καὶ σὲ δίδωμι τῷ ἐκ σοῦ τεχθέντι Θεῷ ἐγγυητὴν ἀξιόχρεων, ὡς οὐκέτι τὴν σάρκα ταύτην ἐνουβρίσω δι' αἰσχρᾶς οἰασθήποτε μίξεως, ἀλλ' ἡνίκα τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ Υἱοῦ σου θεάσομαι, κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ πᾶσιν εὐθὺς ἀποτάσσωμαι, καὶ αὐτίκα ἐξέρχωμαι, ὅπου δ' ἂν αὐτὴ, ὡς ἐγγυητὴς σωτηρίας, ὑποθῆς καὶ ὀδηγήσῃς με.

PG
87ter,
3713

2055 Cap. III, 23. [...] Domina Virgo, quae Verbum Dei secundum carnem peperisti, scio quoniam neque rationi neque decori congruit, quod ego, usque adeo sordida, tuam semper virginis intemperatam imaginem aspiciam; tuam, inquam, quae semper casta corpus et animam incoquinatam mundissimamque servasti: quin potius aequum est ut puritas tua me impuram abominetur et oderit. Quandoquidem tamen Deus, quem genuisti, ideo, sicut audivi, homo factus est, ut vocet peccatores ad poenitentiam; adiuva desolatam me et subsidio destitutam: iube etiam mihi indulgeri ingressum ad ecclesiam, neque prives me conspectu illius ligni, in quo confixus quoad carnem natus ex te Deus, proprium sanguinem dedit pro mea redemptione: iube mihi quoque, o Domina, aperiri ostium, ut divinam crucem adorem, teque genito ex te Deo vadem susceptibilem offeram, quod carnem meam nunquam deinceps commodabo obscenae, ut antea, commixtioni, sed mox ut crucem Filii tui videro, mundo et omnibus quae in mundo sunt vale faciens, illic ibo, quo tu ipsa, velut salutis meae mediatrix, iusseris atque duxeris me.

PG
87ter,
3714

¹ Exstat inter op. *Sophronii Hierosol.*; opus *dubium*, sed certe saec. VII. Cf. Lau 168.

ZACHARIAS Mitylenensis Ep. († post 536)

HISTORIA ECCLESIASTICA

- 1521 Cap. I. Mortuo fideli principe Theodosio, imperium obtinuit Marcianus, qui instante apud eum uxoremque eius Pulcheriam Leone Romano, congregari iussit synodum, quae reapse coacta est Chalcedone, anno Alexandri Macedonis 764, convenientibus ad eam episcopis sexaginta quatuor supra quingentos. Sed tamen Theodoretus Cyri episcopus Leonem antea concitaverat ad scribendum ad Flavianum eam epistolam, quae dogmatica dicitur, Eutychianae doctrinae adversantem. Scribens itaque Leo, Theodoretum Marciano Augusto eiusque coniugi impense commendavit: qui quidem Augustus Nestorii doctrinam hauserat, eiusque dogmatibus adhaerebat: quare et ipsum ex exsilio per Ioannem tribunum una cum Dorotheo Marciani ipsius populari, Nestorii socio, revocaverat. Porro redux Nestorius sanctam Virginem Deiparam coepit his verbis irridere: «Quid est Maria? Adhucne Mater Dei vocatur?» Moxque ei poena Dei vindex supervenit, veluti olim Ario, qui in Dei Filium blasphemus fuit: etenim iumento deiectus Nestorius, concisa lingua, atque ore vermibus abroso, in itinere exstinctus est; cum eoque simul Dorotheus socius obiit: quibus auditis, doluit imperator, neque hanc rem sine suspicione et cura transmisit.

PG
85, 1149PROCOPIUS Gazaenus¹ (465 † 530/538)

COMMENTARII IN GENESIN

- 1522 Cap. III, 16. [...] «Ὁ Ἀδάμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν». Ἐνθα δὲ συνέθη τὸν μὲν ἄνδρα ἀπατᾶσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μένειν ἀνεξάπατητον· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς εὐθὺς περιτρέπεται, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ διδάσκειν, λέγων· «Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις»; πᾶς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἡγούμενος, ἀρχῶν τοῦ σωζομένου καθέστη-
-
- 1522 Cap. III, 16. [...] *Adam non deceptus est, sed mulier circumventa transgressioni facta est obnoxia.*² Ubi vero fieri potest, ut imponatur viro, et mulier evadat doli et fraudis laqueos, ibi continuo mulieri iterum tribuitur imperii dignitas, ut doceat, quod quidem patefit ex his Pauli verbis: « Qui namque scis, mulier, an maritum sis ser-

PG
87, 212PG
87, 211¹ Vel Gazensis.² I Tim. II, 14.